



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

NEDL TRANSFER



HN 2NR8 E

3-68



KPD 3211(1)

HARVARD COLLEGE
LIBRARY

Edw. P. Hewkins

July 1826.

Indicate here
April 1911



*Naso relegatus violenti Cæsaris ira
 Immerito, quondam tristia fata gemit.
 Redditur Auloniæ majori in luce videndus,
 Postquæ solum versum celsius ora gerit.*
 ENIPPINGIUS.

Suon Johannis Toulet, cui, cum tribus al-
voluminibus Terentii comedi & decem Plauti, &
muneri ~~ab~~ Ludovico-Frederico Dorville sum.



P. OVIDII NASONIS
OPERA OMNIA,

In tres Tomos divisa,
CUM INTEGRIS
NICOLAI HEINSII, D.F.

Lectissimisque Variorum Notis:

Quibus non pauca, ad suos quæque antiquitatis
fontes diligenti comparatione reducta,
accesserunt,


Studio

BORCHARDI· CNIPPINGII.



AMSTELODAMI,
Prostant apud WAESBERGIOS, BOOM,
& GOETHALS.
MDCCII.

~~Lo 10, 11, 8~~
KPD 3211 (1)



Endicott Marion
Cambridge

(30)

ILLUSTRI VIRO
D. HERMANNO
VANDER MEER. J.C.

D^{NO}. DE HOOGEVEEN, &c.
LUGDUN. BATAV. CONSULI PRIMARIO,
ET NUNC

EJUSDEM AD COLLEG. NOBIL. POTENT.
DEPUTATORUM CONSILIAR. PRÆPOT.
D. D. ORDINUM HOLLAND. AC WEST-
FRISIÆ DELEGATO, INCLYTÆ BATA-
VORUM ACADEMIÆ QUÆSTORI, GYM-
NASII NOSTRI CURATORI,

S. P. D.

BORCHARDUS CNIPPINGIUS.

AM dudum ad te, Vir Amplissi-
me, noster è Salmone vates pro-
perat, in tuam unius sese commis-
surus fidem, eoque se præsidio continebit.
Habet quo commendetur hoc Poëtarum
decus, cum quod ad inventionem, materiæ-
que varietatem, tum quod ad speciem, pu-
rique sermonis usum facere videtur: cujus
te amœnitatis præcipuum esse amatorem,
nec odisse eos, qui eandem ingredi viam
pergunt, haud obscurum est. Quando-

DEDICATIO.

cunque ergo publicæ curæ, quæ animum tuum quotidie obsident, abjungere parumper sinunt; invenies fortasse, ex quo subinde te recrees, graveque negotiis pectus alleves. Nulla autem adductus causa primum hunc otii mei fructum tibi destinatum eo, nisi quod præter perpetuam tuam & singularem in bonos voluntatem, quam & mihi, nulla alia septo munitione, largiris (quapropter magna tibi obstrictus vivo verecundia) dignitatis etiam tuæ splendori hoc deberi studium meum existimabam. Virtutum hic tuarum, Consul lectissime, computare numeros, ingenii non est mei. umbram facturus puro solis luminis videretur, qui eò se converteret, ita per se ipsæ eminent, & claræ sunt. Nec verò assentandi modos admittit sincerum Consulis iudicium. Hoc argumenti est: omnes te boni cives, uti par est talem patriæ patrem, sic amant, colunt, observant. Præterire tamen non debeo, quin ab ejusmodi te avis dicam ad nostra tempora summa felicitate, continuata quadam optimatum serie

DEDICATIO.

rie defluxisse, qui publicam rem & consilio & facto egregie juverunt. Quod & testatus ipse est MAXIMILIANUS, harum Princeps provinciarum, cui tritavus tuus, HUBERTUS VANDER MEER, ita fuit gratus & acceptus, ut ob præclare merita conspicuis eum honoribus, Nobilissimique Nominis dignitate ampliaverit. Cujus te virtutis hæredem lætis patria oculis intuetur, votis prosequitur. Patens hic quidem laudum tuarum sese aperit campus, in quo oratio exultet: sed enim, ne in publica commoda peccem, si æquo faciam longius, *modum termino*. Opto, Vir illustris, Republicæ, Rei literariæ nostræ, omnibusque adeo bonis quàm diutissime super sis, tuisque tibi propriis virtutibus longum fruire. Institutum autem à te meum probari, non est quod dubitem. V.

Lugd. Batav. ipsis Cal. Novembr.
M DC LXX.

AD BENEVOLUM LECTOREM.

NON leve visum fuit opus, Lector benevole, post tot præclaros & eruditos viros manum admove-re Ovidio, eundemque novo quodam vestitum habitu in publicum mittere. Nec ignorabam seculi nostri sublimatum judicium, diversaeque hominum, partim nobis bene, partim male volentium studia. Posthabitis tamen illis, quoniam à paucis eram, iisque Doctis contentus, ad quorum judicium elaborabam (atque usnam præcipuum Poëta nostri lumen Reip. causa non ab-fuisset longius, quam consequi possem) viciat difficultates recte faciendi amor; uti quatenus liceret, accessionis aliquid ad nobilem hunc Auctorem asserrem. Cum enim primum hoc adornandum mihi opus commendaretur, animum serio adjeci, laboremque cum non invitus ad me recepi: quippe qui id mihi esse injunctum existimarem, ut & otii mei ratio publicè constaret: tum à multo tempore, quo auram Batavam trahere cæpi, ex vetustatis loculis non pauca excitaveram, ad quæ respicere Noster haud obscure videbatur, ipsique reddi non incommodè posse credebam. Nemini enim non intellectum est, qua diligentia veteres, cum Latini tum Græci homines, perenni illo fonte sint usi, suaeque rivulis ejus prata irrigaverint. Adeoque juvabat plurimum, cum animadverte-rem, indagando me reperire quædam antiquitatis, eruditorumque proinde vestigia, tanquam continuo quodam sese passu in hoc cur-riculo consequentium. Imprimis cum Homeri, Tragicorumque in-odinis, illustrioresque in iis sententias ad metrum revocatas carmine Latino adstringerem, cujus mihi laboris etiam nunc reli-quus est fructus. Cum itaque sentirem triplici posse ratione consuli Ovidio, quo, ampliore instructus culu, lectoris eruditi animum ca-peret, (postquam Nobiliss. Heinsii pervigil juxta & accuratissima cura, mendis relegatis, reddiderat nobis cum multis partibus la-tiorem, & in altera illa C. Schrevelii editione pleraque ad expli-canda loca difficiliora exhiberentur, ubi tamen multa induxi-mus)

A D L E C T O R E M.

mus) tertium adjungere laborem, adque fontes suos reflectere, qua occurrerant, aggressus sum. Non enim in eodem omnes capimus oblectamentum. Ut in cœna missus exsuscitant edendi amorem, sic in re literaria suavius efficere videntur, qua alia subinde, atque item aliaratione tractantur. Habes hic ergo, *Candide lector*, quod purè dicendi studium exerceat; habes, quod obscuriora luci exponat; habes denique, quod tecum antiquitatis lustrat vestigia. Sic in eodem prato canis leporem sectatur, bos herbam querit, virgo flores legit. Non autem fore opinor, ut eo nomine invidia noter, qui otium, quod à munere meo, cui nihil interea decessit, reliquum mihi restaret, in tam præclaro opere ponere voluerim: maxime cum neminem ledat, & gratiam querat. Annotatis meis hac vice subungere nomen neglexi, (quod tamen in *Apulejo* nostro facio, qui sub manu est) idque modestia mihi dabit æquus lector. Facile, ubi ad Græcorum fontes perveneris oculi judicium, id ipsum animadvertetur: tum etiam reliquorum notis auctorum nomina sunt addita, nonnullis exceptis, quas pro meis deputo. Ebucinare insignis hujus Poëta laudes nihil est necesse; pro sua ipse gloria præclare canit, cui obstrepi nisi ab iniquis haud potest. Confidimus proinde ita emaculatum & nitidum jam provenire *Ovidium*, ut nemo paulò humanior accusare nos indiligentia bono jure debeat. *Εὐ δὲ τι συνέβη*: Si quid tamen, inquam, acciderit, quod exire nemo, quantumvis vigilans, facile potest, id humanitatis velo contextum iri speramus. Vale, *Candide Lector*, clarissimumque hoc Poëtarum ingenium pronus accipe.

Quædam magnorum hominum
 D E
 P. OVIDIO NASONE
 T E S T I M O N I A.

Vellejus Paternulus, lib. 11.

Tibullusque & Naso; perfectissimi in forma operis sui.
Ex Martialis libro 111.

*Infans: omnes gelidis quicunque lacernis
 Sunt tibi, Nasones Virgiliosque vides.*

Ex VII1.

*Non me Pelignus, nec spernet Mantua vatem,
 Si qua Corinna mihi, si quis Alexis erit.*

Ex Autore Decaussis corrupta eloquentia.

Nec ullus Asinii aut Messalæ liber tam illustris est quam
 Medea Ovidii.

Ex Julii Scaligeri Hypercritico.

Jam vero ad eum pervenimus locum, in quo ingenii magnitudo & acumen judicii exercenda sunt. Quis enim de Ovidio satis digne dicere possit, nedum ut audeat eum reprehendere?

Ex Josephi Scaligeri Prolegomenis Manilianis, &c.

Uno vincitur (nimirum Manilius) quod non potest manum tollere de tabula, & (quod tam falso, quam immerito, Ovidio objectum olim) nunquam scit desinere, &c.

Ibidem.

Hoc ut non mediocre vitium est in nitido scriptore, ita puri sunt ab hac labe (nimia earundem vocum iteratione) principes Poëtæ, Virgilius & Ovidius.

*Ex Danielis Heinsii Libro de constitutione Tragædiæ
 secundum Aristotelem.*

Omnes Ovidius transcendit. Sive falsa probabiliter, sive obscura perspicue, sive utraque ornate, sive omnia simpliciter sint exponenda. Falsa, ut in Metamorphosi. Obscura, ut mathematica, & antiquitatis arcana in Fastis. Quæ ad mores pertinent, ubique. Etiam cum ludit aut lascivit. Idque verbis

bis & oratione vulgari. Ut & dicat quæ velit, & doceat quæ quisque intelligat. tam admirabili felicitate, ut cum quivis idem posse videatur, nemo possit. nemo, nisi magni animi & excitati, tentare idem ausit; sapientes etiam desperent. Ubique sententiarum, ubique loci communes: de ignavia, de disciplinis, brevitate formæ, opum contemptu. Neque semper falsa narrat. Ut in opere jam dicto: in quo plurimas historias exponit. Ut Lucretiarum. Nam quid cum simplicitate illa comparandum? quam indocti & rustici fastidiunt: urbani & ingenui sine ulla imitationis spe adorant. Ecce celeritatem:

Nox superest. tollamur equis, urbemque petamus,

Dicta placent. franis impediuntur equi.

Pertulerant dominos. regalia protinus ipsi

Tecta petunt. custos in fore nullus erat.

Nullus equus, ac vix cogitatio humana, hanc celeritatem assequatur. Tale est illud:

Sic sedit: sic culta fuit: sic stamina nevit:

Injecta collo sic jacuere coma.

Hos habuit vultus: hac illi verba fuerunt,

Hic color, hac facies, hic nitor oris erat.

Numerorum autem tanta in hoc scripto, cujus partem alteram habemus, paritas, simplicitas, ac invidenda suavitas, ut, quid magni viri velint cum mutari quosdam posse existiment, neque ipsi, nisi fallor, neque nos intelligamus. Nondum enim cuiquam id probarunt, cum in simili scribendi genere versati sunt. Libri Tristium, & qui De Ponto inscribuntur, quo ab omni affectatione (quanquam iis cum plerisque illius scriptis hoc commune est) magis alieni sunt, eo magis commendari juventuti debent. Et ubique Latinitas, vel inter prima. Ut non temere Muretus, quo, post literas renatas, nemo sine affectatione elegantius scripsit, quendam, qui auctori tanto hanc detraheret, prodigii instar, ovis & sulphure lustrandum existimet. Ut & Josephus Scaliger. Julius autem, in Rhetoricis (qui illius libri cum aliis non paucis perierunt) tanquam absolutum & perfectum omni ex parte exemplum, scripta ejus proponebat. Neque temere alia auctoritate quæ docebat, quod non semel ex divino ejus viro filio audire memini, ubique confirmabat. Sed natura ejus viri,
candor

candor, ingenuitas, velocitas, simplicitas, quæ in narrationibus potissimum elucet, supra votum est. Proximum est ergo, recte de iis judicare.

P. OVIDII NASONIS VITA,

*Ex vetusto codice Pomponii Leti, cujus apographum
exstat in Vaticana Bibliotheca.*

P. OVIDIUS NASO a. d. XII. Kal. April. Sulmone in Pelignis natus est. quo anno bello Mutinensi P. Hirtius & C. Panfa Coss. diem obiere. honoribus Romæ functus. fuit enim arbiter & triumvir, & iudicium inter centum viros dixit. Sub Plotio Grippo literis eruditus. deinde apud Marcellum Fuscum Rhetorem, cujus auditor fuit, optime declamavit. Admirator plurimum Porcii Latronis fuit, quem adeo studiose audit, ut multas ejus sententias in versu suos transtulerit. Bonus declamator, & ingeniosus habitus est, & carmine prosa licenter scripsit, ingenii sui adeo amator, ut ex iis, quæ dixit etiam precantibus amicis nihil mutaverit. In carminibus vitia sua non ignoravit, sed amavit. Militavit sub M. Varrone. Julio Græcino Grammatico familiaris. Tandem cum venisset in suspicionem Augusti, creditus sub nomine Corinnæ amasse Juliam, in exilium missus est, exulavit Tomis. ibique decessit annum agens LX. novissimum.

ALIA NASONIS VITA,

Ex Codice Farnesiano.

P. OVIDIUS NASO Pelignis natus eo anno quo Hirtius & Panfa Coss. in Mutinensi bello perierunt simul, quo coepit triumviratus, fratrem habuit nomine Lucium natu majorem, defunctum tamen in minimis annis. Romæ sub Plotio Grippo literis operam dedit. à Cornelio Gallo ditissimo & doctissimo cive, & à M. Varrone multa cepit. Familiarissimus fuit Julii Hygini Grammatici. Paternis stimulis foro aliquamdiu incubuit. unde plerumque iudicium dixerit inter centum viros. post parentis mortem ad poëticen integer rediit, scripsitque libros duos Heroïdum Epistolarum. inde cum M. Varrone Asiam petiit, sub quo militavit. neque prius huc se contulit, quam peritissimus literarum Græcarum foret. Scripsit inde epistolas quasdam ad Tiberii filiam sub falso nomine ac ficto Corinnæ inscriptas, quæ propter crimen læsæ majestatis combustæ fuerunt inde & exilium meruit.

ANGE-

ANGELI POLITIANI
ELEGIA DE EXILIO
ET
MORTE OVIDII

E*t jacet Euxinis vates Romanus in oris:
Romanum vatem barbara terra tegit.
Terra tegit vatem, teneros qui lussit amores,
Barbara: quam gelidis alluit Ister aquis.
Nec te Roma pudet, quæ tanto immitis alumno,
Pectora habes ipsis barbariora Getis?
Ecquid, Iö Musa, Scythicis in finibus ægro
Tædia qui morbi demeret, ullus erat?
Ecquid frigidulos qui lecto imponeret artus,
Aut qui dulciloquo falleret ore diem?
Aut qui tentaret salientis tempora venæ,
Aut fomenta manu qui properata daret?
Conderet aut oculos media jam morte natantes,
Aut legeret summam qui pius ore animam!
Nullus erat: nullus. veteres, tu dura, sodales
Heu procul à Ponto, Martia Roma, tenes!
Nullus erat. procul ab conjux, parvique nepotes:
Nec fuerat profugum nata sequuta patrem.
Scilicet immanes Bessi, flavique Coralli,
Aut vos pelliti saxea corda Getæ,
Scilicet horribili dederit solamina vultu
Sarmata, ab epoto sæpe vebendus equo?
Sarmata, cui rigidam demisso in lumine frontem
Mota pruinoso tempora crine sonant.
Sed tamen & Bessi extinctum, & flere Coralli,
Sarmataque: & durus contudit ora Getes.
Extinctum & montes flebant, & sylva, feræque,
Et flesse in mediis dicitur Ister aquis.
Quin etiam pigro concretum frigore Pontum,*

Nerei-

*Nereïdum lacrymis intepuisse ferunt.
Accurrere leves Paphia cum matre volucres,
Arsuroque faces supposuere rogo.
Quem simul absumsit rapida violentia flammæ,
Reliquias tecto composuere cado.
Impositumque brevi signarunt carmine saxum:
Qui jacet hic, teneri doctor amoris erat.
Ipsa locum late sancto Cytherea liquore
Irrorat nivea terque quaterque manu.
Vos quoque Pierides vati libastis ademto
Carmina, sed nostro non referenda sono.*

DE EODEM CARMEN
JULI CÆSARIS
SCALIGERI.

Loquitur ipse Ovidius ad Augustum.

A *Me utinam inciperes ferus esse, cruento; nec atras
Per cædes faceres ad mea fata gradum.
Si mea te movit tetricum lasciva juvenus,
Te juvenem damnas perditus: exsul abi.
Impia flagitiis squalent penetralia diris:
Damnati superant nomina fœda rei.
Non te divinum ingenium, non candida tangunt
Pectora, non Clario lingua secunda deo.
Lactea mollivit veteres mea vena poëtas;
Et rerum docuit pondera certa novos.
Cum te laudarem tunc sum mentitus: ob unum hoc
Exilii fuerat debita pœna mihi.*

P. OVIDII NASONIS

EPISTOLARUM

* HEROIDVM

LIBER.

EPISTOLA PRIMA.

ARGUMENTUM.

Orto Trojano bello ob raptam à Paride Helenam, habitoque à Grecis conventu, intus cogitur Ulysses ad bellum proficisci: in qua expeditione multa adeo & designavit praeclare & gessa, ut excisa tandem Troja maxima illi laus adscriberetur. Peracta utriusque Trojae funditus eversa, victores Graeci in patriam redeuntes, spoliis hostium ditati, indignatione lesa Minerva, variis acti sunt procellis, adeo, ut multis obratis, pauci post varios errores evaserint. Inter quos Ulysses (ad quem haec epistola dirigitur) decem evans annos peregrinatus varias orbis partes. Penelope gignit, ejus uxor, ignara quidem ubi haereat, valde tamen sollicita de ejusdem reditu, scribis ei hanc epistolam, qua cum primis ut redeat monet, maxime, cum & Troja jam excisa, aliiisque reversis, solus nullam defendendi causam habeat.



PENELOPE ULYSSI.

Anc tua Penelope lento tibi mittit, Ulysse.
Nil mihi rescribas attamen: ipse veni.

Troja

*HEROIDVM.] *Heroides* hic liber à Prisciano lib. 10. appellatur, nec alio eum nomine à Scholiaste *Metamorphoseon* inedito passim citatum deprehendi. vere, ut opinor. Satisberienfis quoque Polycrat. lib. 1. cap. 12. *Naso*, inquit, in libro *Heroidum*. Epistolas tamen Ovidius ipse libro 3. *Artis Amatoriz* videtur nuncupare, ubi de suis scriptis,

*Vel tibi composita canitur Epistola vocem
Ignotum hoc aliis illa novavit opus.*

Neque aliter membranarum pars potior. quanquam & in nonnullis duplici titulo, *Heroides sive Epistola*, hoc poema inscribitur, quomodo Platonem, Ciceronem, aliosque tam in Graecis quam Latinis magni nominis scriptores gemino nonnumquam titulo suas lucubrationes ornavisse est in comperto. Cete-

rum quod Ovidius versibus paulo ante prolatis se auctorem primum atque inventorem facit hujus generis epistolarum, liquet hinc, eam Arethuse ad Lycotam, quae apud Propertium lib. 4. extat, ad imitationem nostri fuisse conscriptam, Nasonique solidam *Heroidum* pangendarum ac principem gloriam omnino deberi. Ad epistolam primam quae observavimus, levioris pleraque momenti sunt, quod Putaneus codex, qui fide atque integritate reliquos omnes magno numero à me inspectos longe antecellit, hac ex parte esset mutilus. *Hensius.*

1. *Hanc tua, &c.*] Omnes libri scripti quibus & in hoc volumine & aliis emendandis usus sum perspicue habent *Ulix.* Duxit autem Ulixes Penelopem uxorem Tyndarei auxilio, quod

A

ei con-

Troja jacet certe Danaïs invisa puellis:

Vix Priamus tanti, totaque Troja, fuit.

O utinam tunc, cum Lacedæmona classe petebat, 5
Obru-

ei consilium dederat, quo modo Græcorum omnium Principum, qui Helenam filiam suam uxorem peterent, gratiam & amicitiam esset retenturus. Apollodorus lib. 3. Biblioth. *Ciosan.* Penelope tua.] Quæ tibi hæctenus in tanta procorum turba pudice vixit, & conjugalem torum sine labe servavit. *Ant.* Penelope.] Hæc Amyre, vel Amara primum, dein Penelope dicta, ab ejusdem nominis avibus, quæ expositam à parentibus educaverunt, ut Pindari scribit interpretes. *Parrh.* Hanc tua Penelope.] Suasorii generis est hæc ad Ulyssem Penelopes epistola: Hortatur enim conjugem, ut vastata Troja caterisque Græcorum ducibus in patriam reversis, & ipse tandem domum redire festinet. *Tua.*] Benevolum sibi facit Ulyssem. *Gav. Merula. Lento.*] Moram trahenti, & quasi tepido in amore viro. *Ipse.*] Qui annos viginti absens fuisti. *Ant.*

2. Nil mihi rescribas: attamen ipse veni.] Rectius distinguas post *Tò attamen*: ut edendum curavimus. neque aliter in uno codice Florentino viri humanissimi Caroli Strozze. inveni. Epist. 8.

Non tu mille rates sinuosaque vela parabis, Nec numeros Danaï militis: ipse veni. Johanni Frederico Gronovio, viro ad omandas hæc literas ac promovendas unice nato, mihiq; conjunctissimo, legendum videbatur,

Nil mihi rescribas ut tamen; ipse veni. argute mehercule & venustè. quomodo & initio epistolæ Herus noster,

Quam mihi misisti verbis, Laandre, saltem,

Ut possim missam rebus habere; veni. Heinsius. *Nil mihi rescribas.*] Sententia hæc videtur esse: Scribo tibi quidem hanc epistolam, non tamen ut rescribas adeo, aut literæ mihi veniant tux: ipse veni. Vide hac de re Clariss. D. Gronov. in observat. lib. 1. c. 22.

3. Troja jacet.] Indicat facile fore quod proposuit. potes redire, nam Troja jacet, diruta est. Dicta est Troja à Troë rege, Etichonii & Callirhoës Scamandri filio. antea Tencria à Teucro; & Dardania à Dardano dicebatur. *Ant. Jacet.*] Sicut enim urbes cum ædificantur, aut florent, dicuntur stare, aut surgere, ita cum dirutæ sunt, dicuntur jacere & cadere. Virg. *Ceciditque superbum Ilium.* *Jacet.*] Hujus verbi antitheton, manet, stat: Virgil. 2. *Æneid.* Trojaque nunc flares, Priamiq; arx alta maneres. *Certe.*] Distinguendum est, ut non dicamus *Certe jacet*, sed *certe invisa*: non enim necesse est affirmare Ulyssem, quod Troja jacet, quia hæc ipse satis sciebat qui fuerat præsens, & fuerat etiam ex magna parte auctor illius ruinae. Dicit ergo, certe odio habita. *Danaï puellis.*] Heroidibus. Græcis. *Danaï.*] Danaï à Danao rege dicuntur, qui ante Pelasgi dicebantur, & Argivi. *Puellis.*] Quibus, non solum sexum, sed ætatem significat, quia adolescentulæ mulieres nuper nuptæ, molestius ferunt maritorum absentiam. *Ant.*

4. Vix Priamus tanti.] Ut tandiu absis nimirum. Frustra igitur se exercent hoc in loco viri eruditi. Fuit cum & ego verum unum alterumque excidisse suspicarer, sed nullus excidit. *Heinsius Vix Priamus tanti totaque Troja fuit.*] Priamus, & tota Troja non fuit tanti, id est, tota jactura quam Priamus, ceterique Trojani acceperunt non fuit tanti, quanti mea, quod te marito ob bellum Trojanum carui. *Scapp.*

5. O utinam.] Precatur in Paridem, cum hac poetica exclamatione: qui cum Helenam rapuit, tantorum malorum præbuit causam. *Ant. Lacedæmona.*] Lacedæmon Peloponnesi urbs, Menelai regia, nuncupata à Lacedæmone Jovis filio ex Taygete, Atlantis & Pleione. *Idem.*

6. Adul-

Obrutus infanis esset adulter aquis!
 Non ego deserto jacuisssem frigida lecto,
 Nec quererer tardos ire relicta dies:
 Nec mihi, quærenti spatiosam fallere noctem,
 Laffaret viduas pendula tela manus. 10
 Quando ego non timui graviora pericula veris?
 Res est solliciti plena timoris amor.
 In te fingebam violentos Troas ituros:
 Nomine in Hectoreo pallida semper eram.
 Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore victum; 15
 Anti-

6. *Adulter.*] Paris Priami filius. quem per eam proprio nomine appellare non potuit, sed per contumeliam *adulterum* dixit. *Obrutus esset.*] Oppressus & submersus. *Idem. Aquis infanis.*] Id est, magnis, in alto fluentibus Helleponticis. *Idem.* -

7. *Non ego deserto.*] Exponit incommoditates suas. Et mire exprimit mulieris, quæ legitime amæ virum suum, ingenium: per contumeliam fuit, ne quis Penelopem impudicam à Poëta efficiam putet. *Ciofan. Frigida.*] Sola. *Ant.*

8. *Relicta.*] Per 20. annos à te destituta. *Tardos dies.*] Qui longiores videntur absentia tua: ut Horat. in Epistol. inquit: *Ut nox longa, quibus mentitur amica, dissepit Longa videtur opus debentibus.* Non, inquit, die & nocte sollicitarer, si Paris Helenam non rapuisset. auge enim *videtur* à tempore. *Ant.*

9. *Nec mihi, &c.*] *reddere* à facto: ut procos falleret, quantum telæ die texerat, tantundem ad lucernam nocte detexerat. pollicita enim erat, se tunc virum accepturam, cum telam finivisset, qua integeretur Laertes senex, cum firum contigisset. Fallaciam deprehendit Antinoüs, trusus ex procis, ancilla referente, ut Homerus auctor est. *Fallere noctem.*] Hoc est nocte procos fallere. *Ant.* Eodem modo in Epistol. ad Leandrum dicit, *decipere noctem.* *Ciofan.*

10. *Pendula.*] In telario ad opus con-

11. *Quando ego, &c.*] A corporis labore ad animi sollicitudinem transit, instans interrogando. *Ego.*] Quæ bellicos eventus considero. *Graviora pericula.*] Majora quam possint accidere. *Idem.*

12. *Res est solliciti.*] Sententia augeat miseriam. Sunt (inquit) in amore perpetuæ sollicitudines: unde apud plaut. amator adolescens: *Quam miser (inquit) est qui amat.* *Idem.*

13. *In te fingebam.*] Animo commentabatur. Exponit sollicitudines, commemoratione periculorum. *Idem.*

14. *Nomine in Hectoreo.*] Quoties Hector aliquid gessisse dicebatur. *Idem.*

15. *Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore victum.*] Politianus in Miscellaneis *Amphimachum* reponit: quod Antilochum à Memnone occisum, non ab Hectore, tam Homerus, quam Q. Calaber, Didys Cretensis, Pindarus, Pyth. Od. vi. alii testentur. In contraria ivit Janus Parrhasius Epistolicis Quaestionibus, ut & Ciofanus. Certè Hyginus fab. cxliii. ab Hectore occisum innuit, & cum Ovidio hac in re consentit, quam paulo ante, fab. nimirum, cxlii. diversam opinionem secutus. *Heinsius. Antilochum.*] Nestoris filium, quem Quintus poëta non ab Hectore, sed à Memnone Aurore filio interemptum scribit. Fuit & alius Antilochus, Herculis filius, quem Paris trucidavit. *Ant.* Nos vero non Antilochum, non Amphimachum sed Archilochum legendum assueveramus. Dares namque Phry-

A 2 gius,

Antilochus nostri causa timoris erat :
 Sive Menœtiaden falsis cecidisse sub armis ;
 Flebam successu posse carere dolos.
 Sanguine Tlepolemus Lyciam tepefecerat hastam ;
 Tlepolemi leto cura novata mea est. 20
 Denique, quisquis erat castris jugulatus Achivis,
 Frigidius glacie pectus amantis erat.
 Sed bene consuluit casto Deus æquus amori.
 Versa est in cinerem sospite Troja viro.
 Argolici rediere duces : altaria fumant : 25
 Ponitur ad patrios barbara præda Deos.

Grata

gius, qui illi bello interfuit, ait, quod Hector Archilochum regem interfecit, & Aeneas Amphimachum. *Scopp.*

17. *Menœtiadem.* [Patroclum Menœti filium, cum Opuntem puerum peremisset, ad Peleum fugit. Is Achilli filio socrum dedit in bello Trojano : cumque Achillis indurus armis pugnaret, Apollo in formam Asii Dymantis filii incitat Hectorem ad pugnam, cui congregientem Patroclum armis exiit, perfractis fibulis, & trucidandum objecit : ut scribit Hom. lib. 16. Iliad. & Hygin. c. 106. *Falsus.*] Non suis, sed Achillis. *Ant.*

18. *Successu.*] Optato eventu. dolui, quod ut optabatis, non successit : vel quod Patroclo capienti Achillis arma, parum processerat dolus. *Idem.*

19. *Sanguine Tlepolemus.*] Phyleus Theoprociorum rex filiam habuit Astyochem, ex qua Hercules filium Tlepolemmum genuit. is cum in domo paterna Lycimnium patris germanum trucidasset, veritus ultionem, fugit, & Rhodi in partem regni receptus est, unde navibus novem in obsidionem Trojanam venit. hunc Sarpedon Lyciorum rex interemit. *Ant. Lyciam.*] Propter Sarpedonem Lyciz regem, qui Tlepolemmum interfecit, à Patroclo ipse postea interfecit, cujus cadaver in Lyciam delatum ibidem scribit Homer. *Goslan.*

20. *Est novata.*] Crevit, & aucta est.

maxime sui sollicita, cum Lycii Sarpedonis hasta Tlepolemmum cecidisse percipit. *Ant.*

21. *Denique quisquis erat.*] Colligit, se maxime sollicitari ad omne aliorum periculum. *Injulgatus.*] Vulneratus & extinctus. *Castris Achivum.*] Inter Græcos milites. *Idem.*

22. *Amantis.*] Penelopes. *Erat frigidius glacie.*] Timore frigescebat. *Idem.* Sic Virgil. 6. *Æneid. gelidus Tenebris per dura cucurrit Ossis tremor.*

23. *Sed bene consuluit.*] Locus ab auctoritate deorum, illis curæ fuisse quod optabat. *Deus.*] Aut ad Hymenæum, aut Cupidinem referas : sed de Hymenæo placet. *Amori Casto.*] Conjugali. *Ant.*

24. *Versa est in cineres.*] In cinerem septem libri. idque restius noster. L. 11. Met. *Cumque suis totas populis incendia gentes In cinerem vertant.*

Heins.

Sospite viro.] Ulyssæ, id enim potuit ex Telemacho scire, qui eadem ex Nestore & Menelao audierat. *Ant.*

25. *Argolici, &c.*] Exemplo firmat suspiciones : alii rediere, tu solus cessas. *Duces.*] Ut Nestor, & Agamemnon, & Menelaus. *Altaria fumant.*] Sacris ob suscepta vota perfectis. *Idem.*

26. *Barbara præda.*] Spolia Phrygum & Asianorum, qui barbari sunt. *Idem.* *Ad deos patrios.*] In templis deorum & laribus appenduntur, ut veteres facere con-

Grata ferunt Nymphæ pro salvis dona maritis:

Illi victa suis Troia fata canunt.

Mirantur justique senes trepidæque puellæ:

Narrantis conjux pendet ab ore viri.

30

Atque

consecraverunt, qui postibus templorum
arma suspendebant. *Idem.* Sic Virgil. 3.
Æneid. *Arce cavo clypeum, magni gesta-*
men Abantis, Postibus adversis figo, & rem
carminis signo. *Æneas* hac de Danais victo-
rius arma. *Æneas* autem ut Servius ait,
apud Samothraciam in templo clypeum
hunc consecravit, quod poeta in transitu
attingit.

27. *Grata ferunt Nympha.*] Νύμφαι,
nuptæ. Græcistat hic Ovidius. vide Fe-
stum in *Nympha*. Parum tamen abest,
quin à Ναιόβη exaratum opiner nuptæ.
nam alterum paulo insolentius. *Hicinf.*
Grata ferunt.] Aliarum fortunam com-
mendat, quarum mariti redierunt, ut
justior sit epus querela: aliz diis vota
perforvunt pro maritis salvis, mihi per-
petua querela relicta est. *Nympha,*] He-
roides puellæ Græcz. *Ant.*

28. *Troia fata canunt.*] Codex Ar-
gentinensis satis antiquus cum uno Me-
dicæo, *Troia fata*, magis poetice. Cer-
te Virgilius sic passim, apud quem *Troi-*
ca, aut *Troicus* nusquam invenias. et si
diversus ab eo Scævius plerumque, & in
Tragediis Seneca. apud Ausonium in
Epitaphiis Heroium, *Troia cura*, & *Troia*
bellus. & Epigr. cxi *Troius Æneas*. ad
exemplum Maronis. noster Epistolâ Di-
dus sub finem, *Troius ensis*, ut puto scri-
bendum: & Epistola Patidis, *Troia clas-*
sis adest, ex antiquis libris. *Troia pinnæ*
ibidem. & *Troia conjux*, Epistola Hele-
næ: ut *Troius hospes*, ibidem. lib. III.
Art. Amat. *Troia vapor*. ex veteri codice.
lib. II. de Ponto El. x. *Troia bella*, ut &
illic emendandum censeo, etiam in Ibiu.
p. 416. *Troia vela*. Stephanus in Τροία.
Τὸ ἰθὺνικὸν Τρῶς, ὁμοφώνῳ τῇ κλίσει,
ὡς Ἀχαιὸς, Δαναὸς, Σικελός. τὸ Τρῶ-
ζον, Τρῶϊς, καὶ Τρῶϊας ἢ παρὰ τὸ
Τρῶϊον Τρῶϊας, ὡς Ἀσθενὸς Ἀσθε-
ρίας, ἰσὶ καὶ Τρῶϊα θυγατρὸς, καὶ Τρῶϊς

καὶ Τρῶϊας καὶ Τρῶϊκὸν τὸ κλιστικὸν καὶ
Τρῶϊν. Noster *Troia gemina*, dixit lib. 12.
Metam. ut in optimo codice inveni. nam
vulgo *Tora* legebatur p. 74.

Troiaque Peliaca sternchas cuspidis istæ
Armina.

*Troia*des apud Perseum pro Trojanis. &
in Caractis veterum poetarum de si-
gnis celestibus in Eusthenii carmine, ut
quidem codices antiqui exhibent,

*Troia*desque puer, geminique sub æthere
Piscis. Hicinsius.

Illi.] Qui redierunt Græci. *Canunt.*]
Narrant. *Troia fata.*] Nam proprie *fata*
victa, quibus defensio Trojanorum con-
sistebat: quæ cum diu Græcos fatigaf-
sent, & ab expugnanda urbe repelle-
rent, tandem insidiis Sinonia victa sunt,
equo ligneo armatis viris pleno in ur-
bem introducto. 2 *Æneid.* *Fractis lullo*,
faisisque repulsi, Ductores Danaum. *Fata*
autem hæc Trojanorum dicuntur fuisse:
Vix Troili, Conservatio Palladii, id est,
simulacri Palladis, quod Troiani habe-
bant in urbe: & ut sepulchrum Lome-
dantis, quod erat in porta Scra, servare-
tur integrum: & ut equi Rhesi, de qui-
bus inferius dicitur, possent à Trojanis
recipi. hæc omnia fata vixerunt Græci,
nam Achilles Troiæ secum congregi-
tum interfecit: Palladium vero ab Ulyf-
se & Diomede clam noctu urbem in-
gressis, cæcis arcis custodibus, asporta-
tum est. Equi Rhesi, ut infra videbitur,
ab Ulyfse & Diomede abduci sunt.
Porta vero Scra diruta est ab ipsis Tro-
janis, ut equus induceretur, & ita fata
Troiana victa sunt, quod de his nunc
est intelligendum. Vide Metam. lib. 13.
Hæbet.

29. *Senes justis.*] Severi & graves: sin-
gulis suas denominationes addidit, Senes
justi, & puellæ trepidæ. *Ant.*

30. *Pendet.*] Intenta est. *Idem.*

A 3

31. Mon-

Atque aliquis posita monstrat fera praelia mensa;
 Pingit & exiguo Pergama tota mero.
 Hac ibat Simois, hic est Sigeia tellus,
 Hic steterat Priami regia celsa senis.
 Illic Æacides, illic tendebat Ulysses:
 Hic lacer admissos terruit Hector equos.

35

Omnia

31. *Monstrat.*] Ostendit q. ad oculum.
Ant.

32. *Pingit & exiguo.*] Solebant Graeci & Romani post coenam crateras vini in mensam afferre, & multo habito sermone ad multam noctem soturnum producere. Ex eo vino aliquid in mensam fundebant. Quem morem hic tangit Penelope, additque ab illis, qui in bello Trojano affuerant, uxoribus suis, ceterisque domesticis, illo vino, quod super mensam verbebant, loca, in quibus cum Trojanis praelium fuerat commissum, ostendi, & universum illum, fluvium, aliasque illius urbis partes depingi. Eum etiam, quem supra exposui morem, indicat hic noster variis locis:

Quod deducta mero littera facit A. M. O.

Et,

Verba leges digitis, verba notata mero.

Et,

*Nim oculi tacere tui conscriptaque vino
 Mensa, nec in digitis littera nulla fuit.*

Tibull. Eleg. ult. lib. 1.

*Ut miles potanti possit sua dicere sacra
 Miles, & in mensa pingere castra mero.*

Ciofani.

Pergama.] Trojanæ urbis situm. *Ant.*

33. *Simois.*] Fluvius Trojanus, cum Scamandro jungitur, & loca palustria efficit. *Ant. Tellus Sigeia.*] Campus. Sigeum (Trojæ promontorium): cernitur illic navale, & Achivorum est portus, ut Strabo dicit. Illic etiam tumulus Achillis, Patrocli, & Antiochi constitutus est, quibus llienses quotannis sacrificant. *Idem.*

34. *Regia celsa.*] Superba Priami domus, quæ erat in arce. *Idem. Priami regia celsa senis.*] Hoc epitheton passim

ferè ab auctoribus datur Priamo. Ennius citat Priscian. lib. 3.

Quæ videri occubitis Priamus sub Mantæ Pelasgæ?

M. Tullius pro Sexto Roscio Amerino, cum vellet ostendere Antistiam summa esse senectutis hominem, vocavit eum Priamum. Ciofani.

35. *Æacides.*] Achilles, Æaci nepos, & Pelei filius. *Tendebat.*] Tentoria tangebatur. *Bersimam.*

36. *Hic lacer admissos terruit Hector equos.*] Sic duo aut tres ex nostris codices, quomodo Baptista Egnatius primus castigavit. Perperam vulgo *alacer missos*, patia habes apud Actorem Elegiæ in mortem Drusi.

Hec fuit Andromache, cum vir religatus ad axes

Terruit admissos sanguinolentus equos.

Heinsius. Qui etiam trepidare dicuntur. Cato, sedere non potest in equo trepidante. Et Liv. dec. 1. lib. 8. Cum equus prioribus pedibus erectus magna vi caput quæteret, excussit equitem. Dicuntur & pavidi. Ovidius 2. de Remed. Nec faciet pavidos taurum avitus equos. item attoniti. Sil. 12. Attonito progestus equo. & Homer. Iliad. 6. τῷ δὲ ἰσχυρὸν δισταγὸν κατακλόντων ὑπὸ ἔχθρῳ. *Hic lacer, &c.*] Alii ad tractum Hectoris hæc referunt: ut distractus Hectoris Achillis equos terruerit; & *Lacer amissos* legunt. *Ant.* Constat enim Hectora circa muros Trojanos equis captum fuisse. Virg. lib. 1. *Ter circum Iliacos repulaverat Hectora muros.* Dum igitur traheretur Hector, equi aspectu cruentati cadaveris, territi sunt. *Lacer.*] Id est, vulneribus confosus, & dilaceratus. ut Virg. *Vulneraque illo gerens, quæ*

* oppidum Troadis ad
 litus maris situm,
 non longè a Troja.
 Mela, quod vide.

Omnia namque tuo senior, te quærere misso,
 Rettulerat nato Nestor: at ille mihi.
 Rettulit & ferro Rhesumque Dolonæque cæsos.
 Utque sit hic somno proditus, ille dolo.
 Ausus es, ô nimium nimiumque oblite tuorum,
 Thracia nocturno tangere castra dolo;
 Totque simul mactare viros adjutus ab uno.
 At bene cautus eras, & memor ante mei.

40

Usque

que circum plurimum muros accepit patrias.
Admissos.] Ita Micylus cæter legendum ut & Egnatius censuit: ut *Admissos equos*, intelligamus veloces, sive incitatos: quemadmodum & alibi idem nomen poeta usurpavit: Admittere enim equum est incitare aut ungere calcibus. *Bersm.*

37. *Omnia namque tuo.*] Unde res Trojanæ intellexerit ostendit, in quo & ambiguitatem solvit, & domesticam sollicitudinem aperit, *Nestor.*] Pyliorum rex, & Nelaï filius. *Senior.*] Qui tertiam ætatem ægebat. *Nato tuo.*] Telemacho, de te sollicito. *Misso te.*] Non enim Penelope Telemachum ad scitandum de Ulyssæ misit, sed ille sola nutrice consilia, consilio Minervæ, quæ se in formam Mentis Anchiali regis Taphiorum filii verterat, Pythum ad Nestora, & Spartam ad Menelaum, clam matre concessit, à quibus cum res ad Trojam gestas accepisset, ad matrem retulit. *Ille.*] Telemachus, filius tuus. *Ant.*

39. *Rhesumque Dolonæque cæsos.*] *Rhesus* Eriustanus, Græci cunctione. ut sepe alibi. *Heinsius.* *Rhesumque.*] Rhesus Eionei filius, Thracum rex, postremus castra locata: ejus equi erant candore nivali, pernicie ventis comparandi, curus auro argentoque ornatiissimi. *Dolonæque.*] Hector pronissus Achillis equis, Dolonem Eumedis filium misit in castra Græcorum scrutatum: illum Diomedes & Ulysses, qui de Trojanis exploraturi mitterantur, intercipiunt: promissa impunitæ, Trojanorum consilia intelligunt. Deinde interempto Dolone, Thracum castra invadunt. Diomedes

dormientem Rhesum perimit, & socios 12. equos in castra abigunt, & ad præsepe inter alios Diomedis equos alligant. *Ant.* *Rhesumque.*] Rhesus rex Thraciæ, Trojanis opem ferens; prima nocte ex longo itinere fatigatus in ipsis tentoriis ab Ulyssæ & Diomede una cum omni exercitu est interfectus. *Hom.* x. lib. Euripides in Rheso. & Ovid. lib. 13. *Metamorph.* quod tangit & in præclarissimo opere, quod ibi vocavit: *Nec tu quam Rhesus summo meliore quiescas,*

Quam comites Rhesi tum necis ante via.
Ciofan.

40. *Hic.*] Rhesus. *Ille dolo.*] Promissa erat Doloni impunita, si Trojanorum consilia aperiret: sed Diomedes illum interemit. *Ant.*

41. *Nimiumque oblite.*] Hoc hemistichium usurpavit Statius. l. 7. *Thebaid.* *Hæc nimium mitis, nimiumque oblite tuorum.* *Ciofan.*

42. *Thracia.*] Rhesi Thracii. *Dolo nocturno.*] Per noctis insidias. *Ant.* *Tangere castra dolo.*] In quatuor membranis *frangere castra.* quod non est de nihilo, pro perfringere, aut domare. Sed & *tangere* probum est. sic apud Comicos, *Tangere dolo aliquem, Talem est leno, Probo illum tangi.* & similia. *Heinsius.*

43. *Tot viros.*] Non eadem Ulysses, sed Diomedes peregit, qui regem & socios 12. trucidavit. *Ab uno.*] Diomede, Tydei & Deiphiles Adraști filio. *Ant.*

44. *At bene.*] *Eipartius.* *Ante.*] Quam à nostro amore discederes, cum te tuæ domus memoria & amor subibat: eras cautus: nunc cum perfixeris, nulla

A 4

nulla

Usque metu micuere sinus; dum victor amicum 45

Dictus es Ismariis isse per agmen equis.

Sed mihi quid prodest vestris disjecta lacertis

Ilios? &, murus quod fuit ante, solum:

Si maneo qualis Troja durante manebam;

Virque mihi, demto fine, carendus abest? 59

Diruta

nulla vitas pericula. Persistit in amplificatione, ut quanta sit in amante uxore sollicitudo, monstretur. *Ant.*

45. *Usque metum micuere sinus.*] Male libri nonnulli: tremuere aut timuere aut rumuere aut metuere aut riguere. Epist. OEnones, *Attoniti micuere sinus*, l. 111. Art. Amat. fabula Procidis,

Pulsantur trepidi corda micante sinus.
Fast. 111.

Terror admixtus, corque timore micat.
Et mox,

Corda micant regis, totaque e corpore sanguis

Fuit.
lib. VI.

—*furtimque accedere tentat,*
Et fere suspensas corda micantegradas.
Plautus, *Aulularia*, Act. iv. sc. 111.
Continuo meum cor capis artem facere ludicram,
Atque in pectus emicare.

Ubi digitorum micationem ludum notissimum respexit. *Heinsius.* *Usque metum micuere sinus.*] Cor pro formidine exilibat. Sinus pro pectoribus usurpat. *Ant.*

46. *Per agmen amicum.*] Per Græcorum castra. Tantus mihi error ex hoc injectus est, ut etiam cum victor diceris in castra Græcorum redisse, timerem. *Ismariis.*] Thracis: est Ismaros mons & urbs Thraciæ. *Idem.*

47. *Sed mihi quid prodest.*] Communicatione utitur: petit & consulit, quid sibi prosit Trojanum excidium. hac scificatione suspenditur animus, & ad commiserationem apparatur: in quo & facile sibi communicationem conciliat, & lenti mariti increpat tarditatem. *Disjecta.*] Diruta. *Idem.* *Vestris disjecta la-*

certis Ilios.] Sic apud Homerum Ἰλίου ἱστὴν non uno loco, & Ἰλίου οὐρανόθεν καλίσταν, in Anthologia *Troja superba* vult. quomodo & *Ilium superbum* Virgilio. Horat. *non semel Ilios vexata:* & in Catalectis Pithoci,

Ilios en surgit rursus inclyta.

Noster lib. I. Artis,

Tunc cum tristis eras defensa est Ilios armis.

Ita enim veterum codices. sic *Neritos* mons Ithacæ apud Græcos, quæ *Neritos*, Virgilio est. & *Neritos ardua saxa*. Plurimi tamen scriptorum codicum, *disjecta Ilium* agnoscunt, ut apud nostrum *Laodamiz epistola*, *Ilium & Tenedos*. quod & Scaligero placebat, teste Bersmanno. certe in antiquis libris apud *Ovidium* modo *Ilios*, modo *Ilium*, promiscue scribitur. ut *Fastor.* 111. v. 71. iv. 505. v. 93. vi. 401. & in *Metamorphosi* non semel. Adeatur *Stephanus* in *Thes.* Noster Epistola *Helenæ*,

Es fatum timco munus, quas igne Pelago

Ilium arsuram præmonuisse ferunt.

Ita enim rescribi malum, pro vulgato *arsurum*. ut & *Paridis Epistola*, idque veteris libri auctoritate,

Arsuram Paridis vates canit Ilium igni.
Sequenti versu in nonnullis membranis; *murus quo fuit ante*. ut apud Virgilium, *Atque solam quo Troja fuit*. in nonnullis etiam, *qui fuit*. *Heinsius.* *Ilios.*] *Troja*, ab Ilio Trois filio dicta. *Ant.*

49. *Si maneo.*] Inopinatum subdit, ad communicationem; non enim *Penelope* eversa Troja se, ut ante, conjugæ carituram opinabatur. *Si maneo.*] Sine viro. *Durante Troja.*] Cum Troja stabat. *Idem.*

51. Di-

Diruta sunt aliis, uni mihi Pergama restant;

Incola captivo quæ bove victor arat.

Jam seges est ubi Troja fuit, rescandaque falce,

Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.

Semiseputa virum curvis feriantur aratris

55

Ossa: ruinas occulit herba domos.

Victor abes; nec scire mihi, quæ causa morandi,

Aut in quo lateas ferreus orbe, licet.

Quisquis ad hæc vertit peregrinam littora puppim,

Ille mihi de te multa rogatus abit.

60

Quamque tibi reddat, si te modo viderit usquam,

Traditur huic digitis charta notata meis.

Nos Pylon, antiqui Neleia Nestoris arva,

Misi-

51. *Diruta sunt aliis.*] Ab aliam fortuna, suum merorem amplifica. *Aliis.*] Ad fortunam aliam pueritiam. *Refert.*] Non expugnata. *Idem.*

52. *Victor.*] Grati victores. ubi fuerat Troja, jam segetes crescant, & metuntur fruges. *Idem.* Et campos ubi Troja fuit. *Virg.* 3. *Æneid.* Et *Lucan.* 9. Caionem inducit viscere Troja locum. *maque Phæaci quævis vestigia maris; cuncta nomen memorabile Troja, iam silva steriles, & præter robore trunci: & alibi: tota regitur Pergama dumetis, atque perire ruina. ἵππεῖς χαμαὶ.* *Estip.* *Bach.*

55. *Semiseputa virum.*] Ossa insepulorum. *Fortuntur*] Inter eruentium percutiuntur. *Ant.*

57. *Causa morandi.*] Non tam morabatur, quam quod moræ causam ignorabat; putabat enim alieno amore detineri. *Idem.*

58. *Lateas.*] Curiosus est, quam si manes dixisset. *In quo orbe.*] In qua regione, & sic sæpe. *Idem.*

59. *Quisquis ad.*] Summum officium laudat: tu, inquit, lætas, nec etiam ad me remis de te fama pervenit, ego de te semper curiosa sum *Verris.*] Nam cum ad portum perveniret, puppim in li-

tus convertunt. *Ad hæc littora.*] Ithaca. *Idem.*

62. *Charta notata.*] Scripta, hoc est. do literas ad te his omnibus, qui ex Ithaca navigaturi sunt in quamcunque orbis regionem. *Idem.*

63. *Nos Pylon.*] Non ipsa misit, sed Telemachus, matre inficia ad Nestorem, uti diximus, accessit. *Pylis tres fuerunt urbes in Peloponneso: una in Lepreatica regione, alia in ora Pisæ ad Alpheum flumen, tertia in Messenia. Idem. Neleia arva.*] Appositio, in quibus Neleus regnavit, qui 12. filios suscepit, ex quibus tantum Nestor superstes mansit *Homer.*

11. *Iliad. Cef. Antiqui Nestoris.*] Quod tria secula vixerit: unde ab Attio trileclisenex dictus est. unde observ. in lib. *Fast.* de Nestore sic *Higinus.* c. 10. *Chlontis* in urbe *Seti Amphionis* filia, quæ ex septem superaverat; hanc habuit in conjugem *Neleus Hippocoonis* filius: ex qua procreavit masculos liberos duodecim. *Hercules* cum *Pylum* expugnaret, *Neleum* interfecit, & filios ejus decem. *Undecimus* autem *Periclymenes* beneficio *Neptuni* avi in aquilæ effigiem commutatus, montem effugit. Nam duodecimus *Nestor* in *Ilio* erat, qui tria secula vixisse dicitur *Apollinis* beneficio. *Idem.*

A 5

64. F. 5

Misimus. incerta est fama remissa Pylo.
 Misimus & Sparten. Sparte quoque nescia veri, 65
 Quas habitas terras, aut ubi lentus abes.
 Utilius starent etiam nunc moenia Phœbi.
 Irascor votis heu levis ipsa meis!
 Scirem ubi pugnares; & tantum bella timerem;
 Et mea cum multis juncta querela foret. 70
 Quid timeam ignoro. timeo tamen omnia demens:
 Et patet in curas area lata meas.
 Quaecunque æquor habet, quaecunque pericula
 tellus,
 Tam longæ causas suspicor esse moræ.
 Hæc ego dum stultè meditor (quæ vestra libido est) 75
 Esse peregrino captus amore potes.

For-

64. *Fama.*] De te. *Est remissa.*] Scilicet mihi à Nestore. *Incerta.*] Nestor nihil certi de te nobis retulit. *Ant.*

65. *Sparten.*] Ad Menelaum, qui cum de Ulyssæ negasset scire, Telemachum remisit patera & peplo donatum: pateram Vulcanus effinxerat, pepulum Helena texuerat. *Sparto nescia.*] Menelaus Spartanus de te verum nescit. *Idem.*

66. *Quas habitas terras, aut ubi lentus abes.*] *Lentus* agas in Charraceo Scriverii. quod placet præ vulgato, si *habites* quoque reponatur, ut in uno Mediceo extat. vulgata scriptura minus Latina est. *Hemsius.*

67. *Mania Phœbi.*] Troja ipsa. *Starent milium.*] Mihi minus molestum esset si non esset eversa. Phœbus & Neptunus Laomedonti in fabricandis Trojanis moenibus opitulati sunt. Colligit causas, ut quod dixerat, probabile videatur. *Ant.* *Mania Phœbi,* hinc etiam vocatur, *ἡλὸς ἱερὸν ἄστυ.* Calab. & *Tryph.* *οἶχας ἱερὸν ἀθανάτων.* *Pergæum divina munus manu.* vide & Ovid. 16. 180.

68. *Heu levis.*] Mobilis. utitur correptione. *Irascor.*] Improbo, quæ pro excidio Trojano vota suscepi. *Idem.*

69. *Scirem ubi pugnares.*] Ecce causas

utilitatis ostendit. *Ubi.*] In qua orbis parte. *Idem.*

70. *Cum multis.*] Mulcarum querela nostram faceret leviores: nam & miseriarum societas solatii loco est, *Ignora.*] Post dirutam Trojam. *Idem.*

72. *Area lata.*] Metaphora à solis spacio, ingens est curarum fluctuatio. *Ant.* *Area.*] Spacium. *Lata.*] Ampla. *In meas curas.*] In meas sollicitudines, & timores de te.

73. *Quaecunque æquor habet.*] Ordo est ego suspicor quaecunque pericula, id est, omnia pericula quæ æquor habet & tellus, esse causas tam longæ moræ: id est, quod tam diu moreris, suspicor fuisse causam periculorum, quæ tibi mari teraque potuerunt accidere. *Idem.*

75. *Stulte.*] Ternere & frustra. *Quæ vestra libido.*] Maritorum innuir incontinentiam. Amas forte peregrinam puellam, quod pro insatiabili libidine facere consuevistis, ut neglecta uxore, alias ametis. *Ant.*

76. *Peregrinus amore.*] Alludit ad Circem & Calypso, cum quibus Ulysses multum temporis consumpsit: ex Circe Telegonium genuit, ex Calypso Atlantis filia Ausonem, à quo Italia Ausonia nuncupatur. *Idem.*

77. For-

Forſitan & nates, quam ſit tibi ruſtica conjux ;

Quæ tantum lanas non ſinat eſſe rudes.

Fallar ; & hoc crimen tenues vanefcat in auras :

Neve revertendi liber abeſſe velis.

80

Me pater Icarius viduo diſcedere lecto

Cogit, & immenſas increpat uſque moras.

Increpet uſque licet : tua ſim, tua dicar oportet.

Penelope conjux ſemper Ulyſſis ero.

Ille tamen pietate mea precibuſque pudicis

85

Frangitur, & vires temperat ipſe ſuas.

Dulichii Samiique, & quos tulit alta Zacynthos,

Turba ruunt in me luxurioſa, proci :

Inque

77. *Forſitan & nates.*] Preſumit quæ Ulyſſes obijcere potuiſſet : id genus ſchematicæ Græcæ proleptis, Latine præſumptio, ut Fabius meminit. *Nates.*] Puellis, quas amat. *Ruſtica.*] In caeteris rebus ignota, præterquam in lanificio : dicimus *Rudes*, qui nullum in ſuo ſtudio cultum ſortiti ſunt. *Idem.*

79. *Fallar.*] Hac mea opinione decipiar. *Vanefcat.*] In vanum, hoc eſt, in nihilum abeat, hoc eſt, non ſit verum, *Idem.* *Vanefcat.* Sic & Græci. *ὡς θανάσιμος πᾶσι.* Eupr. Troad. Et Homer. Odyſſ. β. v. 409. — *ἐπὶ δ' ἵσταται βίβακτας δαίμων, ἀφ' οὗ τὸ φέρονται ἀνὰ πύλας αἰελλαι.* Unde Virgil. xi. portem volantes diſperſis in auras, Inque notas vocem vocante procella.

80. *Liber.*] Cum ſit in tua poteſtate redire. *Parrh.* *Velu abeſſe.*] In patriam redire contendas. *Ant.*

81. *Me pater Icarus.*] Perſiſtit in præſumptione. Icarus ex Polycæſte genuit Penelopem, Leucadium, & Alyzeæ : Penelope Icarioris eſt diſta, ab Icario qui filiam ſollicitabat, ut Eurimacho uni ex prociſ nuberet. *Idem.* *Diſcedere viduo lecto.*] Scilicet tuo, à te dereliſto, & in quo ſum tanquam vidua. *Heber.* *Viduo lecto.*] Eodem ſenſu ſuprà deſertum dixit, hoc modo inſrà Epit. Oenonis : *Nunc jaces in viduo credulus ille toro.* & Seneca in

Hippolito, qui Ovidii maximus fuit imitator :

— *Cur toro viduo jaces ?* Cioſan.

83. *Tua ſem.*] Non alterius conjux.

Dicar.] A poſteris volo à conſtantia conjugii laudari. *Ant.*

85. *Pudiciſ.*] Pudicæ filiz, quæ viri thalamum cuſtodit. *Idem.*

86. *Viros.*] Patrum juſ. ſumptum eſſe videtur ex Romanis legibus, quibus ſanciebatur, ut quam primum ætas ſerret, ad conjugium cogi poſſent : ut Dion ſcribit. *Idem.* *Et viros temperat.*] Id eſt, minuit impetum animi. quia quando videt me tam eſſe amantem tui, minus poſtea inſtat ut nubam alii. *Heber.*

87. *Dulichii Samiique.*] Ab immodestia procorum arguit, ut ad ultionem accenſus Ulyſſes redire feſtinet. Conveniant proci in Ulyſſis regiam, Dulichii duo & quinquaginta, quos ſequebantur famuli ſex : Samii, viginti quatuor : Zacynthii viginti : Ithacenſes duo & viginti. *Samos & Zacynthos.*] Inſulæ adjacentes Epiro. Zacynthos nemoroſa eſt, non ultra ſtadia 40. illius eſt ambitus. Urbs in ea fuit ejusdem nominis. *Ant.*

88. *Turba luxurioſa proci.*] Exprimunt nōminis vim. *Procos* enim dicimus, qui in eandem libidinem nimia appetentia conſpirant, à procando dicti. Eſt procare, ut Verrius ſcribit, nimum laſcive petere :

Inque tua regnant, nullis prohibentibus, aula.

Viscera nostra tuæ dilaniantur opes.

90

Quid tibi Pisandrum, Polybumque, Medontaque dirum,

Eurymachique avidas, Antinoique manus,

Atque alios referam, quos omnes turpiter absens

Ipse tuo partis sanguine rebus alis?

Irus egens, pecorisque Melanthius actor edendi,

95 Ulti-

petere: unde procaces, mollium rerum petitores. *Romer.*] Ex omnibus insulis Echinadibus, in tuam regiam confluunt: & quasi factio impetu veniunt. *In me.* Meum concubitus petentes. *Luxuriosa.*] Libidinis plena & petulans. *Idem.*

89. *Regnant.*] Invidiose dixit, q. d. non satis est illis venire in domum, sed volunt in ea esse domini, & dissipare res tuas, quæ sunt mihi caræ tanquam viscera mea. *Huber.*

90. *Viscera nostra.*] Quas non minus lacerari & absumi dolemus, quam si nostra corpora dilaniarentur. *Alr.* *Dilacerantur.*] In vet. quibusdam, *dilaniantur*, *Æque bene.* *Gios.* *Dilacerantur.*] Dissipantur, scilicet ab ipsis. *Huber.* *Dilaniantur opes.*] Ita rectius meliores ex scriptis, quam *dilacerantur*, quod est in vulgatis. Respexit Homeri illa *Odyss.* *Æ.* v. 315. *πλήματα δαρδάνυσσιν.* *Heins.* *Plaut.* in *Capteiv.* 3: 5. *quia me, meamque rem dilaceravisti.* & in *Bacchid.* 5: 1. *Chrysalus me hodie laceravit, & miserum spoliavit.* *Quo* & respicit *Ter.* in *Hecyr.* *Quin spoliis, immiles, laceres.* *Hom.* *Odyss.* *χ.* v. 370. —οἱ οἱ ἱεῖροι κτήματα' ἐνὶ μεγάροισι.

91. *Quid tibi Pisandrum.*] Aliquot nominat ad excitandam invidiam. Erat Pisander, Polyætoris filius. *Medontaque*] *Præconem.* *Dirum.*] Oblocutum. *Ant.* *Polybumque Medontaque dirum.*] Primo in duobus scriptis *Polybumque*, *Gizco* more, ut passim noster. Sed quare *Medon* dirum dicitur, cui fere procorum uni Ulysses pepercit, ob modestiam & leviora delicta, cæteris interfectis *Odyssæ* *xxi*? In multis codicibus *Polybum Medontaque* inveni. Hæsit etiam hic aqua Mariangelo Accursio, qui in *Diatribis* legendum

contendit *Polybum Amphimedontaque*, quod hosce duos cum Pisandro *Homerus* etiam conjunxerit,

*Εὐρυμήδης καὶ Ἀμφιμέδων Δαρμενιο-
λήμους*

*Πισανδρὸς Πολυκτορίδης Πολυβὸς
δαίμων.*

Sed præterquam quod hæc lectio versum paulo duriorem reddit, restat scrupulus de *Penelopes* *Sabinianæ* ad hanc epistolam responsione, quæ *Polybo* quoque *Medontem* subiungit,

Certe ego cum Antinoem Polybumque Medontaque legi,

Hæc toto sanguis corpore nullus erat!

Præstat igitur locum relinquamus intactum. *Heinsius.*

92. *Manus avidas.*] Ad tuas opes pendendas, prodigas. *Antinoique Eurymachique.*] Hi duo erant ex procis primores. *Ant.*

93. *Turpiter.*] Summo tuo dedecore, qui domum negligere videris. *Idem.*

94. *Sanguine tuo.*] Industria, labore. *Irus egens*] *Pathos* ab humilitate personæ. *Idem.*

95. *Irus*] *Ithacensis* mendiculus, corpore vastus, sed nullis viribus, ut *Homerus* scribit, ab *Ulyssæ* pugno percussus, sub habitu mendici fere extinctus cecidit. *Melanthius.*] Fuit *Dorili* filius, magister ovium, cum procis, *Ulyssis* ammentata devorabat. *Idem.* *Pecorisque Melanthius actor edendi.* Omnino legendum est, *actor edendi.* *Homer*o in *Odyssæ* passim dicitur *Μελανθὸς αἰνέει αἰνέει.* Auctorem fuisse procis pecoris edendi *Melanthium* non reoordor me legisse. Confirmatur nostra lectio à novem aut decem libris calamo exaratis. *Heinsius.*

96. Ut

Ultimus accedunt in tua damna pudor.
Tres sumus imbelles numero; sine viribus uxor,
Laërtesque senex, Telemachusque puer.
Ille per insidias pæne est mihi nuper ademptus;
Dum parat invitis omnibus ire Pylon. 100
Di precor hoc jubeant, ut euntibus ordine fatis,
Ille meos oculos comprimat, ille tuos.

Hoc

96. *Ultimus pudor.*] Ultimam dedecus, quod ipsi vile. *Hubert.*

97. *Tres sumus imbelles.*] Pathos ab ætate & sexu. *Ant.* Tres sumus imbelles numero, sine viribus uxor, Laërtesque senex, Telemachusque puer.] Hunc locum imitatus est Seneca in Troadibus:

— turba quæ sumus super,
Telemachus, puer, caprea. *Cicero.*

98. *Laërtes.*] Pater tuus. Vulgo enim ex Laërte genitus à poëtis dicitur, licet interdum Sisypbi filius appelleretur: nam cum ejus mater Anticlea ad Laërtem sponsa deduceretur, fertur fuisse raptà à Sisypbo latrone, & ex eo genuisse Ulysses: quod ei ad contumeliam Ajax objicit lib. 13. *Metam. Hubert.*

99. *Ille.*] Telemachus. *Per insidias.*] Proci Telemacho ad Nestorem eunti insidias posuerunt, ut *Horn.* refert; sed Paladis numine evasit Telemachus. *Ant.*

100. *Pylon.*] Ad Nestorem. *Id Dnm parat invitis.*] Quo studio sit erga patrem filius ostendit, ut pater filii charitate commotus, omnino deliberet domum quam citissime redire. *Gaud. Mer.*

101. *Di precor hoc jubeant.*] Malim, si per membranas licet, Di, precor, o jubeant. quem errorem frequenter errantur imperiti librarii. *Noster Epistola Hypsipyles, v. 15.*

Ogo, si possent timide credentibus, Ista ipse mihi scripsit, dicere, quantæ forent!

sic enim locus ille restituentus. Epistola Decianæ sub finem,

Virgine, sed o possis, Et puer Hylle, vale. ubi membrana quædam, hoc possit. Elegia in obitum Drusi,

Quod licet, o certe tumulo potenter in una, Druse.

sic restituo, cum passim nunc circumferatur, hoc certe, nisi mavis, at certe. sed modus exemplorum non esset. recte autem euntibus ordine fatis, quæ ordine procedunt, si majores natu prius è vivis tolluntur, quam natu minores, plena sunt hujus formulæ monumenta sepulchralia in antiquis inscriptionibus. Emenda in transcurso locum Martialis, qui Scaligero & aliis viris primariis multum negotii exhibuit libro. 1. Ep. cxy. de Fenio Telephoro (quem vulgati codices *Fenium* frustra nuncupant) Antullam filiam sepeliente.

Ad Stygias æquum fuerat prior ipsis ne umbras.

Quod quia non locuit, vivat, ne ossa celat.

pater otiose & perperam, non prior legabatur, quod ex interpretatione & scholio irrepsit, cum de parte Antullæ totum agat epigramma. hæc conjectura nostra est. reliqua membranis debentur. apud Gruterum pag. dcxxx.

ET. MATER. TEPIDO. CONDIDIT.
OSSA. ROGO.

QUÆ. PRIUS. HOC. TITULIO. DEBUIT.
IPSA. LEGI. *Heinsius.*

Euntibus ordine fatis.] Ut non cadat ante diem. *Ant.* Fatis ordinem justum servantibus, parentibus superstes sis. *Berfmann.*

102. *Ille.*] Telemachus. *Comprimat id est claudat:* Qui erant genere propinquiores, mortuorum claudabant oculos. *Ant.*

103. *Hoc*

Hoc faciunt custosque boſum longævaque nutrix:

Tertius, immundæ cura fidelis haræ.

Sed neque Laertes, ut qui ſit inutilis armis,

105

Hoſtibus in mediis regna tenere valet.

Telemacho veniet (vivat modo) fortior ætas:

Nunc erat auxiliis illa tuenda patris.

Nec mihi ſunt vires inimicos pellere teſtis.

Tu citius venias, portus & ara tuis.

110

Eſt tibi, ſitque precor, natus; qui mollibus annis

In

103. *Hoc faciunt.*] Hoc necum pre-
cantur. nulla igitur transpoſitione ver-
ſum hic opus. de Phileto vaccarum cu-
ſtode, Euclicia Ulyſſis nutrice, & ſubul-
co Eumæo copioſe Homerus. *Heinſius.*
Hoc faciunt.] Idem vovent. *Cuſtos boſum.*] *Heinſius.*
Philetius Cephalenius paſtorum magi-
ſter, & Ulyſſis vaccarum cuſtos. *Lon-
gævaque nutrix.*] Euryclia Piſenoris filia,
nutrix Ulyſſis. *Ant.*

104. *Cura fidelis.*] Fideliffimus cuſtos
Eumæus. *Hara immunda.*] Sordentium
porcorum. erat Eumæus Cteſi filius, cu-
ſtos porcorum. *Idem.*

105. *Sed neque Laertes.*] Perorat, col-
ligitque quid incommodi ex abſentia
oriatur, quidve utilitatis ex reditu. *Ant.*
Ut qui ſit inutilis armis.] *Armis* decem
codices, & placet. *Amor.* lib. 11. *El.* VII.

*Non tu natus equo, non fortibus milis
armis.*

Fast. II.

*Nam puer impubes & adhuc non milis
armis,*

Unus de Fabiâ gente relictus erat.

lib. III.

*Nunc primum ſtudiis pacis, Deus milis
armis,*

Advocator.

lib. V.

*Viribus ille minor, nec habendus milis
armis.*

Heinſius.

106. *Hoſtibus in mediis.*] Inter tot pro-
cos. *Tenere.*] Gubernare, defendere. *Ant.*
Regna tenere poteſt.] valet meliores ſcripti.
Heinſius.

107. *Fortior.*] Ad tractanda arma, &
ad regna moderanda conveniens. *Ant.*

Telemacho veniet (vivat modo) &c.] Huc
reſpexiſſe videtur Statius lib. 4. *Theb.*

— *veniet modo fortior æas.* *Cioſan.*
Sic Homer. Odyſſ. π. v. 71.

Αὐτὸς μὲν γὰρ ἱμὶ, καὶ ἔγω χερσὶ
πίπτοιτα

Ἀλλ' ὁ παμύνησθαι, ὁ τίτις πρότις
χάλεπνεν.

*Medio igitur tempore, dum infans convu-
leſcit.* *Juſtin.* lib. 3: c. 2.

108. *Nunc.*] In adoleſcentia. *Tuenda.*] *Ant.*
Sub tutela inſtituenda.

109. *Nec mihi ſunt vires.*] Nunc Pe-
nelope dicit de ſe. *Pellere.*] Ad pellen-
dum. *Inimicos.*] Qui bona tua dilacerant.
Idem.

110. *Tu citius venias.*] Ecce redit unde
incoeperat. dixerat enim, *attamen ipſe ve-
ni.* *Idem.* *Ara.*] Aram enim & portum
pro turis locis uſurpare ſolere quis igno-
rat? *Cioſan.* *Tuis.*] Patri, filio, & mihi.
Hubert. *Portus & ara tuis.*] Ita noſtri
conſtanter, niſi quod Argentinenſis ſa-
tis antiquis, *portus & ara.* mendoſe.
Cioſanus è ſuis notat *portus & ara.* quod
verum eſt. Quomodo etiam reſtituen-
dum *Pont.* lib. 11. *El.* VIII.

Vos eritis noſtra portus & ara ſaga.

Trift. lib. IV. *El.* V. ad amicum,

Unica fortunis ara reperta meis.

Qui veritus non es portus aperire fideles

Enlimine percuſſa conſugiumque rati.

Cicero in *Verrum* de ſuppliciis, *Hic por-
tus, hac ara, hac ara eſt ſociorum.* *Heinſius.*

111. *Eſt tibi, &c.*] Quia ſcit deſide-
rio filii, patrem maxime moveri, ideo
hunc in memoriâ ei reducit. *Sic.*] Id
eſt,

In patrias artes erudiendus erat.
Respice Læriten, ut jam sua lumina condas:
Extremum fati sustinet ille diem.

Certe ego, quæ fueram te discedente puella, 115
Protinus ut redeas, facta videbor anus.

est, dū vivat. Hubert. Nam.] Telemachus Molibus.] Juvenilibus, nam pueri inquam arbutusculæ, facile ad omnia tutantur. Ant.

112. In patrias artes.] Ad anna tradenda. A justis, fursio est. Ant. In patrias artes, &c.] Extat in Aristotelis Oeconomicis præceptum, quo ille docet, matrum esse filios alere; patrum vero erudire: scite igitur erudiendus. Ciofan.

113. Respice.] Verbum est misericordiz. Juvenal. Solus enim tristis hac tempore Camenae Respexit. Hubert. Læritem.] Patrem tuum. Invitat te, inquit, moriturus pater propediem ad rediendum, ut illi claudas oculos, & iusta persolvat. Ant. Ut jam sua &c.] Mortem hanc claudendi oculos propinquis, o-

stendit & Euripides in Hecuba de Polydoro:

ἤ καὶ δαίμονος ὄμμα κρύψαι δὲ σὸν. Vivis & moriens oculos claudas tibi. Ciof. Ut jam.] Id est, statim. Hubert.

114. Fati.] Id est, mortis. Idem.

115. Certe, ego &c.] Nunc mover misericordiam à persona sua: dicit enim, cum tam diu abfuisse, ut quavis cito redeat, inveniat tamen eam animum, quam puellam discedens reliquerat. Idem. Descendens.] Ad bellum Trojam prope-
perante. πρὸς ab ætate. Ant.

116. Protinus.] Id est, cito. ut, id est, quavis. Idem. Ut redeas.] Post annum vigesimum ex quo discessisti. Videbor anus.] Tanto magis senescam, si diutius immoraberis. Idem.

EPISTOLA II.

ARGUMENTUM.

Demophoon, Thesei & Phædra filius, à bello Trojano in Patriam rediens, maris tempestu-
ritas in Thraciam delatus, à Phyllide, Lycurgi & Crustumena filia (qua tunc Thracia
imperabat) hospitio & lecto benigne susceptus est, cum qua aliquandiu consuevit. Au-
dita deinde morte Mnesthei, qui post ejusdem Athenis patrem Thesea, imperium occu-
paverat, regni cupidine captus, Phyllidis fidem dat se intra mensem rediturum, consin-
gens ad res componendas se suas ire. Max refectis navibus Athenas petiit, nec redire
cogitat. Quatuor igitur exaltis mensibus, Phyllis ad eum hanc epistolam scripta, qua
suadet, uti beneficiorum memor, fidem datam non fallat: quod si aliter fecerit, violatum
amorem crudeli se morte vindicatorum minatur.

PHYLLIS DEMOPHOONTI

Hospita, Demophoon, tua te Rhodopeia Phyllis
Ultra promissum tempus, abesse queror.

Cor-

Hospita.] Quæ te indigum, & ex-
rantem, hospitio exceptum, tot
beneficiis affici. Hospita.] Sic Dido, 4.
fœcid. ejusdem latoris, gentem excipi. &
lib. 6. iterum hospita Tenet. Phyllis Rh-

dopeia.] Thracia. Rhodope mons est
Thraciz, in quem versam ajunt Rhodo-
pem, cum Deos Immortales corre-
mineret. Ant.

2. Abesse ultra promissum tempus.]
Quod

Cornua cum Lunæ pleno semel orbe coissent,
 Littoribus nostris anchora pacta tua est.
 Luna quater latuit; toto quater orbe recrevit;
 Nec vehit Aëtæas Sithonis unda rates.
 Tempora si numeres, bene quæ numeramus amantes;
 Non venit ante suum nostra querela diem.
 Spes quoque lenta fuit. tarde, quæ credita lædunt,
 Credimus: invita nunc & amante nocent. 10
 Sæpe fui mendax pro te mihi; sæpe putavi
 Alba procellosos vela referre notos.
 Theſea devovi, quia te dimittere nollet;
 Nec tenuit cursus forsitan ille tuos.
 Interdum timui, ne dum vada tendis ad Hebri, 15
 Merſa foret cana naufraga puppis aqua.

Sæpe

Quod intra mensem, ut promissiſti, non redieris. *Queror.*] Summa querela te ac-
 cuso. *Ant.*

3. *Cornua cum luna.*] Circumſcribit
 pacta tempora. *Idem.*

4. *Anchora pacta.*] Tribuit inanima-
 tis, quod animantium est. Pepigiſti, in-
 quit, ut anchora ſeu navis tua, Thraciis
 littoribus ſiſteret, hoc est, in Thraciam
 redires, cum ſemel coiſſent Lunæ cor-
 nua, unæ Lunæ decurſu, quem peragit
 ſeptem & viginti diebus, & octo horis,
 ut Plin. ſcribit. *Idem.*

5. *Luna quater latuit.*] Agitur jam
 quartus menſis, & tu non rediſti. *Idem.*
Recrevit.] Iterum crevit, & plena facta
 eſt. *Huber.*

6. *Nec vehit.*] Id eſt, nec promiſſum
 tuum perficitur. *Idem.* *Aëtæas.*] Aëtici
 Demophoontis naves. *Unda Sithoniæ.*]
 Mare Thracium. Thracia vetuſto nomi-
 ne Sithon nuncupata eſt, ut ſcribit Gel-
 lius: unde Sithonis, & Sithonius.
Ant.

8. *Ante ſuum diem.*] Id eſt Ante
 tempus debitum. *Hub.* *Noſtra querela.*]
 Id eſt, noſtra expoſtulatio citius tarda
 eſt, quam præceps. *Ant.*

9. *Spes quoque lenta.*] Quoniam de
 tuo ſeditu ſpes fruſtra eſt hætenus ha-

bira. Spes enim lenta eſt, quæ longa ex-
 pectatione, ſine rerum ſucceſſu conſu-
 mitur. *Ant.* *Tarda quæ credita.*] Senſus
 eſt: ego credo nunc ea quæ nocent mihi,
 quia ſeno credidi, ſcilicet te nunquam
 reverſurum. *Huber.* *Lædunt.*] Expectan-
 tem torquent. *Ant.*

10. *Credimus.*] Te venturum ſpera-
 mus. *Invita nunc & amante.*] Non libens
 queror, ſed amor cogit. *Nocent.*] Quæ
 credulitas me maxime ſollicitat, & ad
 querendum excitat. *Idem.*

11. *Fui mendax pro te.*] Id eſt, tua cau-
 ſa ſæpe multis mentita ſum, te brevi re-
 verſurum. *Huber.*

12. *Reſerre.*] In patriam revocare.
Ant.

13. *Devovi.*] Execrata ſum, & ma-
 ledixi. *Theſea.*] Patrem tuum, tanquam
 tuæ moræ & abſentia cauſam. *Huber.*

14. *Tenuit.*] Impedivit. *Tuos cur-
 ſus.*] Tuum iter, tuam navigationem.
Idem.

15. *Hebri.*] Fluminis Thraciæ, quod
 diſcurrit inter Peantes & Dolongos
 Thraciæ populos, tangit & Ciconas.
Ant.

16. *Canæ*] Alba propter ſpurnam,
 quæ fit cum aqua à ventis maxime mo-
 vetur. *Huber.*

17. *U*

Sæpe deos supplex, ut tu scelerate valeres,
 Sum prece thuricremis devenerata focis.
 Sæpe videns ventos cælo pelagoque faventes,
 Ipsa mihi dixi; Si valet, ille venit. 20
 Denique fidus amor, quicquid properantibus obstat,
 Finxit; & ad causas ingeniosa tui.
 At tu lentus abes, nec te jurata reducunt
 Numina; nec nostro motus amore redis.
 Demophoon, ventis & verba, & vela dedisti. 25
 Vela queror reditu, verba carere fide.
 Dic mihi quid feci; nisi non sapienter amavi?
 Crimine te potui demeruisse meo.
 Unum in me scelus est; quod te, scelerate, recepi.
 Sed scelus hoc meriti pondus & instar habet. 30
 Jura, fides, ubi nunc? commissaque dextera dextræ?
 Quique erat in falso plurimus ore Deus?
 Promissus socios ubi nunc Hymenæus in annos,

Qui

17. *Ut tu scelerate valeres.*] Ut te perfidum sospicarent. *Ant.*

18. *Focis thuricremis.*] Hoc est, apud aras ubi thura cremantur. *Huber.*

21. *Quicquid obstat.*] Pericula omnia quæ te remorari potuissent. *Ant.* *Quicquid obstat properantibus.*] Id est, omne quod impedit paratos, & jam accinctos ad aliquod iter. *Huber.*

23. *At tu lentus abes.*] Recriminatur Demophoon, ut eliciat pleniores ad querendum locos. *Ant.*

24. *Numina jurata.*] Dii quos iurejurando in testimonium citasti. *Idem.*

25. *Demophoon.*] Scornationem habet hæc denominatio. *Idem.* *Verba dedisti.*] Dare verba ventis, est verba in vanum fundere. *Huber.*

27. *Dic mihi quid feci.*] Instat rogando, ut suggeratur fraudati amoris causa. *Non sapienter.*] Imo dices & incaute, hoc est, nimium amoris indulsisti. *Ant.* *Nisi non sapienter amavi.*] Rectius vel iuvicis libris scribatur,

Dic mihi quid feci? si non sapienter amavi.

Heinsius.

28. *Crimine.*] Amoris simplicitatem per Ironiam crimen appellat. *Demeruisse.*] id est, valde meruisse. *Huber.*

30. *Sed hoc nunc crimen habet pondus.*] Id est, momentum, & valorem. *Et instar.*] Similitudinem, id est, debent tibi esse loco meriti & maximi beneficii. *Huber.*

31. *Jura, fides.*] Fides toties iurejurando firmata. *Ant.* *Commissaque dextera.*] Scitè: est enim dextra fidei symbolum. *Gosan.* *Commissa.*] Conjuncta dextræ enim conjunctio ad fidei confirmationem fiebat. *Huber.*

32. *Deus.*] Cupido. *Ant.*

33. *Promissus.*] A re. *Huber.* *Hymenæus.*] Bacchi & Veneris filius, nuptiarum Deus. *Ant.* *In annos socios.*] Id est, in vitam nostram semper conjunctam & socialem, qualis debet esse vita conjugalis. *Huber.*

B

34. Spon-

Qui mihi conjugii sponſor & obſes erat?
 Per mare, quod totum ventis agitatur & undis; 35
 Per quod ſæpe ieras, per quod iturus eras:
 Perque tuum mihi juraſti, (niſi fictus & ille eſt)
 Concita qui ventis æquora mulcet, avum:
 Per Venerem, nimiumque mihi facientia tela,
 Altera tela arcus, altera tela faces: 40
 Junonemque, toris quæ præſidet alma maritis,
 Et per tædiſeræ myſtica ſacra Deæ.
 Si de tot læſis ſua numina quiſque Deorum
 Vindicet; in pœnas non ſatis unus eris.
 At laceras etiam puppes furioſa refeci: 45
 Ut,

34. *Sponſor.*] Qui nomen pro te dedit, ut ratum eſſet conjugium. eſt enim ſponſor, qui ſuum nomen pro alieno dat: unde ſponſiones, quæ alieno nomine fiunt. *Et obſes.*] Pignus & fides dati nominis. *Ant.*

35. *Per mare.*] Et pathos eſt à repetitione. *Idem.*

37. *Per tuum avum.* Neptunum. *Id.* Niſi fictus & ille eſt.] *Fallus* plurimæ memoranz cum priſcis editionibus. Falli aut ludi Di dicebantur à perjuriſ. *Heinſius.*

38. *Concita.*] Commota. *Hulbert.*

39. *Nimiumque mihi facientia tela.*] Otioſa certè & ſupervacua repetitio Tædiſeræ poſſit videri. Scripti nonnulli *tella*. bella codex Franciſcanorum Patavinus. Unde legebam, *nimiumque mihi facientia belli*. Nunc vero recordatus Tò *facere* cum tertio caſu frequenter ab Ovidio jungi, nil muto. *Facere alicui pro facere ad aliquem.* *Faſt.* 11.

Ipe locus caſu vati facit. Urbis origo

Venit. ades ſacris, magne Quirine, tuis.

Ita videtur reſtituendum, cum vulgati exhibeant,

Ipe locum vati caſus facit.

Propert. lib. 111.

Non faciet capiti dara corona meo.

Heinſius. *Facientia mihi numinum.*] Quæ me maxime infeſtant. *Ant.*

40. *Arcus & ſacri.*] Tela ſunt Cupidinis. *Idem.*

41. *Toris maritis.*] Nuptiis. Jmo nimbibus præeſt, unde pronuba dicitur; interdum Lucina, quod infantes in lucem proferat. *Idem.*

42. *Per ſacra myſtica.*] Nocturna, & occulta. *Tadiſera.*] Cereſia. Noctua ſacra Cereſis fiebant, ut in Aulularia Plauti eſt, in quibus ſacerdotes faces deſerebant, imitati Cereſem, quæ cum Perſephonem quaſeretur, incenſis tædis, tædiſera nuncupata eſt: unde & ſacerdotes Daduchos, id eſt, faces ferentes appellaverunt. *Ant.* *Tadiſera Dea.*] Cereſis Eleuſinæ; quod præſentiſſimum numen Athenienſibus. ſic & Εχάδρα δαδύχορος Bacchylidi in fragmentis dicta. *Heinſius.*

43. *De tot læſis.*] Quos tuâ perſidiâ læſiſti. *Ant.*

44. *In pœnas non ſatis unus eris.*] Imo eris cum melioribus ſcriptis, & editis nonnullis. Sequenti etiam verſu. *At laceras pro Ah, probe Putearis, & alii multi.* quod indignationem efficaciùs exprimit. Vide notas ad epiſtolam Medæ ipſo initio. *Heinſius.* *Non eris ſatis in pœnas.*] Quia cum innumerabiles deos læſeris, te tot corpora ad pœnas habere oporteret. *Hulbert.*

45. *At laceras puppes.*] Commiſerationem mover ex cauſa, & longe aliter evenire demonſtrat quam oportuerit. *Laceras.*

Ut, qua defereretur, firma carina foret.
Remigiumque dedi, quo me fugiturus abires.

Heu patior telis vulnera facta meis!

Credidimus blandis, quorum tibi copia, verbis:

Credidimus generi, nominibusque tuis: 50

Credidimus lacrymis. an & hæc simulare docentur?

Hæ quoque habent artes, quaque jubentur, eunt?

Dis quoque credidimus. quo jam tot pignora nobis?

Parte

Lætas puppes.] Conquistatam classem.
Idem. Item Virgil. 4. *Æneid.* *Amisissam*
classem, socias a morte redaxi. Refeci.]
Reparavi.

46. *Foret firma.*] Esset valida contra
inspectum ventorum & fluctuum. *Hab.*

47. *Remigiumque.*] Id est, remiges,
hoc est nautes. *Idem.* *Remigium* supplet.]
Virg. 3. *Æ. Fugamur.*] Invidiose protulit:
non, inquit, discessus fuit, sed fuga. *Ant.*

48. *Heu patior.* Translatio, ab eo qui
inimicum suis armis instruit, & inter-
dum illis petocitur ab inimico. *Hobert.*

49. *Credidimus.*] Rejicit credulitatis
culpam in puellarum simplicitatem, &
vitorum perfidiam: credidimus tuis
blanditiis, & facunde ductis. *Ant.*

50. *Credidimus generi nominibusque*
tuis.] Lege vel in vitis libris nominibus-
que, ne bis idem dicat. Sequitur enim
mox, *Dis quoque credidimus.* genus &
nomen sæpe conjungunt auctores opti-
mi. Notæ Epist. xvii.

Quod genus & prorsus & regia nomine
jactas.

Et Epist. xii.

Per genus & nomen causæ videtur avi.
ut qualem illuc veteres libri. Martial.
lib. v. Ep. xvii.

Dono prorsus maxime refert & nomen
magis.

Nec tamen damnamus, quod in quin-
que scriptis ostendi, *nominibusque tuis.*
sed To *nominibus* etiam placuisse exactis-
simo Gersonio nostro video. quæda-
m Observ. lib. iv. cap. xv. Vide &
Notas nostras Ep. xvii. v. 60. neque
aliter Jans Douza in margine sui co-
dicis legendum monuit. *Hainfou.*

Generi, nominibusque.] Neptunus ad si-
dem adhibendam me impulsit, à quo re-
genus ducere jactabas. *Ant.*

52. *Artes.*] Fallacias. *Emm.*] Fluens.
Qua jubentur.] In quancunque vis par-
tem. *Idem.*

53. *Dis quoque.*] Per quos jurasti. *Tot*
pignora.] Tui reditus testimonia, & affir-
mationes. *Idem.* *Quid jam tot pignora*
nobis.] Puteanus codex, *quod jam.* Le-
ge omnino, *quo jam.* elegans locutio,
sed plerumque ab imperitis librariis in-
terpolata. Locos auctorum plures,
nostri præcipue, adscribam, ut una vice
conrigendi molestia sæpe alioquin de-
voranda hic defungar. Cicero Fabio
Gallo lib. vii. Ep. Famil. 23. *Martis*
verò signum quo mihi pacis auctori? Val.
Maximus lib. ix. cap. xiii. de Mala-
milla se credente cauum custodiz, *Quo*
tam late patens imperium? quo tantum li-
berorum numerum? quo denique tam arcta
benevolentia constricam Romanam amici-
tiam, si ad hæc tuenda nihil carino latrans
valentius ducit? ut recte ex antiquis li-
bris Pighius legendum vidit. apud Phre-
dum lib. iiii. p. 111. p. 111.

Quo mi? inquit, matrem speciem, si vin-
cor sono?

Auctor distichorum de moribus, in
Catalectis Pirhœi;

Quo tibi divitiæ, si pauper semper ab-
undat?

Martial. lib. ix.

Quo tibi natorum jura superba trium?

Sic & unde etiam accusativo jube-
bant. vid. Notas Ep. xii. v. 86. Statius,
Theb. ix.

Quo gaudia tanti Emma mihi?

B 2

No-

Parte satis potui qualibet inde capi.
 Nec moveor, quod te juvi portuque locoque.. 55
 Debit hoc meriti summa fuisse mei.
 Turpiter hospitium lecto cumulasse jugali
 Poenitet, & lateri conseruisse latus.
 Quæ fuit ante illam, mallem suprema fuisset
 Nox mihi; dum potui Phyllis honesta mori. 60
 Speravi melius, quia me meruisse putavi.
 Quæcumque ex merito spes venit, æqua venit.
 Fallere credentem non est operosa puellam
 Gloria. simplicitas digna favore fuit.
 Sum decepta tuis & amans & foemina verbis, 65
 Dî

Noster Met. xiii.

Quo tamen hæc Ithaco, qui clam, qui semper inermis

Rem gerit?

Amor. lib. ii. El. xix.

Quo mi fortunam, qua nunquam fallere cures?

Quomodo & Horatius, lib. i. Epist. v.

Quo mihi fortunam, si non conceditur uti.

Lib. i. Amor. El. iv.

Quo tibi formosam, si non nisi casta placebas?

El. vii.

Quo mihi fortuna tantum? quo regna sine usui?

P. Syrus apud Petronium,

Quo Carchedonios ignes lapideos, nisi ut scintillam?

Plura concessit ad Senecz Natur. Quæst.

lib. i. cap. xvi. & Controvers. ii. lib. i.

Gronovius. Heinsius.

54. Capi.] Decipi. Qualibet parte.]

Uno ex his pignoribus me decipere potuisses, ut te rediturum credidisses. Ant.

55. Te juvi.] Cum esses indigens & extorris. Portu.] In quo conquassata classis recepta est. Locoque.] In regno. Idem.

56. Dehis hæc.] Rectius hæc multi ex scripitis. Heinsius. Summa.] Finis & terminus ferendi officii. Ant.

57. Turpiter hospitium.] Sensus est

poenitet me post datum tibi hospitium, addidisse etiam lecti mei societatem. Hub. Eadem sententia Dido, 4. Æneid. — te propter eundem — Exstinctus pater, & qua sola sidera adibam — Fama prior —

58. Pœnitet.] Molestum & grave est. Cumulasse.] Per amorum lasciviam hospitalitatem auxisse. Ant.

59. Ante illam, &c.] Qua tecum fui. Idem.

61. Quia te meruisse putavi.] Libri quatuor quia me. atque ita legendum esse, deque suis meritis hic loqui Phyllidem sequens versus liquido arguit. Heinsius. Me meruisse.] Meo merito obstrinxisse. Venit æqua.] Recta enim spes est, quam pariunt merita. Ant.

62. Quæcumque ex merito spes venit.] Equum est eum bene sperare, qui de aliquo bene meruit. Huber.

63. Gloria operosa.] Hoc est, non est difficile. Fallere puellam.] Commiseratio ab ætate & sexu. Credentiam.] Simplicem. Ant.

64. Fuit digna favore.] Meruit potius laudem, quam fraudem, aut reprehensionem. Huber.

65. Et amans & foemina.] Duo posuit, quæ facile decipi solent. Amans, Scilicet ego. nam ut ipse Ovidius inquit, Credula res amor est. Et Foemina, quæ etiam facile credit. Idem.

66. Dî

Dî faciant, laudis summa sit ista tuæ.
 Inter & Ægidas media statuaris in urbe:
 Magnus titulis stet pater ante suis.
 Cum fuerit Scyron lectus, torvusque Procrustes,
 Et Sinis, & tauri mistaque forma viri;
 Et domitæ bello Thebæ, fusique bimembres,
 Et pulsata nigri regia cæca Dei:
 Hoc tua post illum titulo signetur imago:

70

Hic

66. *Dii faciant.*] Imprecatione utitur, ubi alia non datur ultio. *Sic summa.*] Terminus & finis. hoc est, nunquam maiorem laudem assequaris. *Ant.*

67. *Statuaris.*] Erigatur tibi statua. *Media urbe.*] Mediis Athenis. *Inter & Ægidas.*] Inter fratres tuos & patrem, qui ab Ægeō ducunt genus. *Media statuaris in urbe.*] Urbe vocata ab orbe, quod antiquæ civitates in orbe fiebant: vel ab urbo, parte aratri, quo muri designabantur. Unde est illud:

Optavitque locum regno & concludere sulco.

Locus enim futuræ civitatis sulco designabatur, id est, aratro. Caro: Qui urbem, inquit, novam, condidit, tauro & vacca arat; ubi araverit, murum faciat: ubi portam vult esse, aratrum sustollat, & portæ, & portam vocet. Ideo autem urbs aratro circumdatur, dispari sexu juvenconum, propter commissionem familiarum, & imaginem serentis, fructumque reddentis. Urbs autem aratro conditur: aratro vertitur. Unde Hor.

Imprimeretque mavis hostile aratrum.

Hæc Hîdonus lib. 15. cap. 2. de ædificiis publicis. *Cas.*

61. *Pater.*] Theseus. *Stet.*] In statuum erectus sit. *Suis titulis.*] Suis gestis, quæ in vertice capitis statuarum scribebantur. *Ant.*

69. *Cum fuerit lectus Scyron.*] Auger Thesei gesta, ut tanto magis infametur Demophoon, qui abilius virtute degeneravit. *Scyron.*] Filius fuit Canethi & Henioches Pythæ locum in Megara habitavit, quem dixerunt petras Scyrones: viatores spoliatos præcipites age-

bat. Scyronem Theseus peremit, cum Athenas iret. *Procrustes.*] Is Corydalum Atticæ locum habitabat, viatores lectum consendere cogebat, longiores amputabat, distrahebat breviores, donec cum lecto æquarentur: quem Theseus trucidavit, ut Diodorus auctor est. *Idem.*

70. *Sinis.*] Latro sævissimus in Isthmo Corinthiaco, alligatos arboribus homines discerpebat in frustra. *Forma mixtaque, &c.*] Minotaurum circumscibit, quem labyrintho clausum sustulit Theseus. Alii scribunt, Taurum Minos ducem, bello navali à Theseo superatum. *Idem.*

71. *Theba domita.*] Thebas Cadmus Phœnix condidit in Bœotia: Creontem Thebarum regem Theseus interemit, quoniam Argivis sepulcrum negasset. ut scribit Papin. *Bimembres.*] Centauros. Centauri Iunonis & Ixionis filii, in nuptiis Pirithoi, quæ gestæ sunt in monte Petho, Hippodamiam Attracis filiam Pirithoi uxorem, rapere voluerunt, orta pugna, alii trucidati, alii in fugam acti sunt. Rem gesserunt Theseus, Nestor, Peleus. *Pulsata Regia Ditis.*] Theseus ad inferos, ut Proserpinam raperet, descendit, Pirithoi amici gratia. Cerberus Pirithoum consumpsit, Theseum Hercules liberavit. *Dis,* est divitiarum & inferorum Deus, ut Strab. placet. *Id.*

72. *Nigri Dei.*] Id est, Plutonis. *Pulsata.*] Id est, per vim quandam intrata, & occupata à Theseo. *Hubert.*

73. *Hoc tua post illos.*] Post illum excerpta Clandii Puteani à Puteaneo codice diversa. rectius: ut de Theseo Demophoon-

B 3

mophoon-

Hic est, cujus amans hospita capta dolo est.
De tanta rerum turba, factisque parentis,
Sedit in ingenio Cressa relicta tuo.

75

Quod solum excusat, solum miraris in illo.

Hæredem patriæ, perfide, fraudis agis.

Illa (nec invideo) fruitur meliore marito;

Inque capistratis tigribus alta sedet.

80

At mea despecti fugiunt connubia Thraces,

Quod

Demophoontis patre agatur. *Heinsius. Imago sua.*] Statua tibi erecta. *Signetur hoc titulo.*] Hunc titulum in vertice contineat. *Ant.*

74. *Hic est cujus amans hospita capta dolo est.*] Libri quinque, *hospite dolo*, ut hic idem innuat, quod in Helenæ epistola,

Certus in hospitibus non est amor.

Hospes dolus, ut *cymba hospes* apud Statium, lib. v. Sylv. Pietate Abascanti. *hospes turma* apud eundem Theb. xi.

Nec jam hospes turma aut ferrum mortale timeatur.

Sic optime verus liber. Cum in vulgato sit,

Nec jam aut hostiles turmae servumve timeant.

Eodem libro,

— nec parvis cedenti, atque increpat hostes,

Quo retrahis, Germano, gradus?

Quomodo corrigendum cenleo. Non, ut nunc legitur, *increpat hostes*, aut *hostem hospes gemma* Palladio de Agricult.

Cui non arbor inerte pinguescat ab hospite gemma.

Pari modo *infans manus* nostro Epist. ix. v. 86. ubi plura. Sequenti versu *matrem*, si per libros liceat, *factisque paternis*, quam *parentis*, qui error apud nostrum alibi quoque admixtus. veterissima editio *parentum* exhibebat. *Heinsius. Hic est.*] Demophoon, qui amantem & hospitam puellam decepit. *Ant.*

75. *De tanta.*] Sensus est: de tot factis tui patris, remansit tibi tantummodo memoria fraudis, qua ille usus in

Ariadnem: non autem alicujus ex supradictis probitibus parentis, *Patri sui.*] Thelei. *Hab.*

76. *In ingenio tuo.*] Id est, in animo tuo. *Idem. Sedit.*] Hæsit, & per hoc placuit tibi. *Minyll. Cressa relicta.*] Ariadna Cretensis Minos filia. *Ant.*

77. *Quod solum excusat, solum etc.*] Sensus est: Quod ille, scilicet pater tuus Theleus, solum excusat, hoc est, in se culpabile ac reprehensibile agnoscit, hoc tu solum miraris: id est, pro re egregia ducis, atque præclare factum existimas, eoque & imitatione dignum tibi puras. *Minyll. Solum miraris in illo.*] Hæc vera lectio. ceteri libri tam typis quam calamo descripti nonnunquam turbent. Mirari pro imitari, ut apud Lucanum,

Egregio juveni miratorique Catonis.

Statius Sylv. l. v. Proreptico Crispini,

— aquævo cedere fratri

Mirarique patrem,

Heinsius.

78. *Agis hæredem.*] Suscepisti perfidæ hæreditatem, non virtutis. *Ant.*

79. *Illa.*] Ariadna licet destituta sit à Theleo, tamen fruitur marito meliore, hoc est, Baccho. *Idem. Illa (nec invideo) fruitur meliore marito.*] Hunc locum expressisse videtur Seneca in Oedipo, ubi ita est de Baccho & Ariadna ipsa:

Naxos Aigeo redimista porto

Tradidit theleoni virginem relictam,

Melioris pensans damna marito. Ciof.

80. *Capistratis tigribus.*] Vehitur curru Bacchi, quem tigris trahunt. *Ant.*

81. *At despecti Thraces.*] Quos tu causa

Quod ferar externum præposuisse meis.
 Atque aliquis, Doctas jam nunc eat, inquit Athenas:
 Armiferam Thracen, qui regat, alter erit.
 Exitus acta probat. careat successibus opto, 85
 Quisquis ab eventu facta notanda putat.
 At si nostra tuo spumescant æquora remo,
 Jam mihi, jam dicar consuluisse meis.
 Sed neque consului: nec te mea regia tanget,
 Fessaque Bistonia membra lavabis aqua. 90
 Illa meis oculis species abeuntis inhæret,
 Cum premeret portus classis itura meos.
 Ausus es amplecti; colloque infusus amantis

Oscula

causa contempti. At despecti Thracen.]
Respicit ad illud Virgil. 4. Æneid.

Ex quid ego? rursusque procer irrisaprior

Esperiar? Nemadumque petam connubia supplex,

Quos ego sum turis jam designata maritus?

Et ibid.

— *Comœdia nostra*

Reppolis, ac dominum Enean in regna recepit.

82. *Quod ferar.]* Ferar meliores libri. & mox, *Atque aliquis doctas jam nunc eat.* Heinsius. *Externum,]* Id est, peregrinum & ignotum. *Meis.]* Scilicet Thracibus. *Hub.*

83. *Atque aliquis inquit.]* Inquisitionem Thracum ponit.

84. *Thracen armiferam,]* Bellicosam Thraciam. *Idem.*

85. *Excitus acta probat.]* Per Ironiam Thracum verba repetit, qui Phyllidis consilia à fine damnabant. *Careat successibus,]* Purgat se à fortuna. *Careat successibus, &c.]* Sensus est, male illi eveniat, qui non à fine rerum, sed ab eventu facta hominum denominat, & notat. multa enim solent evenire ante finem, quæ videntur esse mala, quæ post ea ex fine cognoscuntur esse bona. *Hub.*

86. *Notanda.]* Judicanda, & probanda. *Idem. Ab eventu.]* A fine, quem

ego respexi, & propter quem feci. nam finis mei facti fuit, prodesse mihi & meis, accipiendo te maritum: ergo ab hoc fine, intentionis mex, & non ab eo qui evenit, judicandum est id quod feci. *Idem.*

87. *At si nostra tuo.]* Confirmat purgationem à successu: si detur qualis speratur exitus, si (inquit) redeas. *Ant.*

88. *Dicar consuluisse.]* Probabuntur nostra consilia. *Idem. Meis.]* Accipiendo te qui eos regeres. *Hub.*

89. *Sed neque consului.]* Facetur simplicitatem rejiciens in adversarium culpam: mea consilia non sunt probanda, quoniam non redibis. *Ant. Mea regia.]* Quam tibi tradideram. *Mea regia tangit.]* Tanget tres libri. quod attidet. *Heinsius.*

90. *Lavabis membra.]* Vetus moris est, ut peregre venientes, cum primum lares attingunt, se lavent. *Bistonia.]* Bistonia lacus in Thracia est. *Ant.*

91. *Illam meis oculis.]* Amplificatione utitur, cum demonstratione sui officii, & Demophoontis perfidia. *Species.]* Imago tui discedentis versatur ante oculos meos. *Ant.*

92. *Cum premeret portus.]* Cum nondum oram solvisses. *Idem.*

93. *Ausus es amplecti.]* Simulatis blanditiis arguit. *Idem. Colloque infusus amantis.]* Amanti concessam. atque

Oscula per longas jungere pressa moras:
 Cumq; tuis lacrymis, lacrymas confundere nostras; 95
 Quodque foret velis aura secunda, queri:
 Et mihi discedens suprema dicere voce;
 phylli, face expectes Demophoonta tuum.
 Expectem, qui me nunquam visurus abisti?
 Expectem pelago vela negata meo? 100
 Et tamen expecto. redeas modo serus amanti:
 Ut tua sit solo tempore lapsa fides.
 Quid precor infelix? jam te tenet altera conjux
 Forsitan, & nobis qui male favit, amor.
 Utque tibi excidimus, nullam, puto, Phyllida nosti. 105
 Hei mihi! si quæ sim Phyllis, & unde, rogas.
 Quæ tibi, Demophoon, longis erroribus acto

Threii-

ita chartaceus Vossianus. Met. ix. ut scribendum puto.

Vidisset lacrymas, vultus vidisset amantes.

Contra Fast. vi.

— *Vultus velamine celat amatos.*

Epistola Herus:

Lacryma per amantia lumina manant.

Fast. vi.

Hinc aliquis juvenum dixisset amantia verba.

sic & lib. i. Metam. Fabula Daphnes scribendum, tergoque fugaci Imminet. non fugaci. lib. ix.

— *Ergentia terga sagitta*

Trajicit.

& lib. vii. Fab. Pelia ex antiquis libris, Suspendique animos sicta gravitate rogantes.

cum nunc circumferatur rogantem. sic & orantia brachia. Pont. ii. El. ix. Heinsius.

96. *Quodque foret.*] Id est, ausus es queri, quod haberes ventum secundum, & tibi faventem: quia potius voluisses habere adversum, ut esset tibi iusta causa remanendi. *Hub.*

99. *Expectem.*] Non, inquit, mihi expectandum est, quoniam ivisti non rediturus. *Ant.*

100. *Negata.*] Scilicet à te, id est, quibus velis numquam vis redire in meum mare. *Hub.*

102. *Ut tua.*] Id est, ut videaris defecisse in fide per aliquod tempus, & non per omne: ut tua fides, quam mihi dedisti de reditu tuo, sit lapsa, id est, defecerit. *Solo tempore.*] Et non voluntate tua, aut etiam opere. Non facto. *Ant.*

103. *Quid precor.*] Seipsam corripit quod vana, & diis non exaudienda precetur. *Altera conjunx.*] Videtur alludere ad Laodice virginem, quam Plutarch. tradit clam cognitam Demophoonti, Munichum filium genuisse, alii Calliopem fuisse scribunt.

105. *Tibi excidimus.*] Ex tuo animo deletæ sumus, postquam veni tibi in oblivionem. *Ant.*

206. *Hei mihi.*] Non sine gemitu potuit commemorare se & sua erga Demophoontem beneficia. *Hub. Si rogas.*] Tanquam me nunquam cognovisses. *Ant.*

107. *Quæ tibi.*] Commemorat sua officia in Demophoontem. *Acto.*] Ad nostras oras post longa exilia appulso. *Idem. Longis erroribus acto.*] Errantibus codex Patricii Junii. Lege *longis errantibus.*

Threïcios portus, hospitiumque dedi.

Cujus opes auxere meæ: cui dives egenti

Munera multa dedi, multa datura fui.

110

Quæ tibi subjeci latissima regna Lycurgi,

Nomine scemineo vix satis apta regi:

Qua patet umbrosum Rhodope glacialis ad Hæmum,

Et sacer admittas exigit Hebrus aquas.

Cui mea virginitas avibus libata sinistris,

115

Castaque fallaci zona recincta manu.

Pronuba Tisiphone thalamis ululavit in illis,

Et cecinit mœstum devia carmen avis.

Adfuit

bus. Metam. iv. v. 567.

— longisq; erraticus actus

Coniugis Illyricos profuga cum coniuge portus.

quæ illic veterum librorum lectio. ut & l. xv. Quæ videtur natus longis erraticus actum. Heinsius.

102. Ope.] Exiguus facultatum reliquias. Ant.

111. Lycurgi.] Paris mei, hic enim Lycurgus est, qui cum Bacchi munera contempnisset, crura sibi falce amputavit: quem alii Dyantis, alii Boreæ filium dicunt. Idem. Quæ subjeci.] In potestatem tuam dedi. Hub.

112. Vix satis apta regi nomine, &c.] Quia hæc regna habent viros bellicosos, & feroces, qui vix possunt ferre muliebri imperium. Idem.

113. Quæ patet.] Regni sui amplitudinem describit. Complectitur, inquit, Rhodopem montem, deinde in Ætium montem aliam diffunditur, usque ad mare Ponticum, in quod Hebrus fluvius immergitur. Ant.

114. Hebrus.] Odyssæum solo infunditur: discurrit inter Pramas, Dolongos, Thynos, Corpillios, aliosque barbaros. Exigit.] Aquas in mare Ponticum emittit. Et sacer.] Sacrum dixit Hebrum, propter Orpheum qui ad illum accolumit. Nam Bacchus cum Lycurgo regnum sustulisset, dedit Orphei avo patrem. Ant.

115. Libata.] Primum violata: cui meæ virginitatis primitias dicavi. Sinistris avibus.] Adversis auspiciis. Veteres nihil inauspicato faciebant. Idem.

116. Castaque.] Quoniam eo cingulo non nisi virgines præcingebantur. Id. Casta zona.] Άὐστὸς δὲ παρδωνὶν ζώνη. Hom. Odyss. λ. v. 244. & in lepidill. illo Theocr. Idyll. 27.

α. Φῦ φῦ, καὶ τὰν μίτραν ἀνίστατο. ἰς τὸ δ' αὖτε;

δ. Τὰ παρὰ πρότερον ἐγὼ τοῖς δῶπον ἐτίξω.

Castaque fallaci zona, &c.] Cingulo nova nupta præcingebatur, quod vir in lecto solvebat, factum ex lana ovis: ut sicut illa in glomos sublata conjuncta inter se sit, sic vir suus secum cinctus, vinculusque esset. Gof.

117. Tisiphone.] Una Furiarum, quæ tres sunt: Alecto, Tisiphone, & Megæra, filiz noctis & Acherontis. Pronuba.] Loco Junonis nostris in nuptiis præfuit. Ululavit.] Non cecinit, sed feralem vocem Hymenæi loco protulit. Ant. Ululavit.] — Summoque ulularent vertice Nymphae. Virgil. 4. quasi nuptiarum sacra, sed tristi modo, celebrantes. Ululare, sermo medius: Quod Servius docet: Lucan. — Latissimulante triumphis.

118. Devia avis.] Id est, Bubo: cuius quenula vox malum omen significat. Virgil. 4. Æneid. Solaque culminibus feralli carnine bubo, Visa queri & longas in florum

B 5

tum

Adfuit Aleſto brevibus torquata colubris;

Suntque ſepulchrali lumina mota face.

120

Mœſta tamen ſcopulos fruticofaque littora calco,

Quaque patent oculis æquora lata meis.

Sive die laxatur humus, ſeu frigida lucent

Sidera; proſpicio quis freta ventus agat.

Et quæcunque procul venientia lintea vidi,

125

Protinus illa meos auguror eſſe Deos.

In freta procuro, vix me retinentibus undis,

Mobile qua primas porrigit æquor aquas.

Quo magis accedunt, minus & minus utilis aſto:

Linquor, & ancillis excipienda cado.

130

Eſt ſinus adductos modice falcatus in arcus,

Ultima prærupta cornua mole rigent.

Hinc mihi ſuppoſitas immittere corpus in undas

Mens

tum ducere voces. Deviam autem appellavi, quia à cœtu aliarum ſolet fugere. Hub.

119. *Torquata.*] Cuius torques eſt ex ſerpentibus. *Ant.*

120. *Lumina mota.*] Addita in noſtras nuptias. Scribit Plutarch. quinque faces nuptis adhiberi conſueviſſe, quas geſtarent pueri patrum & matrum, ut Verrius tradit. *Face ſepulchrali.*] Non in facibus nuptialibus ignis eſt adhibitus, ſed funeralibus. Sepulchrales dicuntur faces, quæ accenduntur in funere, aut manium ſacris, unde & aras ſepulchrales dicimus. ſunt faces nuptiarum, aut deorum ſuperum, funeralia vero mortuorum, & deorum manium. *Idem.*

121. *Maſta tamen.*] Concludit per commiſerationem. oftendit enim in quibus verſetur incommodis, ſi ſuo voto deſtituatur. Et licet omnia ſint adverſa, ſpero tamen te rediturum: peto enim littora, ut te, ſi redeas obſervem. *Idem.*

123. *Sive humus laxatur.*] Id eſt, aperitur. nam terra die propter temperiem, vel calorem magis laxatur. *Idem.* *Ergida.*] Nocturna: alludit ad Lunam. *Ant.*

124. *Proſpicio.*] Obſervo. *Agat ma-*

ria: impellat & ſpiret. Ant.

126. *Auguror.*] Suſpico, animo conſilio. *Meos Deos.*] Numina maſis mihi propicia, quæ te in Thraciam reducant. *Ant.*

129. *Accedunt.*] Appropinquant obſervata navigia. *Minus & minus utilis aſto.*] Senſum deſicio, quia te eſſe non novi. *Ant.*

130. *Linquor.*] Animo ſcil. — Suſcipiunt famula, collapsaque membra Marmoreo reſerunt thalamo, ſtratiſque reponunt. Virgil. 4. & 8. *Æneid.* — Famuli collapsum in lecta ſerobant.

131. *Eſt ſinus.*] Perſcribit locum unde ſibi præcipitium cogitavit, ad augendam commiſerationem. *Falcatus.*] Curvatus. videtur Thraciæ Cherroneſi ſinum ab Iſthmo circumſcribere, in qua ex Græcia navigantes deſeruntur. *Modice.*] Senſum. *In arcus.*] Ad inſtar tenſi arcus.

132. *Ultima cornua.*] Extremæ partes. *Rigent.* Salebroſæ ſunt, & altæ. *Mole prærupta.*] Vaſta rupe. *Idem.* *Cornua mole rigent.*] Fronte codex Angeli Apollini Vintimiliæ, viti optimi & officioliſſimi. *Heinſius.*

134. *Erit.*]

Mens fuit; &c, quoniam fallere pergis, erit.
 Ad tua me fluctus projectam littora portent, 135
 Occurramque oculis intumulata tuis.
 Duritia ferrum ut superes, adamantaque, teque;
 Non tibi sic, dices Phylli, sequendus eram.
 Sæpe venenorum fitis est mihi: sæpe cruenta
 Trajectam gladio morte perire juvat. 140
 Colla quoque, infidis quia se nectenda lacertis
 Præbuerunt, laqueis implicuisse libet.
 Stat nece matura tenerum pensare pudorem:
 In necis electu parva futura mora est.
 Inscribere meo causa invidiosa sepulcro : 145
 Aut

133. *Erit.*] Mens scil. & me precipi-
 tabo. *Ant.*

135. *Projectam.*] In mare precipita-
 tam. *Tua.*] Atheniensia, in Pyreæum por-
 tum Athenarum. *Idem.*

136. *Intumulata.*] Absque sepulture
 honore. *Idem.* *Intumulata.*] Quales Vir-
 gilio dicuntur mortis honore carere, &
 insepulti defossi. *Plaut.* *Moffellar.* 2. 2.
 v. 71. *isque me Defodis insepultum clam*
videm in hisce adibus. Et *Senec.* in Hip-
 pol. p. secundo à fine. — *istam terra*
desoffam premit. Hæc illa apud Virgil. inde-
 flecta, *supis, inhumataque turba:* quæ &
 Persio, *inbonera:* nec consecuta τὸ γάλας
Savivtau.

137. *Superes duritia.*] Sis durior. *Ant.*
Adamanta.] Qui nulla materia vinci po-
 test, nisi hircino sanguine, ut scribit
 Plin. *Et te.*] Qui nulla causa moveris,
 qui es inexorabilis, & omni materia du-
 rior. *Idem.*

138. *Sic.*] Mortua, & undis jactata,
 me sequi non meruisti. *Idem.*

139. *Sis venenorum.*] Appeto vene-
 num. *Idem.*

140. *Trajectam gladio.*] Trajicere me
 gladio, & sic perire. Quod & Virgil. 1.
Æncid. — *Dansque furentem* — *in-*
cendat. i. e. & incendat, & furem faciat.
 Et lib. 4. — *Animamque labantem in-*
ponit.

141. *Lacertis infidis.*] Quæ tu perfi-
 das complexus es. *Ant.* *Quæ se necten-*
da lacertis præbuerunt.] *Præbuerunt* scripti
 nonnulli. Sed codex Puteanus optimus,
 & quatuor alii, *Præbuerunt*, vere. sic
 epistola Didici, *Nec sterneris in te virque*
patetque moni. ubi plura. Nota illa. *Mais*
longa decem tolerans fastidia menses. probe
 etiam veteres nonnulli implicuisse libet,
 pro *probat*, quod jam præcesserat. nisi
 quis illic *libet* cum uno Ambrosianæ Bi-
 bliothecæ reponi malit. *Hemsius.*

142. *Implicuisse laqueis.*] Fune con-
 stringere. Inter tot lethi genera flu-
 ctuans, demum se ex amygdalo suspen-
 dit: exaruit arbor, quæ in adventum De-
 mophoontis revivuisse traditur. *Ant.*

143. *Sic.*] Est mihi propositum. *Pen-*
sare.] Emendare & luere. *Pudorem.*] Vio-
 latam pudicitiam. *Maturanece.*] Decoro
 & magnanimo letho. *Idem.* *Tenerum pen-*
sare pudorem.] *Miserum* libri duo. ut Met.
 lib. x. Fab. Myrthæ.

— *miseramque pudori*

Parce ait.

Ep. ix.

Quid nisi notitia est misero quasita pu-
dori? *Heinsius.*

144. *In electu.*] In electione. *Hab.*

145. *Inscribere.*] Malim *Inscribende*,
 ut aptius cum sequentibus hæc coha-
 rant. *Heins.* *Causa.*] *Auctor.* *Invidiosa.*]
 Non

Aut hoc, aut simili carmine notus eris.
Phyllida Demophoon leto dedit, hospes amantem:
Ille neci causam præbuit, ipsa manum.

Non sine legentium odio. *Hub. Sepulchro.*] Cum Paris ad Helenam rapiendam proficisceretur in Græciam, Phyllidis sepulchrum in Threicii Pangei promontorio exstabat. Auctor Coluthus de raptu Helenæ. *Cof.*

146. *Eris notus.*] Dabis tunc perfidiæ notitiam.

147. *Demophoon hospes.*] In hoc maxime vituperari Demophoontem existi-

mat, quod violato hospitii jure, & hospitem & amantem ad mortem coegerit. *Ant. Dedit leto.*] Id est, coegit mori, loco remunerationis. *Hospes* autem hoc loco passivè accipitur, pro eo qui exceptus est. *Hub.*

148. *Ille necis causam.*] Neci causam rectius scribatur, quicquid membranz nostræ dissentiant. *Heinsius.*

EPISTOLA III.

ARGUMENTUM.

Postquam Græci Phrygiam attingerent, urbes Troja finitimas, præcipue Lesbo oppositas, hostiliter aggressi populari caperunt: inter quos Achilles, Pelæi & Thetidis filius, navamque Giliam, & Thebamam, & Lyrnessum invasit. Expugnato inde Chryseio oppido duas egregia forma virgines abduxit, Astynomen, Chrysa sacerdotis Smythæi Apollinis filiam, & Hippodamiam, Brisea natam, quæ postea à paternis nominibus cognominata fuerunt. Chrysen Achilles Agamemnoni concessit, Briseida sibi reservata. Cum deinde vero Agamemnon Deorum iussu Patri restitueret, pro Chryseio, ipse Achilli Briseida per vim & suavitatem contentiorem abstulit. Quamobrem effervescentem Achilles abstinuit sese aliquamdiu à pugna: adeo ut nullius precibus ad arma contra Trojænos sumenda moveri pernerit: nec postea Briseida recipere suam valuerit, quamvis eam maximis cum donis Agamemnon esse remissurus. Briseis ergo hanc ad eum epistolam mittit, quam nimiam ejus iracundiam accusat, rogans, ut adversus Trojænos arma capiat, dum sese prius ab Agamemnone viro oblatare receperit.

BRISEIS ACHILLI.

Quam legis, à rapta Briseide littera venit,
Vix bene barbarica Græca notata manu.
Quasculumque aspicias, lacrymæ fecere, lituras;
Sed tamen & lacrymæ pondera vocis habent.

Si

Quam legis à rapta.] Prima commiseratio est à fortuna. *Briseide.*] Hippodamia Briseæ filia, sacerdotis Chryseæ frater fuit Briseis. *Ant.*

2. *Manu barbarica.*] Cilicis puellæ, quæ cum sit barbarica, quod Græcas litteras non recte noverit, purgat se, ne aut scripto aut sermone inepta videatur. *Idem.* *Vix bene notata Græca manu.*] Vix literis Græcis scripta. *Hub.*

3. *Quasculumque lituras.*] Commiseratio à signis. *Idem.*

4. *Sed tamen he lacryma.*] Et lacryma Puteani & Jureti liber. ut Art. Amæ.

Sed tamen & tauri cervix oneratur marte.

& mox.

Sed tamen & spargi potius amore nocet.

Heinsius. Lacryma.] Quæ mihi fluunt perennes. *Ant.* Et quibus fordatur aspicias

Si mihi pauca queri de te dominoque viroque
 Fas est; de domino pauca viroque querar.
 Non, ego poscenti quod sum cito tradita Regi,
 Culpa tua est : quamvis hoc quoque culpa tua est.
 Nam simul Euribates me Talthybiusque vocarunt ;
 Eurybati data sum Talthybioque comes. 10
 Alter in alterius iactantes lumina vultum,
 Quærebant taciti, noster ubi esset amor.
 Differri potui. pœnæ mora grata fuisset.
 Hei mihi ! discedens oscula nulla dedi.
 At lacrymas sine fine dedi, rupique capillos. 15
 Infelix iterum sum mihi visa capi.
 Sæpe ego decepto volui custode reverti ;
 Sed, me qui timidam prenderet, hostis erat.
 Si progressa forem, caperer ne forte timebam,

Quam-

cies epistolam meam. *Habent pondera vocis.*] Id est, habent effectum vocis. Id est, debent significare animum meum, quasi verbis exprimerem. *Hab.*

5. *Si mihi fas.*] Jure servitii nulla datur querela. Nam summa Græcis erat in servos potestas. Honeste ergo orationem pronuntiavit. *Ant.*

7. *Nam ego poscenti.*] Prima querela : non quod sit tradita, sed quod citius quam par erat. & hoc est quod dicit : *Differri potui.* *Ant.*

8. *Quamvis hoc quoque culpa tua est.*] Reus hoc libri nonnulli cum Jurici membranis. *Heinsius.*

9. *Nam simul Eurybates.*] Ecce facilitatem. Talthybius & Eurybates Agamemnonis ministri, quibus Achilles per Patroclum, ut Homerus scribit, Hippodamiam tradidit abigendam : ut ipse in Iustore cum matre questus est. *Ant.*

10. *Data sum comes.*] Ut cum eis irem ad Agamemnonem. *Hab.*

11. *Alter in alterius.*] Justam facit querelam, ex aliorum sententia. Talthybius Eurybateque, cum facilem ad tradendam Hippodamiam, Achillem admirabantur. *iactantes lumina.*] Se mutuo

respicientes, cum admiratione. *Ant.* *iactantes lumina.*] Sic Cicer. 3. *Catil.* *Color, oculi, vultus : sic fortissimum nunquam inter se adspiciebant.*

12. *Noster ubi esset amor.*] Imo vestes vel invitis libris. *Heinsius.*

13. *Differri potui.*] Tardius tradi, si omnino retineri non potuissem. *Pene.*] Meo dolori. *Ant.*

15. *At lacrymas.*] Pathos ab habitu corporis. *Idem.*

16. *Iterum sum mihi visa capi.*] Briseidem raptam ante fuisse non legi. Quare arripio, quod in plurimis codicibus est exaratum, *visa capi*, expugnata scilicet ab Achille Lyrnesso. Briseis ipsa hac eadem Epistola,

An tantum, dum me caperes, strabella probabas.

simile mendum insedit l. 111. *Ant. Am.*

Pulla decens niveas : Briseida pulla decens,

Cum capta est, pulla tum quoque veste fuit.

ita scribo. Nam falsum est de pullis vestibus, cum ab Agamemnone fuit rapta. *Heinsius.*

19. *Caperer ne noster timebam.*] *Præ-*

Quamlibet ad Priami munus itura nurum. 20
 Sed data sim, quia danda fui: tot noctibus absum,
 Nec repetor. cessas, iraque lenta tua est.
 Ipse Menœtiades, tunc, cum tradebar, in aurem,
 Quid fles? hic parvo tempore, dixit, eris.
 Nec repetisse parum est: pugnas, ne reddar, Achille. 25
 I nunc, & cupidi nomen amantis habe.
 Venerunt ad te Telamone & Amyntore nati;
 Ille gradu propior sanguinis, ille comes:
 Lærtaque satus; per quos comitata redirem.
 Auxerunt blandæ grandia dona preces: 30

Vi-

stat forte, quod est in Naugerianis libris.
Idem.

21. *Sed data sum.*] *Data sum* Puteani codex optimus, & quidem vere ac eleganter. Denus me daram esse. *Idem.* *Sed data sim.*] Agamemnoni. *Quia danda sum.*] Pro Græcorum salute. Absolvit Achillem à necessitate: deinde recutit in aliâ, unde culpa in illum rejiciatur. *Ant.*

22. *Cessas.*] In amore lentus es. *Lenta.*] Quæ ultionem differt. *Idem.*

23. *Menœtiades.*] Patrochus Menœtii filius, tradidit præconibus Hippodamiam. *Idem.*

25. *Non repetisse parum est.*] In Patroclo perfidiam, in Achille ignaviam notat. *Idem.* Sentius est, non sufficit tibi quod non repetivisti me, fedetiam resistis, & omnibus viribus conaris ne tibi reddar. *Hab.*

26. *In nunc.*] Ironia est: nolis amantis solertissimi tibi nomen vincere. *Ant.*

27. *Telamone.*] Ajax Telamonis filius, Phoenix Amyntoris, & Ulysses Lærtæ, legati mirtuntur ad Achillem, ut cum Agamemnoni reconciliarent: cum multa apud illum disseruissent, narratis muneribus quæ Agamemnon cum Hippodamia pollicebatur, re infecta rediere. *Ant.*

28. *Ille comes.*] Scribendum vel sine libris.

Iste gradu propior sanguinis, ille comes.

nisi eo modo dictum id velis, quo passim alibi *Ille vel ille* apud nostrum. Sequenti versu *Lærtaque* pro *Lærtæque* idem Puteani codex & unus Vaticanus. sic apud Ausonium epigraphis Heroum.

— *Lærtæ natus Ulysses.*

libro xii. Met. ex vestigiis veterum librorum,

— *solis Telamone creatis*

Lærtæque suis tanta fiducia laudis. Heinsius. *Ille.*] Ajax. *Gradu sanguinis.*] Nam Pelei frater erat Telamon, Ajacis pater. *Ille comes.*] Ommeus Cercasi filius, duos habuit natos, Amyntorem & Eumemonem: ex Amyntore Phoenix nascitur, qui cum concubivisset cum patris amica, post multas parentis imprecationes ab Hellade, ut ipse apud Horn. disse-rit, ad Pelum fugit, quem filio Achilli cornitem & morum & rerum gerendum institutorem dedit. *Ant.*

29. *Lærtæque satus,*] Id est, Ulysses. *Satus.*] Genitus. *Hab.*

30. *Auxerunt blanda grandia dona preces.*] *Blandas preces* Puteani liber cum reliquis plerisque alii quatuor *blanda preces.* quod genuinum auctoris arbitror, cum *grandia dona* quarti cæcis ad sequentia sit referendum. Idque Douze ardebat, nisi *liberes* & *tripodes* mox legas, ut in multis manu exaratis offendi. & cum *blandas preces* admittam. Heinsius. *Grandia dona.*] Agamemnon apud Homer. l. 9. hæc dona Achilli pollicetur. 7.

novos

Viginti fulvos operoso ex ære lebetas ;
 Et tripodas septem, pondere & arte pares.
 Addita sunt illis auri bis quinque talenta :

Bis sex assueti vincere semper equi.

Quodque supervacuum, forma præstante puellæ 35

•Lesbides, everfa corpora capta domo.

Cumque tot his, (sed non opus est tibi conjuge) conjux
 Ex Agamemnoniis una puella tribus.

Si

novos tripodas, 20. lebetes rustico fulgore radiantes, 10. auri talenta, equos 12. permicissimos. Præterea 7. puellas Lesbias, forma insignes, & quas sibi ex omni præda delegerat, cum Lesbion Achilles everitisset : & cum his, Briseida interdam : & post captam Trojam auri tantum, ut navem impleat : & puellas 20. Helena non inferiores : & sumptibus cupit, quam vellet ex tribus filiabus uxorem, Chrysothemem, Iphianassam & Laodiceam. *Ant.* *Agamemnon blanda.*] Ut sit sensus, isti addidemus muneribus tibi oblati blandas preces. *Hab.* *Agamemnonis dona.*] Minus nostrum oratio verbis, quod patris. *Ter.* *Euxuch.* Cujus formulam Plautus habet, *Trucul.* 2. v. 27. *Jussit orare, ut hac gratia habeam tibi.* *Pn.* *Gratia acceptaque osculetur habeo.* & *ibid.* 4. l. v. 5. *Mea dona decemata acceptaque habita esse apud Phrygiæm.*

31. *Operoso.*] Magna opera & artificio fabrefacto. *Ant.*

32. *Et tripodas.*] Menstræ, à tribus pedibus quibus sustentabantur. *Pares pondere & arte.*] Quorum ars tantum valet, quantum pondus ipsius metalli, id est, quantum valebat materia. *Hab.*

33. *Talenta.*] Talentum parvum & magnum. Atheniense est Magnum pondus 83. ut Martiani. scribit : parvum vero 60. *Ant.*

34. *Bis sex assueti.*] Bis septem major librorum pars, sed aliter Homerus, ex quo hæc omnia mutatus est nosser, *Iliad.* I. ubi Agamemnon legatis ad Achillem abituris.

Τῶν δ' ἐν πάντεσσι περιλυτὰ δῶκ' ὀνομήν,
 Ἐπὶ ἀπόρῃς τρίποδας, δίκῃ δὲ χρυσοῖο τάλαντα,
 Αἰθωνας δὲ λίβυτας ἰσίοισι, δάδικα δ' ἵππους
 Περὺς, ἀθλοφόρους, οἳ ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο,
 Δάισα δ' ἐπὶ δὲ γυναῖκας ἀμύμονας,
 Ἴφρ' εἰδύνας,
 Λαοδίκας, ἀς ὅτε Δίοςθεν εὐπαιμίνην ἔλασ' αὐτὴς,
 Ἐξήλομεν, αἳ καὶ ἄλλῃσιν ἴναιον φῦλα γυναικῶν.

& max.

Τρεῖς δὲ μοι ἰσὶ δούκατρος ἐν μεγάροισιν εὐπαικταί,
 Χρυσόθρακες καὶ Λαοδίκαι καὶ Ἴφρα νείσσεια,
 Τέλειον ἦν καὶ ἰδίαισι φίλον ἀνέκδοτον ἀγέσθαι,
 Πρὸς οἶκον Πηλεΐδ' ἰγὼ δ' ἐπιμύλια δόισα.

& quæ apposita illic plura occurrunt. In Mycilli editione, *Bis sex assueti.* Heinsius.

35. *Quod supervacuum.*] Id est, quæ puellæ sunt tibi supervacue, & non necessarie. *Hab.*

36. *Everfa domo.*] Postquam tu Lesbion everitisti. *Ant.*

37. *Non est opus.*] Vel quia Delamiam habebas : Vel si me repetas. *Idem.*

38. *Una puella.*] Quia Agamemnon obtulit ei unam ex filiabus suis uxorem, sed ò conjux non est tibi opus conjuge, quia habes conjugem me. *Hab.*

Si tibi ab Atrida pretio redimenda fuissēm,

Quæ dare debueras, accipere illa negas?

Qua merui culpa fieri tibi vilis, Achille?

Quo levis à nobis tam cito fugit amor?

An miseros tristis fortuna tenaciter urget?

Nec venit inceptis mollior aura meis?

Diruta Marte tuo Lyrnesia moenia vidi:

Et fueram patriæ pars ego magna meæ.

Vidi consortes pariter generisque necisque.

Tres cecidisse: tribus, quæ mihi, mater erat.

Vidi, quantus erat, fufum tellure cruenta,

Pectora jactantem sanguinolenta, virum.

40

45

50
Tot

39. *Ab Atrida.*] Ab Agamemnone, quem filium Atrei existimaverunt. *Idem.* Si tibi *ab Atrida.*] Redemisses, inquit, me grandi pecunia: nunc cum Agamemnon & me & munera ultro offerat, tu neges recipere. *Ant.*

40. *Quæ dare debueras.*] Sensus est, tu recusas accipere illa munera, quæ tu ipsemet debueras dare Agamemnoni, si noluisse reddere me tibi. *Hub.* Accipere illa *negas.*] Malim *neges* cum altero Scriveriano per interrogationem. *Heinsius.*

43. *An miseros tristis fortuna.*] Commiseratio est à calamitatis commemoratione. & ex Homero sumptum est, apud quem Briseis queritur. *Ant.* *An miseros.*] Sensus est, an cum fortuna cepit aliquem premere, insequitur ipsum assidue, & usque ad finem. *Hub.* *Tenaciter.*] Perseveranter. *Urget.*] Persequitur. *Idem.* *Urget.*] Mortali urgemur ab hoste. Virgil. & lib. 1. *Æneid.* Quis te, nate Dea, per tanta pericula casus Insequitur. — Hæc nempe illa erat Juno, quæ Teucris addita nusquam aberat. 6. *Æneidos.* Quod illustrat Senec. in *Herc. Fur.* — *sequitur à primo statim* — *Infecta Juno.* — Numquid immunis fuit — *Infantis ætas.* ubi vide Clar. D. Gronov. Et in Agamem. *Hen!* quam dulce malum mortalibus additum. Et Stat. *Thebaid.* 5. *O! misera,* quibus hic furor additus.

44. *Nec venit inceptis mollior aura meis.*] *Mollior hora* optimus Puteani codex, cum aliis nonnullis. Sic Propertius lib. 11. *El.* xxviii.

Extremo venit mollior hora die.

Pont. 111. *El.* 111.

Et venit votis mollior hora tuis.

ubi scilicet nonnulli *aura.* noster tamen, *Trist.* lib. iv. *El.* v.

Utque facis, remis ad opem Inflare seren-
dam,

Dum veniat placido mollior aura Deo. Ubi *hora* etiam in nonnullis scriptis. *Fast.* 11. à Zephyris *mollior aura* venit, ut recte ibi meliores libri. Quare nihil temere mutandum. Hinc & *Inceptis aspi-*
rare, aliaque à navigantibus sumta. *Heinsius.*

44. *Lyrnesia.*] Lyrnesum Ciliciæ oppidum Achilles expugnavit. unde etiam rapuit Briseida. *Ant.*

47. *Vidi.*] Quia ut erant conjuncti genere, ita fuerunt conjuncti nece, quia simul interfecti sunt. *Hub.* *Vidi consortes.*] Tres fratres Hippodamiæ trucidavit Achilles. pater Brises suspendio vitam finivit. *Ant.*

48. *Tribus quæ mihi mater erat.*] Distingue, tribus, quæ mihi, mater erat. tres fratres suos inuit. *Heinsius.*

50. *Virum.*] Minetem, quem Lyrnesiæ Ciliciæ regem diximus. *Ant.*

51. *Com-*

Tot tamen amissis te compensavimus unum.

Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eras.

Tu mihi, juratus per numina matris aquosæ,

Utile dicebas ipse fuisse capi.

Scilicet ut, quamvis veniam dotata, repellas; 55

Et mecum fugias, quæ tibi dentur, opes.

Quin etiam fama est, cum crastina fulserit Eos,

Te dare nubiferis linea vela notis.

Quod scelus ut pavidas miseræ mihi contigit aures,
Sanguinis atque animi pectus inane fuit. 60

Ibis: & ô miseram cui me, violente, relinques?

Quis mihi desertæ mite levamen erit?

Devorer ante precor subito telluris hiatu,

Aut rutilo missi fulminis igne cremer:

Quam

52. *Compensavimus te.*] Id est, loco ipsorum te habuimus. *Tot amissis.*] Scilicet patre, fratribus, & marito. *Hub.*

53. *Per numina matris aquosæ.*] Per Thetidem matrem. Repetit Achillis pollicita, ut perfidiam infumulet. *Ant.* *Tu juratus.*] Participium significationis ætæ. *Hub.*

54. *Utile capi.*] Quia dicebas quod esset in meliori conditione apud te: quam si staret patria, & essem apud meos. *Idem.*

55. *Scilicet.*] Subaudi utile est. & ironice proferendum est. hæc est utilitas, ut ego repellar à te: quamvis tradar tibi cum magna dote, quam Agamemnon mihi facit. *Idem.* *Quamvis veniam dotata repellar.*] Repellas Puteanus. placet. pro dantur mox Lovaniensis unus, dantur. *Heinsius.*

56. *Opes.*] Agamemnonis munera. *Ant.*

57. *Fulserit Eos.*] Sic optimus Puteanus. cæteri omnes, *hæra.* perperam. *Eos* pro Aurora, sæpe in Fastis. & alibi apud poetas Latinos. *Heinsius.*

58. *Te dare nubiferis linea vela notis.*] Nimbiferis notis Hafniensis liber. scripti præterea plurimi, *linæa vela* vel *vella.* un-

de vella postea procusum. quod Virgilio nostro notis ad Graziū attridebat. Ego, si quid mutandum sit, legam cum quatuor codicibus, *linæa plana.* ut Remed. Amor.

Ille dedit certa linæa plana fuga. sed *te dare* pro *te daturum.* sic Met. VII. *dum census dare me pro nocte paciscor.* pro *dum paciscor me daturum.* *Idem.* *Notis nubiferis.*] Etiam si procellæ inhorreant, in patriam navigare. *Ant.*

59. *Quod scelus.*] Ut ante captam Trojam, & sine me discedas. *Ant.*

60. *Sanguinis atque animi.*] Id est, fugit sanguis & animus. Ex nimio enim dolore, sive metu ita deficiunt homines, ut videantur mortui. *Hub.* *Animi pectus inane fuit.*] Malim fui. ut apud Statium, *Tyrastilius alma Pectus amicitia.* si locus sanus est. sequenti versu libri veteres constanter,

Ilis & ô miseram cui me. *Heinsius.*

61. *Violente.*] Violentum appellat, quod non rationem sequatur, sed voluntatem. *Ant.* *Cui me relinques?*] — *Cui me moribundam deseris, hospes.* Virgil. 4. *Æncid.* *Ant.*

62. *Deserta.*] Sime deserueris. *Idem.*

63. *Devorer ante.*] Pæthos ab imprec-

C

ca

Quam sine me Phthiis canescant æquora remis, 65

Et videam puppes ire relicta tuas.

Si tibi jam reditusque placent, patriique penates;

Non ego sum classi sarcina magna tuæ.

Victorem captiva sequar, non nupta maritum:

Est mihi, quæ lanas molliat, apta manus. 70

Inter Achaiadas longe pulcherrima matres

In thalamos conjux ibit (eatque) tuos.

Digna nurus focero, Jovis Æginæque nepote;

Cuique senex Nereus profocer esse velit.

Nos humiles famulæque tuæ data pensa trahemus: 75

Et minuent plenas stamina nostra colos.

Exagitet ne me tantum tua deprecor uxor,

Quæ mihi nescio quo non erit æqua modo.

Neve meos coram scindi patiare capillos:

Et leviter dicas: Hæc quoque nostra fuit.

Vel

catione. *Subito hiatu.*] Telluris apertione, ut quondam Amphiarao in bello Thebano contigisse fertur. *Ant.*

65. *Phthiis.*] Achilleis. Phthii fuerunt Achillis subjecti. *Idem.*

67. *Si tibi jam reditusque placent.*] Scribe tam placent. ut Grutero videbatur & Douza. *Epist. Sapphus,*

Si tam certus eras hinc ire.

Similiter peccatum Metam. x. Fab. Myrrha.

Nunc quia tam meus est, non est meus. —

Cum libri editi ac scripti constanter illic exhibeant, *jam meus.* Sequenti etiam versu rectius reponas, *Non ego sim.* *Heins.*

69. *Captiva.*] Id est, ut captiva & serva, non ut uxor. *Hub.*

71. *Inter Achaiadas.*] Sic cum melioribus libris scribendum, non *Achaiadas.* *Achaiadas,* Græco more, quomodo apud Callimachum Lavacro Palladis, & Hymno in Delon, alioque Græcos poetas, pro nepote paulo post *Nepoti* Putaneus. *Heinsius.* *Inter Achaiadas.*] Ab extenuatione fortunæ pa-

thos est. & Achaja Achillis patria. *Ant.*

73. *Socero.*] Peleo. Jupiter ex Ægina Asopi filia Æacum filium genuit, Æacus Peleum, Phocum, & Telamonem; Peleus ex Theride Chironis filia Achillem. *Ant.*

74. *Profocer.*] Socrus pater. Chironem significat, Thetidis patrem. *Idem.* *Nereus.*] Deus maris, avus tuus maternus. *Hubert.*

75. *Data pensa trahemus.*] Servile opus exercebimus. *Mycil.* *Humiles.*] Abjectæ & viles. *Pensa.*] A pendendo dicta: dabantur enim lanæ ad pondus, inde ancilla quæ huic officio præerat, libraria dicebatur. *Hubert.*

76. *Stamina.*] Fila quæ nebulimus. *Miment.*] Evacuabunt. *Idem.*

78. *Nescio quo.*] Vehementius est, quam si expressisset: plus enim in suspicione reliquit. *Ant.*

79. *Scindi.*] Lacerari ab uxore tua. *Hub.* *Scindi.*] Ipsam capillo conscidit. *Ter. Eunuch.* Savis unguibus involare, & probe depexum dare.

82. *Hic*

Vel patiare licet, dum ne contemta relinquitur.

Hic mihi vae miseræ concutit ossa metus.

Quid tamen exspectas? Agamemnona poenitet iræ,

Et jacet ante tuos Græcia mœsta pedes.

Vince animos iramque tuam, qui cætera vincis. 85

Quid lacerat Danaas impiger Hector opes?

Arma cape, Æacida, sed me tamen ante recepta :

Et preme turbatos Marte favente viros.

Propter me mota est, propter me desinat iræ

Simque ego tristitiæ causa modusque tuæ. 90

Nec tibi turpe puta precibus succumbere nostris :

Conjugis Oenides versus in arma prece est.

Res audita mihi, nota est tibi. fratribus orba

Devovit nati spemque caputque parens.

Bellum erat : ille ferox positus secessit ab armis, 95
Et

82. Hic motus.] Ne à te destituatur.
Ant.

83. Quid tamen exspectas.] *Quæ* Putaneus. Junianus. Quid tamen. Lege. Quo sapien. nisi quod apud Juvenalem Sat. 11. Quid tamen exspectant? Vide notas ad Epist. XIV. v. 61. Heinſius. Quid tamen, &c.] Obſtinationem in Achille queritur. Agamemnon, inquit, iram deposuit : tu adhuc in tua obſtinatione duras. *Ant.*

84. Græcia mœſta.] Græcorum exercitus, qui maximam cladem patitur. *Idem.*

86. Lacerat.] Destruit : quasi dicat, cur tu qui solus potes, non obſtas ei. *Hybart.*

87. Arma cape Æacide.] Æacida coddex alter Regius, ut Silius de Homero ad Achillem,

Felix Æacida, cui tali contigit æro
Gentibus ostendi.

noſter lib. VII. Met. 5. 800.

Furor è meminisse beati

Temporis Æacida.

quemodo optinæ membranz. sic & lib.

xi.

Æacida, dixit, votis parere petit, notum illud oraculi,

Ajo te Æacida Romanos vincere poſſe. Heinſius.

88. Viros.] Trojanos. Turbatos.] Faciles ad fugam. *Ant.*

90. Tristitia.] Eja, mea Jumo, non decet te eſſe tam tristem tuo Jovi. Plaur. Caſ. 2. 3. Madus.] Id eſt, finis. *Hüb.*

91. Succumbere noſtris precibus.] Id eſt, vinci precibus meis, & eis ſeſti ad accipiendum arma. *Idem.*

22. Verſus.] Immutatus & induſtus contra propoſitum ſuum. *Idem.* Oenides.] Meleager Oenei filius. Verſus in arma.] Bellum iniit contra Curetas. *Ant.*

93. Orba fratribus.] Toxeum & Plexippum intelligit, quos alii Proctum & Cometem appellant : hos Meleager interemit, cum apri caput Atalanzæ ſubripere voluiſſent, unde exortum eſt bellum inter Atolos & Curetes. *Idem.*

94. Parens.] Akthea Theſtii filia, & Meleagri mater. *Ant.*

95. Bello erat ille ferox.] Recte Putaneus, Bellum erat : ille ferox. Faſt. IV. Turnus an Æneas Latia gener eſſet Ama-

Et patriæ rigida mente negavit opem.
Sola virum conjux flexit. felicior illa!

At mea pro nullo pondere verba cadunt.
Nec tamen indignor: nec me pro conjuge gessi,
Sæpius in domini serva vocata torum. 100
Me quædam (memini) dominam captiva vocabat:
Servitio, dixi, nominis addis onus.

Per

1a, Bellum erat. sic & Pax erat, Fast. 1.
Pax erat, & vestri, Germanice, causa
triumphi
Tradiderat famulas jam tibi Rhœnus a-
quas.

Auctor Elegiz in obitum Mæcenatis,
Pax erat: hac illos laxavit otia cultus.
Pari modo Nox erat, Lux erat, & simi-
lia apud Poëtas obvia. Caterum ex Ho-
mero Historiam hanc est mutuatus de
Meleagro, quam Iliad. I. Phoenix A-
chilli narrat. Extrat & apud Antoninum
Liberalem Metamorph. Fab. 11. Co-
dex Gortorphanus, Marte erat ille fe-
rox. Heinsius. Ille.] Meleager. Ferax.]
Fortis. Secessit ab armis.] Ut supra di-
ximus, indignatus propter execrationes
matris. Hub.

96. Paria.] Calydonis, quæ ab ho-
stibus oppugnabatur. Idem. Rigida mente.]
Obstinata ira. Ant.

97. Sola virum conjux flexit.] Al-
cyone Hygione Fab. clixiv. quæ &
Cleopatra Antonino Liberali, & Ho-
mero, cuius Scholiastæ hanc Idæ Apha-
rei & Marpissæ Eveni filiz natam fa-
ciunt, ut & Apollodorus in Bibliotheca.
quo teste post Meleagri mortem sese
ipsa interemit. Heinsius. Felicior illa.]
Cleopatra, quæ virum flexit. Ant.

98. At mea pro nullo pondere verba ca-
dunt.] Gruterus, prohi nullo pondere! ut
& Gebhardus in crepundiis. sed frustra.
ut recte vidit perspicacissimus Grono-
vius ad Livii lib. 1. cap. xxi. noster Trist.
lib. 1. El. vii.

Illud amicitia sanctum & venerabile no-
men

Re tibi pro vili sub pedibusque jaces.
Propertius, lib. 1. El. x.

Nec si quid petit, ingrata fronte negaris,
Nec tibi pro vano verba benigna cadant.
Plautus Menæchmis,
Pro sano loqueris, qui meo me appellas
nominis.

Ibidem,

Non pro insano hoc verbum respondit.
Sed modus exemplorum non esset. pro
nullo pondere. sic in nullo pondere Propet-
tio,

Quid juvat in nullo pondere verba loqui?
Heinsius. Pro nullo pondere.] Caduca
sunt, & sine efficacia. Ant.

99. Nec me pro conjuge gessi.] Non ta-
men mihi arrogavi, ut me tibi uxorem
crediderim, verum servæ partes implevi.
Idem.

100. In domini serva vocata torum.]
Dominum torum Codex Episcopi Lin-
colnienfis. placet. sic dominos Deus di-
xit Ep. 1v. v. 12. dominas manus Amor.
lib. 11. El. v. v. 30. Aufonius de Bissu-
la, domina libera salta manu. domina ha-
sta Juvenali Sat. 111. domina mensa Sta-
tio Sylv. 1v. Epido. Domitiani. atque
ita passim optimi scriptores. ut & do-
mina urbs. sic & famula manus, famula
aqua. & similia. De quibus Fast. r.
lib. 1. v. 286. dixi. alii domini toro. Fru-
stra. vocare enim est imperii herilis. E-
pistola Acontii,

Ignoras tua jura, voca: cur arguer absens?
Famulatum domina more venire jube.
lib. 11. Art.

Nasce domum repetens epulis perfracta re-
dibit.

Tum quoque pro servo, si vocas illa, veni.
Heinsius.

102. Addis onus servitio.] Id est, ser-
vitutem meam magis aggravas, cum
vocas

Per tamen ossa viri subito male testâ sepulcro,
 Semper judiciis ossa verenda meis.
 Perque trium fortes animas, mea numina, fratrum, 105
 Qui bene pro patria cum patriâque jacent,
 Perque tuum nostrumque caput, quæ junximus una;
 Perque tuos enses, cognita tela meis;
 Nulla Mycenæum sociasse cubilia mecum
 Juro: fallentem deseruisse velis. 110
 Si tibi nunc dicam: Fortissime, tu quoque jura,
 Nulla tibi sine me gaudia facta: neges.
 At Danaï mœrere putant. tibi plectra moventur:
 Te tenet in tepido mollis amica sinu.
 Et si quis quærat, quare pugnare recuses: 115
 Pugna nocet: citharæ noxque Venusque juvant.
 Tutius est jacuisse toro, tenuisse puellam,
 Threïciam digitis increpuisse lyram:
 Quam manibus clypeos, & acutæ cuspidis hastam,
 Et galeam pressa sustinuisse coma. 120
 Sed

vocas me honorifico nomine dominæ,
 cum serva sim. *Hubert.*

103. *Per tamen ossa viri.*] Adjuratione impudicitiz suspicionem delet. *Viri.*] Minetia. *Male testâ sepulchro.*] Nam in excidio Lynesi sepeliendi viri non data est opportunitas. *Ant.*

105. *Perque trium fortes animas.*] Fratres tres intelligit, quos trucidasse Achillem diximus. *Idem.*

107. *Per tuum caput.*] Mos Græcorum jurare per alienam caput. *Juv. Non domus Græcis jurare paratis Per caput alterum. Una.*] Id est, simul. *Hub. Quod junximus una.*] Quæ junximus bene putareamus. *Jungeris caput,* pro rem veneram exercere. *Petron. conjunctis mercabantur capitibus.* sic & *jungeris membra,* de quo *Notis ad lib. 11. Fast. v. 592.* & *jungeris Veneream,* de quo *notis ad Remed. Amer. v. 407.* & *jungeris corpus,* & *jungeris oscula,* & similia. *Heinsius.*

108. *Cognita tela.*] Quoniam illis ceci-

derunt. *Mycenæum.*] Agamemnonem significat. *Ant.*

112. *Nulla tibi sine me gaudia facta.*] *Puro passa.* *Art. Amat.*

Si dederint, & vos gaudia passa date. sic & *passa noctes* apud Propertium. potest & vulgata ferri. *Heinsius.*

113. *Tibi plectra moventur.*] Id est, Tu citharæ indulges: nam plectrum est, quo chorda tangitur: interdum pro tota cithara ponitur. *Hubert.*

114. *Mollis amica.*] Diomedem Phorbantis filiam significare videtur: quæ cum se delectare consuevisse Achillem, ablata Hippodamia, scribit Homerus. *Ant.*

115. *Et si quis quærat.*] *Si quis nunc quærat,* *Purpureus.* *Heinsius.*

116. *Cithara.*] Quibus à Chirone instructus est. *Ant.*

118. *Threïciam lyram.*] Qualem in Thracia Orpheum personasse tradunt. *Idem.*

Sed tibi pro tutis insignia facta placebant :

Partaque bellando gloria dulcis erat.

An tantum, dum me caperes, fera bella probabas?

Cumque mea patria laus tua victa jacet?

Dî melius: validoque, precor, vibrata lacerto 125

Transeat Hectoreum Pelias hasta latus.

Mittite me, Danaï, dominum legata rogabo :

Multaque mandatis oscula mista feram.

Plus ego quam Phoenix, plus quam facundus Ulysses,

Plus ego quam Teuceri (credite) frater agam. 130

Est aliquid collum solitis tetigisse lacertis,

Præsentisque oculos admonuisse sui.

Sis licet immitis, matrisque ferocior undis;

Ut

121. Sed tibi pro tutis insignia facta placebant.] Scripserat Ovidius, hi fallor pro tutis. Heinſius. Pro tutis.] Pro periculorum evitacione. Ant.

124. Laus tua victa jacet.] Tibi victa atq. Scriverianus. paulo venustius. Heinſius. Jacet victa.] Extincta est. Ant.

126. Pelias hasta.] Peuliaris Achil- leæ hasta adjectio est apud Momerum, quæ tanta magnitudine fuit, ut Patro- clus omni cætera arma sumeret, hastam reliquerit. Idem. Pelias.] Id est, Theſ- ſalica, à Pelio monte Theſſaliæ. Huber.

130. Teuceri frater.] Ajacem intelligit, qui unus fuit ex legis ad Achillem. Anton.

132. Præsentisque oculos admonuisse sui.] Præsentisque Puteanus cum aliis nonnullis. Idem admonuisse suum, & supra adscriptum, vel suis pro diversâ lectione. Præsentisque suum unus Vari- canus. tres alii, Præsentisque suum. præter Scriverianus satis antiquus,

Præsentisque oculos admonuisse suum. Lego minima mutatione,

Præsentisque oculos admonuisse sui. Oculi enim sunt in amore duci, ut loquitur ille, quibus amantes capiuntur postea- rum ac trahuntur. Si quis Puteanus ob-

dicis tamen atque aliorum plurimum ve- stigis insistent,

Præsentisque oculos admonuisse sui, præferendum contendat, nil repugnem, dum vulgaram lectionem ut inauthenticam necum advenietur. admonuisse sui, ut in fragmento Halieutici,

Accepit munulus legens, dedit omnibus arma,

Admonuisse sui.

Epistola Ariadnes,

Candidaque impressi summa velamina virgo,

Sicilicet obitus admonitura mei.

Superiori versu vocibus transpositis scripti phœtice collum solitis tetigisse lacertis, Heinſius.

133. Undis maris.] Marinis flucti- bus, qui nulla sustinent vocem. Theris Achillis mater est, maris nympa. Ant. Undis maris.] ἡ καὶ τὸν γέννησεν, καὶ θάνατον παρέθηκεν θεὰς ὁρίων. vide Dion. Præs. orat. 58. & Hom. Iliad. κ. v. 203.

Ἐκείνη γὰρ ἡ καὶ τὸν γέννησεν, καὶ θάνατον παρέθηκεν.

Ἐκείνη γὰρ ἡ καὶ τὸν γέννησεν, καὶ θάνατον παρέθηκεν.

Narratio.

Qui nempe, male sitas, magno ira- rum fluctuabat æstu, ut infans nodis maris solent: hinc & ab Hæcra. Eleger. vocem ἑκείνη γὰρ ἡ καὶ τὸν γέννησεν, καὶ θάνατον παρέθηκεν.

136. Eas

Ut taceam, lacrymis comminuere meis.

Nunc quoque (sic omnes Peleus pater impleat annos, 135

Sic eat auspiciis Pyrrhus in arma tuis)

Respice sollicitam Briseida, fortis Achille;

Nec miseram lenta ferretis ure mora.

Aut, si versus amor tuus est in tædia nostri;

Quam sine te cogis vivere, coge mori.

140

Utque facis, coges. abiit corpusque colorque.

Sustinet hoc animæ spes tamen una tui.

Qua si destituor, repetam fratresque virumque:

Nec tibi magnificum foemina iussa mori.

Cur autem jubeas? stricto pete corpora ferro.

145

Est mihi, qui fosso pectore sanguis eat,

Me petat ille tuus, qui, si Dea passa fuisset,

Ensis in Atridæ pectus iturus erat.

Ah potius serves nostram tua munera vitam.

Quod

136. *Eat auspiciis Pyrrhus ad arma tuis.* In arma codices plerique. & sane id elegantius. sic ire in hostem, in pugnam, concitare in arma, ruere, ferri, mittere, venire & trahi in arma, &c. familia. Statius Theb. viii.

Inus in arma palam.
noster Amor. lib. i. El. ix.

Hæstor ab Andromaches complexibus ibat in arma.

Tu enim infesti animi significationem interdum præ se fert. noster infra,

Ensis in Atridæ pectus iturus erat.

& alibi,

Et levis in multas devolat ales aves.

Remed. Amor. ex veteri codice.

Non aliquis socius Rhæsus in arma vocat.
Attentum vulgus in arma ruit. Est. vi.
ex antiquis libris. sic veriti in aliquem infesto animo. de quo Met. i. Heinſius. *Pyrrhus.* Filius Achillis ex Deidamia, Lycomedis regis Scyriorum filia. *Tuis auspiciis.* Tuo ductu & imperio. *Ant.*

138. *At si versus amor tuus est.* Ant. *Puteanus;* nec pauci alii ex nobilibus. *placet.* Heinſius.

140. *Coge mori.* & *Interdum me an-*

tequam à te separe. *Anton.*

142. *Sustinet hoc animæ spes tamen una tui.* Animæ spes tamen una mei quatuor libri. etiam bene; nisi malis anima mea. & mox *Qua si destituor pro destituar* Puteanus alique nonnulli. *Heinſius.*

145. *Cur autem jubeas?* Cum scilicet tu hoc efficere possis. *Huber.*

147. *Si Dea passa.* Palladem significat, quæ Achilli obstitit, ut Homerus scribit, cum stricto ense in Agamemnonem ferretur. *Ant.* Si Dea passa. Hom. Iliad. a. v. 197.

Στῆ δ' ὄπισθεν, ἔαθ' ὅς δὲ κλέμης ἦλα Πηλεΐωνα.

Ad quod alludere videtur Phœx. Menachm. 5. 2.

Sed quis hic est, qui me capillo hinc de cætera deripit.

Eustath. hanc allegoriam ad Platonem refert, & τὴν παρ' αὐτῶ ἀρχινοῖαν, καὶ κεφαλῶν ἀνελόντων intelligit. Quod & Germanis in proverbio.

148. *In pectus Atridæ.* Agamemnonis. *Ant.*

149. *Ah potius.* Post ironiam concessum petis Briseis aperte ab Achil-

C 4

le

Quod dederas hosti victor, amica rogo. 150
 Perdere quos melius possis, Neptunia præbent
 Pergama. materiam cædis ab hoste pete.
 Me modo, sive paras impellere remige classẽm,
 Sive manes, domini jure venire jube.

le, ut vitam conservet, quam ei dederat. *Tua munera.*] Quæ mihi dedisti. & est appositio. *Hub. At potius serves.*] Ab Puteaneus cum duobus aliis. *Heinsius. Nostram, tua munera vitam.*] Simile quid in Virgil. 9. *Æneid.* — nec te, tua funera, Mater — Produxi — quanquam hoc alii aliter explicant.

150. *Quod dederas hosti.*] Dum esses mihi hostis vitam concessisti, eandem amica exigo : & à consequentibus arguit. *Ant.*

151. *Neptunia.*] Quæ Neptunus fabricavit. *Idem.* — & omnis humo sumat Neptunia Troja. Virgil. 3. *Æneid.* ubi vide Serv. *Perdere.*] Hos, dicit, si delectatis cæde alicujus, multo justius potes interficere hostes tuos, quam me nunc amicam tuam. *Hub.*

153. *Sive paras impellere classẽm remige.*] Sive in patriam navigare constitui-

sti. *Anton.*

154. *Sive manes domini more venire jube.*] Non damno hanc lectionem Puteaneus tamen cum tribus aliis domini jure. Paulinus Epistolâ ad Aufonium,

Totusque nostra jure domini vindicat

Et corda & ora & tempora.

Acontius Cydippe:

Ignoras tua jura, voca: cur arguor absens?

Lamudum domina more venire jube.

Hac de voce vide quæ noto lib. 1. Amor.

El. 11. Remed. Amor. v. 100. ex antiquis libris,

Non sunt imperii tam fera jura mei.

Hinc jus habere in aliquem. Nil temere tamen mutandum hoc loco, aut si quid mutem, lubens rescripserim, domino jure, vel, more; de qua locutione paulo ante agebamus hac epistolâ. *Heinsius.*

Jure domini.] Tanquam ego sim serva tua, & tu dominus meus. *Micyl.*

EPISTOLA IV.

ARGUMENTUM.

Theseus *Ægei filius,* interemto *Minotauro,* *Ariadnen* *Minois* & *Pasiphaës* filiam, quam ob latam sibi opem, ducturum se uxorem domum promiserat, eamque simul cum *Phædra* sorore ejus, navì impositam abduxit. Verum enim *Bacchi* admonitu in *Naxo,* sive, ut alii volunt, in *Chio,* *Ariadne* relicta, *Phædræ* duxit: quæ deinde, absente *Theseo,* in *Hippolyti* privigni, quem ex *Hippolyte* *Amazone* susceperat, amorem exarsit. Qui, cum calibem amans vitam sese venando oblectaret, nec in ejus consuetudinem abduci posset, hac epistola amorem ei suum profutur.

PHÆDRA HIPPOLYTO.

Qua, nisi tu dederis, caritura est ipsa, salutem
 Mittit Amazonio Cressa puella viro.

Per-

1. *Qua nisi, &c.*] Epistola ergo hac *Hippolytum* ad amorem ut flectat nititur *Phædra*: sed cum turpe sit

privignum à noverca in amorem sollicitari, principium ex insinuatione sumit.
 2. *Cressa puella.*] *Phædra* *Cretensis.*

Viro

Perlege quodcumque est. quid epistola lecta nocebit ?

Te quoque, in hac aliquid, quod juvet, esse potest.

His arcana notis terra pelagoque feruntur : 5

Inspicit acceptas hostis ab hoste notas.

Ter tecum conata loqui, ter inutilis hæsit

Lingua, ter in primo destitit ore sonus.

Qua licet & sequitur, pudor est miscendus amor.

Dicerè quæ puduit, scribere jussit Amor. 10

Quidquid Amor jussit, non est contemnere tutum.

Regnat, & in Dominos jus habet ille Deos.

Ille

Viro Amaz. miso.] Hippolyto Hippolytes Amazonis filio. *Ans.*

3. *Perlege.*] Quia scit eum contractum frontem, invitatum de re turpi, honoratur eum ad legendum totam epistolam. Confidit enim se rationibus suis posse persuadere quod cupit. *Quodcumque.*] Quasi dicat, etiam si sit aliquid turpe, & quod tibi displiceat. *Quid nocebit.*] Quasi dicat, nihil. *Hæb.*

4. *Quod juvet.*] Non quod honestum est.

6. *Notas.*] Id est, literas.

7. *Ter conata.*] Quia posset dicere, quare non dixisti coram : dicat, se pudore impeditam. *Inutilis.*] Quæ non præstabat mihi officium suum.

8. *Ter in primo destitit ore sonus.*] Sunt qui restitit legendum contendunt. Inter quos Douza & Slichtenhorstius quondam meus. ut in uno Lovaniensi extat. Tres alii, *confitit.* Sed nil mutandum. Etsi succurrunt illa Laodamiz,

Semper in his apte narrantis verba resistunt.

Virgilianum quoque istud,

Incipit effari, mediaque in voce resistit.

Pro vulgata enim lectione stat locus ille, *Fast.* 11. v. 823.

Ter conata loqui, ter destitit : ansæque quarto

Non oculos ab hærento suspensus illa suos.

ubi perperam scripti nonnulli, *desicit.* Epistola Laodamiz. v. 83.

Hunc faciem vultu revocare, animusque strebat.

Destitit auspicii lingua timore mali. Sic puro, cum in quinque codicibus sit, *sed stetit.* Vulgati *substitit.* etiam non male. *Fast.* lib. 1. v. 538.

Substitit in medias præscia lingua sonos. destitit pro stare, restare Plautus quoque dixit Mostellaria *Ast.* 111. sc. 11.

Quid illic obsecro tandem destitisti ? ut exemplaria nonnulla præferunt. *Hæm-*

fius. 9. *Qua licet.*] Quia occurrebat, quod amatores sunt impudentes : dicit ipsa, oportere etiam esse in amore aliquem pudorem. *Qua.*] Pro quatenus, id est, quantum licet. *Et sequitur.*] Consequens est & utile. *Miscendus.*] Jungendus. *Ans.*

10. *Dicere.*] Silicet coram. *Scribere.*] Quia jussit amor. *Idem.* *Jussu amor.*] Cuius in Cupidinem rejicit.

12. *Regnat.*] Rerum summam possidet. *Ans.* Nævius Gymnastico : *Adelp.* *Cupido, cum tam pressus sis, nimis multum vales,* Senec. in Hippolyto :

Regnanteque tantum minimis in superis habes. Ciof.

Ius. Potestatem. In dominos jus habet ille Deos.] Sic scripti. non *superis.* in uno meo, *dominis.* sed perperam. *Amor.* lib. 111. El. x.

Hac docet ad Dominos munera ferre Deos.

sic *Domina Venus* apud Petronium. noster lib. 1. *Art. Am.*

Tu Veni domina plausu favente manus. *Am.* 111. El. x111. de Junone.

C 5

Invisa

Ille mihi primo dubitanti scribere, dixit,

Scribe, dabit victas ferreus ille manus.

Adsit, &, ut nostras avido foveat igne medullas, 15

Figat sic animos in mea vota tuos.

Non ego nequitia socialia fœdera rumpam.

Fama (velim quæras) crimine nostra vacat.

Venit Amor gravius, quò serius urimur intus,

Urimur; & cæcum pectora vulnus habent. 20

Scilicet ut teneros lædunt iuga prima juvencos,

Frænaque vix patitur de grege captus equus :

Sic

Invisa est domini sola capella Dea.
Heinsius.

13. *Ille.*] Scilicet amor. *Dubitanti.*] Quia turpitudine negotii suscipiendi dubium adducit.

14. *Ille.*] Hippolytus. *Ferreus.*] Id est, etiam si esset ferreus & durissimus. *Dabit manus visum.*] Tuo imperio succumbet. Translatio sumpta à victis in prælio, qui manus victoribus præbent ligandas : inde quos amor subegit, dicuntur ligati, ut captivi.

15. *Adsit.*] Optantis est : id est, uti nam mihi præsens sit, & saveat. *Ut foveat.*] Ut calefaciat. *Hab. Foveat.*] Hoc verbum varîe & eleganter usurpatur.

— ipse *Nearam*

Deum foveat.

Virgil. Ecl. 3. Et. 1. *Æneid.*

— hoc regnum *Dea* gentibus esse,

Si quæ fata sinant, jam tam tenditque fovetque.

Et 4. *Æneid.*

— *famamque fovemus inanem.*

& superius.

Nunc hiemem inter se luxu, quam longa, fovere.

Et lib. 9. *Æneid.*

— non obvia ferre

Arma viros, sed castra fovere.

Et x. *Æneid.*

Aut ego tela dedi, serique cupidine bella.

Avido igne.] Flagrantissimo amore.

Ant.

16. *Figat.*] Vulneret, scilicet sagittis

suis. *In mea vota.*] Ut sis paratus facere quod ego velim. *Hab.*

17. *Non ego nequitia.*] Purgat impudicitiz crimen, descendens paulatim ad rem ipsam. *Socialia fœdera.*] Conjugii Thefei.

18. *Crimine.*] Impudicitiz nota.

19. *Venit amor gravius.*] Fæctur sè manifestissime amare, sed amoris atrocitatem suppressit, ut modestius rem suam agat. *Amor,* inquit, me invasit : sed tanto mihi est amoris æstus gravius tolerare, quanto ætate me grandiosum invasit. *Serius.*] Tandem & ætate provectiori.

20. *Cæcum pectora vulnus habent.*] Minime damno hanc lectionem. Non minus eleganter tamen unus ex meis, *cæcum vulnus.* apposite apud Maronem,

— *est nullis flammis medullas*

Incerea, & taciturnis vivis sub pectore vul-

nus. Heinsius.

Vulnus cæcum.] Occultum amorém. Virg. Et cæco capitur igni. sic. Theocr. Idyll. xi. v. 15.

— *ἰχθυσὶν ἰχθὺν ὕδατος ἄλκιον ἔλαθ',*
Κόπρῳ δὲ μετ' ἄλλας, τὸ οἱ ἦν αὐτῷ
πᾶσι βέλεμον.

Et Bion Smyrn. Idyll. 1. v. 17. in Epitaph. Adon.

Μεῖζον δ' αὖ Κυδίστην φέρει ποταμὸς
ἰον ἔλαθ'.

22. *Caprus de grege.*] Id est, novus & nondum dominus. *Hab.*

23. *Rude*

Sic male vixque subit primos rude pectus amores;
 Sarcinæque hæc animo non sedet apta meo.
 Ars fit, ubi à teneris crimen condiscitur annis. 25
 Quæ venit exacto tempore, pejus amat.
 Tu nova servatæ capies libamina famat;
 Et pariter nostrum fiet uterque nocens.
 Est aliquid, plenis pomaria carpere ramis,
 Et tenui primam deligere ungue rosam. 30
 Si tamen ille prior, quo me sine crimine gessi,
 Candor ab insolita labe notandus erat;
 At bene successit, digno quod adurimur igni:

Pejus

23. *Rude pectus.*] Non affuetum, & in amore difficile. *Rude.*] Inexercitum. *Justin. lib. 1. c. 1. Rudes adhuc ad resistendum populos:* Et *Ovid. Epist. xl. Et rudes ad parvas, & nova miles eram.*

24. *Sarcina.*] Amoris molestia. *Ant.*

25. *Ars fit tibi à teneris.*] Ut à teneris novem libri. *ne pro tibi.* sic saepe noster alibi. *Hinsius. Ars fit.*] Ars est, quæ dat certam viam rationemque discendi, vel faciendi aliquid. Est igitur sensus, Si quis velit habere recte aliquam artem, incipiat à teneris annis. *Est.*] Id est, perficitur. *Crimen.*] Scilicet amandi. *Hab.*

26. *Exacto tempore.*] Profectiori ætate. *Pejus.*] Gravioribus poenis. *Ant. Venit.*] Incidit in amorem.

27. *Tu nova.*] Allicie eum commendatione sua pudicitie. *Libamina.*] Gustamenta. *Novæ.*] Primum: id est, tuus primus qui me vixaveris, & pudicitiam meam abstuleris. nam à marito non auferitur mulier pudicitia, vel fuit castitatis, sed ab alieno. Dicit ergo, se semper fuisse intactam habens ab omnibus, præterquam à Phædro: & Hippolytum fore primum, qui ejus pudicitiam delibet. *Servata.*] Custodita. *Corpus libamina servata.*] Corpore sequenti versu denotat habes, quare præterea quod in nocturnis, *capit.* nūc rapinæ fortasse malis. *Hinsius.*

28. *Noctis pariter.*] Id est, uterque pariter, & uno eodemque tempore amittentis pudicitiam: quis adhuc sustinet ignotis malicibus, & ego innotata aliis, præterquam marito meo.

29. *Est obprobrium.*] Quasi dicat, non contemnendum.

30. *Deligere.*] Colligere.

31. *Si tamen.*] Est quasi quedam Hypophora ad seipsum: & est sensus, illa integritas mea pudicitie qua sare stori. *Sic tamen ille prior.*] Ita Purem libet cum plerique aliis. Sed verum est, quod ex suis proferat Nangerius, quodque ego in uno alteroque offendi, *Si tamen.* Vulgari *Sed tamen.* Sequenter versu idem Puteanus igni pro igne *dehæret*, ut saepe alias duo, *est*, etiam notum male. *Hinsius.*

32. *Bras novatilis.*] Ab infirmitate peccandi: id est, debueram diligenter servare, ut non peccarem, quemadmodum nunquam sare peccaveram cum aliquo. & ad hoc respondet quod sequitur.

33. *At bene successit.*] Scilicet illo eandem ostendit. *Quo.*] Candore. *Ossius.*] Scilicet sare sine crimine: quia nunquam feci aliquid, quo possem esse infamis. *Ab labe insolita.*] Id est, à delicto & stupro insolito: hoc fuit quod illi ipsi ipsi objecit. *At bene.*] Responsio est ad objectionem. & hoc dicit, licet servanda esset castitas mea inviolata, tamen bene evenit

Pejus adulterio turpis adulter abest.
 Si mihi concedat Juno fratremque virumque; 35
 Hippolytum videor præpositura Jovi,
 Jam quoque (vix credas) ignotas mutor in artes :
 Est mihi per sævas impetus ire feras.
 Jam mihi prima Dea est, arcu præsignis adunco
 Delia. judicium subsequor ipsa tuum. 40
 In nemus ire libet, pressisque in retia cervis,
 Hortari celeres per juga summa canes :
 Aut tremulum excusso jaculum vibrare lacerto;

Aut

evenit quod in ea violanda elegi virum dignum.

34. *Pejus.*] Magis. *Turpis.*] Indignus. Videtur enim excusanda mulier, quæ cum viro digno committit adulterium. *Hub. Digno igni.*] Elegantis juvenis amore. *Ant. Turpis adulter abest.*] Abest legendum videtur. atque ita Scriverianus liber. *Heinsius.*

35. *Si mihi.*] Probat dignum esse amorem suum, quia si detur sibi optio Jovis & Hippolyti, dicit se præposituram esse Hippolytum Jovi. *Hub. Fratremque virumque.*] Jovem intelligit, cujus Juno est foror & conjunx. *Ant.*

36. *Hippolytum videor.*] Videar Vaticanus & Farnesianus unus. *Heinsius.*

37. *Jam quoque.*] Secundum præcepta ipsius Ovidii in Arte amandi, quibus rebus delectantur, quos amamus, eisdem debemus & nos delectari. Ideo quia Hippolytus delectabatur venatione, dicit Phædra, videri sibi sæpe exire in venationem, & omnia agere quæ ipse Hippolytus agere solitus sit. *Ignotas.*] Inluctas mihi: venationem intelligit. *Mittor in artes.*] Mittor Putaneus codex & Argentianensis. venuste. nisi malis nitor. Vide Notas Art. Am. 111. 667. credas pro credes quinque libri. *Heinsius.*

38. *Per sævas feras.*] Quas tu insequeris per sylvas.

39. *Arcu præsignis adunco Delia.*] Cornu adunco Scriverianus liber. sic nige pro acu etiam apud Græcos poetas

est invenire. ut apud Anacreontem, sub finem Ode 111. Cupido de arcu suo *Κίεας δέλας δὲ μίαν ἴσι.* Claudianus de Raptu Proserpine, *intento festinat Delia cornu.* & de eadem, *quæ terra Menala cornu.* Noster Epistola Ariadnes,

Non poterant fegi præcordia ferrea cornu. atque ita poetæ passim. sequenti versu *subsequor* Putaneus liber cum aliis nonnullis. *Heinsius.*

41. *Pressisque in retia cervis.*] *Pressisque* Putanea excerpta, & quinque libri ex nostris. *Idem. Pressis.*] Agitationis. *Virg. Aut spumantis apri cursuum clamore premontem.* *Hub. In retia.*] Quæ Lydia Arachne invenit: & ex lino Campano cæteris præferuntur. *Ant.*

42. *Hortari.*] Instigare mea voce, ut faciunt venatores. *Hub.*

43. *Excusso.*] Fortiter moto. *Hub. Excusso.*] Reducto Virgil. 5. *Æneid.*

— durosque reducta

Libravis dextra media inter cornua castus. sic etiam hasta dicitur reducta, ut fortius mittatur. Virgil. x. *Æn.*

— ille reducta

Loricam, clypeisque ingens onus impedit hasta:

Quamquam hoc Servius aliovorsum detorqueat. quod minus placet. Vide etiam Turn. advers. lib. 2. c. xxi. in fine. Sic & Lucan. 3. *Lam non excussis persequuntur tela lacertis.* Et Ovid. — *excussaque Brachia jactat.* vel si mavis per Hypallagen: Lucan. d. 1. — *neque enim solis excussa lacertis* — *Lacerta.*

45. In-

Aut in graminea ponere corpus humo.
 Sæpe juvat versare leves in pulvere currus,
 Torquentem frænis ora sequacis equi.
 Nunc feror, ut Bacchi furiis Eleleides actæ,
 Quæque sub Idæo tympana colle movent.
 Aut quas semideæ Dryades, Faunique bicornes,
 Numi-

45. *Inuat torquentem frænis.*] Delectat me cohibere currentes equos. *Versare.*] Moderari. *In pulvere.*] In aperto campo.

46. *Ora sequacis equi.*] Sequacis Putecum exemplar & Scrivenarum cum quatuor aliis tam hic, quam Epistola Hænis initio.

Flectis aut fræno colla sequacis equi. ubi etiam *sequacis* vulgo Remed. Amor.

Nunc leporem primum casulo sellare sequacis.

ut quidem Jureti excerpta. Sed verior lectio, *Casulo sequaci.* *Fugacem* tamen equum Ammianus lib. xix. dixit, *Fugaci equo nudo & infreni calceum quendam solum.* Propertius de Paphis,

Tela fugacis equi.

Servius ad lib. 1. Georg. *Velocem equum fugacem dicimus.* Ovidius vero utroque loco equum describit frenis parentem. Rectius ergo, *Sequacis equi.* At paulo post hac eadem epistola,

Sive fugacis equi luctantis colla recurvas, duo fibri exhibent, cum in vulgatis legatur *ferocis.* Heinsius.

47. *Eleleides.*] Bacchi ministri dicuntur, à Baccho, quem ab Helo oppido Heliconio, sive *Ætolo*, ubi illius orgia celebrantur, Eleleum in Metamorphosi diximus nuncupari. *Ant.* *Nunc feror.*] Dicit interdum nimia vi anoris se fieri insanam, & similem sacrificantibus Cybelæ. *Feror.* Rapior impetu animi. *Hæb.* *Actæ furiis Bacchi.*] Numine afflatæ. Sacra alia sunt tacita & mystica: alia cum afflatu numinis, adhibitisque omnium generum instrumentis aperta, qualia sunt orgia Bacchi & Cybeleia.

48. *Quæque sub Idæo.*] Quisq. describi Mycillus velit, ut de Gallis intelli-

gatur. At argute Ovidius Gallos tanquam feminas hic describit, pro qua lectione libri stant veteres uno consensu. *Gallas* simili modo Catullus in Galliambo vocavit. ubi passim ludit, Artyr tanquam feminam describens, ut & Claudianus Eutropium Eumachum. Certe Lucianus Gallorum Choro feminas immisit, ipsosque Gallos vestitu muliebri fuisse usos testatur. Sed codex nunc non est ad manum. Vide quæ ad Claudianum notamus libro 1. in Eutropium. v. 271. sic apud Statium Theb. xii. *Dux vesana chori Artys* aut Archigallus vocatur. quod temere mutari nolim. *Heinsius.* *Quæque sub Idæo tympana colle movent.*] Cybelæ ministras significat, quæ afflatæ deum matris numine sacrificantes discurrabant ab Ida Phrygiæ monte ad Olympum, qui est ad Antandri plagam, ut Euripides auctor est. Sunt enim sacra Liberi patris & Cybelæ communia, ut Straboni placet. eorum ministri dicuntur Sileni, Satyri, Bacchi, Menades, Thyades, Mirmallones, Naiades, Nymphæ Bassarides, Eleleides.

49. *Aut quas semideæ Dryades.*] Eas intelligit, quæ quoniam fontana numina, aut nemorea viderentur, Lymphatæ dicebantur. eas respicere à furore non posse magi tradebant, nisi talpatum sanguine spargerentur, ut auctor est Plin. *Fauni bicornes.*] Nocturnis numinibus agitati alii ferebantur, velut hi qui à Faunis noctu sub pellibus responsa petere solebant in Latio. nam Faunus Pici filius, ut scribit Cajus Bassius, primus Saturno avo in Latio facta instituit, patrem Picum inter Deos retulit, Faunamque sororem: eandemque conjugem con-

Numine contactas attonuere suo.
 Namque mihi referunt, cum se furor ille remisit,
 Omnia me tacitam conscius urit Amor.
 Forſitan hunc generis fato reddamus amorem;
 Et Venus è tota gente tributa petat.
 Jupiter Europen (prima eſt ea gentis origo)
 Dilexit, tauro diſſimulante Deum.
 Paſiphæ mater decepto ſubdita tauro
 Enixa eſt utero crimen onuſque ſuo.
 Perfidus Ægides, ducentia fila ſecutus,

50

55

Curva

conſecravit, quam M. Varro Bonam deam appellatam tradit, mulieribuſque reſponſa dare conſueviſſe, & Faunum viris.

50. *Attonuere.*] Lymphaticas fecerunt.

52. *Conſcius amor.*] Id eſt, cujuſ ego ſum enſcia: quia ille eſt cauſa omnium horum furorum.

53. *Forſitan.*] Hunc amorem dicit eſſe fatalem, & ideo non poſſe repelli. *Fato generis.*] Fortune mez gentis. *Reddamus.*] Hoc eſt, attribuire poſſumus.

54. *Et Venus è tota.*] Tangit fabulam. Venus enim indicante Sole deprehenſa in adulterio cum Marte à Vulcano marito, ægre tulit injuriam indicii: utque viciſſocetur ſe, inmiſiſt in omne genus Solis, impatientiam amoris, ita ut nulla fuerit de gente Solis mulier, quæ caſtatem ſervare potuerit: ſicut nunc offendit Phædra. *E tota gente.*] Sic Seneca Mippolyt.

Diripam petroſa Solis irruſi genus,

Per nos catenas vindicat Martis ſui.

Suaſque: probris omne Phæbonum genus

Onera noſcendi. Nulla Minus levi

Deſuncta amore eſt.

Ex tota gente tributa petat.] *E tota gente tributa petat.*] Scriverſianus & alii nonnulli. Nam in Puteaſeo uniuſ paginæ hic eſt lacuna. *Heinſius.* *Petit tributa.*] Eſt tranſlario ſumpta à ſubjectis, qui ſuperioribus præſtant tributa. *Hubert.*

55. *Jupiter Europam.*] *Europam Sante-*

vii liber. ut poſter etiam alibi. *Heinſius.* *Jupiter Europam.*] Verſum in tantum Jovem Poëtarum ſigmentum eſt. *Ant.* Re autem vera, Jupiter rex Crete capteſ amore Europe, cum eam aliter habere non poſſet, navi quæ ſignum tauri habebat, eam abduxit: inde à poëtis datus eſt locus fabulæ, quod à tauro ſit abducta. *Jupiter Europam.*] *Palæph.* de incredib. qui hæc de Europa paulo aliter explicat. *Prima.*] Quia ex ea natus eſt Minos pater meus.

56. *Diſſimulante.*] Occultante: quia in forma tauri Jupiter latebat. *Paſiphæ.*] Fuit filia Solis, quæ tauri turpi amore capta, cum eo Dædali ope concubuit, ex quo genuit Minotaurum.

58. *Utero crimen onuſque ſuum.*] *Suo ſcripti plerique.* probe. *EpistoLa Canaccs,*

Et poſitum eſt utero crimen onuſque mei. *Heinſius.* *Crimen onuſque.*] Id eſt, onus criminofum & iuſtæ. Minotaurum ſcil. *Crimen onuſque.*] Sic Virgil. — *Crimen amor veſtrum.* & alibi, — *Veneris monumenta nefanda.*

59. *Perfidus Ægides.*] Aliud exemplum ſuæ ſororiſ Atiadæ, quæ Theſei amore capta, ei modum dedit, quo Minotaurum interficeret, & ex Labyrintho poſſet exire, dato ei filo, quod ſecutus veniret ad egreſſum Labyrinthi. *Ægides.*] Theſeus filius Ægei. *Perfidus.*] Quia non ſervavit fidem ſorori mez datam. *Hub.* *Secutus ducentia fila.*] *Laby-*

Curva meæ fugit testâ sororis ope.

En ego nunc, ne forte parum Minoia credar,

In socias leges ultima gentis eo.

Hoc quoque fatale est: placuit domus una duabus.

Me tua forma capit, capta parente soror.

Theſides Theſeulque duas rapuere sorores.

Ponite de nostra bina tropæa domo.

Tæmpore, quo vobis inita est Cerealis Eleuſin,

Gno-

Labyrinthum filo evadere Dædalus Ariadnam docuerat; Ariadna id Theſeo monſtravit. *Ant. Ducenia ſila.*] Sic Virgil. 6. *Æneid.*

— *cæca regens veſtigia filo.*

60. *Fregit teſtâ.*] *Fregit teſtâ* alter Scriveni codex. de quo ad Epistolam primam. v. 42. ſic apud Virgilium lib. v. *Æn.* in labyrinthi deſcriptione;

— *quæ ſigna ſequendi*

Falleret indepreſus & irremediabilis error. quo loco libri nonnulli veteres & Servius manu exaratus Bibliothecæ Leidenſis *Frangere* agnoſcunt. *Henſius.* *Teſtâ curva.*] Periphras eſt Labyrinthi? erat enim multis circumſiſtus factus. *Teſtâ curva.*] Hinc etiam vocatur — *inextricabilis error.* Virg. 6. *Æn.* & 5. *Æneid.* — *irremediabilis error.* Et Ovid. *Metam.* lib. 8. v. 166. — *Dædalus implet humeris errore vias.*

61. *En ego.*] Jungit ſe ſupradictis, quarum amorem fatalem eſſe dixit. *Ne forte parum credar Minoia*] Id eſt, ne ſi aliter eſſem, non putaret eſſe de gente Minoia, quæ fataliter amori ſubjecta eſt. *Minoia.*] vel ſilia Minois, vel de epus gente.

62. *Socias.*] Mihi & illis communes. *Leges.*] *Condiçiones.* *Ultima gentis.*] *Minos & Paſiphaë* non habebant aliam ſiliam minorem natu Phædra.

63. *Una domus.*] Scilicet tua. *Duabus.*] *Ariadnæ ſorori meæ & mihi.*

64. *Capta.*] *Amore viſta.* *Parææ.*] *Tuo.*

65. *Theſides.*] Hippolytus.

66. *Bina Tropæa.*] *Bina monumenta*

viſtoriz. *De domo noſtra.*] Ex qua duas rapuiſtiſ.

67. *Tæmpore quo nobis inita eſt Cerealis Eleuſin.*] Primum vobis ſcribendum, ut ſequenti verſui melius hæc reſponderent, idque auctoribus duobus libris. Deinde rō inita perpetua in viſa vel nota mutant libri nonnulli. Ad *inita* enim *Cereris* videtur alludere. Cæterum in *Proſodia* admodum vetuſto charactere exarata apud Patres Societatis Jeſu Lovaniënſes *Eleuſin* legebatur. idque *teſtâ.* ſic lib. iv. *Fast.*

— *quæd nunc Cerealis Eleuſin*

Diſiſtor, ſic *Colci rura ſupera ſenu.* & *Metamorph.* lib. vii.

Ceryonius lætulum vidit Cerealis Eleuſin. Exemplaria vetuſtiora pari modo *Eleuſin* agnoſcunt. ut & apud *Claudiiſum* lib. i. de *Rapto,*

— *ſenſitæque ſacris ætollit Eleuſin.*

Neque aliter apud *Senecam* in *Tragœdiis* non uno loco, *Silium* ac *Statium* in optimis codicibus exaratum offendi. *Grammatici* præterea utrumque dici monent. *Servius* lib. 1. *Georg.* *Talus eſt & in Græcis ratio.* nam *Attis & Atin* dicunt: *delphin & delphis* & *Eleuſin & Eleuſis.* ſed verius in ea deſinunt, quod in obliquis habent *Attinos*, *delphinos*, *Eleuſinos.* ſic ſcribe. Similia habes apud *Priſcianum* lib. vi. Et ſecundum quod omnia in *IN* deſinentia etiam in *IS* producta ſinuntur. *Atin* propterea nomen & *Attis*, *delphin & delphis*, *Eleuſin & Eleuſis*, *Trachin & Trachis.* Et notandum quod auctores *Græcorum* in *IS* magis terminatione ſui uſi; noſtri vero frequentius in *IN.*

Gnosia me vellem detinuisset humus.
 Tunc mihi præcipue (nec non tamen ante) placebas:
 Acer in extremis ossibus hæsit amor. 70
 Candida vestis erat, præcincti flore capilli:
 Flava verecundus tinxerat ora rubor.
 Quemque vocant aliæ vultum rigidumque trucemque,
 Pro rigido, Phædra iudice, fortis erat.
 Sint procul à nobis juvenes, ut fœmina, comiti. 75
 Fine coli modico forma virilis amat.

Te

IN. *est Cicero pro Scæuro Aris & Arin dixerit.* sic & illa sunt constituenda. Neque aliter Ammianus Marcellinus, lib. xvii. Pomponius Mela, Plinius, alii. Apud Senecam Natural. Quæst. lib. vii. cap. xxxi. scribendum videtur, *Eleusin servat, quod ostendat reversionibus.* Heinsius. *Tempore.*] Commemorat tempus, quo primum est capta amore Hippolyti. dicit enim fuisse, cum mysteria Cereris Eleusina, &c. Est autem Eleusin, sive Eleusis urbs Atticæ, ita dicta ab adventu Cereris: nam ἑλευσις Græce adventum significat. In ea, fuit Eleusinz Cereris templum, ubi mystica Cereris sacra celebrabantur. In his igitur sacris dicit Phædra se vidisse Hippolytum, & ejus amore exarsisse: quo tempore optat se fuisse in Creta, quia non incidisset in tantas curas amoris. *Eleusis Cereatis.*] Id est, Cereri sacra, vel in qua Ceres colitur.

68. *Tellus Gnosia.*] Id est, terra Cretensis, in qua sum nata.

70. *Acer.*] Vehemens & inexpugnabilis. *Extremis ossibus.*] Id est, in medullis, quæ sunt intra ossa. vel dicamus extrema ossa magis propinqua medullis, in quibus maxime dicitur esse amoris calor. Virgil.

Est mollis flamma medullas.

71. *Candida.*] Ostendit ea quæ excitaverunt tantam flammam amoris: scilicet cultum Hippolyti, & naturalem quandam decorem. *Candida.*] Aut quia Hippolytus in signum integritatis & pudiciæ delectaretur tali veste: aut

quia mos sacrorum fortasse talem exigeret habitum. *Præcincti.*] Ornati. *Floris.*] Floris coronis. *Verecundus.*] Juvenilis, & qualis ex verecundia provenire solet. *Præcincti flore capilli.*] Hujus argumenti opinor fuisse Tragediam Euripidis, quæ Ἰππόλυτος ἐρῶν φασὶν inscribatur. meminere ejus non uno loco Stobæus & Hesychius. Heinsius.

73. *Quemque vocant alia.*] Malim vocent. Idem. *Quemque vocant.*] Quia Phædra non poterat negare in Hippolyto esse quandam vultus severitatem, ascribit eam virtuti, & dicit non appellandum rigidum aut truculentum vultum Hippolyti, ut aliæ mulieres dicunt; sed suo judicio esse fortem, id est, virilem. nam fortitudo proprie est virorum.

74. *Pro rigido.*] Id est loco rigidi.

75. *Sint procul.*] non placent, inquit, nobis isti muliebres ornatus in viris.

76. *Coli.*] Ornari. *Modico fine.*] Apparatu non nimio, ut mulieres: ideo in primo de Arte dixit, *Forma viros neglecta decet.* *Modico fine.*] Sic Electr. apud Eurip.

— ἀλλ' ἐμοὶ γ' εἰς πᾶσις.

Μὴ παρθενώπης, ἀλλὰ τ' ἀνδρῶν τρόπου.

Τὰ δ' ἑυσπρεπῆ δὲ κόσμη' ἐν κοροῖς μένον.

Τίς δα καὶ πατόπτερον καὶ ξίφος κοινανία. Aristoph. Cereæ. Qui ideo similes dicuntur τοῖς ἑρμαῖς.

Nil nisi Cæropedes, truncosque simillimus Herma. Juven. Sat. 8.

77. Te

Te tuus iste rigor, positique sine arte capilli,
Et levis egregio pulvis in ore decet.

Sive ferocis equi luctantia colla recurvas;

Exiguo flexos miror in orbe pedes.

80

Seu lentum valido torques hastile lacerto;

Ora ferox in se versa lacertus habet.

Sive tenes lato venabula cornea ferro.

Denique, nostra juvat lumina, quicquid agas.

Tu modo duritiem silvis depone jugosis:

58

Non sum materia digna perire tua.

Quid juvat incinctæ studia exercere Dianæ;

Et Veneri numeros eripuisse suos?

Quod caret alterna requie, durable non est.

Hæc reparat vires, fessaque membra novat.

90

Arcus,

77. *Te tuus.*] Dicit illum rigorem, quem alie mulieres damnant in Hippolyto, decet. *Rigor.*] Severitas in aspectu sine aliqua lascivia. *Sine arte.*] Quia ars etiam est in ordinandis capillis.

78. *Levis.*] Tenuis pulvis, qui significat exercitium. *In ore.*] In facie.

79. *Sive ferocis equi luctantia colla recurvas.*] *Recurvas* prisce editiones & scripti codices, placet. nam *torques* mox sequitur. præterea duo exemplaria *surgaci equi* exhibere jam supra monui. idque pertulerim, quod *ferocem lacertum* mox subiungat. *Hemsius.* *Sive.*] Discurret Phædra per varios actus & exercitia Hippolyti, quibus omnibus dicit se delectari, & primum arte equestrandi. *Recurvas.*] *Flectis.* *Luctantia.*] Dum, restituta freno.

80. *Miror.*] Laudo, & cum admiratione aspicio. *Pedes.*] Scilicet equi. *In exiguo orbe.*] In exiguo spacio.

81. *Seu lentum valido.*] *Vastum* libri veteres sæ multi. ut scripserit forsitan Ovidius,

Sive actum valido torques hastile lacerto. *Hemsius.* *Seu lentum.*] Aliud exercitium juvenile in jaculando. *Torques.*] Jacitum. *Hæbet.*

82. *Ora versa.*] Convertis me in ad-

mirationem. *Ant.*

85. *Sylvia incincta.*] Id est, in sylvis montium, ubi soles plurimum versari.

87. *Quid juvat.*] Quasi dicat nihil. *Studia.*] Exercitia. *Diana.*] id est, venationis. *Incincta.*] Expeditæ & agilis.

88. *Eripuisse.*] Imminuisse. *Suos.*] Sibi debitos.

90. *Fessaque membra levat.*] *Novas* potiores scripti, & recte, pro *renovet*. sic in *Fastis* lib. 1.

Ingratos nulla prole novare viros, quod in liberis patres renasci videantur. Sic *novare* *gregem* dixit Statius Theb. x. & *novare* *pignora* eodem libro,

Non ego monstifero coitu revoluta novavi

Pignora, nec nato peperit funesta nepotes. quomodo illic omnino scribendum. *Art. Am.* 111.

Ignatum hoc alius ille novavit opus. hoc est, primus excogitavit. sic & *volnus novatum* *Remedio Amoris* dixit. & *Naturam novare* lib. viii. *Met.* & *natura jura novanda*, *Artis Amator.* lib. 11. & *novare fata* *Met.* 11. Denique *membra novare* *Valerius Flaccus* lib. 111. apposite, ad hunc *Natōis* locum,

Hic sale purpuræ vivaque miscuit lympha.

D

Alco-

Arcus, (& arma tuæ tibi sunt imitanda Dianæ,)

Si nunquam cesses tendere, mollis erit.

Clarus erat filvis Cephalus, multæque per herbam

Conciderant, illo percutiente, feræ.

Nec tamen Auroræ male se præbebat amandum. 95

Ibat ad hunc sapiens à sene Diva viro.

Sæpe sub ilicibus Venerem, Cinyraque creatum,

Sustinuit positos quælibet herba duos.

Arfit & Oenides in Mænalia Atalanta.

Illa feræ spoliū pignus amoris habet. 100

Nos quoque jam primum turba numeremur in ista.

Si Venerem tollas, rustica silva tua est.

Ipsa comes veniam : nec me falebrofa movebunt

Saxa,

Membra novat, seque horribilis accom-
modat actū.

91. *Arcus & arma tua tibi sunt imi-*
tanda Diana.] Sunt scripti nonnulli.
Scribo & distingo, ut melius cohæ-

Arcus (ut arma tua tibi sint imitanda
Diana)

Si nunquam cesses tendere, mollis erit.
mox per herbam duo libri ex meliori-
bus. *Heinsius. Arcus & arma.] Simili-*
tudine sententiam firmat. *Ant. Mollis*
erit.] Scilicet arcus : & per consequens
inutilis.

93. *Clarus erat.] Adducit Phædra ex-*
emplum quorundam, qui in simili vitæ
studio versati sunt, quo Hippolytus : quos
dicit ab Hippolyto esse imitandos in amo-
re, sicut in venatione.

95. *Tamen.] Scilicet quamvis daret*
operam venationi. *Male.] Inivum, imo*
libenter adhærebat ejus amor. *Hubert.*
Aurora.] Cephalum amavit. Ant.

96. *Divæ.] Auroræ. Sæpens.] Quæ*
providet sibi amatorem pulchrum, &
juvenem. *A viro sene. Id est, à Tithono*
marito suo sene. Fuit autem Tithonus
Laomedontis filius, & Priami frater :
qui ex Aurora filium suscepit Memno-
ra.

97. *Sæpe.] Aliud exemplum hominis*

etiam soliti versari in sylvis, quem nihi-
lominus amor indulgisse dicit. *Hub. Ci-*
nyraque creatum.] Adonem Cinyræ fi-
lium ex Myrrha significat, quem Venus
amasse traditur, percussus apro interit.
Vide Ovid. lib. 5. *Metam. Ant.*

98. *Sustinuit positos qualibet herba*
duos.] Malim, si per libros liceat, quam-
libet ; ut Epistola Canaces,

Utrunque nos habeas quamlibet arcta
duos, plura de hoc loquendi modo mox
notabimus Ep. vi. *Heinsius. Positos.] Id*
est, compositos. *Illicibus.] Sunt enim ili-*
ces arbores magne, & glandiferæ. *Hub.*

99. *Arfit.] Amore incensus est. Ata-*
lanta Mænalia.] Id est, arcadica, à Mæ-
nalo monte Arcadæ. Narrata est hæc
fabula supra in Epist. Briseidis. *Idem.*
Oenides.] Meleager Oenci filius.

100. *Illa.] Atalanta. Hub. Spoliū fe-*
ra.] Apri Calydonii caput, quod illi Me-
leager dedit in fidem amoris. *Ant.*

101. *Nos.] Ego & tu. In ista turba.]*
In numero istorum : qui licet venatione
delectati sint, tamen ab amore non ab-
stinuerunt. *Hub.*

132. *Si tollas Venerem.] Si non amor*
succubueris, rusticitate infimulandus es.
Ant.

103. *Nec me latebrofa movebunt saxa.]*
Salubre præcæ editiones cum uno Me-
diczo.

Saxa, nec obliquo dente timendus aper.
 -Æquora bina suis oppugnant fluctibus Isthmon. 105.
 Et tenuis tellus audit utrumque mare.
 Hic tecum Træzena colam Pittheia regna.
 Jam nunc est patria gratior illa mea.
 Tempore abest, aberitque diu Neptunius heros.
 Illum Pirithoi detinet ora sui. 110
 Præposuit Theseus (nisi si manifesta negamus)

Piri-

dicto. quod & in suis Nangerius invenit. Propert. lib. 111.

*Luna monstrat iter, demonstrant astra se-
 labras.*

Heinsius.

104. *Obliquo dente.*] Aut quod vere sit incurvus dens apti, aut quod obliquum ferat istum.

105. *Æquora.*] Dixit Phædra se non derelicturam Hippolytum, & futuram cum eo in Træzene urbe, quam ille libenter habitabat. dicit autem Træzena esse in Isthmo Achaiz. Est autem Isthmus tetra angusta inter duo maria. duo autem Isthmi celebres memorantur: unus Achaicus, in quo fuit Corinthus: & alter Thracicus, in eo Træzen urbs: in ea regnavit Pittheus pater Æthre, avus maternus Thesei. Ovid. lib. 15. Metam.

108. *Lam nunc & patria charior illa mea est.*] Puteaneus cum aliis nonnullis, *Lam nunc est patria gratior illa mea.*

Heinsius. *Ille.*] Træzen. *Gratior.*] Quia tu ea delectaris. *Hab.*

109. *Tempore abest, aberitque diu.*] In tempore & oportune abest. quæ duo Plautus etiam in Afinaria conjunxit. sic Ciceroni. *Offic. Ad carnem tempore venit.* Ceterum ab Ovidio scriptum fuisse arbitror, *absque diu.* sic voverentes & bonum augurium captantes loquebantur. Noſter Pont. lib. 14. El. xii.

Hic cunulus nostris absque absque negligis. Virgilius lib. x.

Æneis ignarus abest, ignarus & absque. Heinsius.

Tempore abest.] Solvit quæ obesse potuif-

sent. Primum fore rem facilem demonstrat, Thesei absentia: deinde in odium eum adducit, gravia recolens facinora. *Diu aberit.*] Quo nos facilius nostram assequemur voluntatem. *Heros Neptunius.*] Theseus, qui se apud Minoem Neptuni filium jactavit: probavitque factum annulus, quem in mare projectum, ad Minoem retulit.

110. *Ora Pirithoi.*] Significat Thessaliam oram, quæ circa Peneum erat, ubi potentatum Ixionem Piritho patrem tenuisse scribit Diodorus. *Aut.*

111. *Præposuit.*] Adducit Theseum in odium Hippolyti, dicens eum pluris facere Pirithoum, quam se, & quam ipsam Phædræ. *Nisi nos manifesta negamus.*] *Negamus* potiores scripti. Puteaneus & Farnesianus, *nisi manifesto negamus.* Scribe, *nisi si manifesta negamus.* eleganter. Epistola Helenæ,

At tu dissimula, nisi si desistere moris.

Remedio Amoris,

Posse pati facile est, nisi si patimur desit.

ita & illic censeo rescribendum. Met. x.

Quæ mea culpa tantum? nisi si iussisse vocari

Culpa potest, nisi culpa potest & amasse vocari.

lib. xiv.

Quid mihi tunc animi (nisi si timor abstulit omnem

Sensum animumque) suis?

Elegia de Nuce,

Nil ego peccavi: nisi si peccasse vocatur, Annua cultori poma referre suo.

D 2

Tull.

Pirithoum Phædræ, Pirithoumque tibi.
Sola nec hæc nobis injuria venit ab illo.
 In magnis læsi rebus uterque sumus.
 Ossa mei fratris clava perfracta trinodi
 Sparsit humi : soror est præda relicta feris.
 Prima securigeras inter virtute puellas
 Te peperit, nati digna vigore parens.

115

Si

Trist. IV. EL. III.

Tempus ubi est, quo te (nisi si fugis illa referre).

Et dici memini, juxta et esse meam.
 Ita enim scribendum suo loco monebimus. Varinius Ciceroni lib. v. Ep. ix. Dicitur mihi servus tuus anagnostes fugitivus cum Vardeis esse, et profecto tibi illum reperiam, nisi si in Dalmatiam ausugerit. Sulpitius Severus Dial. quod natum solers antiquitas procreavit, an solis naturæ signat, ignoro, nisi si Deus præscius habendam quandoque a sanctis eremum, hac servis suis paraverit. Trist. lib. v. El. ix. ex vestigiis veterum librorum,

As non parerem, nisi si meminisse putares
 Pont. III. EL. I.

Non avis obloquitur silvis nisi si qua remotis

Æquoreas rauce gutture potat aquas.

Heinsius.

113. *Nec sola hæc ad nos injuria venit. Sola nec hæc scripti, præter Barberinum codicem & alterum Lovaniensem Societatis Jesu, in quibus, Sola nec hæc nobis injuria venit, eleganter. Tò venire enim cum tertio casu jungit frequenter Ovidius, ut in Fastis lib. v. fide optimorum codicum,*

Et tandem Caco debita pama venit.
 sic & Græci ἡμετέρας pro esse. Propertius multus quoque est in hac locutione. Nostræ Artis Amator. lib. i.

Forsitan et primo veniet tibi littera tristis.

lib. II.

Non ego divitibus venio præceptor amandi.

&c.

Non mihi venisti Samole Ledææ docenda,

Ep. Laodamiz,

Tu mihi luce dolor, nā mihi nocte venis.
 Rem. Am. II.

Es tibi jam cani venient formosæ capilli.
 mox,
Nec tibi morosi veniant fastidia morbi.
 libro. III.

Fac metuas speretque simul, quotiesque remittes,

Spes magis hinc veniat certa minorque metus.

Sic & ibi lego, non cum vulgatis, hinc veniat. Epistola OEonones,

Quæ venit indigna pama, dolenda venit.
 perperam vulgo, indigne. atque ita passim. Statius Sylvius,

Quicumque venit mihi dexter Apolline Casar.

Plura Art. Am. lib. II. initio. Heinsius. *Sola.*] Pergit amplificare odium Thefei. *Hæc sola injuria.*] Scilicet quod plus amet Pirithoum quam nos.

115. *Mei fratris.*] Minotauri. *Clava.*] Telum fuit quo Thefeus ad imitationem Herculis est usus.

116. *Soror.*] Ariadne. *Præda.*] Rapina : ut in ejus epistola ad Thefeum videbimus.

117. *Prima.*] Nunc narrat injurias illatas Hippolyto : & ut injuria videatur major, proponit laudem ejus matris, in qua accepit injuriam. *Inter puellas securigeras.*] Inter Amazonas, quæ securi pro telo utebantur.

118. *Nati digna favore parens.*] Digne vigore. uno consensu scripti. & vere. Silius lib. III.

— *Gelidos nec scandere tecum*

Deficiam montes conjunx tua. crede vigori
Femine.

Posset

Si quæras, ubi sit; Theseus latus ense peregit:

Nec tanto mater pignore tuta fuit.

120

At nec nupta quidem, tædæque accepta jugali.

Cur, nisi ne caperes regna paterna nothus?

Addidit & fratres ex me tibi: quos tamen omnes

Non ego tollendi causa, sed ille fuit.

O utinam nocitura tibi, pulcherrime rerum,

125

In medio nifu viscera rupta forent!

I nunc, i meriti lectum reverere parentis;

Quem fugit, & factis abdicat ille suis.

Nec, quia privigno videar coitura noverca,

Terruerint animos nomina vana tuos.

130

Ista

Posset & rigore legi cum excerptis Vossianis, ut supra, *Te tantum iste rigor*, Hein-
sius. *Parentis*.] Hippolyte mater tua.
Digna favore nati.] Digna talem filium peperisse.

119. *Ubi sit*:] Mater. Invidiose ob-
icit matris interitum. *Latus ense peregit*.]
Theseus illam trucidavit.

120. *Nec fuit tuta tanto pignore*.] Id est,
nec propter te pater tuus eam minus
interdeceat. *Tanto pignore*.] Tanto filio.

121. *At nec nupta quidem*.] Alia in-
juria, quod non acceperit uxorem legiti-
mam Hippolytæ, matrem Hippolyti,
idque factum fuisse dixit a Theseo in o-
rdinem Hippolyti: ut non legitime natus,
non posset succedere paternæ hereditati.

122. *Cur*.] Scilicet non est accepta.

123. *Addidit fratres, &c.*] Id est, ge-
nuit etiam alios filios ex me, qui sunt
fratres tibi: nam si amasset te, non curas-
set ex alia muliere suscipere, ne te offen-
deret. ex Phædra enim natus est Demo-
phoon, & Antilochus, vel ut alii volunt,
Acamantes.

124. *Ego non fui, &c.*] Excusa se:
quia posset Hippolytus dicere, quare er-
go aluisti, si sciebas hoc esse mihi noci-
turum? dicit se non fuisse, sed Theseum
qui aluerit. *Tollendi*.] Alendi, educandi.

125. *O utinam*.] Optat se fuisse mor-
tuam in partu, si filii quos ex Theseo ge-

nuit, sunt nocituri Hippolyto.

126. *In medio nifu*.] *Nifu* Putaneus
& alii meliores, panum refert. sic & lib.
v. Fastor. quidam veteres,
Hunc stirps Oceani matris nifibus Æthra
Edidit.

Heinsius.

127. *I nunc & meriti*.] Scripti non-
nulli *immeriti*, vel, *emeriti*. In quibusdam
vetus lectio est *erata*. Excerpta Jureti *sic*
meriti. Putaneus *ii meriti* à manu pri-
mæ. Lego.

I nunc, i meriti lectum reverere parentis.
Trist. lib. 1. El. 1.

I tamen, i pro me tu, cui licet, aspice
Roman.

sic lego Ep. Cydippes,

I nunc i, solitoque tibi me decipe more.

ita & ibi scribendum. Virgilius lib. vi.

I decus, i nostrum, melioribus mere stas.

Plura concessi ad l. 111. Amor. El. 111.

Idem. I nunc.] Irrisio. *Meriti*.] Quasi
dicat imo non meriti. *Reverere*.] Id est,
honora, & venerare, & cave ne violes.
Hiber.

128. *Et factis, &c.*] Omni conatu à
successione dejicit. *Ant*.

130. *Nomina vana*.] Privigni & no-
vercæ: qui licet nomine ipso videantur
habere affinitatem, tamen non habent:
& ideo dicit *vana*, nullius effectus. Co-
itura.] Commisceuda. *Hiber*.

D 3

131. *Ista*.

Ista vetus pietas, ævo moritura futuro,
 Rustica Saturno regna tenente, fuit.
 Iupiter esse pium statuit, quodcunque juvaret :
 Et fas omne facit fratre marita soror.
 Illa coit firma generis junctura catena,
 Imposuit nodos cui Venus ipsa suos. 135
 Nec labor est; celare licet. pete munus ab illa,
 Cognato poterit nomine culpa regi.
 Viderit amplexos aliquis; laudabimur ambo.
 Dicar privigno fida noverca meo. 140
 Non tibi per tenebras duri referanda mariti
 Janua, non custos decipiendus erit.

Ut

131. *Ista.*] Hoc pronomem ad contemptum refertur. *Vetus.*] Et ideo jam digna deponi. *Moritura.*] Quæ deficiet. *Pietas.*] Religio & reverentia concubitus inter affines. *Hub.*

132. *Rustica Saturno.*] Post hunc verbum insulse codices nonnulli hoc distinctione addunt,

Saturnus periit, perierunt sua jura.

Sub Iove nunc mundus. iussa Iovis sequere.

Heinsius.

Rustica.] Ante Saturnum nullo cultu mortales vixerunt : regnante Saturno fuit hæc pietatis observantia, non virtute, sed rusticitate. *Ant. Fuit.*] Id est, servata est.

133. *Esse pium.*] Id est, licere, & recte fieri. *Quodcunque juvaret.*] Id est, quicquid liberet. *Hub.*

134. *Facit fas.*] Ostendit esse pium, quicquid delectaret suo exemplo. *Ant. Fratres.*] Vel cum fratre. *Hub.*

135. *Illæ coit.*] Cum viro jungitur. *Ant. Illa.*] Laudat vinculum necessitudinis amoris, & coitus: quod quidem dicit esse firmissimum. *Iniunctura.*] Sensus est, illa conjunctio affinitatis, vel consanguinitatis, quæ Veneris nodis est ligata, est valde firma, & inseparabilis.

137. *Nec labor est celare licet.*] Scribo, *Nec labor, & celare licet.* ut T3 est subin-

telligatur. *Heinsius.* *Nec labor est celare.*] Id est, Occultare : scilicet concubitum nostrum. *Pete munus.*] Scilicet celandi. *Ab illa.*] Scilicet Venere. *Licet.*] Id est, est licitum tibi, ut petas.

139. *Viderit amplexus aliquis.*] *Amplexus Puteaneus.* Val. Flaccus lib. iv.

— *pallentia jungunt*

Oscula, vix primis amplexi luminis oris. Silius lib. xii.

Inque vicem amplexi.

sic Epistola Medæ ex libris antiquis,

Complexos utinam Symplegades elisissent.

Virgilius,

Complexi inter se noctemque diemque morantur.

Heinsius.

Viderit.] Id est, si viderit. *Laudabimur.*] Quia dicit nos hæc facere ex charitate, & pietate, quæ debet esse inter filium, & matrem : & non credet esse ex turpi affectu. *Fida.*] Bona, & non infidiosa.

141. *Non tibi.*] Arguit à facilitate negotii. dicit, quod cum ambo sint in eadem domo, non erit multum laborandum, ut habeat aditum ad concubitum Phædræ : quemadmodum sæpe laborant alii montes. *Duri.*] Inexorabilis, vel crudelis, qui plus æquo sarvit in adutores deprehensos.

142. *Nec custos.*] *Non custos.* meliores. *Heinsius.*

143. *Us*

Ut tenuit domus una duos, domus una tenebit.

Oscula aperta dabas, oscula aperta dabis.

Tutus eris mecum, laudemque merebere culpa; 145

Tu licet in lecto conspiciare meo.

Tolle moras tantum, properataque fœdera jungē.

Qui mihi nunc sævit, sic tibi parcat Amor.

Non ego dedignor supplex humilisque precari.

Heu! ubi nunc fastus, altaque verba jacent? 150

Et pugnare diu, nec me summittere culpæ

Certa

143. *Ut tenuit.*] Id est, sicut alias mecum fuisti in eadem domo patris tui, ita nunc erimus, & nihil quod faciemus, erit suspectum.

144. *Aperta.*] In conspectu omnium. *Dabis aperta.*] Ex affectu amoris Veneris.

147. *Tantum.*] Quasi dicat, cum nihil sit quod obstat. *Properata.*] Id est, sine dilatione facta. *Fœdera.*] Scilicet nostri coitus.

149. *Ego.*] Quæ sum neptis Jovis, & Solis.

150. *Heu ubi nunc fastus altaque verba jacent.*] *Ubi nunc* statim mendose alter Moreti. Sed statim forte reponendum. Vide quæ notavi ad librum 1. Artis Am. Porro libri nonnulli, *Heu mihi.* Excerpta Puteani, *Hei mihi!* ut opinor legendum,

Hei mihi! nunc fastus altaque verba jacent?

vel etiam hoc modo, ut vulgatz lectionis vestigiis insistamus,

Heu! ubi nunc fastus altaque verba jacent,

ubi nunc, ut Epistola Medæ,

Datis opes ubi nunc? ubi nunc tibi regia conjux?

quomodo & illic scripserim. Met. XIII.

— *Ubi nunc facundus Ulysses?*

Val. Flaccus lib. IV.

Heu ubi nunc regni generisque ubi gloria?

Claudianus lib. III. Raptus.

Heu ubi nunc, ubi, nata, mihi es?

Petronius:

Ubi nunc est, inquam, iracundia tua? ubi impotentia tua?

Noster Art. Am. lib. 1.

Vis ubi nunc illa est?

Fast. III.

Heu! ubi passa fides? ubique jurare solebas?

lib. V.

Heu! ubi Mars pater est?

Seamus Thebaid. IX. ubi *Heu* vulgo perperam scribitur,

Heu ubi nam ille frequens modo circa limina matris

Ambitus?

& lib. V.

Heu ubi nunc furia?

& lib. VIII.

Heu ubi laurigeri currus?

Sylvar. lib. III.

Heu ubi nota fides?

Noster Amor. III. El. VIII. ut libri meliores,

Heu, ubi molities pectoris illa tui est?

Heinsius. *Heu ubi nunc fastus.*] Id est, superbia, & elatio mei generis: quasi dicat, amor omnia depressit.

151. *Et pugnare.*] Ad excusationem suam hæc subdit. *Pugnare.*] Resistere. *Pugnare.*] Repugnare, sic in Metamorph. l. 7. fab. 1.

Et luctata deus, postquam ratione furorē

Vincere non potuit: frustra Medea repugnat,

Nescio quis Deus obstat, ait.

D 4

152. Si

Certa fui : certi si quid haberet Amor.
 Victa precor , genibusque tuis regalia tendo
 Brachia. quid deceat , non videt ullus amans.
 Depuduit , profugusque pudor sua signa relinquit. 155
 Da veniam fallæ , duraque corda doma.
 Quo mihi , quod genitor , qui possidet æquora , Minos ?
 Quod veniant proavi fulmina torta manu ?
 Quod sit avus , radiis frontem vallatus acutis ,
 Purpureo tepidum qui movet axe diem? 160
 Nobilitas sub Amore jacet. miserere priorum :

Et,

152. *Si quid certi.*] Correctio: quia amor levis est, & inconstans.

153. *Victa.*] Scilicet ab amore.

154. *Quid deceat.*] Quid sibi sit honestum, quia multa facit contra dignitatem suam.

155. *Depuduit, profugusque pudor sua signa relinquit.*] Scribe vel invitis libris, profugusque rubor. quod omnino concinnius, relinquit præterea Puteaneus & alii ex melioribus. *Depudere* etiam in Amoribus dixit lib. 111. El. x.

Et qua depuduit ferre, tulisse pudet. ut quidem illic optime Jureti excerpta Suetonius, depudere didicerat. Heinsius. *Depuduit.*] Id est, pudorem abjeci. *Profugus.*] Qui à me discessit. *Sua signa.*] Honestatem. Translatio sumpta à militibus, qui fugientes relinquunt signa, sic & ego ruborem. *Depuduit.*] Εἰρητο αἰδώς, ἥρπτο αἴγλαι. Medea in Argon. 3. Hinc recte à Plaut. Trin. 2. 2. *Tu si animum viciisti, potius quam animum te, est quod gaudeas.*

156. *Fallæ.*] Id est, mihi, quæ confessa sum tibi amorem meum: *Doma.*] Flæte. *Hab.*

157. *Quod mihi sit genitor, qui possidet æquora Minos.*] Sic Puteaneus, & alii nonnulli; sed legendum,

Quo mihi, si genitor.
 ut in illo Juvenalis Sat. VIII.

— *quo, si nocturnus adulter*
Tempora Santonico velas adaperita cucullo?
 Propertius lib. IV. El. 111.

Nam mihi quo, Pavis si purpura fulgeat
ostreis,

CrySTALLUSQUE tuas ornet aquosa manus?
 vel etiam,

Quo mihi, quod genitor. —
 idque verum esse sequentia liquido evincunt. Nam quinque libri,

Quid mihi quod.

Plura congestimus ad Epistolam 11. Heinsius. *Quo mihi.*] Quasi dicat quid prodest nunc mihi nobilitas? quid mei majores? nam nobilitas ab amore vincitur, & ei cedit. *Qui possidet æquora.*] Id est, qui dominatur Cretæ, & multis insulis, quæ in mari sunt.

158. *Proavi.*] Jovem significat: cui assignantur fulmina: ab eo erat prima Phædræ origo. *Ant. Torta.*] Id est, acta à torquere pro jacere.

159. *Quod sit.*] Subaudi, quid prodest, quod sit avus, scilicet Phæbus. *Vallatus.*] Circumdatus. *Vallatus.*] Quasi vallis armatus: qui etiam pectines dicuntur. & — *Lucida tela dici.* Lucret. Vide & Ovid. Amor. lib. 1. eleg. XIV. Quod & alii sunt imitati. *Es galæa annosi vallatur dentibus apri.* Silius lib. 4. & Senec. Herc. Fur. — *Sæva Tisiphone caput* — *Serpentibus vallata.* Et in Her. in Octa. v. 1193. Quod respicit illud Lucret. 5. — *Hydra venenatis vallata colubris.*

160. *Axe.*] Id est, curru. *Purpureo.*] Aut pulchro, aut rubicundo quia sol manet rubet. *Haber.*

161. *Nobilitas sub amore jacet.*] Amore

re

Et, mihi si non vis parcere, parce meis.
Est mihi dotalis tellus Jovis insula Crete.

Serviat Hippolyto regia tota meo.

Flecte feros animos. potuit corrumpere taurum 165

Mater. eris tauro sævior ipse truci?

Per Venerem parcas oro, quæ plurima mecum est:

Sic nunquam, quæ te spernere possit, ames.

Sic tibi secretis agilis Dea saltibus adsit,

Silvaque perdendas præbeat alta feras. 170

Sic faveant Satyri, montanaque numina Panes:

Et cadat adversa cuspide fossus aper.

Sic tibi dent Nymphæ (quamvis odisse puellas

Diceris) arentem quæ levet unda sitim.

Addimus his lacrymas precibus quoque: verba pre-
cantis 175

Perlegis, & lacrymas finge videre meas.

re vidâ, generositatis ~~in~~ rationem habere non potui. *Miserere priorum.*] Meorum majorum decus respicias, ne turpi amoris exitu violeatur. *Ans.*

163. *Est mihi.*] Post reliqua, quibus contra est persuadere Hippolyto amorem sui, subdit etiam spem dotis. *Crete.*] Est insula, ubi Juppiter dicitur esse nutritus. *Virg. Creta levius magni medio jacet insula Panto.*

195. *Potuit.*] Argumentum à majori ad minus. *Mater.*] Scilicet mea Pasiphaë. *Corrumpere.*] In coitum suum impellere. *Truci.*] Fero.

167. *Est plurima mecum.*] Id est, tota est mecum. vel plurima pro plurimum.

168. *Sic.*] Adjurantis particula. *Ames.*] Quæ nunquam possit fallere. Id est, sic amor tuus sit certus, & potior votis suis, ut ea mulier quam amabis, nunquam fallat te.

169. *Dea.*] Diana. *Agilis.*] Velox, qualem oportet esse venatricem. *Adfuit.*] Præfens sit & faveat.

170. *Perdendas.*] Interficiendas.

172. *Sic cadat adversa.*] Et cadat libri omnes. Habes eundem versum Remedio Amoris. *Heinsius. Fossus.*] Percussus. *Cuspide.*] Id est, hasta, scilicet tua. *Adversa.*] Opposita.

173. *Sic tibi.*] Adjurat Hippolytum per ea quæ scit optari à venatore. *Dens Nympha, &c.*] Ordo. *Nympha.*] Scilicet quæ præsumt undis, & fontibus.

176. *Perlegis &c.*] *Perlege* & tres libri. Lincolnienſis, *Perlege, sed.* bene, nisi fallor. Certe illud *Perlegis* subnatum videtur ex primo verbo sequentis epistolæ. *Heinsius. Finge.*] Pute, id est, existima ita videre me flentem, sicut legis verba mea. *Hub.*

EPIST. HEROÏDUM.

EPISTOLA V.

ARGUMENTUM.

Cum Hecuba, Cissei filia, & Priami uxor, gravida esset, ardentem se parere facem, qua omnis inflammaretur Troja, somniavit. Territus itaque Priamus oraculum consuluit: à quo cum responsum accepisset, filium ipsi fore, qui Patriæ exitium afferret, partum, quamprimum ederetur, interfici iussit. Hecuba vero, cum puerum, qui postea Paris dictus est, peperisset, materna pietate mota, pastoribus regis eundem clam alendum mandavit. Qui, cum jam convalescisset, Oenonem Nympham adamavit, eamque, ut nonnullis placeat, uxorem duxit. Sed cum Juno, Pallas, & Venus de pulchritudine contenderent, propter aureum pomum, in quo scriptum legebatur, Detur pulchriori, à Jove ad Paridem arbitrum remissæ sunt: qui, cum Juno regnum, Pallas sapientiam, Venus mulierum pulcherrimam obtulisset, pro Venere sententiam tulit. Postea à Patre cognitus Paris, & receptus, Sparten navigavit, Helenamque, Menelai uxorem raptam abduxit Trojam. Quo intellecto, Oenone conqueritur hac epistola de ejus perfidia, Helenamque Græcis reddat, suadet.

OENONE PARIDI.

Perlegis? an conjux prohibet nova? perlege: non est
Ista Mycenæa littera facta manu.

Pegasis Oenone, Phrygiis celeberrima sylvis,
Læsa queror de te, si finis ipse, meo.

Quis Deus opposuit nostris sua numina votis?

Ne tua permaneam, quod mihi crimen obest?

Leniter, ex merito quicquid patiare, ferendum est:

Quæ

Excerpta Puteani & nonnulli ex nostris sequens distichon Oenones Epistola præfigunt, quod ab aliis rectius abest,

Nympha suo Paridi (quantvis meus esse recuses)

Mittit ab Ideis verba legenda jugis.

Heinsius.

Perlegis.] An conjux prohibet nova?

Non sine invidia novam conjugem dixit, Helenam significans.

2. *Manu Mycenæa.*] Agamemnonis, aut Menelai, qui tibi hostes sunt. Mycenæ Peloponnesi urbs, Menelai & Agamemnonis patria.

3. *Pegasis Oenone.*] Se nympham significat: fuit Xanthi fluminis filia, Pegasides enim Naiades dicunt, & fontium Nymphas, & Mulas ipsas, quoniam fontium sunt cultrices, ἀπὸ τῆς πηγῆς, quod fontem significat. In sylvis Phrygiis.] In Idæ Phrygiæ montis sylvis. *Ant. Pegasis.*] Amnis Cebrenis F. ideoque una ex Naiadibus, quæ ἀπὸ τῆς πηγῆς Pegasides dictæ.

4. *Læsa.*] Quæ accepi injuriam à te. *Meo.*] Qui es meus conjux.

6. *Quod mihi crimen obest.*] Cum nihil commiserim, nescio quid mihi obstit, cur in tuo non perstem conjugio. *Ant.*

8. *Quæ*

Quæ venit indignæ poena, dolenda venit.
 Nondum tantus eras, cum, te contenta marito,
 Edita de magno flumine Nympha fui. 10
 Qui nunc Priamides, (adfit reverentia vero)
 Servus eras. servo nubere Nympha tuli.
 Sæpe greges inter requievimus arbore tecti;
 Mistaque cum foliis præbuit herba torum.
 Sæpe super stramen fœnoque jacentibus alto 15
 Defensa est humili cana pruina casa.
 Quis tibi monstrabat saltus venatibus aptos;
 Et tegeret catulos qua fera rupe suos?
 Retia sæpe comes maculis distincta tetendi;
 Sæpe citos egi per juga longa canes. 20

Inci-

8. *Quæ venit indigne.*] Indigne Puteanus cum Juncti excerptis, quæ vir Cl. Philibertus de la Mare Senator Diviopenſis, quæ est humanitate, mecum communicavit: *indigna* meus chartaceus. At Caroli Strozæ liber, *indigna*. probe diximus superiori epistola. *Heinsius. Dolenda.*] Id est, cum dolore ferenda.

9. *Tantus.*] Tanti nominis, & potentiz. nam pastores regii servus, non regis filius putabaris. *Ant.*

10. *Nympha.* Scilicet ego. *De magno flumine.*] Alii dicunt fuisse filiam Xanthi, alii Cebrenis fluvii: quia quidam poetæ Græci eam Cebrenida appellant.

11. *Qui nunc Priamides.*] Id est, qui nunc diocris filius Priami. *Reverentia obſis vero.*] Id est, respectus non habetur, veritatem dicendæ. vel ignoscas si vera narro. *Abſis reverentia vero.*] Alii adſi atque ita quinque ex nostris. quomodo apud Horatium, licet concedere veris. *Heinsius.*

16. *Depreſſa eſt humili cana pruina caſa.*] Libri veteres multi *Depreſſa*. Unde *Deſinſa* ſcribendum Partheſius ad Claudianum contendit. nec dubita quin voſe. Remedio Amoris,

Proximis à teſſis ignis defenditur ægæ.
 Horatius Sat. III. lib. I.

— *Toga, quæ defendere frigas*

Quævis crassa quævis. —

Seneca de Providentia cap. IV. ubi de Germanis agit, *Imbrei calmo aut fronde defendunt.* Cicero Catone Majore, *nimio ſolis defendit ardore.* Sic & *Quadrigratius* apud Gellium, *Amobius, Terullianus, Vegetius,* alii locuti. Hinc & *Vim vi defendere* apud Jurisconſultos. Pluribus de hac locutione egi ad Claudianum III. Conf. *Stillich. Heinsius. Caſa humili.*] Pastorea, quam lingua Punicæ magalia dicimus.

17. *Quis tibi monstrabat saltus.*] Exprobrat beneficia. *Tibi.*] Qui eras imperitus locorum.

18. *Quæ rupe.*] In qua parte montis eſſent ſerarum luſtra. *Ant.*

19. *Comes.*] Scilicet tua, id est, quæ tecum veniebam. *Diſtincta maculis.*] Id est nodis. *Maculis.*] Sic maculæ in arboribus & lignis. Vide *Clarſſ. V. D. Gron. Obſerv. lib. 3. c. XI.*

20. *Egi.*] Impuli, inſtigavi. *Per juga.*] Per montes. *Hub. Per juga ſumma.*] *Juga longa.* Puteaneus & Jureti Excerpta cum aliis multis. Quomodo Propertius,
ſeſſatur patrios per juga longa canes.
 & Virgil.

— *Juga longa petebat.*

Solorum numerum —

ſic

Incisæ servant à te mea nomina fagi:

Et legor Oenone falce notata tua.

Et quantum trunci, tantum mea nomina crescunt:

Crescite, & in titulos surgite recta meos.

Populus est (memini) fluviali confita ripa,

25

Est in qua nostri littera scripta memor.

Popule, vive precor, quæ confita margine ripæ,

Hoc in rugoso cortice carmen habes:

Cum Paris Oenone poterit spirare relicta,

Ad fontem Xanthi versa recurret aqua.

30

Xanthe, retro propera; versæque recurrите lymphæ

Sustinet Oenonen deseruisse Paris.

Illa dies fatum miseræ mihi dixit: ab illa

Pessima

sic longa Ida Ep. Parid.

Innumerasque mihi longa dat Ida trabes.

Noster tamen superiori Epistola,

Hortari celeres per juga summa canes.

Seneca Hippolyto,

Summaque montis juga Cæcropsii. Heins.

21. *Mea nomina.*] A te, quæ tu scripsisti. Ant.

24.] *Crescite.*] Apostropha ad arbores ipsas. *Crescite.*]

Tenerisque meos incidere amores Arboribus: crescent illa, crescent amores. Virgil. Ecl. x. *In titulos surgite rursus meos.*] Putaneus & alii plurimi, *surgite recta.* Scriverianus adula. Sarravianus lecta. Gronovianus, scripta. Palatinus tella. Fortan, *surgite sella.* Heinsius.

25. *Populus.*] Arbor, quæ aquis gaudet. Virgil. *Populus in fluvio, abies in montibus altis.*

26. *Memor nostri.*] Quæ mei memoriam servat, propter scripturam tuam.

27. *Confita.*] Posita. *Margine.*] Extremitate, seu in ripa Xanthi.

28. *Rugoso.*] Aspero sive contracto, & pleno rugis: quales solent esse cortices arborum.

29. *Cum Paris.*] Hoc est, carmen, quod sui perpetui amoris in Oenonem Paris scripserat: cujus sensus erat: Tunc aquam fluvii Xanthi reversuram ad fontem

suum, si Paris posset vivere Oenone à se derelicta. *Spirare.*] Vivere.

31. *Versæque recurrите lymphæ.*] Nympha Putaneus & septem alii. lib. iv. Met.

Videt hic stagnum lucentis ad inuam Usque solum Nympha.

ita scripti nonnulli: Staius Villa Surrentini,

— *Occurrit dulcis amaro*

Nympha mari.

& Theb. v.

— *Tropideque latent in pulvere Nympha.*

Rutilius Itinerario,

Elicuas simili credamus virgine Nymphas.

ubi lymphas perperam reponunt. Propert. lib. iii. ex veteri codice,

Et cadit in paternos Nympha Amia sinus. Heinsius.

32. *Sustinet.*] Patitur, & potest.

33. *Illa dies fatum misera mihi dixit.*] Dixit Putaneus, Argentinenfis, & quatuor alii. bene, apto ad hanc rem verbo. hinc *fatidici vates.* & distio pro oraculo Apollinis apud Accium & Pacuvium, & Plaurum Menæchmis, dictum *Apollinis.* noster Ep. Paridis.

Quo mis ? exclamas. referos incredas tacum.

Quanta

Pessima mutati cœpit amoris hyems:

Qua Venus & Juno, sumptisque decentior armis 35

Venit in arbitrium nuda Minerva tuum.

Attoniti micuere sinus, gelidusque cucurrit,

Ut mihi narraſti, dura per ossa tremor.

Consului (neque enim modice terrebar) anusque,

Longævosque senes: constitit esse nefas. 40

Cæsa abies, lectæque trabes, &, classe parata,

Cærula ceratas accipit unda rates.

Flēsti discedens: hoc saltem parce negare.

Præterito magis est iste pudendus amor.

Et flēsti, & nostros vidisti flentis ocellos. 45

Mis-

Quarta per has nescis flamma petatur æquas.

Vera sunt vates: distos invenimus ignes. hoc est, prædictos. Fast. 1. de Carmentis vate,

Talibus ut dictis nostros descendit in arnos.

Plura de his ad librum primum Claudiani in Eutropium memini notasse. v. 160, *Heinsius. Illa dies fatum misera mihi dixit, &c.*] Narrat originem suorum malorum, quæ incepit, quando tres deæ commiserunt se iudicio Paridis. *Hub.*

34. *Hyems amoris.*] A nautis translatio. esse enim in amore hyemem, & tranquillitatem dicimus, cum dissidium, aut pacem significamus. *Ant. Hyems amoris.*] Sic alibi: *Mare meum hybetna.* & Tac. *eventus hybemi.*

35. *Decentior armis sumptis.*] Id est, honestior armis sumptis, quam depositis vestibus. *Armis.*]

Η δὲ χεῖρ ἰδὺσα Διὸς νεφέλη γάρταο,

Τέχνην ὅς πλάμην θάψουσιντο. &c. ubi vide *παροπλάνη* Pallados. *Hom. v. vers. 736. & seqq.*

36. *Veni in arbitrium.*] In iudicium tuum de pomo: de quo diximus in Argumento primæ epistolæ. *Hub.*

37. *Sinus micuere attoniti.*] Cor mihi

exercet artem ludricam. dicit Plautus, cum illius trepidationem exprimit.

Micuere sinus.] — *Exultantique hauris Corda pavor pulsans.* Virgil. 5. *Æneid.*

38. *Ut narraſti.*] Tres Deas ad iudicium tuum venisse: & promissam tibi Helenam.

40. *Constitit esse nefas.*] Retulerunt mihi, aliquid mali portendi.

41. *Cæsa abies.*] Narrat simpliciter rem ut gesta est. Abies arbor procera, in altis montibus, navigationum materia. ut scribit Plinius. *Classis parata.*] Quam Ferreolus fabricavit, ut suo loco dicemus.

42. *Ceratas.*] Cera vel pice illitas & oculos. *Ant. Ceratas.*] *Non satis una tenet ceratas ancora puppes.* Ovid. de Remed. v. 51. *Natas multa carina.* Virg.

43. *Parce.*] Noli negare hoc, te flevisse, cum à me discederes.

44. *Præterito magis est iste pudendus amor.*] *Pigendus* in Puteraneo, quomodo Epistola Didus,

Adde fidem: nullâ parte pigendus eris. Aufonius de Consulatu suo,

Emendatissimi viri est, pigenda non facere. Heinsius.

Iste amor.] Helenæ. *Est magis pudendus præterito.*] Id est, turpius tibi, quam meus.

45. *Et nostros vidisti flentis ocellos.*]

Nau-

Miscuimus lacrymas mœstus uterque suas.
 Non sic appositis vincitur vitibus ulmus,
 Ut tua sunt collo brachia nexameo.
 Ah quoties, cum te vento quererere teneri,
 Riserunt comites! ille secundus erat.
 Oscula dimissæ quoties repetita dedisti!
 Quam vix sustinuit dicere lingua Vale!
 Aura levis rigido pendentia lintea malo

50

Suf-

Naugerius madidos malit, quod est in
 nonnullis scriptis, sed frustra. Amor.
 lib. i. El. viii.

Sic tua defuncta molliter ossa cadent.

& lib. iiii. El. ii.

*An magis hic animi meus est, non ævis
 æstus?*

Trist. lib. iv. El. iii.

*Vitibus illa suis, tanquam presentis,
 inheret.*

ut legunt veteres libri. Epistola Cana-
 ces,

*Sic mea vibrari pallentis membra videres.
 ita nempe reponendum censeo. Epistola
 Acontii.*

Inque meo cupidi rapta ferere sinu.

Quomodo & illum versum ex vestigiis
 optimi codicis emendandum censeo,
 Trist. ii

*At memini vitamque meam moresque
 probabas,*

*Illo quem dederas, prateruentis equo.
 quod male mutant libri veteres, Seneca
 Hippolyto,*

— quis meas misera Deus,

*Aut quis iuvare Dædalus flammas queat.
 Ausonius Epist. xxiiii.*

— non ista duorum

Culpa, sed minus tantum tua.

Virgilius Ciri,

*Quod te per Dirum crebras obestor anno-
 res,*

*Perque tuam memoris haustum mihi pe-
 ctus alumna.*

Qui locus à viro Maximo sollicitari non
 debuit. Horatius, lib. i. Sat. iv.

— cum mea nemo

Scripta legas vulgo recitare simentis.

Cicero Philip. ii. *Tantum hominis simplicis
 pectus vidimus. Adeatur Scaliger lib. ii.
 Ausoniarum Lect. cap. xii. Heinsh.*

47. *Ulmus.*] Arbor vitibus apta, præ-
 sertim in Italia. Virg. *Ulmisque adju-
 gere vites. Vitibus appositus.*] Id est, ad-
 herentibus, tanquam maritis suis.

48. *Ut tua sunt collo brachia vincta meo.*]
 Nexa veteres libri omnes uno Basilien-
 si excepto. quod probum est. Statius
 Sylv. v.

*At nunc bene aliquis longa sub nocte puella
 Brachia nexa tenens ultro te, somno, re-
 pellit.*

Theb. iv.

*— certans innoscere collo
 Brachia.*

Claudianus,

*Mutuaque alternis inmolito colla lacertis.
 Noster ipse Epistola Phyllidis,
 Colla quoque infidis qua se nectenda la-
 certis*

Præberunt.

Frustra igitur Ciofanius est, qui *brachia
 vincta* hoc loco tueretur. Heinshius.

49. *Ah quoties.*] Dicit tantum fuisse
 ante Paridis erga se amorem, ut cum
 esset discessurus, quereretur ventum esse
 adversum, cum tamen vera esset se-
 cundus: sed pigebat cum discedere. Te-
 neri.] Impeditur.

50. *Reserunt.*] Quoniam non vento
 tenebaris, sed amore nostro.

52. *Quam vix.*] Id est, quam diffi-
 cile, abiens scil. præ dolore me vix salu-
 tare potuisti.

53. *Aura.*] Exponit discessum Pari-
 dis. *Malo.*] Arbore navis.

54. Su-

Suscitat ; & remis eruta canet aqua.
Prosequor infelix oculis abeuntia vela,

55

Qua licet ; & lacrymis humet arena meis.
Utque celer venias virides Nereidas oro.

Scilicet ut venias in mea damna celer.
Votis ergo meis alii rediture redisti ?

Hei mihi , pro dira pellice blanda fui !

60

Aspicit immensum moles nativa profundum ;

Mons fuit : æquoreis illa resistit aquis.

Hinc ego vela tuæ cognovi prima carinæ :

Et mihi per fluctus impetus ire fuit.

Dum moror , in summa fulsit mihi purpura prora, 65

Pertimui : cultus non erat ille tuus.

Fit propior , terrasque cita ratis attigit aura :

Fœmineas vidi corde tremente genas.

Non satis id fuerat : quid enim furiosa morabar ?

Hærebat gremio turpis amica tuo.

70

Tunc

54. *Suscitat.*] Movet. *Eruta aqua remis.*]

Adductis spumans frusa versa lacertis.

Infundens pariter sulcos, totumque delatiscit,

Castellum remis rostrisque tridentibus aquor. Virg. 5. *Æn.*

Celer.] Spumescit. *Hab.*

56. *Qua licet.*] Id est, quatenus licet, id est, quantum possum.

57. *Nereidas Nymphas.*] Nerei filias.

58. *Scilicet.*] Est quasi irrisio sui ipsius, quæ in damnum suum reditum Paridis optaverat.

59. *Rediture.*] Qui eras rediturus. *Alii.*] Ad utilitatem alterius, scilicet Helenæ.

60. *Hei mihi pro dira pellice blanda fui !*] Pœcans & alii nonnulli ex melioribus. *Et mihi.* Gronovianus, *Et tibi.* Puto Ovidium scripsisse,

Es dis pro dira pellice blanda fui.
ut noster alibi,

Et pro delictu bestia blanda fui. Hein.
Hi mihi.] Dolet, quod peccata sit ad

utilitatem alterius. *Blanda.*] Supplex. *Pro dira pellice.*] Id est, in utilitatem pellicis, quæ mihi nocet. *Pellice.*] Id est, Helena.

61. *Aspicit.*] Describit locum, unde primum vidit Paridem revertentem è Græcia cum Helena. *Moles.*] Altitudo, magnitudo. *Nativa.*] Non arte facta. 62. *Resistit.*] Resistit immotus. *Resistit.*] — *Stat Marpesia cæcas.* Sustinet, repellit undarum impetum.

63. *Hinc ego prima tua prospexi vela carina.*] *Vela tua cognovi prima scripti omnes.* Heinſius. *Hinc.*] Ex Sygæo.

64. *Ire per fluctus.*] Ut citius te complecterer. *Ant.*

65. *Purpura.*] Helena purpurata, cum veste purpurea, qui habitus erat mulieris.

66. *Tuus cultus.*] Id est, quem tu soleas gestare, aut qui tibi conveniret.

69. *Non sat id fuerat.*] Rapuisse fœminas. *Ant.*

70. *Amica turpis.*] Per adulterium & rapinam parva.

71. *Plaxi.*]

Tunc vero rupique sinus, & pectora planxi,

Et secui madidas ungue rigente genas:

Implevique sacram querulis ululatus Iden.

Illinc has lacrymas in mea faxa tuli.

Sic Helene doleat, desertaque conjuge ploret; 75

Quæque prior nobis intulit, ipsa ferat.

Nunc tibi conveniunt, quæ te per aperta sequantur

Æquora, legitimos destituantque viros.

At cum pauper eras, armentaque pastor agebas,

Nulla, nisi Oenone, pauperis uxor erat. 80

Non

71. Planxi.] Percussi. *Hab. Rupi sinu.*] Vestes laceravi. *Ant.*

72. Ungue rigente.] Id est, unguibus duris. *Hab.*

74. Sacram Iden.] Vel propter Cybeles ceremonias, & sacra, quæ in Ida celebrabantur: vel quoniam montes & sylvas sua habeant numina. *Querulis ululatus Iden.*] Idem meliores quomodo sæpe alibi noster. & sequenti versu *Illinc pro Illic* idem recte. *Heinsius.*

74. Has lacrymas.] Has imprecationes cum lachrymis. *In mea faxa.*] Quæ conficia essent nostri amoris. *Ant.*

75. Sic Helene.] Imprecatur nunc Oenone similem infelicitatem Helenæ.

76. Ipsa ferat.] Id est, patiat. Ea quæ intulit nobis, id est, similem injuriam, quam nobis intulit. *Nunc tibi.*] Conatur inducere in odium Helenam Paridi, commemorans ejus impudicitiam. *Conveniunt.*] Invidiose, & ad contumeliam usæ est plurali pro singulari.

77. Nunc te cum veniunt.] Nunc tibi conveniunt *Puteani* & *Jureti* codex, alique nonnulli ex præcipuis. recte. qui loquendi modus nostrum est usitatus. *Amor. III. El. VIII.*

Lava manus, cui nunc servum male venit aurum.

Epistola Sapphus,

Grata tyrannos pones tibi, Phæbe, poetria Sappho.

Convenit illa mihi, convenit illa tibi.

In Ponticis,

Tu quoque conveniens ingenti nupta marito.

Remed. Amor.

Haeret in quadam nuper mea cura puella: Conveniens animo non erat illa meo.

& mox,

Exitus ingenii convenit iste feris.

Fast. III.

Conveniunt partes ha tibi, cornu annæ. atque ita passim. Cæterum sequantur etiam & desistant libri potiores agnoscunt, non sequuntur & desistant cum vulgari. Heins. Aperta æquora.] Parentia, libera. Sic Cæsar. 3. de Bell. Gal. longè aliam, inquit, esse navigationem in concluso mari, atque in apertissimo atque vastissimo Oceano. Sic & de cælo aperto. Ovid. — immensi copia cæli. & de campo. Stat. XI. — non acer aperto — Desudas semipes campo. Et lib. 13. — vasto patuerunt æquore campi. Livius utrumque conjungit, 3. 7. Velus maris vasti, sic immensa panditur planities, ut subiectos campos terminare oculis hæud facile queas. Thucyd. l. 2. ἐς φανερά ὁδῶν. Et Homer. Odyss. v. 476. ἐν ἀραιφανεράν. Puerus ab arboribus spectabilis undique campus. Metam. 3. 8.

78. Legitimos viros.] Id est, iusto matrimonio sibi junctos, quos non relinquunt, nisi impudicissimæ mulieres.

79. At cum.] Quasi dicat, non sequuntur te, sed fortunam tuam: quia Priami filius diceris: ego autem secuta sum te, quæ in paupertate tua tibi nupsit, & te

Non ego miror opes, nec me tua regia tangit,
 Nec de tot Priami dicar ut una nurus.
 Non tamen ut Priamus Nymphæ focer esse recuset;
 Aut Hecubæ fuerim dissimulanda nurus.
 Dignaque sum, & cupio fieri matrona potentis. 85
 Sunt mihi, quas possint sceptrum decere, manus.
 Nec me, faginea quod tecum fronde jacebam,
 Despice: purpureo sum magis apta toro.
 Denique, tutus amor meus est tibi. nulla parantur
 Bella, nec ultrices advehit unda rates. 90
 Tyndaris infestis fugitiva reposcitur armis.

Hac

& te amavi. *Acebas.*] Ducebas: & bene nam propne dicuntur agi pecora. *Virg.*

En ipse capellas prociis ager ego. Hub.

81. *Tangit.*] Movet. *Hub.* Non ego miror opes.] Non me fortuna aut divitiz impellunt, sed amor, & vetus conjugium. *Ant.*

82. *De tot.*] Scilicet muribus: erat enim plurimæ. *Virg. 1. Aeneid.*

Vide Hecubam, centumque nurus.

Idem,

Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum.

83. *Non tamen ut Priamus.*] Perperam quidam rescribunt, aut *Priamus.* *Propert.*

Non tamen ut vastos ausim tentare leones.

Notit. Art. Am. 111.

Non tamen ut positas mensa deprendas amator

Pyndas.

ita scribendum videtur ex optimo libro, in quo & positas. vulgo, *expositas.* *Heins.*

84. *Dissimulanda.*] Tacenda, & occultanda: id est, non Hecubam debet pudere, dicere me esse nurum suam. *Hubert.*

85. *Dignaque sum & cupio.*] Tò & abest à libris plerisque. *Codex Patavinus* præterea, *potenti.* Sequenti versu, *quas possint*, non *possint* meliores. sic *Brileis*, *Est meli*, *qua lenas molliat*, *apta manus.* Nonnulli etiam *qua possint.* ut *Fest. 11.*

capit ille coronam,

Qua possit crines, Phæbe, decere tuos.

Heins. Digna sum.] Duo conjugio: sum enim Nympha. *Matrona.*] Ea est, quæ ex legitimo matrimonio viri peperit, *Ant. Matrona.*] Sic *Plaut. Mostell. 1. 3.*

Matrona, non meretricem est, uni inferre amanti.

Matronalis habitus. Justin. 7. 3.

86. *Decere.*] Id est, non sum ignobilis, & sunt mihi aptæ manus ad ferendum sceptrum, licet in sylvis habitaverim. & ideo dicit, *Nec me, &c.*

87. *Faginea fronde.*] Aut sub arbore fagi, aut quia ex frondibus arborum fiebant plerumque tori, & præcipue ab iis qui habitabant sylvas. *Fronda jacebam.*] *Cubabam Lovaniensis. Heinsius.*

88. *Purpureo toro.*] Id est, regio, & purpura ornato: quales sunt tori potentum virorum. *Hub.*

89. *Denique tutus amor meus est tibi.*] Sic distinguit *Putreanus*, & alii quidam. Puto scribendum,

Denique tutus amor meus est. mihi nulla parantur

Bella, nec ultrices advehit unda rates.

Heinsius. Nulla parantur bella.] Qualia imminet ex Helenæ rapina. *Ant.*

91. *Reposcitur.*] A marito, & tota Græcia. *Hub. Tyndaris.*] Helena, Tyndari filia ex Lacedæa. *Ant.*

E

92. Hac

Hac venit in thalamos dote superba tuos.
 Quæ si sit Danaïs reddenda, vel Hæctora fratrem,
 Vel cum Deiphobo Polydamanta roga.
 Quid gravis Antenor, Priamus quid suadeat ipse, 95
 Consule; quîs ætas longa magistra fuit.
 Turpe rudimentum, patriæ præponere raptam.
 Causa pudenda tua est; iusta vir arma movet.
 Nec tibi, si sapias, fidam promitte Lacænam,
 Quæ sit in amplexus tam cito versa tuos. 100
 Ut minor Atrides temerati fœdera lecti
 Clamat, & externo læsus amore dolet;
 Tu quoque clamabis. Nulla reparabilis arte
 Læsa pudicitia est: dèperit illa semel.
 Ardet amore tui: sic & Menelaon amavit. 105
 Nunc jacet in viduo credulus ille toro.
 Felix Andromache, certo bene nupta marito!

Uxor

92. *Hac dote.*] Quasi dicat, pro dote affert tibi bellum.

94. *Polydamanta.*] Polydamanta scribendum monui ad lib. xii. Met. 547. *Heinsius.* Polydamas.] Vir Trojanus fuit ex primocibus.

95. *Priamus quid suadeat ipse.*] *Censet* Lovanienfis. Sic. Ep. Helenæ vetus codex.

Quid Priamus de me, Priami quid censet uxor.

Heins.

97. *Turpe rudimentum.*] Rudimenta, omnium disciplinarum dicimus initia. *Patria præponere raptam.*] Si salutis totius patriæ præponas fuernam, & eam, quam rapina tibi comparasti.

98. *Causa pudenda.*] Propter incestus hymenæos.

Qua tempestate Paris Helenam inuictis sibi junxit nuptiis.

Γὰρ μὲν δ' ὕμηνος.

Vir.] Menelaus. *Iusta arma.*] Quoniam pro rapta conjuge bellum movet. *Ant.*

99. *Nec tibi, si sapias.*] Si sapias præstantiores libri, ut Epistola Acontii,

Hanc tu, si sapias, limen adire vates.
 Remed.

Hanc mihi, si sapias, per se concedat Achilles.

Lege sapias. & vide quæ noto Met. xiv. 675. in Puteaneo hic rursus duplicis paginæ est hiatus. *Heinsius.*

100. *Sis versa.*] Id est, averfa, scil. ab amore Menelai. *In tuos amplexus.*] In tuum amorem.

101. *Temerati.*] Adulterio vitati, & læsi. *Externo.*] Peregrino, scil. tuo. *Hub.* *Us minor Atrides.*] Exemplo perfidiam Helenæ demonstrat. *Atrides minor.*] Menelaum significat.

103. *Tu quoque clamabis.*] Perperam sequentia distinguuntur in vulgatis libris, ac si clamantis Menelai verba sint. quod poëta minime voluit. *Heinsius.* *Clamabis.*] Cum te deceperit.

104. *Dèperit illa semel.*] Pudicitia, cum corrupta est, reparari non potest.

106. *Credulus.*] Qui pudicam Helenam fore credidit. *Ant.*

107. *Orto marito.*] Id est, fido, & stabili.

108.

Uxor ad exemplum fratris habenda fui.
 Tu levior foliis, tunc cum, sine pondere succi,
 Mobilibus ventis arida facta cadunt. 110
 Et minus est in te, quam summa pondus arista,
 Quæ levis affiduis solibus uſta riget.
 Hoc tua (nam recolo) quondam germana canebat,
 Sic mihi diffusis vaticinata comis?

Quid

108. *Ad exemplum fratris.*] Quia sic ut ille diligit Andromachen, ita me diligere debueras.

109. *Tunc.*] Quasi dicat, non omnibus foliis, sed aridis, quæ solent esse leviora.

110. *Arida facta cadunt.*] Volant meliores, ut apud Virgilium,
 — foliis ne carmina manda,
 Ne turbata volans rapidis perjuria ventis,
 & in Georgicis,
 Sæpe levis palea & frondes volitare caduca.

Idem tamen alibi,

Lapsa cadunt folia.

Noſter Art. Am. 111.

Ut Boreæ frondes excurrente cadunt.

hinc & folia caduca, & caduca frondes.

Am. 11. El. XVI.

Verba puellarum foliis leviora caducis.

Heinsius.

112. *Affiduis solibus.*] Id est, continuis caloribus.

113. *Hoc tua nam recolo.*] Refero libri nonnulli, eodem sensu. sic Remedio Amoris:

Sæpe refer tecum scelerata facta puella.

& ibid.

De qua tua domina multa querenda referi.

quæ illic vera lectio. ut & Amorum lib. 11. El. VIII.

At quanto (si forte referi) præsentior ipse

Per Veneris feci numina magna fidem.

quod perperam mutant. Pont. 1. El. IX.

Sæpe referit animus lusus gravitate carum res.

Met. xv.

Hæc Helenum ceciniſſe perſigero Aneæ
Mente memor refero.

Trist. IV. El. III.

Tempus ubi est, quo tu (nisi si fugis illa referre)

Et dicis meminisse, juro & esse meam.

Ira enim scribendum. Alii codices, *memini*. Regius *memoro*. ut lib. XIV. Met.

Nam memoro memetipſe animo pia verba notavi.

Sed & illic scribendum cenſeo Nam refero. At Sarravianus hoc loco *recolo*. quomodo etiam multi ex scriptis legunt *Epistola Paridis*,

Hæc tua (nam repeto) fore ut à caleſta ſagitta

Figur, erat vocata vaticinata soror.

Trist. lib. 1. El. III.

Cum repeto nollem, quæ tot mihi cara reliqui.

ubi verus liber *recolo* ſimiliter. Virgil.

Nunc repeto hæc generi perſendere debita naſtra.

& alibi,

Nunc repeto, Anchiſes fatum arcane reliquit.

Noſter Pont.

Nec repemus oculi ſigna vetuſta mei.

Juvenal. Sat. IX. *Neper enim, ut repeto.* ubi Scholiaſtes MS. id est, *recolo*. Heinsius.

Hæc tua.] Dicit Oenone, hæc ſibi fuiſſe pronunciata à Caſſandra ſorore Paridis: ponitque verba ejus vaticinii. *Tua germana.*] Id est, ſoror, ſcilicet Caſſandra. fuit autem Caſſandra Priami filia, cujus amore captus Phœbus, promiſit ei divi-
 nandi artem, ſi ſibi obſecuta eſſet. Vide Fab. apud Ovid. Vide Lycophr. Tryphiod. & Smyrn. Calab. 12. *Canebat.*] Divinabat.

114. *Comis diffuſis.*] Id est, ſparſis per humeros, quemadmodum vaticinares habere ſolent: ut Virg. de Sibylla,

E 2

Nom

Quid facis, Oenone? quid arenæ semina mandas? 115

Non profecturis littora bubus aras.

Graja juvenca venit, quæ te, patriamque, domumque
Perdat. iö prohibe; Graja juvenca venit.

Dum licet, obscenam ponto, Dî, mergite puppim.

Heu quantum Phrygii sanguinis illa vehit! 120

Dixerat. in cursu famulæ rapuere furentem.

At mihi flavescentes diriguere comæ.

Ah nimium vates miseræ mihi vera fuisti?

Possidet en saltus illa juvenca meos.

Sit facie quamvis insignis, adultera certe est. 125

De-

Non compta mansere coma.
Diffusus comis.] Hom. Eurip. Eleatr. vocat eam *Μαυράς*, ἰσθῶος κομῆς.

115. *Quid facis.*] Verba Cassandra, quasi dicat, frustra amas Paridem.

116. *Non profecturis.*] Id est, non redituris fructum. *Hull.* Littora bubus aras.] *Bubus* recte quidam libri. atque ita ubique ex auctoritate optimorum codicum scribendum. *Heinsius.*

117. *Quæ perdat patriam & domum.*] In excidium Trojanæ urbis, & Laomedontis familiz. *Ant. Juvenca.*] Per contumeliam. nam mulieres impudicæ juvenç & vacç dicuntur: nec ob aliam causam Iö, & Prætidès in vaccas conversæ dicuntur, nisi quia factæ sunt impudicæ. *Graja juvenca*, πρίπτε. *Lycophr.* d. l. *Perdat patriam.* Adest, adest fax obvoluta sanguine atque incendio. in trag. *Scriber.*

119. *Dum licet.*] Dum nondum attigit littus, *Obscenam puppim.*] Id est, quæ vehit obscenam mulierem. *Obscenam.*] vel propter pessima omina, sic *Virgil.* *Obscenas volucres* — quæ nihil boni ferunt. *Ponto demergite puppim.*] Alii *demergite*. sed meliores *Dî mergite*. quomodo scribendum sensus requirit. Sic in *Fæstis*,

Plenaque odorati Dîs ponis pocula Bacchi.
cum disponit vulgo nunc legatur. *Heins.*

121. *Dixerat incursu.*] *Lege in cursu*
famula rapuere furentem. hoc est, in ipso

furore cursu. De quo loquendi more plura lib. x. *Met.* in *Fab. Myrthæ* dixi. Nisi cui scribendum videatur hoc loco, *Vox erat in cursu. famula rapuere furentem.*

Amor. lib. 1. El. VIII.

Vox erat in cursu; cum me mea prodidit umbra.

Fast. v.

Vox erat in cursu: vultum dubitantis habebam.

Fast. vi.

Spes erat in cursu: nunc lære pulsa suo est.
Heinsius. *Rapuere.*] *Iussu* scil. *Priami.* *Furentem.*] *Divinantem.* nam furor etiam de divinatione dicitur. *Hub.*

124. *Meos saltus.*] Possidet te, quem ego deberem possidere. *Hubert.*

125. *Sit facie quamvis insignis.*] *Præsignis* codex *Ambrosianus.* recte *Noster* *Met. xii,*

Cinthaque adest virgo matrum numinumque cætera

Præsignis facie.

Fast. v.

Præsignis facie Corniculana fuit.

Art. Am. III.

Quæ facie præsignis eris, resupina jacta.
sic.

— vitis præsignis & auro

Victima.

lib. xv. *Met. v. 132.* ex veteribus libris & arcu præsignis admo

Dele —

supe-

Deferuit socios hospite capta Deos.
 Illam de patria Theseus, (nisi nomine fallor)
 Nescio quis Theseus, abstulit ante sua.
 A juvene & cupido credatur reddita virgo.
 Unde hoc compererim tam bene, quæris? amo. 130
 Vim licet appelles, & culpam nomine veles;
 Quæ toties rapta est, præbuit ipsa rapi.
 At manet Oenone fallenti casta marito :
 Et poteras falli legibus ipse tuis.
 Me Satyri celeres (silvis ego tecta latebam) 135
 Quæsierunt rapido turba proterva pede :

Cor-

superiori epistola. *Hænsius.* Sic facie in-
 fusi.] Invidiosa concessio : esto sit pul-
 chra, est tamen incesta. *Ant.*

126. Deferuit patrios hospite capta
 Deos.] Socios Deos codices exarati om-
 nes. vere nam patrii mox sequitur. Deos
 enim conjugales intelligit. *Amor.* 11.
 El. xi.

*Ecce fugit notumque turum sociosque pe-
 nates.*

sic ibi veteres libri. quomodo Virgil.
Æn. 111.

*Hospitalium antiquam Troja sociique pen-
 tes.*

& Epist. Briseidis,

*Si tibi jam reditusque placet sociique pe-
 nates.*

ut illic Lincolnienfis codex exhibet.
Hænsius. Capta hospite.] Id est, Helena
 capta amore tui, hospitis sui. *Deferuit.*]
 Fugiens à patria. *Hub.*

127. *Nisi nomine fallor.*] Historiam
 non recte se habere comminiscitur, puel-
 lari simplicitate. *Ant.* De patria.] Scili-
 licet sua. *Hub.*

128. *Nescio quis.*] Solemus ita loqui
 de ignotis.

129. *A juvene & cupido.*] Duo sunt,
 quæ pudicitie maxime obstant, amor &
 juvenus. Non est, inquit, credibile,
 quod juvenis, & amans Theseus, castam
 reddiderit Helenam. *Ant.*

130. *Unde.*] Id est, à quo. *Hæc.*] Quæ
 dixi de Helena. *Amor.*] Et ideo amor co-

git me ista investigare. *Virg.*

Quis fallere possit amantem?

Nomine veles.] — *Prætexas nomine cul-
 pam.* Virgil. & Ovid. *Metam.* 7. v. 69.

*Conjunctumque penas? speciosaque nomina
 culpa*

*Imponis, Medea, tua? Sic & Græci.
 φαντασμα προτιπον.*

*Et prætexas quidem illi civilium ar-
 morum hoc fuit.* Suet. in Cæs. & Justin.
 l. 5. c. 8. *rempublicam sub prætexu libera-
 tionis invadere.*

132. *Quæsierunt.*] Sensus est : ipsa He-
 lena, quæ toties est capta, voluit rapi.
Toties.] Invidiose dixit, cum bistancum
 fuerit rapta : primum à Theseo, deinde
 à Paride. *Præbuit rapi.*] *Εἰ μὴ αὐτὰς
 ἔβουλιότο, καὶ αὐτὴν ἤρτάζοντο.* Herod. 1.
 Duxit, non rapuit te, bona sponsa, Paris.
 Sic Trojani dicuntur Helenam repetenti-
 bus Græcis respondisse.

*Ἐρὼν ἐρώσας ὧχ' ἱέχευαπράσας
 Ἐλῆην.* Eurip. in Aulid. non long.
 à pr.

133. *Fallenti.*] Tibi, qui me fallis.
Hub.

134. *Tuis legibus.*] Quibus tu usus es.
 Nam tu alteri ademisti uxorem : recte
 ut jam vinum alium ego querere possem.
Ant.

136. *Quæsierunt.*] *Quæsierunt* liber
 chartaceus Lovanienfis & placet. sic *ste-
 terunt, dederunt, tulerunt,* & similia pen-
 ultima syllaba correpta. de quibus ad

E 3

Epi-

Cornigerumque caput pinu præcinctus acuta

Faunus, in immensis qua tumet Ida jugis.

Me fide conspicuus Trojæ munitor amavit.

Ille meæ spoliū virginitatis habet.

140

Id quoque luctando. rupi tamen ungue capillos,

Oraque sunt digitis aspera facta meis.

Nec pretium stupri gemmas aurumve poposci.

Turpiter ingenuum munera corpus emunt.

Ipse, ratus dignam, medicas mihi tradidit artes; 145

Admisitque meas ad sua dona manus.

Quæcumque herba potens ad opem, radixque mendendi

Utilis in toto nascitur orbe, mea est.

Me miseram, quod amor non est medicabilis herbis!

Deficior prudens artis ab arte mea.

150

Ipsæ

Epistolam Didus. v. 166. *Heinsius.* Turba proterva.] Sunt enim libidinosi multum. Ovid.

Et in Venerem satyrorum prona Juventus

138. *Faunus.*] Quia coronas ex frondibus pineis fere dicitur. *Tumet.*] Alta est, eminet.

139. *Me fide.*] Dicit se amatam à Phœbo, ab eoque per vim raptam virginitatem suam. *Munitor.*] Conditor, constat ex fabulis, Phœbum cum Neptuno, promissa sibi mercede à Laomedonte, Trojæ muros fecisse. *Conspicuus.*] Insignis fidicen. *Fide.*] Cithara.

141. *Luctando.*] Scilicet habet, id est, non voluntare mea. *Rupi.*] Laniavi. *Capillos.*] Ipsius Phœbi. *Hub.* *Rupi tamen ungue capillos.*] Ungue scripti. rectius. *Heinsius.*

144. *Ingenium.*] Liberum, id est, turpe est liberæ mulieri corpus suum pro questu prostituere. inde & meretrices dicuntur, à merendo. *Hub.*

145. *Ratus dignam.*] Commendat se ab artificio, & Dei iudicio: cum me tanto munere Apollo dignam existimasset. *Medicas.*] Cujus inventionem multi ad Apollinem retulerunt.

147. *Radixque mendendi Utilis.*] *Mendens* malim. *mendens* pro medico Ep. Cydippes,

Adjuvor & nullâ fessa mendans ope.

Remedio Amoris,

Tu pariter vasi, pariter succurre mendanti. Marcellus de Medicina,

Veritas in exitum non tollens cura mendantis.

Heinsius.

148. *Mea est.*] Id est, mihi cognita, & meæ arti subiecta.

150. *Deficior prudens artis ab arte mea.*]

Deficior scripti potiores. optime. sic Trist.

11. *Tempore deficior.* Ep. Heronis, ut legendum censeo,

Deficiat; parvi temporis adde moram.

Silius lib. 111.

— gelidos nec scandere tecum

Deficiat montes conjux tua.

Ita scribo, sic apud nostrum in Ibide,

— solito defessa favore

Fortuna faciat.

Ibidem ex antiquis libris.

Plenus inextincta deficere fame.

Neque aliter optimi Latinitatis auctores passim loquuntur. *Heinsius.* *Prudens artis.*]

Id est, perita medicinar.

151. *Opis.*]

Ipsē repertor opis vaccas pavisse Pheræas

Fertur, & ē nostro saucius igne fuit.

Quod neque graminibus tellus foecunda creandis,

Nec Deus auxilium, tu mihi ferre potes.

Et potes, & merui. dignæ miserere puellæ.

155

Non ego cum Danaïs arma cruenta fero.

Sed tua sum, tecumque fui puerilibus annis :

Et tua, quod superest temporis, esse precor.

151. *Opis.*] Id est, medicinæ. *Hubert.*
Ipsi repertor opis.] Exemplo monstrat,
 animum nulla se arte medicari posse. Ap-
 ollo captus amore Alcestidis Peliz fi-
 lix, Admeti regis pavit amment, *Ipsi*
repertor opis.] Vide Apollod. lib. 1. &c. 3.
 & Tzet. chil. 1. hist. 53. Et Ovid. Me-
 tam. lib. 2: v. 680. Lucian. dial. 10. &
 Stat. lib. 6. Et Eurip. Alcest. Vaccas pa-
 visse Pheræas.] Sic meliores libri, non per
 apus, aut per herbas. similiter vetustiora
 exemplaria Art. Am. 11.

Cynthia Admeti vaccas pavisse Pheræi
 Dicitur.

ita enim & illic ex optimis libris resti-
 tuendum. Seneca Hercule Furcanti,
Pastor Pheræas Delius pavit greges.
Heinsius.

153. *Quod neque graminibus.*] Potes,
 inquit, sanare mea vulnera, quæ nec ar-
 te, nec Dei ope coirent. *Ant.*

156. *Non fero arma cruenta.*] Non sum
 tibi hostis, nec mea causa bellum sub-
 ibis. *Ant.* *Non fero arma.*] Virgil. 4.
Æneid.

Non ego cum Danaïs Trojanam excindere
gentem
Amide juravi. & quæ seqq.

E P I S T O L A VI.

A R G U M E N T U M.

Mentus Oraculo Pelias Neptuni filius, mortem sibi portendi, cum quis patri
 sacrificanti supervenires nudo pede. Cui deinde anima sacra peragenti,
Jason *Æsonis* filius, una cum nepote, relicto in limo *Anauri* fluvii calceo
 occaris. Pelias igitur, oraculi memor, *Jasoni* suadet, ut in *Colchos* pro-
 ficiatur, ad aureum illud vellus refrigerandum, sperans eum nunquam rever-
 surum incolumem, quod audivisset opus illud humanis esse viribus majus. *Ja-*
son magnanimus, expeditionem illam lubens suscipit: ideoque compluribus
 Gratia nobilibus evocatis, *Argo* navem ex *Pegaso*, *Theßalia* sinu, sol-
 vit in *Lemnon* delatus: ubi, cum mulieres communi consensu viros omnes
 una nocte trucidassent, *Hypsipyle*, *Thoantis* filia, qua patrem, cadis simu-
 latione, servaverat, imperium exercebat, *Jasonem* & hospitio & lecto sa-
 miliariissime excepit. Verum enim duobus jam exactis annis, sociis oranti-
 bus, ut promissam expeditionem perficias *Jason*, gravidam *Hypsipylem* re-
 linquit, *Colchos*que petit. Ubi *Medea* artibus dracone sopito, iurisque su-
 peratis, aureum illud vellus adeptus est: ipsamque *Medeam* abduxeris vo-
 lentem. Quamobrem *Hypsipyle*, prelatam sibi *Medeam* indigne ferens, hac
 epistola *Jasoni* reditum gratulatur, per concertum scilicet, animoque aba-
 lienato, & postremo ambos diris devovet.

E 4

H Y P S I -

HYPsipyle JASONI.

Littora Thessaliæ reduci tetigisse carina
 Diceris, auratæ vellere dives ovis.
 Gratulor incolumi, quantum finis. hoc tamen ipsa
 Debueram scripto certior esse tuo.
 Nam, ne pacta tibi præter mea regna redires,
 Cum cuperes; ventos non habuisse potes.
 Quamlibet adverſo ſignetur epiſtola vento.
 Hypſipyle miſſa digna ſalute fui.
 Cur mihi fama prior, quam nuncia littera, venit,
 Iſſe ſacros Marti ſub juga panda boves?
 Seminibus jactis ſegetes adoleſſe virorum,
 Inque necem dextra non eguiſſe tua?

Pervi-

Etiam huic Epistolæ præfigitur diſtichon hoc in Excerptis Putciani.

Lemnius Hypſipyle Bacchi genus Eſione nato

Dicit: & in verbis pars quæta mentis erat. Heinſius.

2. *Auratæ ovis.*] Hanc fabulam habent Orpheus & Apollonius. Diod. Sicul. lib. 5. Apollod. lib. 1. Ovid. Metam. 7. 1. Catull. & Valer. Argon. vide & Apoll. Rh. Argon. 2. v. 406. Fuit autem vellus illud in Martis luo clavis fixum, χρύσειον δίπλον, *Auratæ aries Colchorum.* hoc vellus Pind. Pyth. 4. vocat. ἀφθιρον σπασμένον. & δίπλον λαμπρόν.

3. *Hoc tamen ipſo.*] Argentinenſis ipſe. Lege ipſa; niſi malis ipſam cum Douza. Heinſius.

5. *Nam ne.*] Excusat ipſum Jafonem, qui non redierit in Lemnon, cum reverteretur ex Colchis, ut magis eum accuſet, quod poſteaquam rediit, nihil reſcripſerit. Hüb.

7. *Signetur.*] Scribatur & obſignetur, vel ſignata fuiſſet, potuiſſes ſcribere, ſi redire noluiſſes. Ant.

10. *Iſſe ſacros Marti.*] Marti malim. ſed obſtant membranz. Heinſius. Boves.]

Tauros. Marti.] Erant Marti conſecrati propter ferocitatem, quæ ipſi Marti attribuitur. *Panda.*] Curva. *Boves.*] Propter. 3. Eleg. 10.

Colchis ſagranes adamantina ſub juga tauros

Egæ, & armigera praliæ ſeruit læmo. Et Virgil. 2. Georg.

Hæc loca non tauri ſpirantes naribus ignem

Invertere ſatis immanis dentibus hydri. *Segetes virorum.*] Id eſt, viros ſeminatos. *Jactis.*] Sparſis. *Adoleſſe.*] Id eſt, creviſſe. Hüb.

11. *Seminibus jactis.*] Dentes ſerpentis intelligit. Ant. *Segetes virorum.*] Quo alludit Amphitr. in Suppoſ. Plauti: — *Anguineo* — *Reperit hoſtes peperit ſeminio.* & Ovid. Metam. 3. 1. — *crescitque ſeges clypeata virorum.* vide & Argon. Apollon. lib. 3. Et Eurip. Supplic.

Λόχῳ δ' ἰδίῳ τῶν ἱερῶν ἐξυπαρμύῳ.

12. *Tua dextra.*] Quia ſeiſſos interemerunt. Nam cum Jafon quædam, quæ Medæ dederat, in medios illos terrigenas projeciſſet, illi arma in ſe converterunt, & mutuis vulneribus ceciderunt.

13. *Spo-*

Pervigilem spoliū pecudis servasse draconem,

Rapta tamen forti vellera fulva manu?

O, ego si possem timide credentibus, Ista

15

Ipse mihi scripsit, dicere, quanta forem!

Quid queror officium lenti cessasse mariti!

Obsequium, maneo si tua, grande tuli.

Barbara narratur venisse venefica tecum,

In mihi promissi parte recepta tori.

20

Credula res amor est. utinam temeraria dicar

Criminibus falsis insimulasse virum!

Nuper ab Hæmoniis hospes mihi Thessalus oris

Venerat; & tactum vix bene limen erat:

Æsonides, dixi, quid agit meus! Ille pudore

25

Hæsit in opposita lumina fixus humo.

Proti-

13. Spoliū.] Pellem. Pecudis.] A-

15. Hæc ego si possem timide credentibus ista.] Hæc ego meliores scripti. & sane Hæc ac ista. minus apte coherent. Lege,

O ego, si possem timide credentibus, Ista Ipse mihi scriptu, dicere, quanta forem!

& vide quæ noto hanc in rem ad epistolam primam v. 95. Met. VIII.

O ego, quam felix, si pennis lapsa per auras,

Gnosiaci possem castris insistere regis! lib. IX.

O ego, si liceat mortuo nomine jungi, Quam bene, Casare, tuo poteram nurus esse parenti. Heindius.

O ego.] Dicit, quod existimaret se felicem, si posset dicere hæc sibi ab Jasonē scripta fuisse. Timide credentibus.] Id est, vix credentibus.

16. Quanta.] Id est, quam magna, quam felix.

17. Cessasse.] Desuisse mihi. Officiū.] Scilicet scribendi. Officiū.] Diversæ enim officiū significationes sunt. Illi dies per somnium, nox officiis & delectamentis vita transgebat. Tacit. 16. annal. De Nerone. Et Juven. Satyr. 2.

officiū erat, &c. Sic & Græci ἀποπιδι χάρην πειρασθόν. Δάνας χάρην. χάρηος δας. & Iliad. λ. v. 243. — ἵε ἔτι χάρην ἰδω. Etiam Sacrorum vocabulum. Ovid. Metam. 12. v. 33. — & inier — Officiū, turbamque sacri, vocesque precantum. Item de inferiis. Senec. Troad. — dum officium parens — Gnato supremum reddo. πρὸς ποσὶ, officiōsā. & τὰ ἐπὶ ποσὶ, inferia. mortuus supremum. Eurip. Heraclicid. Patroni officia pratermittimus.

18. Obsequium.] Id est, rem gratam. id est, satis mihi fecisti, si modo remaneco tua. Hub.

19. Barbara venisse.] Medeam circumscribit, quæ suo obitare conjugio ferebatur Ant.

23. Hæmoniis.] Thessalicis: nam Hæmonia Thessalia dicitur.

24. Vix limen erat tactum ab eo.] Id est, vix erat ingressus domum.

25. Hæsonides.] Jason filius Hæsonis. Meus.] Scilicet maritus. Ille.] Hospes. Pudore.] Quia non audebat mihi dicere, quod fecerat.

26. Hæsit.] Tacuit. Fixus lumina.] Id est, habens oculos fixos. Opposita humo.] Tres libri apposita. idque rectius fortasse. Heinsius.

E 3

27. Tunc

Protinus exilui; tunicisque à pectore ruptis,
Vivit? an, exclamo, me quoque fata trahunt?
Vivit, ait. timidumque mihi jurare coëgi.

Vix mihi, teste Deo, credita vita tua est.

30

Ut rediit animus, tua facta requirere coëpi.

Narrat ahenipedes Martis arasse boves:

Vipe-

27. *Tunicisque à pectore ruptis.*] *Raptis* libri meliores. sic *deripere* ex humero *vestem* & similia. at libro III. Art. Am.
— *tennes à pectore vestes*

Rumpite

Sequenti praterea versu quidam libri *fata* vocant cum Jureti excerptis. Idem.

28. *Fata trahunt.*] Id est, mors etiam me vocat, si ipse mortuus est. *Hub.*

29. *Vixit, ait, timidumque mihi jurare coëgi.* *Timidum* quod ait jurare coëgi, vel *timide* libri veteres. Puto corrigendum esse,

Vixit, ait timide: timidum jurare coëgi. nisi *timidus* malis. Ejusmodi repetitiones vocum à supinis librariis ut plurimum neglectæ (dum semel tantummodo exprimunt, quod bis fuerat exprimendum) corrumpendo non uni apud Ovidium loco occasionem dederunt. Ep. VII.

Nec mihi parcat, puero parcat Iulo. quæ vera ibi lectio est. Ep. VIII.

Quem sibi permisit, genero permisit amore.

ubi concedet reponunt. Ep. IX.

Ingressus late lato spectabilis aula. sic scripti omnes. pro quo multo auro reposituerant.

In talamos lati, thalamos sua busta feruntur.

& mox,

— *Nudâ nuda recumbis humo.*

Ep. XVII. ex veteri libro.

Nec tamen irascor: quis enim irascatur amanti?

Ep. XVII.

Me pariter venti teneant, teneantque lacerti.

ut scribendum conjeci. Amor. lib. I. El. II.

Tu pennas gemmâ, gemma variante capillos.

qui etiam locus male in vulgatis codicibus est habitus. & parit modo passim apud nostrum. *Heinsius. Ait.*] *Thessalus hospes. Ant.*

31. *Utque animus rediit.*] Turbant hic denuo libri. Sed Excerpta Jureti cum uno Patavino, *Ut rediit animus.* producit enim Ovidio aliisque poetis passim ultima ejus syllaba, quemadmodum & in *adiis, abiit, inuit, rediit, subit, prateriit*, & similibus, de quibus suo loco. Epistola Laodamiz,

Ut rediit animus, pariter rediere dolores. Art. Am. III.

Ut rediit animus, tennes à pectore vestes *Rumpit.*

Fastor. lib. III.

Ut rediit animus, Da certa piamina, dixit.

lib. V.

Ut rediit animus, cultorem pauperis agri *Immolat.*

quibus etiam in locis libri veteres sibi non constant, dum alii, *Ut rediitque animus:* alii, *Utque redit animus,* alii alia, substituunt. meliores constanter, quod nos exhibemus, agnoscunt. Met. XIV.

Max ubi mens rediit; & contempsero sequentem.

Fast. II. loco idem in vulgatis libris mendoso,

Attonitusque metu rediit, ut saepe viator *Turbatum viso retulit angue pedem.* *Heinsius.*

32. *Retulit aripedes.*] Sic correctores hæc interpolaverunt. Nam vetusta exemplaria *Narrat & arripedes*, vel, *Narrat aripedes.* Scribe,

Narrat

Vipereos dentes in humum pro semine jactos,
Et subito matos arma tulisse viros:

Terrigenas populos, civili Marte peremptos, 35
Impleſſe ætatis fata diurna ſuæ.

Devicto ſerpente, iterum, ſi vivat Iaſon,
Querimus. alternant ſpeſque timorque fidem.
Singula dum narrat; ſtudio curſuque loquendi,
Detegit ingenio vulnera facta tuo.

40

Heu! ubi pacta fides? ubi connubialia jura?

Faxque ſub arſuros dignior ire rogos?

Non ego ſum furtim tibi cognita. pronuba Juno
Adfuit, & fertis tempora vinctus Hymen.

At mihi nec Juno, nec Hymen, ſed triftis Erinnyſ 45
Prætulit infaſtas ſanguinolenta faces.

Quid mihi cum Minyis? quid cum Tritonide pinu?

Quid

Narrat abenipedeſ Martis aſſeſſe boves.
Epiſtola Medez,

*Iſurgiſ abenipedeſ inadaſſe corpore tau-
ros.*

quomodo & illic ſcribendum. *abenipedeſ*
& *abenipedeſ* pro æreo paſſim poëtæ. Mar-
tialis Spectaculorum Ep. xxvii. *Ignipe-
deſ* vocat hoſ tauroſ,

*Ignipedeſ poſſet ſine Colchide vincere
tauroſ.*

Sed vide ne & illic *Enipedeſ* ſit ſcriben-
dum. quanquam *Ignipedeſ* ſolis equi Na-
ſoni & Statio dicantur. *Heinſius.* *Abe-
nipedeſ.*] Id eſt, habentē pedē ære mu-
nitos.

33. *Vipereos.*] Illuſ ſerpentiſ, quem
Cadmuſ peremit, erant denteſ.

35. *Civili Marte.*] Non externo, ſed
inter ſe bello conſento. *Ant.*

36. *Fata diurna.*] Quoniam uno die
nati, & extincti ſunt. *Ant.*

38. *Speſque.*] Quæ faciebat credere.
Timorque.] Qui prohibeat credere: ſic
Virgil.

Spemque, metumque inter dubii.

40. *Vulnera noſtra.*] Vel injuriam: vel
Medez raptum ſignificat, quæ Hypſipy-
leſ conjugio obſtitit. *Ant.*

42. *Faxque.*] Scilicet connubialia. *Sub
rogoſ arſuroſ.*] Id eſt, dignior, quæ inter-
fuſſet funeribuſ, & rogiſ mortuorum,
quam nuptiis, quia erat futura infelix.

43. *Furtim.*] Clam, & per adulte-
rium. inde furta dicuntur adulteria, quia
clam ſunt. *Furtim.*] Sic Ovid. 3. Me-
tam. — quæ enim deſcendere poſſit

Furta leviſ.

Et alibi:

— celari vult ſua furta Venus.

Cognita.] Quam adulterioſ cognoverat. Ju-
ſtin. 5. 2. Et Plaut. Nos noſtriſ tantum-
modo noſcimus viroſ. Et Caſ. 6. bel. Gal-
lic. *Intra annum ſerè viceſimum ſervina
notitiā habuiſſe, in turpiſſimū habetur.*
Similiter in aliis linguiſ hoc vocabuluſ
ſic uſurpatur.

44. *Vinctus tempora.*] Id eſt, habens
tempora, id eſt, caput vinctum, id eſt,
ornatum, & cinctum. *Servit.*] Coronis.

46. *Infaſtas.*] Ut in fabula Tereti.
lib. 6. Metam.

Emmenideſ tenuere faceſ de ſomno raptas.

47. *Myniſ.*] Myniarum familia, ex
Orchomeno Boeotiæ oppido jolcon in
Theſſaliam commigravit, unde Argo-
nautæ Myniæ ſunt appellati. *Ant.*

48. *Tiphy.*]

Quid tibi cum patria, navita Tiphy, mea?
 Non erat hic aries villo spectabilis aureo:
 Nec senis Ætæ regia Lemnos erat. 50
 Certa fui primo (sed me mala fata trahebant)
 Hospita foeminea pellere castra manu.
 Lemniadesque viros, nimium quoque, vincere norunt.
 Milite tam forti vita tuenda fuit.
 Urbe virum vidi, tectoque animoque recepi: 55
 Hic tibi bisque æstas, bisque cucurrit hiems.
 Tertia messis erat: cum tu, dare vela coactus,
 Implesti lacrymis talia verba tuis:
 Abstrahor, Hypsipyle: sed (dent modo fata recursus)

Vir

48. *Tiphy.*] Gubernator navis Jasonis. Alloquitur autem ipsum absentem, tanquam præsentem. *Quid tibi erat cum mea patria?*] Id est, *Quid negotii tibi erat, quare huc venires?*

49. *Villo.*] Vellere.

50. *Ætæ.*] Ætæres dicitur, & Ætæ: pater fuit Medæ: Solis filius, & Perseus frater. *Hub.*

51. *Certa fui primo.*] Fatis imputat, quod non in sententia perstiterit. *Mea fata trahebant.*] *Mala fata* Putaneus & duo alii. sic *malus error* & similia. Noster in Amorib.

Cum rapiant mala fata bonos. — Heinsius.

52. *Castra hospita.*] Argonautas: cum quibus primum pugnasse Lemniades, scribit Papinius: deinde mutato consilio, & domo & thalamo excepisse. *Ant.*

53. *Lemniades.*] Id est mulieres Lemni. *Norunt nimium.*] Id est, optime sciunt. *Vincere viros.*] Quia deleverunt maritos suos, & omnem prolem masculam. *Hub.*

54. *Milite tam forti vita tuenda fuit.*] *Fortuna tuenda* Putaneus, mendose. At in uno Vossiano pro diversa lectione. *ripa tuenda.* quod placet. Hoc enim omni studio Lemniades agebant, ut Argonautas litore prohiberent, de vitâ nullum certamen fuit. Causam dedit loco interpolando, quod *ripam* pro litto-

re nonnunquam sumi nesciret, quâvis vitam *ripa* supposuit. Met. XIII.

Prohibent aditu, litusque tumentur Troes.

Apud Germanicum in Aræis pro *vâa* & *vitta*, *ripa* legitur etiam in antiquissimo codice Putaneo. *Heinsius.* *Tam forti milite.*] Lemniadum viribus & virtute.

55. *Urbe virum vidi.*] *Tò vidi* vehementer friget. nec juvant tamen membræ nostræ. Scribo.

Urbe virum viduâ, tectoque, animoque recepi.

Viduam urbem eleganter dixit, quod viri in ea omnes ab uxoribus essent occisi. nihil notius hac fabula. eandem conjecturam Capoferreo etiam in mentem venisse serus nunc intelligo. *Heinsius.* *Virum.*] Non adulterum, sed maritum. *Ant.*

56. *Hic.*] In Lemno.

57. *Coactus.*] Instante Hercule cum cæteris.

58. *Implesti lacrymis talia verba tuis.*] *Malo lacrymis suis.* vel contra membranarum auctoritatem. Vide notas ad Epist. XVII. v. 252. *Heinsius.* *Implesti.*] Perfudisti; quia non potuisti ea dicere sine fletu.

59. *Abstrahor.*] Id est, violenter & contra voluntatem meam. *Recursum.*] Regressum, reditum. *Si deno modo fata*

RECUR-

Vir tuus hinc abeo : vir tibi semper ero. 60
 Quod tamen è nobis gravida celatur in alvo ,
 Vivat ; & ejusdem simus uterque parens.
 Hactenus : & , lacrymis in falsa cadentibus ora ,
 Cætera te memini non potuisse loqui.
 Ultimus è fociis sacram conscendis in Argo. 65
 Illa volat : ventus concava vela tenet.
 Cæcula propulsæ subducitur unda carinæ :
 Terra tibi , nobis aspiciuntur aquæ.
 In latus omne patens turris circumspicit undas.
 Huc feror ; & lacrymis osque sinusque madent. 70
 Per lacrymas specto ; cupidæque faventia menti
 Longius assueto lumina nostra vident.
 Adde preces castas , immistaque vota timori ,
 Nunc quoque te salvo persolvenda mihi.
 Vota ego persolvam ? votis Medea fruetur ? 75
 Cor dolet ; atque ira mistus abundat amor.
 Dona feram templis , vivum quod Iasona perdo ?

Hostia

recursum.] Sed dente modo facta recursus libri meliores. Heinſius.

61. *Tamen.*] Licet hinc discedam. *Vivat.*] Servetur à te diligenter, ut vivat.

63. *Hactenus.*] Scil. locutus es.

65. *Ultimus.*] Ut ostenderes, quod te pigeat me relinquere. *Sacram.*] Quæ, ut diximus, erat sub tutela Minervæ, cujus cura fuerat fabricata.

66. *Illæ volat.*] Alludit ad etymon ἀπύρε, quæ idcirco cita navis à veteribus dicta est. *Cos. Tener.*] Implet.

67. *Propulsa.*] Subactæ remis & ventis. *Subducitur unda.*] Sic Virgil. 5. Æneid. *Subtrahiturque solum.* & lib. 3.

Tollimur in calum curvato gurgite, & sidem

Subducta ad manes imos descendimus unda.

68. *Tibi.*] Pro à te. *Hab.*

70. *Lacrymis ora sinusque madent.*]

Osque sinusque. Heinſius. *Sinus.*]

— Δαίοντο δὲ δάκρυσι πόλποι,

Hom. Il. 9. v. 565. estque sinus pectoris. Vide Serv. ad illum Virgil. 4. *Hæc effata, sinum lacrymis implevis* — Ovid. Epist. 8. v. 62. *Perque sinum lacryma fluminis instat eunt.* Et tunicas lacrymis sicut ab imbre graves. Epist. 10. v. 138.

71. *Faventia cupida menti.*] Quia quod ego optabam, ipsi oculi volebant, ut aspicerem. ex affectu enim alicujus rei & acutius, & longius videmus. *Assueto.*] Id est. solito.

73. *Immista timori.*] Timide suscipiebam vota. *Timori.*] Quem habebam de periculo tuo.

75. *Vota ego persolvam.*] Cum indignatione pronunciandum est, sicut cætera verba sequentia. *Fructus votis.*] Capiet fructum & utilitatem ex votis meis. *Hab.*

76. *Cor dolet.*] Quoniam non mihi, sed Medæ rediit Jason. *Ant. Ira mistus abundat amor.*] Ira libri ferè omnes. Heinſius.

77. *Vivum quod Iasona perdam.*] Perdo

Hostia pro damnis concidat ista meis?
 Non equidem secura fui; semperque verebar,
 Ne pater Argolica fumeret urbe nurum.
 Argolidas timui: nocuit mihi barbara pellex.
 Non expectatâ vulnus ab hoste tuli;
 Nec facie meritivse placet; sed carmine movit:
 Diraque cantatâ pabula falce metit.
 Illa reluctantem curru deducere Lunam
 Nititur, & tenebris abdere Solis equos.
 Illa refrænât aquas, obliquaque flumina sistit:
 Illa loco silvas, vivaque faxa movet.
 Per tumulos errat passis discincta capillis,

80

85

Certa-

de Putcenis cum Regio. & sequenti
 versu concidat pro concidet. probe utrum-
 que. & tum fruatur paulo ante legen-
 dum. Fuit cum emendarem,

*Dona feram templis; vivumque Jasona
 perdam,*

Hostia pro damnis concidat ista meis?
 Heinſius. *Quod.*] Id est, quia. quasi di-
 cat, cum ob beneficia soleant reddi vo-
 ta, & dari dona deis, egone dabo pro-
 pter damna mea?

80. *Ex urbe Argolica.*] Thessalica.

11. *Argolicas timui.*] *Argolidas* Putca-
 neus. sic *Argolis Alcmena* Met. ix. &
Argolides puppes Remedio Amoris. Sta-
 tius Theb. vi.

— *Argolidasque habitum præstabo ma-
 ritas*

sic malo quam cum vulgatis *Argolicas.*
 idem Theb. ii.

— *Castis matres cinxere corona*

Argolides.

& lib. vi.

— *Argolidam curru circumdata ma-
 ritum.*

lib. v. i.

— *Neque enim ipse Deorum*

Arbiter Argolidam thalamis novus.

vide quæ noto Epistola ix. v. 73. Heinſ.
Nocui barbara pellex.] Pontica.

82. *Expectato hoste.*] *Expectata* Putca-

neus. recte. Heinſius.

84. *Pabula dira.*] Herbas noxias. *Fal-
 ce cantata.*] Id est, incantata, ut majo-
 rem vim nocendi haberent. Falce au-
 tem dixit, quia secundum rationem ma-
 gicam herbe alie vellebantur, alie inci-
 debantur.

85. *Illâ.*] Id est, Medea. *Deducere
 lunam.*] Virg. in Buc.

*Carmina vel caris possunt deducere lu-
 nam.*

Reluctantem.] Invitam, resistantem. *Cur-
 su deducere Lunam.*] Repone curru cum
 tribus codicibus. De curru Solis ac Lu-
 næ apud Poetas jam prostrata sunt omnia.
 Tibullus,

*Cantus est è curru Lunam deducere tem-
 tat.*

sic & *Lunares currus* Met. xv. Heinſius.

87. *Illâ refrænât.*] Retinet. *Obliqua.*]
 Curva, epitheton fluminum. *Sistit.*]
 Moratur. *Obliquaque flumina sistit.*] Duo
 libri, *fulmina.* ut apud Senecam Thy-
 este, *Obliqui via fulminis.* Nihil mirum ta-
 men. nam & flumina recte obliqua dicun-
 tur. Heinſius.

88. *Viva.*] Naturalia, eo loco nata.

89. *Per tumulos.*] Per sepulchra mor-
 tuorum. *Passis.*] Sparſis. *Discincta.*] So-
 luta, sic enim exigebat ratio magica.
Hab.

90. Certa-

Certaque de tepidis colligit ossa rogis. 90
 Devovet absentes; simulacraque cerea figit,
 Et miserum tenues in jecur urget acus.
 Et quæ nescierim melius. male quæritur herbis,
 Moribus & forma conciliandus, amor.
 Hanc potes amplecti? thalamoque relictus in uno 95
 Impavidus somno nocte silente frui?
 Scilicet ut tauros, ita te juga ferre coëgit:
 Quaque feros angues, te quoque mulcet ope.
 Adde, quod adscribi factis procerumque tuisque
 Se favet; & titulo conjugis uxor obest. 100
 Atque aliquis Pelix de partibus acta venenis
 Imputat, & populum, qui sibi credat, habet.

Non

90. *Certaque de tepidis colligit ossa rogis.*] Puteaneus colligit. Cumstaque ossa Scriverianus & Hafniensis. sed nil mirandum. Vid. Rem. Am. 112. Heinſ. *Certa ossa.*] Et rogis non omnia magi ossa colligunt, sed præsentim articulos ad veneficia. *Tepidis.*] Adhuc calentibus ubi paulo ante fuerunt combusta cadavera.

91. *Devovet.*] Exoratur, & incantationibus suis inficit. *Simulacra cerea.*] Id est, effigies cereas, quæ repræsentant eos, quos vult devovere. *Simulacraque cerea figit.*] Puteaneus figit. optime, ut de defixionibus magicis agatur. Vidit id jam Salmastius. Seneca Hercule OEtro,

— Hoc, inquit, magis

Dixere amorem posse defixi malo.

Plinius, lib. xxviii. c. ii. *Defixi dæris præcationibus nemo non metuit.* Seneca lib. vi. de Beneficiis, cap. xxxv. *Exoraris enim illum, & caput sanctum tibi dæra imprecatione defixi.* Heinſius.

92. *Urget.*] Infigit, ulcerat imaginem ceream in jecore, quasi in sede amoris, ut ita percutiatur ille, cujus est illa imago.

93. *Es quæ nescierim melius. male quæritur herbis.*] Scripti plerique cum Puteaneo magis. perpetam. quatuor, Es

quod nescierim. Cantabrigensis quas pro diversa lectione. Emenda,

Es, quæ nescierim melius, male quæritur herbis. Heinſius.

96. *Impavidus.*] Deberes enim semper esse in maximo timore quando dormis cum ea.

97. *Scilicet.*] Certe quasi dicat, itate incantavit, sicut tauros, quos ejus ope dicis te vicisse. *Hub. Coëgit te ferre juga.*] Scilicet sibi esse subditum.

98. *Ope.*] Eadem vi, id est, incantatione.

99. *Adde.*] Quod ea, quæ Jason fecit, Medea sibi omnia attribuit. *Adscribi.*] Annumerari. *Procerum.*] Castoris, Pollucis, Herculis, & cæterorum heroum, qui tecum fuerunt in rapiendo vellere aureo. *Et tuis.*] Scilicet factis.

100. *Adscribi factis procerumque tuisque se facit.*] Se favet præter editiones cum optimo Puteaneo & aliis nonnullis membranarum. Venuſte. Ennius. Annali xlii.

Matrona matros complens spectare faventes. Heinſius.

Obest.] Nocet.

101. *De partibus Pelix.*] Non intelligamus de Thessalia, sed de iis, qui Pelix favent.

102. *Imputat.*] Assignat, & attribuit. *Alia.*]

Non hæc Æsonides, sed Phasias Æëtine
Aurea Phryxææ terga revellit ovis.

Non probat Alcimedea mater tua; consule matrem: 105
Non pater, à gelido cui venit axe nurus.

Ilia

Alia.] Scilicet à te, id est, victorias tuas. *Veneris.*] Id est, incantationibus, & herbis Medea: & dicit te vicisse ejus auxilio. *Populum.*] Maximam partem Thefaliz. *Qui credat sibi.*] Ita esse ut dicit, & ita minoris æstimet virtutem tuam.

103. *Non hæc.*] Ponit verba, quæ dicit ille fautor Peliz. *Æsonides.*] Jafon. *Non revellit.*] Non abstulit. & bene revellit, quia fuerant affixa templo Martis à Phryxo. *Hæc.*] *Δαδλυσ;* id est, demonstrantis. *Sed Phasias.*] Id est, Medea. *Sed filia Phasias Æëtine.*] Valde Naugerius aliquem interpretem se in hoc loco torserunt, ut & Carrio Notis in Val. Flaccum. libri quidam *Phasis Æëtine*, pessime. *Alia* enim vel *Æëtis* trisyllabum est. Nam quod Epistolâ Medea legitur,

Excipit hospitio juvenes pater Alia Pelagos.

& *Metamorph.* lib. vii.

Dissemilemque animam soluit pater Alia relicta.

Tò pater ex fide optimorum codicum delendum. Cæterum in vetustimo codice Puteaneo pars posterior hujus versus in litura cubabat, veteri lectione crassa, cujus tamen è vestigiis utcumque appareret scriptum primo fuisse *Phasias Æëtine*, cum Tò filia à manu secunda sit additum. Atque hanc esse genuinam auctoris lectionem ausim adfirmare, quam & Mezeriacus Gallicis in has epistolas Notis Salmasio suggerente laudavit. *Æëtine;* ut Neptunine, Nereine, Oceanine, Adrastine, Nonacrine, Evenine, & similia. Pari modo duo quoque patronymica conjunxit lib. vii. *Met. Callidonides Evenina.* ut quidem illic monui corrigendum. ita & *Inachis Acrisio-ne* Virgilio Danaë dicta Elegia ad Messallam. & *Tyndaris Lacana* Helenæ. 11. *En.* Medeam verò Æëtinen dictam ab

Avieno descriptione Orbis apparet hisce versibus.

*Abssyrii castes & crebras prætinus arces
Inveniet. Colchos huc quandam curra
fidisque*

Extulit, insanam sectantes Æëtinem. sic enim versus ultimus minima mutatione scribendus. *Heinsius.*

104. *Terga revellit ovis.*] Ita meliores libri, non *revulsit.* lib. 111. Amor. EL. x.

*Prima jago tauros supponere colla coëga,
Et veterem curvo dente revellit humum.*

frustra *revulsit* quidam codices. ut & lib. viii.

A sylvis sylvas & ab arvis arva revellit. lib. ix.

Infregit cornu truncaque à fronte revellit. lib. xii.

Ingenuit, duroque sudem vix oste revellit. Atque ita locutos scriptores antiquos observant Grammatici. quos inter Dio-medes libro 1. *suos quadam verba quæ habent perfecta duplicia, ut pango pepigi & panxi. pango pupugi & panxi. vello velli & vulsi. sed melius velli ut Virgil. 1. Cineres manesque revelli. idem, ima de stirpe revelli.* sic *divellit* pro *divulsit* non uno loco in veteribus libris *Metamorphoseon*, ut suis locis monebitur. Nec minus tamen venustum, quod Marthæus Herculæus in codice suo, qui in Vaticanâ extat bibliotheca, obiter mihi inspectus, ex veteri libro notarat, *refixit.* *Heinsius.*

105. *Non probat Alcimedea mater tua.*] Hanc Hyginus Clymeni filiam facit. alii Aurolyco natam volunt. Sunt tamen qui Rhæo vel Polymelam Jafoni matrem assignent. Vide Tzetzen Chiliad. vii. hist. xcvi. Sequenti versu malim *quis venit*, ut tam ad matrem quam patrem referatur. *Idem.* *Non probat.*] Dicit hanc famam non placere iis, qui amant ipsum Jafona.

106. *A gelido axe.*] Id est, à regione septen-

Illā sibi Tanai, Scythiæque paludibus udæ
Quærat, & à patria Phasidos usque, virum,
Mobilis Æsonide, vernaque incertior aura,

Cur tua pollicito pondere verba carent?

110

Vir meus hinc ieras, vir non meus inde redisti.

Sim reducis conjux, sicut euntis eram.

Si te nobilitas, generosæque nomina tangunt;

En ego Minoo nata Thoante feror.

Bacchus avus, Bacchi conjux redimita corona,

115

Præradiat stellis signa minora suis.

Dos tibi Lemnos erit, terra ingeniosa colenti:

Me quoque res tales inter habere potes.

Nunc

septentrionali. nam Colchii in regione frigida sunt.

107. Illa sibi à Tanai Scythiæque paludibus unda.] Illa sibi Tanais potiores scripti. Lege, Tanai. Naugerius & Giosanus ex suis, à Tanai. Deinde major codicum pars cum Puteaneo, Scythiæque paludibus unda. sed Scythia unda retribendum, ut recte quatuor libri veteres. sic & Fast. 11. corrigendum Tylerimides inde pro unda. Deinde Phasidos sequenti versu pro Phasidos sex libri. sic limosi Phasidos voster dixit Met. vii. & Catullus Phasidos ad fines. Heinsius. Illa.] Quasi dixit, non est quod ipsa Barbara debeat quætere maritum in vestris regionibus: sed in suis, quæ ejus moribus conveniunt. Hnd. Tanai.] Fluvius Scythiæ, qui Europam ab Asia dividit.

108. A patria Phasidos.] Id est, à Colchide, ubi est Phasis fluvius.

110. Polliciti pondere.] Pollicito pondere septem libri quod non est de nihilo. sic polliciti jura toti Epistola Cydippes, & pollicita fides. lib. 111. Fast.

Pollicitam dictis Jæquer adde fidem. Adestur Notz Met. xi. 108. Heinsius.

111. Cur non meus inde redisti.] Vir non meus Puteaneus & octo alii. Idem.

114. Thoante Minoo.] Minois nepote. nam ex Ariadna Minois, & Baccho natus est Thos Hypsipyles pater.

115. Conjux redimta corona.] Ariad-

nam significat, cui Bacchum coronam dedisse narravimus, quæ in cælo visitur novem conspicua sideribus.

116. Præradiat.] Clariore lucere facit. Signa minora.] Minus lucentia.

117. Ingeniosa.] Fœcunda.

118. Me quoque jam tales inter habere potes.] Libri scripti, Me quoque quod tales, vel res tales. quod posterius aridet elegantissimo Gronovio in observatibus lib. iv. cap. xi. qui videatur. In Puteaneo Me quoque quod..... lis. eratis iis quæ per puncta designantur. Unde Mezeriacus Merces dotales concinnat. Salmasius libro de Usuris Me quoque dotales inter, ut dotales dixerit Ovidius pro dotatas. Quod legem Latini sermonis ferre pernego. ille contrarium docere nos debuisset. Quid ergo? Scribo minima mutatione,

Me quoque quos tales inter habere potes! Hoc vult, paucas esse quæ secum comparari possunt. Amor. lib. 11. El. xi.

Quam vir, quam custos, quam janua firma (quos hostes!)

Servabant, ne quæ posset ab arte capi. ita vetus codex. Sentius Augurinus apud Plinium lib. iv. Epist. xxvii.

Unus Plinius est mila priores.

Marcus versiculos foro relicto,

Et queris quod amet, putique amare.

Ille ô Plinius, ille quos Catones!

Et nunc, quisquæ amat, amare noli.

F

Hoc

Nunc etiam peperit. gratare ambobus, Iason :

Dulce mihi gravidæ fecerat auctor onus. 120

Felix in numero quoque sum; prolemque gemellam

Pignora Lucina bina favente dedi.

Si quæris, cui sint similes; cognosceris illis.

Fallere non norunt : cætera patris habent.

Legatos quos pæne dedi pro matre ferendos : 125

Sed tenuit cœptas sæva noverca vias.

Medeam timui : plus est Medea novercâ.

Medeæ faciunt ad scelus omne manus.

Spargere quæ fratris potuit laniata per agros

Corpora, pignoribus parceret illa meis? 130

Hanc tamen, ô demens Colchisque ablata venenis,

Diceris Hypsipyles præposuisse toro.

Turpiter illa virum cognovit adultera virgo :

Me tibi, teque mihi tæda pudica dedit.

Prodidit illa patrem : rapui de cæde Thoanta. 135

De

Hoc est, qui unus habet instar multorum Catonum. Ita verius isti ex veterissimo libro Mediceo sunt restituendi, nisi quod minimum nobis indulgimus. respondendo *quos* pro *quod Catones. d* in i mutato, qui error est frequentissimus. *Heinsius. Me quoque.*] Poteras, inquit, & me habere, quæ digna sunt inter meos majores annumerari. *Ant.* Vel ut Hubert. legend. censet, *Regales* : Ut sit sensus, inter tales res, id est, inter nobilitatem & dotem, & familia : non debes me spernere.

122. *Favente.*] Dante mihi patiendi facultatem. *Pignora.*] Id est, filios.

123. *Si quæris.*] Quæris meliores. pro cognosceris duo libri ignoscis. hoc est agnosceris. vide Fast. III. v. 65. *Heinsius. Illu.*] Id est, per illos : id est, si quis videat illos, videbitur te videre.

124. *Fallere.*] Sicut tu. *Hab.*

125. *Legatos, &c.*] *Pæne*, inquit, ad te infantes misi, ut te mihi conciliarent. *Ant.*

126. *Tenuit.*] Impedivit. *Cæptas.*]

Institutas & propositas. *Noverca.*] Medea. *Hubertus.*

129. *Spargere.*] Nam cum fugeret cum Iasone, ut patrem insequentem retardaret, fratris sui Absyrti membra dilaceravit, & variis locis sparsit : ut pater occupatus in eis colligendis, desisteret ab infecutione. Is locus postea Tomos, id est, incisio dictus est. ut Ovid. in Trist. scribit. *Hab.*

131. *Ablata.*] Capte, seu omni consilio & prudentia destitute. *Ant.*

132. *Præposuisse toro Hypsipyles.*] Id est, maluisse eam uxorem, quam me.

133. *Turpiter.*] Per eandem & nefas, *Virum.*] Scilicet te. *Hab.*

134. *Tæda pudica.*] Legitimum conjugium.

135. *Prodidit illa patrem.*] Ætiam, cui rapuit vellus aureum. illum Meleager in pugna trucidavit, quæ in litore cum Argonautis est orta. *Thoanta.*] Patrem Thoantem à cæde liberavi, cum Lemniades viros omnes trucidassent.

Re-

Deservit Colchos : me mea Lemnos habet.
Quid refert, scelerata piam si vincit, & ipso
Crimine dotata est, demeruitque virum?
Lemniadum facinus culpo, non miror, Iason.
Quamlibet iratis ipse dat arma dolor.

140
Dic

Regi.] Liberavi.

136. *Deservit Colchos.*] Colchos libri omnes idque recte. Colchos enim non dicitur, sed Colchi. Κόλχοι καὶ Κόλχαις Grecis. *Heins.*

137. *Quid referam, scelerata piam si vincit.*] *Referat* Putcaneus. Sed verum est, quod ex suis profert Naugerius, *Quid refert? vincet etiam meliores.* Epistola Parisi,

Quid tamen hoc refert, si te tenet ortus ab illis?

Met. xiii.

Quid tamen hoc refert, si se pro classe Pelasga

Arma tulisse refert?

Fast. iii.

Quid tamen hoc refert? vitio tibi gratior ipso est.

Epistola prima Sabini,

Quid refert? pelago sum obruta.

Epistola iii.

Quid refert? causa tu meliore cales.

Stasius Theb. x.

Quid refert? habet ecce suos Jocastra.

Idem.

138. *Emeruisse virum.*] *Demernitque* Sarravianus cum quatuor aliis. sed *emeruisse* pro *demernisse*. simili significatione apud Propertium videor legisse
— *emeruisse virum.*

Amor. lib. ii. El. viii.

Unum est e dominis emeruisse satis.

sic constanter libri veteres. Trist. iv. El. viii.

At vos admoniti nostris quoque casibus esse Equantem superos emeruisse virum.

Ita & illic editi ac scripti constant. Art. Am. ii. ex veteribus libris,

Nec tibi sis servos emeruisse pudor. Idem.

139. *Non miror.*] Quod interfecerint viros, a quibus spernebantur. *Haberi.*

Lemniadum facinus culpo.] Quae una nocte viros petemerunt.

140. *Quamlibet iratis.*] Alii libri *Quamlibet ad facinus vel Quamlibet ad facinus.* Sed recte Putcaneus, *Quamlibet iratis.* Qui loquendi modus unice in deliciis est Nasoni, sed ut plurimum e vulgaris libris per inscios librarios jussus exulare. supra,

Quamlibet adverso signatur epistula verso. Epistola Canaces,

Urnaque nos habetis quamlibet arista duos. Amor. lib. i. El. vii.

Quamlibet infirmis adjovas ira matens. Art. Am. lib. ii.

Quamlibet inventis astra carpe meis. lib. iii.

Quamlibet admissas detinere rates. & mox,

Quamlibet extinctas injuria suscitata ignea. & postea,

Et cedas lecto quamlibet agra suo.

Remed. Amor.

Quamlibet impugnent unus & alter opus. Elegia de Nuce.

Tangat ut & multis quamlibet una suam. In Ibiide,

Quamlibet & misero debitas hostis ero.

Fast. ii.

— *Stricto quamlibet ense furia.* Trist. lib. i. E. ii.

Quamlibet e minimis detinui si facinus illi.

El. iii.

Quamlibet invisa Caesar in hoste probat. El. ix.

Occupat egressas quamlibet ante rates. Pont. lib. iii. El. iv.

Quamlibet invisionem diffidelmque tenent. lib. iv. El. iv.

Quamlibet absentem quā possum mentis videbo.

F 2

& alibi

Dic age, si ventis (ut oportuit) actus iniquis

Intraſſes portus, tuque comesque, meos;

Obviaque exiſſem foetu comitata gemello:

(Hiſcere nempe tibi terra roganda fuit,)

Quo vultu natos, quo me, ſclerate, videres? 145

Perfidiae pretio qua nece dignus eras?

Iſpe quidem per me tutus ſoſpeſque fuiſſes:

Non quia tu dignus, ſed quia mitis ego.

Pellicis ipſa meos impleſſem ſanguine vultus,

Quoſque veneficiis abſtulit illa ſuis.

150

Medeæ

& alibi paſſim. Loca plura adſcripſi, quod ea majori ex parte mendosa in vulgatis libris circumferantur. auctor monſtrichorum de Moribus in Cataleſtis Pithœi,

Quamlibet ignavum facit indignatio fortis.

ſic & ibi ſcribendum. Heinfius. Dolor.] Indignatio: dolebant Lemniades viros Thraces ſervas adduxiſſe, quibus oblectarentur. Ant.

141. *Dic æge.*] Interrogat Jafona quo vultu vidifſet & ſe, & filios ſuos: ſi iniquis ventis delatus fuiſſet ad litus Lemni. Hub.

143. *Fœtu comitata gemello.*] Comitante Puteaneus & alii nonnulli. Heinf.

144. *Hiſcere nonne tibi.*] Nempe ſcripti fere omnes. Idem. *Hiſcere.*] Nempetibi: optaſſes, ut terræ hiatu abſorbereris. Ultima Imprecatio eſt, cum terram hiſcere optamus. Ant.

146. *Perſido quo pretio.*] Puteaneus, *Perfidia pretio qua nece dignus eras?*

Optime; ut & parens meus, & Salmaſius de Uſuris Commentatio reſtituerunt. Multus eſt paſſim in hac locutione Ovidius. ſic Epitola ſequenti,

Granda mora pretium tua futura via eſt. & alibi,

Eſet Hypermetreſta pretium pietatis iniquum

Quam mortem fratri depulſis, ipſa tulit. lib. 11. Amor. El. 1. Corinnam pretium carminis vocat,

Ad vatem pretium Carminis ipſa venit.

El. VIII.

[pendo

Pro quibus officiis pretium mihi dulce concubitus hodie, ſlava Cypaſſi, tuos,

De Jove Danaën advenſe Eleg. VIII. 111. libri.

Corrupta pretium virginis ipſe fuit.

Eleg. XIII. de capra,

— jaculis inſeſſum index,

Et pretium auctori vulneris ipſa datur.

Ep. Leandri.

— pretium non vile laboris

ſam domina vobis colla tenenda dabo.

Art. Amator. lib. 1.

Protinus officii pretium, patiente puella,

Contingent oculis curæ videnda tuis.

Propertius de Cleopatrá,

Conjugis obſcuri pretium Romana popoſcit

Mania.

Sed modus exemplorum non eſſet. ſic

Met. lib. 11. Fabula Batti,

ſumta ſuo pretium dabitur tibi ſamina

ſacro.

Ut in veteri codice ſcriptum offendi. vere. ubi plura. ſic eodem libro. *Calum ſupri mercedem vocat* Fabula Califtus,

Sideraque in calo ſupri mercede recepta,

Fellite.

ſic & ibi corrigendum monebimus ex membranis. Heinfius. *Qua nece.*] Quafi dicat crudeliſſima.

147. *Iſpe quidem per me.*] *Per te* Puteaneus. Heinf.

149. *Pellicis.*] Medeæ. *Sanguine ſuo.*]

Quia dilaceraviſſem ejus vultus.

150. *Quoſque.*] Id eſt, & vultus, ſcilicet

Medeæ Medea forem. quod si quid ab alto

Justus ades votis Jupiter ipse meis ;

Quod gemit Hypsipyle, lecti quoque subnuba nostri

Moereat, & leges sanciat ipsa suas.

Utque ego destituor conjux materque duorum ; 155

Da totidem natis orba sit, atque viro.

Nec

licet mos. *Quas abstulit veneficiis suis.*] Id est, quos suis incantationibus cepit : & à me abegit. *Hub.*

151. *Medea Medea forem.*] Contra Medeam Medeæ sævitia uteretur. *Ant.* *Quod si quis ab alto justus adest.*] *Quod si quid adest* scripti plerique cum prisca editionibus. venisse & verè. nisi quod in *Purcaneo*, *quod si quod.* Tò quid eleganter redundat. *Trist. III. El. III.*

At tibi, qui transis, ne sit grave, si quid amasti,

Dicere.

ita & ibi scribendum ex vestigiis veterum librorum. *Trist. v. El. I.*

Delicias si quis lascivæque carmina quarit,

Precando namquam scripta quid ista legat.

sic & ibi corrigendum suspicor, sic in *Fastis*,

— *Pacando si quid ab hoste vacas.*

Ammianus lib. XXII. siquid te lasum exitum si quid annis. *Panegyrici ad Pisonem auctor.* & *Virgil.*

— *Si quid pietas antiqua labores*

Respicit humanas.

Deinde *Justus ades* vel sine libris scribendum videtur : ut *Jovem* alloquatur. *Causam* mox videbimus. *Heinsius.* *Quod si quis.*] *Imprecatur Medeæ eadem*, quæ ipsa patitur, ut ita aliquando privetur marito, siux ipsa privata est ab ea. *Quod si quis ab alto.*] *Virgil. Æneid. I.*

Di tibi si qua pios respiciant Numina, si quid

Usquam Justitia est. —

153. *Lecti quoque succuba nostri.*] *Glossæ H. Steph. Παλααχῆ, Concubina, succuba, pellex.* Tamen id vix *Latinum.* Quare *Purcaneo* & melioribus scriptis accedo,

in quibus *subnuba. Subnuba*, ut *pronuba, innuba*, & similia. Prudentius tamen *Hymno in Romanum martyrem de Phœbo Hyacinthum lugente*,

Mox sevis stupratus occisum gravi

Disco, et dicarvis florulentum succubam.

Heinsius. Succuba.] *Concubina scil. Medea.* Alii rectè, *subnuba.*

154. *Leges sentias ipse suas.*] *Sanciat scribendum censeo.* atque ita liber *Vossianus. Sancire leges* obvium apud veteres auctores. *Lucanus :*

Romanas sancire volent hoc sanguine leges.

Livius lib. XXIII. Iam ego, inquit, sanguine Hannibali sanciam Romanum sædus. *Adantur Jurisconsulti. Noster Epistola Medeæ ex eodem Vossiano,*

Flebit, et ardores sanciet ista mors.

Heinsius. Suas leges.] *Quia qui alii facit injuriam, dat quodammodo leges sibi quoque inferendi injuriam.*

155. *Ut ego.*] *Optat, ut Medeæ jam facta mater de Jafone, post filios susceptos ita relinquatur à Jafone, ut ipsa relicta fuit.*

156. *A totidem natis orba sit aque viro.*] *Orba à natis infrequens. usitatum orba natis ait natorem.* Deinde *illa viro Purcaneo* & reliqui plerique. *Legō,*

Da totidem natis orba sit, orba viro.

Dare ex veteri formula. *Di dare, & Di dent*, quorum pleni scriptores antiqui. *noster libro XIII. Met. qui locus vulgo pessime habitus.*

— *Laertiadeque precaris*

Qua mernis : qua Di dent o non vana preceris.

Tò orba nimirum geminare *librarius* neglexerat, ut sæpe. *qua de re supra.* *alloquitur autem Jovem, quare & ades supra pro*

Nec male parta diu teneat; pejusque relinquat.

Exulet; & toto quærat in orbe fugam.

Quam fratri germana fuit, miseroque parenti

Filia; tam natis, tam sit acerba viro.

160

Cum mare, cum terras consumserit; aëra tentet.

Erret inops, exspes, cæde cruenta sua.

Hæc ego conjugio fraudata Thoantias oro.

Vivite devoto nuptaque virque toro.

pro adest reponendum, ut jam diximus. nisi mavis,

A totidem natis orba sit, atque viro.

nam orba ab optimatibus concio apud Ciceronem Oratione pro Flacco existare nunc deprehendo. *Heinsius.*

157. *Pejusque relinquat.*] *Pejusque relicta* unus Ambrosianus. Patavinus unus *pænisque relinquat.* ut *pænisque relicta* Exolet videatur corrigendum. Atque ita Jureti Excerpta præ se ferre postea agnovi. *Idem.*

159. *Fratri.*] Absyrtio, quem laudavit. *Parenti.*] Æëtz, quem erat fatum interire, cum raptum fuisset aureum velus, & à Meleagro peremptus est.

160. *Natis.*] Didymo & Thesandro. *Viro.*] Jasoni, quem ad necem etiam impulit. *Ant.*

161. *Consumserit.*] Ubi se, malitiamque suam defatigavit, exhaustum. *Ter. Andr.* — *Si quid consilii habet* — *Consumat nunc.* & alibi. *Deceptus sum, at non*

defatigatus. tanquam quæ animum armatum gesserit, telaque omnia consumserit. Sic & Græci loqui amant. *ὅσα εἶχον ἐκβίβλαξεν ἀλάστον.* Halicar. lib. 8. & Diod. Sicul. lib. 3. *ἀναλωθέντων δὲ τῶν ἰσίων.* Et Sil. 10. *Consumsit clypeo tela.* *Aëra tentet.*] Id est, volet per aëra, quod quidem Ovid. scribit fecisse lib. 7. *Metam.* *Aëra tentet.*]

Hinc Titaniæ ablatæ draconibus, arces Palladius intrat.

Metam. 7. v. 399. Et lib. Trist. 3. eleg. 8. *Nunc ego Medea vellem frenare dracones, Quos habuit fugiens arce, Corinthe, tua.* Et Senec. Med. in fine.

Sic fingere soleo, patris in calum rixâ Squamosa gemini colla serpentis iugo Summissa præbent —

Ego inter auras aliti currum vebor.

Et Cicer. l. 7. ad Famil. Epist. 6. ex Eurip. Med. v. 215.

163. *Ego Thoantias.*] Id est, Hypsipyle filia Thoantis.

D I D O Æ N E Æ.
E P I S T O L A VII.
A R G U M E N T U M.

87

Troja à Græcis eversa, Æneas, Anchisa & Veneris filius, postquam incendio penates eripuisset, viginti navibus mare ingreditur. Tempestate autem jactatus, diuque circum multa littora errans, in Lybiam ejus delatus: ubi tunc Dido, ut fingit Virgilius, Beli filia, & Sichæi, Herculis sacerdotis uxor, Tyro profecta, fratris Pygmalionis scvitiam & avaritiam fugiens, novam urbem, Carthaginem, moliebatur, à qua Æneas unà cum sociis liberaliter susceptus, amatus, in ejusdem sese interiorem consuetudinem demisit. Cum autem Mercurii monitus, in Italiam, satis sibi promissam, navigare pararet, Dido (ut quæ cum maxime amans & ardens omnia momenta expendere) minimum ejus presentiens, à navigandi proposito eum revocare studeat: quo non impetrato, ut saltem differat præceptis iter, orat. Multis autem frustra admotis precibus, tandem moritura ad eum scribit, ut mortis causam præbuisse intelligat.

D I D O Æ N E Æ.

Sic, ubi fata vocant, udis abjectus in herbis,
Ad vada Mæandri concinit albus olor.
Nec, quia te nostra sperem prece posse moveri.
Alloquor: adverso vovimus ista Deo.

Sed

Liber Regius & Excerpta Puteani cum codice Lovaniensi sequens distichon huc Epistolæ præfigunt.

Acrope, Dardaniæ, moritura carmen Elissa.

Quæ legis, à nobis ultima verba legis.
Cæterum *Elissa* non *Elisa* constanter Dido nominatur in veteritatis Virgilio, Siliis, Aufonius, Claudiani & nostri poetæ codicibus. nec aliter apud Græcos. nam *Elissam* lingua Punica divinam viraginem sonare contendunt. Vide Etymologici auctorem in *Διδω*. ubi alia profertur ad hanc rem. ad & virum summum Samuelem Bochartum in Phaleg. suo. *Heinsius*.

1. *Sic ubi.*] Dicit Dido, se appropinquante fine suæ vitæ, effundere flebiles voces ad Æneam: sicut cygnus vicinus morti, solet flebiliter cantare.

2. *Mæandri.*] Fluvii Lydz, juxta quem multi sunt cygni. *Concinit albus olor.*] Huc facit, quod scriptum reliquit

Cicero lib. 1. Tusc. disputationum: Cygni, qui non sine causa Apollini dicati sunt, quod ab eo divinationem habere videntur, quia providentes quid in morte boni sit, cum contra & voluptate moriuntur. Videndus est Ælianus lib. 1. De var. Historia, & Higinius. *Ciof.*

3. *Moveri.*] Id est, flecti.

4. *Adverso vovimus ista Deo.*] *Novimus* Puteaneus cum aliis nonnullis. *Basilienfis* *vovis*. *Scribe vovimus.* sed & *avverso Deo* corrigendum. sic enim loquebatur. hoc est non audiente. *Deis aversis* opponuntur *Dei præsentis*. Noster *Tuist*.
1. El. III.

Multaque in aversos effudit verba Penates,

Pro deplorato non valitura viro.
ita legendum. Horatius,
Placabis aversos Penates

Ferre pio & saliente mucô.

aversionem *Jovem* *precari* eadem Epod. x. *Amot.* lib. III. El. XII.

F 4

Aversis

Facta fugis; facienda petis. quærenda per orbem
 Altera, quæ sita est altera terra tibi.
 Ut terram invenias, quis eam tibi tradet habendam? 15
 Quis sua non notis arva tenenda dabit?
 Alter habendus amor tibi restat, & altera Dido:
 Quamque iterum fallas, altera danda fides.
 Quando erit, ut condas instar Carthaginis urbem,
 Et videas populos altus ab arce tuos? 20
 Omnia ut eveniant, nec te tua vota morentur;
 Unde tibi, quæ te sic amet, uxor erit?
 Uror, ut inducto ceratæ sulfure tædæ:
 Ut pia fumosis addita thura focis.
 Æneas oculis semper vigilantis inhæret: 25
 Ænean animo noxque diesque refert.
 Ille quidem male gratus, & ad mea munera furdus;
 Et quo, si non sim stulta, carere velim:

Non

13. *Facta.*] Conditam Carthaginem.
Facienda.] Eam urbem intelligit, quam
 in Italia se conditurum Æneas fato
 prædicabat. *Ant.*

14. *Querenda.*] Ordo est, Altera ter-
 ra, scilicet Italica, est querenda. *Altera.*]
 Scilicet hæc. quam tibi dedi.

15. *Ut.*] Id est, quamvis. *Habendam.*]
 Possidendam, & habitandam. *Haben-*
dam.] Sic de conjugalibus. Virg. 3.

Ad famulam, famuloque Heleno trans-
misit habendam.

Et Ter. Nec se posse eam habere domi.
Quæ.] Quasi dicat nullus. *Hub.*

17. *Alter amor.*] Quem fortasse nun-
 quam invenies.

18. *Quaque iterum fallas.*] Recte scri-
 pti *Quamque.* fallere fidem. nihil magis
 obvium apud bonos auctores. *Heinsius.*

19. *Quando erit.*] Quasi dicat, nun-
 quam, aut tardissime.

21. *Omnia si veniant.*] Ut eveniant qui-
 dam ex melioribus, etiam Puteanus à
 manu primâ. *Heinsius.*

22. *Uxor.*] Hoc ob Laviniam dixit,
 quæ Turno erat prædicta. *Ant.*

23. *Tædæ.*] Species arborum, quæ ex
 se liquorem emittunt. Sunt autem, ut
 dicit Plinius, flammis luminibusque sa-
 crorum gratæ.

24. *Ut pia fumosis.*] Hunc & sequen-
 tem versum à vulgatis libris exulantes
 adjecti ex auctoritate optimarum mem-
 branarum. & sunt elegantes nec Ovidio
 indigni. Invenerat etiam eos in suis co-
 dicibus Andreas Schottus, ut Observa-
 tiones ejus testantur. Mycillus eisdem
 quoque agnoscit. *Heinsius.*

26. *Æneamque animo.*] Ænean animo
 meliores. & sic Græco more etiam infra
 ac passim alibi in optimis libris scribi-
 tur. *Idem. Refert.*] Repræsentat. Vir-
 gilius.

Illum absens absentem audiatque videt-
que. *Hub.*

27. *Surdus.*] Quoniam commemorâ-
 tione beneficiorum non movetur. *Ant.*
Ille.] Æneas.

28. *Sim stulta.*] Quia stultus est, qui
 eo non vult carere, cui intelligit sua be-
 neficia non esse grata, nec se ab eo ama-
 ri. *Hub.*

F 3

29. Non

Non tamen Ænean, quamvis male cogitat, odi:

Sed queror infidum, quæstaque pejus amo. 30

Parce Venus nurui, durumque amplectere fratrem,
Frater Amor: castris militet ille tuis.

Aut ego, quem coepi (neque enim dedignor) amare;
Materiam curæ præbeat ille meæ.

Fallor; & ista mihi falso jactatur imago. 35

Matris ab ingenio diffidet ille suæ.

Te lapis, & montes, innataque rupibus altis

Robora, te sævæ progenuere feræ:

Aut mare, quale vides agitari nunc quoque ventis:

Quo tamen adversis fluctibus ire paras. 40
Quo

29. Non tamen Ænean.] Vicia infestatur, non hominem. perfidiam, inquit odio prosequor, non Æneam. Male cogitet.] Cogitat meliores. & Ænean etiam hic Heinſius. Male cogitat.] Rustici homines minime sunt male cogitantes: qui etsi alium redolent & cepam, optimi tamen sunt animati. Cato de R. R.

30. Quæstaque pejus amo.] Querimonia amoris augeat æstum. Ant.

31. Nurui.] Id est, mihi, quæ sum nurus tua: nam sum uxor Æneæ filii tui.

32. Frater.] Scilicet Æneæ; nam ambo estis filii Veneris. Militet.] Verſetur. ut inquit Ovidius:

Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido.

33. Ant ego qua coepi.] Quem coepi meliores. Heinſ. Ant ego.] Scilicet militem in tuis castris: Quem coepi amare, ex quo cum vidi, & audiui loquentem. Hub.

34. Ille.] Æneas Materiam.] Fomentum, nutrimentum: id est, respondeat meo amor. nam cura amorem significat. Cura.] Pro amore Virgil. 1. Æneid.

— puer mea maxima cura.

Omnia in Ascanio cari ſtas cura parentis.

& alibi, sic Ter. Adelph. D. Cura est mihi. M. & mihi cura est. Γλυκεία φρονίη. Eurip. Med.

35. Fallor.] Id est, frustra hic cogito

& peto, ut meo amoris respondeat. Jactatur.] Ostentatur ab eo. Et ipsa mihi falso jactatur imago.] Ista imago Puteaneus & alii ex castigatioribus. placet. falsa quoque idem Puteaneus. Forte, mihi falsa. Heinſius.

36. Ingenio.] Natura: quia Venus est mollis & placabilis, Æneas vero durus & inexorabilis.

37. Te lapis.] Hæc supra dicta dixit tanquam de tertia persona: nunc convertit sermonem ad ipsum Æneam, arguens ipsum nimis duritiae. Est autem tota hæc Virgiliana imitatio 4. Æneid.

31. Robora.] Arbores. Robora.] Sic Cic. 4. Acad. Quæſt. non enim est è saxo sculptus, aut, aut è robore dolatus. Et Hom.

— ἰδ' ἀπὸ δρυὸς, ἰδ' ἀπὸ πέτρης.

Et Virgil.

Gensque virum truncis, & duro robore nata,

Quæis neque mos, neque cultus erat.

vide Tzet. Chiliad. 9. histor. 286. πεπλῆν, & γὰρ ἀπὸ δρυὸς αἱ οὐ, &c. Σαυὰ φερα.] Ut tygres, aut uræ, aut leonæ.

39. Ant mare.] Scil. genuit te.

40. Quo tamen adversis fluctibus ire paras.] Malim Qua tamen cum Scriveriano, vel etiam Quod tamen cum Strozze codice, quia sequitur Quo fugis? qui durus est concursus. Ire maria obvium. Ep. Herus, Helleſpontiacam iurnus aquato

cx

Quo fugis? obstat hiems: hiemis mihi gratia proffit.

Aspice, ut everfas concitet Eurus aquas.

Quod tibi maluerim, sine me debere procellis.

Iustior est animo ventus & unda tuo.

Non ego sum tanti, (quamvis merearis, inique,) 45

Ut pereas, dum me per freta longa fugis.

Exerces pretiosa odia, & constantia magno;

Si, dum me careas, est tibi vile mori.

Jam venti ponent; strataque æqualiter unda,

Cæru-

ex antiquis libris. Art. Am. 11. ex antiquis exemplaribus,

Restas uer calis, calum tentabimus ire.

Amor. 11. El. xi.

Fallaceque vias ire Corinna parat,
de mari. Epistola Ariadnes,

Ibis Cecropias portus.

Ire iter. vide Notas ad Ep. xviii. Hein-

sius.
41. *Quo fugis.*] Contumeliose dixit fugis. *Hiemis mihi gratia proffit.*] Id est, si tu tua sponte non vis mihi hoc munus præstare, differas fugam tuam: saltem facias hoc necessitate tempestatis.

43. *Quod tibi malueram.*] Maluerim Argentinensis & quinque alii. rectius Heinsius.

44. *Iustior tuo animo.*] Quia vult reddere gratiam mihi bene merenti, cum vult te apud me retinere: tu autem qui accepisti beneficium, non vis reddere gratiam.

45. *Non ego sum.*] Ordo est: O inique, non sum tanti, ut pereas, id est, perire velis, dum fugis me per longa freta. *Quamvis merearis inique.*] Mirum hic in modum variant libri veteres. Diversas lectiones subijciam, ut alienæ quoque conjecturae sit locus. Puteanus. *quid non terretis.* & emendatum quod. Ut forte corrigendum sit, *quo non terretis*, Vel, *quod non tu veris.* At Puteani & Ju-
reri excerpta, *quod non censeris*, cum quatuor aliis. duo, *quo non censis.* Odo alii, *quod non mediteris*, septem *meditari.* quatuor *quamvis mediteris.* totidem alii *quod tu meditaris.* Scrivertianus

quamvis dimittis Vel *miraris.* alius, *quod tu non credis.* Itaque scribendum videbatur, *quicquid tu veris*, vel *quanti tu veris.* Vel *quamvis id veris*, vel denique, *quanti me veris.* Nisi propius insistenti vestigiis vetustiorum codicum resingim malis, *quamvis censeris*, vel, *quanti censeris.* Ut *censeri* dixerit, quomodo Cicero pro Flacco, *Census es municipia Atmynta.* *Censeri* enim pro *estimare* veteres ævo optimo videntur dixisse. ita noster in Ponticis, lib. 1. El. 111.

Est inter comites Marcia censa sua.

Fast. lib. v.

His fata Majestas, hos est Dea censa parentes.

ut quidam vetustissimi codices illic agnoscunt. Certe Harnienlis liber expressè præferebat, *quantus censeris.* Noster Trist. iv. El. v.

Cujus eram census non me censurus egerem.

quomodo restituendum puto. De eo verbo vide doctissimum & accuratissimum Gronovium in Observationibus, quæ unice huc faciunt. Heinsius.

47. *Exerces.*] Sensus est. Si habes me odio, & propter hoc parvifacis obijcere te morti: hæc tua odia sunt nimis magni precii, & nimis chara. *Constantia magno.*] Quia constant tibi vita, quæ res est magna.

48. *Si dum me fugias.*] *Me careas* præstantiores. *fugis* paulo ante præcesserat. Heinsius. *Si est vile tibi.*] Id est, si parvi facis.

49. *Iam venti.*] Dicit cito cessaturam

Cæruleis Triton per mare curret equis.
 Tu quoque cum ventis utinam mutabilis esse!
 Et, nisi duritia robora vincis, eris.
 Quid? si nescieris, insana quid æquora possint?

50

EX-

ram tempestatem, indeque eum tutius
 navigaturum. *Ponent.*] Id est, quies-
 centem. *Ponent ventis.*] Sic Virgil. 7. *Æneid.*

*Tum ventis posuere, omnisque repente re-
 sedit*

Flatus. —
 ubi dissimulatur accus. c. Freta Vel
 fluctus. *Ovid.* sic contra ferre, flare si-
 gnificat.

— *feret vento mora ne quæ ferenti.*
Srvataque.] Id est, multum quæta.

50. *Triton.*] Deus maris, Neptuni ex
 Salacia dea maris filius, & ejusdem tu-
 bicen. *Ovid.* 1. *Metam.* *Curret.*] Celeri
 curru ibi per mare. *Equis Cæruleis.*] Id
 est, delphinibus junctis ad currum in
 loco equorum.

52. *Eris.*] Scilicet mutabilis. *Nisi
 vincis.*] Id est, nisi es durior robotibus
Robora.] Species arboris est.

53. *Quid si nescires.*] Nescieris tres
 libri. bene. ultima producta, ut *Art.*
Am. 1.

Es quæ nescieris, ut bene nota refer.
Met. x.

*Forſitan audieris aliquam certamine cur-
 ſus.*

Veloces superasse viros. similiter in *dederis*,
tuleris, alibi produxit ultimam. Eodem
Artis Amatoris libro,

Aut non tentaris, aut perſice.
 quod etiam librarii interpolant. Re-
 medio *Amoris*,

*Quid, quod, ut abſueris, avidus ſitienſ-
 que redibis?*

quomodo & illic meliores libri. *Pont.*
 lib. 1. *El.* ix.

*Nec tu credideris urbana commoda vita
 Quæcere Naſonem.*

Seneca Thyeste,

*Nec quod nefandas hauſeris angis da-
 pes,*

Quod non pararis.

ita veterrimus codex. vulgati tangit.

Trist. iv. *El.* ult.

Quem legis, ut novis, accipe poſteritas.
Art. i.

Ut puto non poteris ipſa reſerre vicem.
Faſt. i.

Hanc ſumam ut novis officiūque meum.
lib. ii.

Quæ poſtus fueris in ſtatione man.
 &

*Hæc ubi præſtiteris, ut tandem littora
 tamas.*

Epistoła Ariadnes. cum optimis codi-
 cibus.

Cum ſteteris urbis caſus in arce tua.
Amorum lib. i. *El.* iv.

*Quæ tu reddideris, ego primus pocula
 ſumam:*

*Et quæ tu biberis, hæc ego parte bi-
 bam.*

Eleg. viii.

*Cum multa abſuleris, at non tamen om-
 nia donet.*

& ibidem,

*Hæc ubi præſtiteris, uſu mihi cognita
 longo.*

Similiter in *tentatis*, *dederis*, *præſti-
 teris*, *abſueris*, *ſteteris* reddideris,
abſuleris, tertiam aut quartam ſylla-
 bam interdum producebant. noſter
 lib. vi. *Met.* *viam dederis in undis.*

Ponticorum lib. iv. *El.* v.

Conſulis ne limen contigeris, eris.
Ibid.

Cum maris Ioni transferis aquas.
 ſic oderimus & erimus tertia & ſecunda
 producta apud Paulinum carmine Sap-
 phico ad Nicetam,

*Et quia ſpes jam rapitur tenendi,
 Urget adſectus, placitis ſavere,
 Iam vias illas licet oderimus,*

Quæ rapiunt te.

& poſtea eodem carmine,

*Quæque contendes, comites criminos
 Eilioris arce.*

ita

Expertæ toties tam male credis aquæ ?
 Ut pelago suadente etiam retinacula solvas, 55
 Multa tamen latus tristitia pontus habet.
 Nec violasse fidem tentantibus æquora prodest.
 Perfidiaæ poenas exigit ille locus.
 Præcipue cum læsus Amor: quia mater Amoris
 Nuda Cytheriacis edita fertur aquis. 60
 Perdita ne perdam timeo, noceamve nocenti ;
 Neu bibat æquoreas naufragus hostis aquas.
 Vive, precor: sic te melius, quam funere, perdam.
 Tu potius leti causa ferare mei.
 Finge, age, te rapido (nullum sit in omine pondus) 65
 Turbine deprendi: quid tibi mentis erit?
 Protinus occurrent falsæ perjuria linguæ,
 Et Phrygia Dido fraude coacta mori.

Con-

ita utroque loco veterrimus codex Voffianus Longobardicus literis exaratus. Priori *coactam*, posteriori, *comites ferremur mente sequari* in vulgatis substituerant. Atque hæc ad hunc locum. *possunt* etiam pro *possent* meliores libri. *Heinsius.*

54. *Tam male.*] Id est, tam cum periculo tuo.

55. *Ur.*] Id est, quamvis. *Etiam pelago suadente.*] Id est, etiam mari tranquillo: quia tunc videtur suadere nobis navigationem.

57. *Nec prodest.*] Id est, nocet. *Tentantibus.*] Ingredientibus: Virg.

Tentanda fuga canis aquora Calchas.

59. *Quia mater Amorum.*] Amoris concinnus libri quatuor. *Heinsius.*

60. *Edita.*] Scilicet genita. *Aquis Cytheriacis.*] Hoc secundum fabulam dixit, quam Servius in 5. Æneid. refert. Inde & Virg. lib. supradicto. *Fas omne est Cytheren tuis te fidere regnis, Unde genus ducis.* 1. Æneid. *Hub.*

61. *Perdita ne perdam timeo.*] 1129@ à voluntate. Nolle, inquit, etsi Æneas ne fugit, ut mea causa periret. *Ant.*

63. *Vivis precor.*] Conciliat sibi Æ-

neam, optans ei vitam. *Sic.*] Scilicet vivendo. *Quam funere.*] Quam morte: id est, melius est quod caream te vivo, quam mortuo.

64. *Causa ferere.*] *Ferare* Junianus & Douzæ codex. ut sit optantis. mox pro *rapido* Argentinenfis & unus Patavinus *trepido*, ut ad omen referatur. *Heinsius* *Ferare.*] Id est, dicere. potius scil. quam ego dicar esse causa tuæ mortis.

65. *Finge.*] Artificiose ei commemorat recordationem conscientiaæ in magnis periculis. *Finge.*] Animo tuo cogita.

66. *Te deprendi.*] Usus est verbo nautico: nam navigantes deprehendi dicuntur. *Deprendi.*] Occupari, opprimi, præverti. sic Virgil.

Argolicove mari deprentus —

67. *Protinus occurrent.*] *Occurrent* scripti omnes. *Heinsius.* *Occurrent.*] Venient in mentem.

68. *Et Phrygia Dido.*] Dido coacta mori fraude Phrygia, id est, fraude tua, nam Æneas Phrygius est. *Hub.* *Et Phrygia Dido fraude coacta mori.*] Fabulosum & plane falsum est Didonem ab Ænea adamatam fuisse, cum certum atque ex-
 plora-

Conjugis ante oculos deceptæ stabit imago

Tristis, & effusis sanguinolenta comis.

Quicquid id est, totum merui, concedite dicas:

Quæque cadent, in te fulmina missa putes.

Da breve sævitæ spatium pelagique tuæque :

Grande moræ pretium tuta futura via est.

Nec mihi parcatur; puero parcatur Iulo.

Te satis est titulum mortis habere meæ.

Quid puer Ascanius, quid Dî meruere Penates?

Ignibus creptos obruet unda Deos.

Sed neque fers tecum: nec, quæ mihi, perfide, jactas,

Presserunt humeros sacra paterque tuos.

Omnia mentiris. nec enim tua fallere lingua

Incipit à nobis; primaque plector ego.

Si quæras, ubi sit formosi mater Iuli :

Occidit

ploratum sit Æneam ante urbis Romæ primordium anno 400. eoque amplius in Italiam venisse. Carthago autem ante Romam annis 72. vel, ut aliis placet 97. condita est. Unde probabiliter colligitur Didonem ab Ænea nec amari, nec videri potuisse. *Cicero. Cæcilia mori.* Hinc *Buchan. Epigr. lib. 2.*

Casta, decens, generosa animi, Phœnissa peregi

Famula, magnanimis vix imitanda viris.

At, tu, sacratam, Maro, labe adspargere famam

Conaris, fama non sine labe tua.

70. *Sanguinolenta.*] Utpote quæ tui causa se interfecerit.

71. *Quicquid, id est, totum merui.*] Puteaneus *Quid tanti est? totum & emendatum postea, totum.* quomodo & scriptum alii. Jureri Excerpta, *Quid tamen est totum.* Latet mendum. dicas etiam pro *dicas* Puteaneus, & quatuor alii, quod sequens versus requirit. & cadent Hainsius. *cadunt* duo alii. Hainsius. *Merui totum?*] Id est, jure patior.

73. *Da breve.*] Prescribit modum petitionis suæ. dicit enim, se non petere

ut Æneas perpetuo maneat, sed tantum differat, donec ira ipsius Æneæ & pelagi aliquantulum fuerit remissa. *Brevi spaciū.*] Virgil. 4. Æneid.

Quò ruit? extremum hoc misera det manus amanti:

Expositæ facilemque fugam, ventosque ferentes.

Tempus inane peto. requiem, spatiumque furori.

74. *Grande mora.*] Sensus est, Hæc mora erit utilis, quia postea habebis navigationem tutam. *Via.*] Navigatio.

75. *Nec mihi tu parcas.*] Tu cura Puteaneus & alii nonnulli ex potioribus. Codices Andreæ Schotti in Observationibus *Nec mihi parcamur.* non inventi sunt. quomodo & tres ex nostris Hainsius.

76. *Titulum.*] Nomen & famam.

77. *Quid merere.*] Scilicet ut subreptionis periculo à te objiciantur. *Penatus dii.*] Quos tecum, ut dicis, portas.

78. *Ignibus.*] Incendiis Trojanis.

82. *Nec incipit à nobis.*] Quia jam est assueta fallere alios.

83. *Si quæras.*] Probat quod alias deceperit. *Mater.*] Creusa.

85. *Hæc*

Occidit à duro sola relicta viro.

Hæc mihi narraras : at me movere merentem. 85

Illa minor culpa poena futura mea est.

Nec mihi mens dubia est, quin te tua numina damnent.

Per mare, per terras septima jactat hiems.

Fluctibus ejectum tuta statione recepi,

Vixque bene audito nomine, regna dedi. 90

His tamen officiis utinam contenta fuisssem :

Et mihi concubitûs fama sepulta foret !

Illa dies nocuit, qua nos declive sub antrum

Cæruleus subitis compulit imber aquis.

Audieram vocem ; Nymphas ululasse putavi. 95

Eumenides fatis signa dedere meis.

Exige læse pudor poenas, violate Sichæo :

Ad

85. *Hæc mihi narrabas.*] Narrabas meliores. Hæc etiam, quod non placet, ut nec *merere* pro *molere*. Sequenti versu Puteaneus, pro *illa* habet *Ure*.

Ure : minor culpa poena futura mea est. Ut Creusam igne absumtam illi oblique exprobrat. Mezeriacus in Gallico ad has Epistolas commentario Puteaneum codicem minus diligenter visus est consuluisset. Septem libri *Inde minor*, duo, *Unde*, unus *Atque*, alius *Ipsa*. Viderur aliud quid latere. *Heinsius*. Hæc] Scil. Creusam esse relictam. *At me movere*.] Alii *movere* : alii *merere* legendum putant, quasi dicat, Narrabas mihi, Creusam à te relictam : sed ego non solum fui tibi uxor, sicut ipsa, sed ego tibi præstiti beneficia, unde majorem poenam es daturus, quod me deceperis & dereliqueris, quam quod illam reliqueris. *Merentem*.] Id est, præstantem tibi beneficia.

86. *Ille poena.*] Quam tu dabis, & patieris propter Creusam relictam.

87. *Quin te tua numina damnant.*] *Munera* muki ex scriptis. Puteaneus, *Quin te te munera damnant*, quod non allequor. De diis certe Æneæ comitibus jam supra egerat. *Heinsius*.

89. *Tuta statione.*] Portum Carthagi-

nensem intelligit. *Ant.*

91. *Hu officiu.*] Scilicet quod te hospitio excepi, & regna dedi.

92. *Fama.*] Quæ jam sparsa & vulgata est, me tecum concubuisse.

93. *Ille dies.*] Commemoræ tempus, quo primum se cum Ænea commiscuit. *Nocuit.*] Virgil.

Ille dies primus leti, primusque malorum causa fuit.

Declive.] Id est, in speluncam.

94.] *Caruleus.*] Obscurus. *Caruleus.*] Virgil. 4.

Olli caruleus supra caput adstitit imber.

Quem nigrantem dicit. lib. 4.

Hu ego nigrantem commissa grandine nimbum

Desuper infundam.

sic & *caruleæ* naves : quæ Homero nigra dicuntur.

95. *Audieram voces.*] Vocem meliores. *Heinsius*. *Audieram voces.*] Id est, clamorem. *Nymphas ululasse putavi.*] Virgil.

Summoque ululatus vertice Nympha.

96. *Eumenides.*] Quasi dicat, non fuerunt nymphæ, sed furæ, quæ signa dederunt. *Fati mei.*] Id est, infelicitati.

97. *Exige.*] Non ad Sichæum, ut quidam male existimant : sed ad pudorem à

(c

Ad quas (me miseram!) plena pudoris eo.
 Est mihi marmorea sacratum in æde Sichæus :
 Appositæ frondes velleraque alba tegunt. 100
 Hinc ego me sensi noto quater ore citari :
 Ipse iuno tenui dixit, Elissa veni.
 Nulla mora est; venio. venio tibi debita conjux :
 Sed tamen admissi tarda pudore mei.
 Da veniam culpæ; decepit idoneus auctor. 105
 Invidiam noxæ detrahit ille meæ.
 Diva parens, seniorque pater pia sarcina nati,
 Spem

se violatum, sermonem convertit. *Pa-*
der.] Virgil.

Ante pudor, quam te violam, aut ima
jura resolvam.

Violate Sichæus.] *Sichæus* veteres omnes.
 quod notandum. *Heinsius.*

98. *Ad quem me miseram!*] *Ad* quas
 scripti, ut de poenis agx. bene. *Hein-*
sius.

99. *Est mihi.*] Dicit Dido se vocatam
 fuisse noctu à simulachro mariti, quod
 in domo colebat summa veneratione.
Sichæus.] Virgil. 4.

Præterea fuit in tellis de marmore tem-
plum,

Conjugis antiquæ, miro quod honore co-
lebat,

Velleribus mœvis, & festa fronde revin-
ctum.

100. *Apposita frondes.*] *Apposita* qua-
 tuor libri. & placet. sic *apposita humus*
 superiori epistola v. 26. ex membran. *Art.*
Am. lib. III. ex iisdem,

Surgis & apposita æquato corpore fran-
des

Movet.

Nofter Fast. III.

Nymphas

Hanc frondem cuius apposuisse ferunt.
ita scripti. Fast. IV.

Sensit & apposita textu sua corpora
myrto.

quomodo meliores lib. *Trist. III.*
El. I.

Cui tamen apposita velatur janna lauro.

quod & ibi codices emendatioris agno-
 scunt. sic *apposita salutarum* quoque le-
 gendum puto apud Aufonium Perioch.
Odyss. VI. Fast. VI.

— crescebas imagine luctus :

Donec tam appositis occurrere togis.

Sic scribendum opinor, non *posui.* E-
 pistola OEnones.

Non sic appositis vincitur viribus ul-
mus.

Plura Epistola Deianiræ. *yl. 60. & A-*
mor. III. El. VI. Heinsius. Vellera.] *La-*
næ. Tegunt.] *Ornant.*

101. *Hinc.*] Ex illa æde. *Noto ore.*] *Id*
est, notis verbis. Virg.

Hinc exaudiri voces, & verba vocantis
Visa viri, &c.

102. *Elisa.*] Hoc enim fuit prius no-
 men Didonis : nam postquam Cartha-
 ginem condidit, Dido appellata est :
 quod nomen lingua Punica significat
 viraginem.

103. *Nulla mora.*] Dicit se paratam
 mori, ut sit cum Sichæo : quod etiam li-
 bentius & celerius faceret, nisi pudici-
 tiam amisset. *Hab.*

104. *Admissi.*] Impudicitiz crimi-
 nis. *Ant.*

105. *Da veniam.*] Ad Sichæum lo-
 quitur. *Idoneus.*] Cui credendum quis-
 que putaret.

107. *Diva parens.*] Enumerit ea quæ
 fecerunt fidem. *Diva.*] Non mortalis.
Pia sarcina.] Pium onus : id est, pater,
 quem humeris suis se gestasse dicebat.

108. *Spem.*]

Spem mihi manfuri rite dedere viri.

Si fuit errandum, causas habet error honestas:

Adde fidem; nulla parte pigendus erit.

110

Durat in extremum, vitæque novissima nostræ

Prosequitur fati, qui fuit ante, tenor.

Occidit internas conjux mactatus ad aras :

Et sceleris tanti præmia frater habet.

Exul agor; cineresque viri patriamque relinquo : 115

Et feror in duras hoste sequente vias.

Appli-

108. *Spem.*] Neque videbatur, qui talia fecisset, posse quenguam decipere.

109. *Si fuit errandum.*] Quasi dicat, si ob ullam rem debui non servare quod Sichæo promiseram : in hoc erravi. *Honestas.*] Probabiles.

110. *Adde fidem.*] Quam dedit mihi id est, adde quod mihi juravit. *Adde fidem.*] Si datam fidem servet. *Nulla parte pigendus erit.*] Pigendus amor, quatuor scripti, vide notas Epistola v. §. 44. *Heinsius.*

111. *Durat.*] Dicit se esse infœlicem usque ad ultimum vitæ spiritum, & enumerat seriem suarum infœlicitatum. *Novissima.*] Ultima : id est, usque ad mortem.

112. *Tenor fati.*] Ordo, & continuatio.

Illuxisse dies, alimve habuisse tenorem
Crediderim. Virgil. 2. Georgic.

Et Ovid.

— *Inceptum petragit fortuna tenorem.*

113. *Occidit internas conjux mactatus ad aras.*] In terras Puteaneus cum aliis plerisque, quinque libri *ad terras*, quatuor *in terris*, duo *in terra*, *externas* totidem. Mycillus *Herculeus* reponit. Forte rescribendum *Hercæas ad aras*. Ara enim in interiori parte zdium dedicabatur Jovi Hercæo. Talis illa, ad quam à Neopolem interfecit Priamus. Noster in Ibo de Priamo,

Qui nihil Hercæi profuit ara Jovis.

neque ira passim, cum extrema Priami describunt auctores. Hefychius, Ἡρκαίου νόβαλ' ὁλοῦς, οἰκία, τοῦ Ἰδίου, σι-

θανὸν δώμας. Idem, Ἐπαύει δὲ τὸ ἀσφαλίς τὸ παρὰ τὴν οἰκίαν. Ἰσὶ δὲ ἰσκαί' ἔστι παρὰ Ἀθαναίοις. Vide & Harpocrationem in eadem voce, & Suidam, & Etymologici auctorem, & Eustathium in Iliada atque Odyssæam. Unde liquet Latine sine diphthongo id nomen scribendum. Lucanus lib. 12. de Cæsare Troadem transeunte,

Hercæas monstrator ait, non respicis aras ! ubi pari modo quo Ovidius, *Hercæas aras* dixit pro *aris Hercæi Jovis Festus* : *Hercæus Jupiter intra conspectum domus cuiusque colebatur, quem & Deum penetralem appellabant.* Servius in lib. 11. *Æn. Singula domus sacra sunt Diis, ut culina diis Penatibus, maceris, quæ ambit domum, Hercæo Jovi.* Heinsius. *Occidit.*] Intipit enumerare infortunia, inter quæ primum ponit mortem mariti sui Sichæi, quem nullo amore dilexit. *Occidit.*] Perit *Maestas.*] Tanquam victima interfectus. *Internas ad aras,*] Id est, ante Deos penates. Virg. vide lib. 4. *Æneid.*

114. *Frater.*] Scilicet meus, quod magis est dolendum. *Præmia.*] Nomen & titulum.

115. *Exul agor.*] Narratio est reliquarum infœlicitatum. Expellor à patria, nam crudelitas fratris coegit eam fugere, suadente Sichæi imagine, quæ Dido noctu apparuit, & omne facinus Pygmalionis enarravit.

116. *Et feror.*] Amplificatio infœlicitatis : dicit enim se non habuisse locum certum, quo iret, neque etiam turo navigasse. *Hoste sequens.* Id est, fratre

G

Pygma-

Applicor ignotis : fratrique elapsa fretoque,
Quod tibi donavi, perfide, littus emo.

Urbem constitui; lateque patentia fixi

Moenia, finitimis invidiosa locis.

120

Bella tument : bellis peregrina & foemina tentor :

Vixque rudes portas urbis & arma paro.

Mille procis placui : qui me coiere querentes

Nescio quem thalamis præposuisse suis.

Quid dubitas vinctam Gætulo tradere Iarbæ?

125

Præbuerim secleri brachia nostra tuo.

Est etiam frater; cujus manus impia possit

Respergi nostro, sparsa cruore viri.

Pone Deos, & quæ tangendo sacra profanas:

Non

Pygmalione. *In duras hoste sequente vias.*]
In ambias vias, Basilicenis. sic sæpe alibi,
ut & *fallaces vias*, quoties de mari agitur.
Heinsius.

117. *Applicor ignotis.*] Puto Ovidium
scripsisse, *Applicor his oris.* ut apud Vir-
gilium,

— *Qua vis immanibus applicat oris?*
Heinsius. *Elapsa.*] Clam & cum difficultate crepta.

118. *Emo.*] Sic legendum est in præ-
senti tempore, sicut & supradicta verba:
quod etiam ratio carminis exigit. *Hub.*

120. *Invidiosa.*] Quæ sua magnitudi-
ne vicinis moverent invidiam.

121. *Bella tument.*] Hyarbas, quoniam
contemnebatur ejus conjugium, bellum
Carthagenensibus minabatur : ut auctor
est Trogus. *Virg.*

Quid bella Tyro surgentia dicam. *Ant.*

123. *Qui in me coiere querentes.*] Alii
codices *me cupiere vel petiere.* sed vera le-
ctio est vulgata, si *Tô* in tollas ex aucto-
ritate optimorum exemplarium. Refer
autem *me* ad querentes non ad coire. *Coire*
pro convenire. *Met.* VIIA.

*Lella manus juvenum coiere cupidine lan-
dis.*

ut & illic scribendum. lib. XIV.

— *Coirent, & sacra trahesque
Conjiciunt.*

Virgil. *Æneid.* VII.

*Undique collecti coirent, Martemque sa-
rigant.*

Fast. IV.

Mille manus coeunt. Heinsius.

Querentes coiere.] Conspirant in me non
sine querela, quoniam tua causa con-
tempti sunt.

124. *Nescio quem.*] Cum *Æneam* si-
gnificet, ignorantiam fingit, ut dete-
riora melioribus præposuisse videatur.
Ant.

125. *Quid dubitas.*] Pietatem in *Æ-
nea* deprimit : cum præsentibus pericu-
lis non modo bene meritam non eri-
piat, sed in illa conjiciat. *Ant.* *Gætulo.*]
qui imperat Gætuliz, quæ est pars A-
fricæ.

126. *Præbuerim.*] Pro præbebo. *Scelo-
ritus.*] Ecce hoc verbo magis prohibet,
quod videtur concedere. *Hubert.* *Nostra
brachia.*] Translatio est ab iis qui duello
superati, vincienda præbent membra.

127. *Est etiam frater.*] Pygmalion, in-
quit, paratus est ad exitum meum. *Ant.*
Cujus manus impia possit.] Possis constan-
ter libri veteres, quos sequor. *Heinsius.*

128. *Sparsa.*] *Fœdatis Viri.*] Mariti
mei Sichæi, quem interfecit.

129. *Profanas.*] Quia ab impiorum
manibus Dei tangi indignantur.

131. 53

- Non bene cælestes impia dextra colit. 130
 Si tu cultor eras elapsis igne futurus;
 Pœnitet elapsos ignibus esse Deos.
 Forſitan & gravidam Dido, ſcelerate, relinquo;
 Parſque tui lateat corpore clauſa meo.
 Accedet fatiſ matris miſerabilis infans; 135
 Et nondum nato funeriſ auctor eris.
 Cumque parente ſua frater morietur Iuli;
 Pœnaque connexos auferet una duos.
 Sed jubet ire Deus. vellem vetuiſſet adire;
 Punica nec Teucris preſſa fuiſſet humus. 140
 Hoc duce (nempe Deo) ventis agitaris iniquis,
 Et teriſ in rapido tempore longa freto.
 Pergama vix tanto tibi erant repetenda labore,
 Hectore ſi vivo quanta fuere forent.
 Non patrium Simoënta petiſ; ſed Tybridis undas. 145
 Nempe,

131. Si tu.] Senſus eſt, Dei nolent ſe eſſe liberatoſ ab incendio Trojano. Si tu.] Scilicet ſceleratoſ & impiuſ. Ign. [Quia mallent ſe eſſe combuſtoſ, quam habere talem cultorem.

135. Miſerabilis.] Quia nulla culpa ſua monetur.

136. Et nondum nato funeriſ.] Scribe nato. ut ambiguitaſ vitetur. Heinſius.

137. Frater Iuli.] Qui erit ex te genituſ, ſicut Iulus. Cum ſua parente.] Id eſt, moxum, quæ ſum mater ejus.

138. Una pœna.] Id eſt, una moſ. Commuſ.] Conjunctoſ, matrem ſcil. & filium.

139. Sed jubet.] Objeſtio, quam poſſet facere Æneas. Deus.] Mercuriuſ. Vel certe Apollinem intelligi, cujuſ juſſu petebat Italiam: ut ipſe apud Virg. l. 4.

Sed nunc Italiam magnam Græcuſ Apollo,

Italiam Lycia juſſere capeſſere ſorteſ.

141. Hoc duce.] Nempe Deo. Ironiam perficit. Si iſ eſſet Deus, inquit, quem ſequeris, non ſeptem annis per ſummaſ procellaſ veniſſet Italiam quætereſ. Ant.

143. Tanto labore.] Quæſo petiſ arva aliena.

145. Non patrium Simoënta petiſ, ſed Tybridis undaſ.] Argentinenſiſ liber bibuſ. quomodo & Gronovianuſ pro di-verſa leſione. Scribe bibuſ. Epiſtola Med.

Græque Phæſiacam turba bibiſtiſ aquam. Art. Amand.

Sed neque Canaſciâ docto de ruſo puellaſ, Quæque bibant undaſ, Myſe Cance, tuuſ.

Virgiliuſ,

Aut Ararin Parthuſ bibet; aut Germania Tigrim.

& alibi,

Qui Tiberim Fabarimque bibant.

Claudianuſ,

— Patriamque bibent Maeiſin Alamuſ.

Exempla propemodum infinita ex Græciſ Latiniſque poëtiſ poſſent proferri, ſi liberet in re protriſ morari. Hoc primum. deinde optimuſ Puteaneuſ Tybridis undaſ. egregiè. ſic Cephiſidaſ undaſ noſter dixit libro primo Met. & Lucanuſ libro III. Maeiſidaſ undaſ, ex veteri codice,

Nempe, ut pervenias quo cupis, hospes eris.
 Utque latet, vitatque tuas abstrusa carinas,
 Vix tibi continget terra petita seni.
 Hos potius populos in dotem, ambage remissa,
 Accipe; & advectas Pygmalionis opes. 150
 Ilion in Tyriam transfer felicius urbem:
 Inque loco regis sceptrum sacra tene.
 Si tibi mens avida est Belli, si quærit Iulus
 Unde suo partus Marte triumphus eat;
 Quem superet, ne quid desit, præbebimus hostem. 155
 Hic pacis leges: hic locus arma capit.
 Tu modo, per matrem, fraternaue tela sagittas,
 Perque fugæ comites Dardana sacra Deos:

(Sic

Quaque fretum torrens Mætidæ ægeri undas.

& *Garamantis undas* l. 1x. idem. Heinf.

146. *Ur.*] Id est, quamvis. *Quo cupis.*] Scilicet ad Italiam. *Hospes.*] Novus, & advena.

147. *Utque latet refugique tuas.*] *Vitatque tuas* Putaneus & alii quidam. sic Virgilio.

Italiam sequimur fugientem.
abstrusa etiam meliores. Alii aliter, eodem tamen omnes sensu hunc versum libri exhibent. Heinf.

148. *Seni.*] Vix senex in Italiam venies. *Ant.*

149. *Hos populos potius in dotem ambage remota.*] Potius populos cum quibusdam lege, ut versum consulatur. *ambage remissa* deinde meliores. & *Pygmalionis* sequenti versu Putaneus. sic incipit opus remittere, & remittere concepta fila noster alibi de quo diximus ad lib. 11. Ant. Am. v. 79. sic Fast. 11.

— *sed verum ambage remota*

Abdidit, & dubio terruit ore virtum.
 ubi vetus liber *remissa* similiter. pro *advectas opes* libri multi *adductas*. prima editio *adultas*. Scribo *avolitas opes*. Heinf. *Hos.*] Meos. *Remissa.*] Omisita. *Ambage.*] Circuiri.

150. *Opes Pygmalionis.*] Quas Pygma-

lion cupiebat & sperabat.

151. *Ilion in Tyriam.*] Sic Virgil. 1.

Ilion in Italiam portans.

In Tyriam urbem.] Id est, in Carthaginem, quam Tyriam à conditoribus appellavit. *Ilion.*] Id est, res Ilienses, & esto hujus loci rex.

152. *Inque loco regis sceptrum sacra tene.*] In Putaneo rotus hic versus erat et alius, sed sic ut liqueret scriptum fuisse *sceptrumque sacra*. quod & in aliis plurimis extat. Reliqua à me legi non potuerunt. At Salmasius monet à manu prima fuisse *Nomine corregio*. Unde is faciebat *Nomine cum regis*. Forte *Nomine & hanc regis*. Leidentis hancque loca. Barberin. & Voss. *Inque locum*. Heinf. *Sacra.*] Venerabilia: quia omnes reges erant sacri.

155. *Quem superet.*] *Quod superest* Putaneus & alii ex melioribus. Forte *Quas superet hostes*. Heinf. *Nequid desit.*] Id est, ut omnia habeas, scilicet regnum, & etiam opportunitatem victoriarum & triumphorum.

156. *Hic pacis.*] Id est, & paci & bello convenit. *Hic locus.*] Noster.

157. *Tu modo per patrem.*] Imo matrem cum novem scriptis. De patre mox ager. Erfurtanus per *Venerem*. Heinf. *Fraterna tela.*] Cupidinis, quem *Æneæ* fratrem diximus.

160. *Danm*

(Sic superent quoscumque tua de gente reportas,
 Mars ferus & damni sit modus ille tui, 160
 Ascaniusque suos feliciter impleat annos,
 Et senis Anchisæ molliter ossa cubent)
 Parce precor domui, quæ se tibi tradit habendam.
 Quod crimen dicis, præter amasse, meum;
 Non ego sum Phthias, magnisque oriunda Mycenis: 165
 Nec steterunt in te virque paterque meus.
 Si pudet uxoris; non nupta, sed hospita dicar.
 Dum tua sit Dido, quidlibet esse feret.
 Nota mihi freta sunt Afrum frangientia littus :

Tem-

160. *Damni sit modus ille tui.*] *Damnis* tuus Esfuranus & aliter Lovaniensis. rectius. *Heinsius.* Tui *damni.*] Id est, ultra illud bellum nullum unquam patiaris *damnum.*

161. *Suos annos.*] Natura vel fato sibi dedixos.

162. *Molliter.*] Talia enim mortuis precari solebant. *Cubent.*] Id est, quiescant.

163. *Damni.*] Scilicet meæ. *Habendam.*] Possidendam.

165. *Non ego sum Phthias.*] *Phthias* Puteaneus cum emendationibus novem aut decem aliis. vere. *foemina Phthias & Phthioris.* Euripides *Andromacha* choro primo, nam apud alios vix occurrir :

Φθιάς ἔμενος ὁμολογεῖσθαι πάντας Ἀσιωτῆ-
 σα Γύναι.

Ad te Phthias ego quæcumvis Asiatica veni. *Heinsius.*

Non ego.] Dixi se non fuisse hostem Trojani nominis, nec natam in locis hostilibus. *Phthias.*] Urbe Thessaliæ, unde Achilles dicitur. *Virg.* 1 *Eneid.*

Cum domus Affuarii Phthiam, claresque Mycenæ.

Servilio premet.

166. *Nec steterunt in te.*] Steterunt Puteaneus & Leidensis. recte *Virgil.*

Obstupui, steterunquæ comæ.

sec *Quæstus* Epistola OEnones ex veteri libro. & *Vagierunt* in Fastis. sic apud

Statium Theb. 111. v. 302. *Exciderunt.* *Theb.* v. 274. *Absciderunt.* l. xii. v. 167. *Horruerunt.* Epist. Medæ ex veteri libro, *Nossum? an exciderunt mecum loca?*

Epistola *Hypermetestæ* v. 72. *Expulerunt.* Ep. *Acontii.* v. 242. & Ant. Am. 111. 405. *fuervnt.* & v. 188. *Exciderunt.* *Mollierunt* Amor. 11. El. 1. *Terruerunt.* lib. 111. El. v. *profuerunt.* Remed. 263. *præbuerunt.* Ep. 11. v. 141. *Contigerunt.* Fast. 1. v. 592. *Vagierunt.* Fast. 11. v. 505. *horruerunt.* Fast. 11. v. 502. *annuerunt.* Fast. 11. v. 497. *audierunt.* Fast. 111. v. 65. *finierunt.* Fast. 111. v. 231. *polluerunt.* Fast. 111. quæ loca in vulgatis libris sunt depravata. Plura alibi dicemus. *Heinsius*

167. *Si pudet uxoris.*] Id est, si pudet te habere me nomine uxoris. *Hospita dicar.*

— cui me moribundam desoris, *hospes?*
Hoc solum nomen quoniam de conjuge restat.

Non jam conjugium antiquum, quod prædedit, oro.

168. *Quidlibet esse feret.*] Quodlibet Puteaneus & alii meliores. *Propertius* tamen,

Si cuivis nupta quidlibet esse licet.

sed & ibi forte scribendum quod *libet.* *Heinsius.*

169. *Nota mihi.*] Arguit à natura maris Libyci, non esse nunc navigandum, sed differendum. *Afrum frangientia littus.*] Alii *tangientia.* Puto scribendum *plangientia.* Epistola *Herus,*

Temporibus certis dantque negantque viam. 170
Cum dabit aura viam; præbebis carbasa ventis.

Nunc levis ejectam continet alga ratem.
Tempus ut observem, manda mihi; certius ibis:

Nec te, si cupies, ipsa manere sinam.
Et focii requiem poscunt, laniataque classis. 175

Postulat exiguas semirefecta moras.

Pro meritis, & siqua tibi debebimus ultro,

Pro spe conjugii tempora parva peto.
Dum freta mitescunt, & Amor: dum tempore & usu 180

Fortiter edisco tristitia posse pati.

Sin minus; est animus nobis effundere vitam.

In me crudelis non potes esse diu.

Adspicias utinam, quæ sit scribentis imago!

Scribimus; & gremio Troicus ensis adest:
Perque genas lacrymæ strictum labuntur in ensen; 185

Qui jam pro lacrymis sanguine tinctus erit.

Quam bene conveniunt fato tua munera nostro!

In-

*Me miseram! quanto planguntur littora
fœctu!*

ubi etiam franguntur in veteri libro male. Fluctus enim à littore frangi potius poëtis dicuntur, quam litus à fluctibus. quomodo *fluctifragum litus* Lucræti. *fluctus plangentes saxa* apud eundem libro 11. Heinſius.

173. *Manda.*] Committe, & da hoc negotium.

174. *Nec te, si cupias, ipsa manere sinam.*] Si cupies ipse, meliores. Heinſius.

175. *Laniata.*] Ventis quæſtata.

177. *Debebimus ultro.*] Ultro Putaneus & Argentinensis. hoc est, si quid tibi debebimus, quod vincat mea beneficium. Heinſ.

179. *Dum freta mitescunt. & amor dum temperet usum.* Fortiter ediscam tristitia posse pati.] Edisco meliores omnes. hoc primum. Putaneus deinceps priore versu *dum temperet usum.* sed sic ut in voce u-

sum prisca scriptura prorsus sit erasa. Unde Salmasius teste Mezeriaco,

Dum freta mitescunt & amor [*dum tempore & usu*

Fortiter edisco tristitia posse pati.

Cui emendationi nos subscribimus. nam & ex nostris nonnulli *temperet usum* vel *usus*. Idem. *Mitescunt.*] Fiunt tranquilla. *Ant. Et amor.*] Id est, dum assuetudine amor sit tolerabilis.

180. *Edisco.*] Consuesco.] *Tempore & usu edisco.*] Virgil. 4.

Dum mea me victram doceat fortuna dolere.

Tristia.] Tui discessus dolores. Hub.

182. *Diu.*] Quia cito moriar, & tua crudelitas non poterit nocere mihi mortui.

184. *Troicus ensis.*] Quem mihi reliquisti. *Troicus ensis.*]

— *Non hos quasitum munus in usus.* Virgil. 4.

188. In-

Instruis impensa nostra sepulcra brevi.
Nec mea nunc primo feriuntur pectora telo:
Ille locus sævi vulnus Amoris habet.

190

Anna soror, soror Anna, meæ male conscia culpæ,
Jam dabis in cineres ultima dona meos.
Nec, consumpta rogis, inscribar Elissa Sichæi;
Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit:
Præbuit Æneas & causam mortis & ense.
Ipsa sua Dido concidit usa manu.

195

188. *Instruis.*] Ornas. Hub. *Brevi impensa.*] Unius ensis munere. *Ant.*

189. *Nec mea nunc primum.*] *Primo telo* codex alter Regius, & Erfurtanus, placet. *Heinsf. Nunc primum.*] Quia etiam antea percussa sum.

190. *Ille locus.*] Id est, pectus meum. *Virgil.*

Vulnus alit venis. Hub.

191. *Anna soror.*] Ad absentem sororem est apostropha, quam cum se vellet trucidare, sub commento res magicas deferendi à se dimiserat. *Male.*] In meum exitium. *Ant. Conscia culpa.*] Nam, ut est apud virg. ei amorem suum detexit; culpam dicit, propter fidem non servatam priori marito. *Culpa.*]

Non licuit thalami expertem sine crimine vitam

Degere more feræ. 4. Æneid.

192. *Ultima dona.*] Exequias, quæ & iusta dicuntur. *Hebertus. Ultima dona.*] *Τὰ νόμιμα.* Eurip. Helen.

Quisquis bonos tumuli, quidquid solamen humandi est,
— qui solus bonos Acheronte sub imo est.

Virg. xi. Æn. Τὸ γράρας θανόντων. Hom.

193. *Nec inscribar Elissa Sichæi.*] Scil. uxor. nam in mulierum epitaphiis scribebantur nomina maritorum suorum.

194. *Carmen.*] — *Tumulo superadite carmen.* Virgil. Eclog. 5. ubi, Serv. *Duos versus carmen vocavit.* imo etiam unum versum 3. Æneid. Sic Eurip. Troad. v. 1190. Epigramma vocat.

Τὴν παῖδα τὸνδ' ἐκτείναν Ἀργεῖοι παῖς,
Δις αἰσέτες. διαχρὸν τέπιγχαμμ' ἐν
Ἐλλάδι.

195. *Causam.*] Quia cepit. *Et ense.*] Quia reliquit ense, quo se interfecit. *Hub. Causam mortis.*] Ennium commentum est. nam Dido non Æneæ causa se peremit, sed cum à suis cogere-
tur Hyarba nuptias inire, tres menses ad perficiendam rem petiit. Constituto tempore, instructa pyra in eminentiori urbis parte, convocatoque populo, cum dixisset se ad virum ire, seipsa trucidavit: ut Trogus auctor est.

196. *Ipsa per se concidit.*] Interfecit se, at tulit sibi ipsa manus.

EPIST. HEROIDUM.
EPISTOLA VIII.
ARGUMENTUM.

Hermione, Menelai & Helena filia, à Tyndaro arxo materno, cui domus sua curam commendaras Menelaus, dum ad Trojam iret, Orestis, Agamemmonis & Clytemnestre filio desponsata est; eandemque Menelaus, inscius huius rei, Pyrrho, Achillis filio quoque promisit, qui ab excidio Troja, tandem reversus Hermionem rapuit. Cum autem Pyrrhi concubium adversus amicum suum servaret, Orestisque amorem anteferet, per internuncium clam eum monet, facile sese posse vinculis Pyrrhi exsolvi. Quod etiam consecuta est. Orestes enim, Ægysibi & Matris Peracta cade, furore liberatus & expiatus, Pyrrhum in templo Apollinis interfecit, & Hermionem suam recepit.

HERMIONE ORESTÆ.

[**A**lloquor Hermione nuper fratremque virumque,
Nunc fratrem; nomen conjugis alter habet.]

Pyrrhus Achillides, animosus imagine patris,

Inclusam contra iusque piumque tenet.

Quod potui, renui; ne non invita tenerer;

Cætera fœmineæ non valere manus.

Quid facis, Æacide? non sum sine vindice, dixi:

Hæc

Primum hoc distichon ab omnibus, quos vidi, libris manu descriptis abest, nisi quod in uno meo margini est adjectus, & quidem manu recentiori. Videtur autem ejusdem notæ esse, cum his versibus, quos initio Epistolæ Oenones & Didas extare in nonnullis libris monuimus, Heinsius.

1. *Alloquor Hermione nuper fratremque virumque.*

Nunc fratrem, nomen conjugis alter habet.]

Etiam hos versus velut nothos rejiciunt, & omittunt: quod equidem miror, cum & propositionem epistolæ cum sequentibus contineant, & iisdem omnis epistola ipsa plane exiit & relinquatur. Quare nos quidem Aldi auctoritatem sequuti, apud quem idem epistolæ hujus principium est, integros ac suo loco immotos relinquimus. *Mic.*

3. *Pyrrhus Achillides.] Achillides*

bene Putemæus. sic Attrides, Egides, Pelides, Belides, Phenides, Thelides, Driantides, Promethides, Oenides, Amphiarides, & similia apud nostrum. Heinsius, Animosus.] Animi vehementis, & elati spiritus. Ant. Achilleides.] Filius Achillis.

3. *Imaginem patris.] Virgil. Instat vi patria Pyrrhus.*

5. *Renui.] Id est, recusavi.*

6. *Cætera.] Præter renuere. Fœminea.] Et ideo imbecillus. Hab.*

7. *Æacide.] Æacus Jovis & Æginæ Alopi filius, ex Endeide Chironis tres filios habuit, Peleum, Telamonem, & Phocum. Ex Peleo & Theride natus Achilles, qui Pyrrhum ex Deidamia Lycopomedi, ut diximus, genuit. Non sum sine vindice.] Habeo qui possit me ex hac contumelia liberare. Vindex est, qui servili conditione homines in libertatem vindicat, Ant.*

8. *Sub*

Hæc tibi sub domino, Pyrrhe, puella suo est.
Surdior ille freto clamantem nomen Orestæ

Traxit inornatis in sua tecta comis.

10

Quid gravius capta Lacedæmone serva tulissem,
Si raperet Grajas barbara turba nurus?

Parcius Andromachen vexavit Achaia victrix,
Cum Danaus Phrygias ureret ignis opes.

At tu, cura mei si te pia tangit, Oreste,

15

Injice non timidas in tua jura manus.

An, si quis rapiat stabulis armenta reclusis,

Arma

8. *Sub suo domino.*] Non sub te, quia alterius jam sum dicata connubio.

9. *Clamantem nomen Orestis.*] Puteaneus *Orestes*. Lege *Orestæ*. In Ibide ex scriptis,

Utque Agamemnonis vulnus dedit anguis Orestæ.

Orestes, Orestæ, Thyestes, Thyestæ. Geriones, Gerionæ. Pylades, Pyladæ. Trist. lib. 1. El. VIII. ex membranis.

De comite Argolici postquam cognovit Orestæ.

& Amorum lib. 11. El. VI. ut optima membranz,

Quod fuit Argolico juvenis Phocæus Orestæ.

apud Martialem duo veterrimi codices lib. VI.

Nec melior rhombus, turdusve dabatur Orestæ.

sic & *Thyestæ* apud eundem alibi non uno loco. Idem lib. IX. Ep. 11.

Quid quod nil unquam Pylades donavit Orestæ.

ita sensus jubet esse legendum. neque aliter vestigia veterrimi codicis Puteanei. in quo *Pila donabitur esse*. vulgati *Pyladi donavit Orestes*. Pont. lib. 11. El. 111. cum optimo codice,

Adfuit insano juvenis Phocæus Orestæ.

hinc & *Orestæ* non semel in quinto casu apud nostrum. At Patavinus liber habet nomen *Orestis*. Quomodo Priscianus, *Bootes*, *Boetæ*, & *Booti* ex Ciceronis *Atticis* notat, ut *Ulysses*. *Ulyssi*, & si

milia. *Noster* in *Ibin*,

— *sic quod Pelopon Thyestæ.*

ita enim libri veteres postea, referas exempla *Thyestæ*. & *olla Thyestæ* apud Persium. Hinc *Thyestæ*. in vocativo, ut apud Ciceronem *Tusculanis*, & Senecam in *Thyeste* saepe. sic Idem Cicero *Philoctetæ* quoque iisdem libris in vocativo. hinc *Philoctetæ* fama nostro Pont. 111. El. 1. & *Philoctetæ* crura Propertio, & *Philoctetæ* murus Virgilio. sic & *Polydectæ* noster ex auctoritate veterum codicum quinto casu lib. V. Met.

— *O parva restor Polydectæ Scripsi.*

Geriones, Gerionæ. Virgil. lib. VIII.

Tergemini nece Gerionæ. —

& apud Senecam *Agamemnone*, *Hesperium pecus Gerionæ*. ut illis locis legunt optimi Medicæi codices. Priscianus *Periegesi*, etiam ex veteri codice,

— *post fata perempti*

Gerionæ.

Heinsius.

10. *Inornatis.*] Solutis, & laceratis.

13. *Parcius.*] Modestius & mitius. *Victrix.*] Quæ jure victoriæ poterat esse sævior. *Hæb.*

14. *Cum Danaus.*] Id est, cum Troja igne Græco consumeretur.

15. *Cura.*] Amor.

16. *Injice manus.*] Verbum est juris. dicitur enim *injicere manus*, qui nulla judicis auctoritate expectata, rem sibi debitam vindicat. *In tua jura.*] Id est, in me vindicandam, quæ sum tua.

G 5

19. 50-

Arma feras? rapta conjuge lentus eris?
 Sit focer exemplo, nuptæ repetitor ademtæ:
 Cui pia militiæ causâ puella fuit. 20
 Si focer ignavus vidua stertisset in aula;
 Nupta foret Paridi mater, ut ante fuit.
 Nec tu mille rates sinuosaque vela pararis;
 Nec numeros Danaï militis: ipse veni.
 Sic quoq; eram repetenda tamen: nec turpe marito, 25
 Aspera pro caro bella tulisse toro.
 Quid, quod avus nobis idem Pelopeius Atreus?
 Et si non esses vir mihi, frater eras?
 Vir precor uxori, frater succurre forori:
 Instant officio nomina bina tuo. 30
 Me tibi Tyndareus, vita gravis auctor & annis,
 Tradidit: arbitrium neptis habebat avus,

At

19. *Socer.*] Menelaus, pater meus, focer tuus. *Nupta.*] Helenæ matris meæ uxoris ejus. *Adempta.*] Rapta à Paride.

20. *Cui pia.*] Hunc & sequentem versum codices plerique non agnoscunt, sed male. pro *vacua aula* tres libri vidua. Heimsius.

22. *Foret.*] Scilicet si fuisset lentus, & non curasset repetere eam armis.

23. *Non in mille rates sinuosaque vela parabis.*] Nec in meliores. deinde *pararis.* Putaneus & Barberinianus. bene. Heimsius.

24. *Nec numerum Danaï militis.*] Numeros Putaneus, Gottorphanus & Ambrosianus. sic *numeri* militares passim. Gallicani numeri. & numeri Italici ac Illyrici Ammiano. Tertullianus Apologético. Si hostes agere vellemus, doesset nobis vis numerorum & copiarum? Casiodorus lib. 1. Hist. Tripart. Romanorum cohortes nunc numeri vocantur. Numeri Græci *τάγματα*. Theophylactus in Acta Apostolorum *ἑταῖρα ὅτι οὐ καλῶς ἐν τῷ Νύμφορον*. Sequenti versu To est meliores non agnoscunt. Idem.

25. *Sic.*] Scil. cum claudibus, & nu-

mero militum, si opus esset.

27. *Quid? quod.*] Quod si jure conjugii nollet Orestes ipsam repetere, dicit, cum tamen id facere debere jure consanguinitatis: erant enim Orestes & Hermione nati ex duobus fratribus. *Atreus.*] Pater dicitur fuisse Agamemnonis, patris Orestis, & Menelai patris Hermiones. *Pelops.*] Filius Pelopis, Pelops autem filius Tantali, genuit Atreum & Thyesten. Atreus Agamemnona & Menelaum. Thyestes vero ex Pelope filia genuit Ægistum, qui postea adulter fuit Clytemnestræ.

28. *Frater.*] Id est, patruelis. nam in hoc significatu sæpe ponitur & frater & soror. *Frater.*] Sic Ajax. 13. Metam. v. 31.

— *Frater erat, fraternæ petæ.*
 & deinde v. 41.

Nos inhonorati, & domus patruelibus orbi.

30. *Instant officio tuo.*] Id est, urgente ita facere bina nomina, scil. & mariti & patruelis, sive fratris.

31. *Tyndareus.*] Avus meus maternus: nam pater fuit Helenæ.

32. *Arbitrium.*] Potestatem. *Neptis.*] Id

At pater Æacidæ promiserat infcius acti.

Plus quo, qui prior est ordine, posset avus.

Cum tibi nubebam, nulli mea tæda nocebat : 35

Si jungar Pyrrho, tu mihi læsus eris.

Et pater ignoscet nostro Menelaus amori.

Succubuit telis præpetis ipse Dei.

Quem sibi permisit, genero permittet amorem.

Proderit exemplo mater amata suo. 40

Tu mihi, quod matri pater, es : quas egerat olim

Dardanius partes advena, Pyrrhus agit.

Ille licet patriis sine fine superbiat actis;

Et tu quæ referas acta parentis habes.

Tantalides omnes ipsumque regebat Achillem. 45

Hic pars militiæ; dux erat ille ducum.

Tu

Id est mei, quæ nata sum ex ejus filia.
Hub.

33. Infcius acti.] Me tibi nupsisse
ignorabat Menelaus. Ant.

34. Plus quoque qui prior est ordine
posset avus.] Puteancus To qui non exhi-
bet. deinde posset habet, ut & alii non-
nulli. Lego :

Plus quo, qui prior est ordine, posset
avus.

& promiserit superiori versu. Heinſius.

36. Læsus.] Injuria affectus.

39. Genero permittet amorem.] Conce-
dat plerique. Heinſius. Genero.] Tibi.

40. Mater.] Mea Helena. Suo exem-
plo.] Quia quod propter eam fecit pater,
licebit tibi propter me facere.

41. Tui mihi.] Id est, sicut pater meus
est legitimus maritus matri meæ Hele-
næ, ita tu mihi. Quas egerat olim.] Id
est, sicut Paris non legitimus conjux
erat matri meæ, sed raptor: ita & Pyr-
rhos agit eas partes, scilicet, raptoris.
Quas gesserat olim.] Egerat repono ex
optimo Puteaneo. Heinſius.

42. Dardanius.] Id est, Paris.

43. Patriis actis.] Sic Epist. 3.

Sic eat auspiciis Pyrrhus ad arma tuis.

vide & Odyss. χ. v. 505. Ubi Ulyss.
Pyrrhi virtutes enarrat.

44. Quæ referas.] Id est, quæ possis
memorare. Facta parentis habes.] Ma-
lim acta cum uno Vaticano. Met. xi.

— Qui fortibus actis

Acta patris vincet.

ut ibi habent præstantiora exemplaria.
Sequenti versu Puteancus, ipsamque pete-
bat Achillem. quod non capio quid sibi
velit. Heinſius.

45. Tantalides.] Id est, Agamemnon.
Ipsam.] Habet emphasim hoc prono-
men, quasi dicat, etiam ipsum Achil-
lem, quo Pyrrhos superbit.

46. Hic.] Scilicet Achilles. Erat pars
militiæ.] Id est, unus ex militibus & du-
cibus, qui erant sub Agamemnone. Ille.]
Agamemnon pater tuus. Erat dux du-
cum. Quia omnes duces ei parebant.
Hub. Dux ducum.] Βασιλεὺς Δούκων.
Iliad. i. v. 69. & Sen. Agam. v. 39.
Rex ille regum. Duxor Agamemnon du-
cum. ὁ πᾶσι βασιλεὺς ἀνδρῶν. Eurip. Iph.
in Aulid. Et Virgil. xi. De Latino. Primiis
scepbris. Et Cicer. lib. 9. ad Famil.
Epist. 14. Quod ipsi Agamemnoni, regi
regum fuit honestum.

48. A la-

Tu quoque habes proavum Pelopem Pelopisque parentem :

Si melius numeres, à Jove quintus eris.
Nec virtute cares : arma invidiosa tulisti.

Sed tu quid faceres? induit illa pater. 50
Materia vellem fortis meliore fuisses :

Non lecta est, operi sed data causa tuo.
Hanc tamen implesti; juguloque Ægysthus aperto
Tecta cruentavit, quæ pater ante tuus.

Increpat Æacides, laudemque in crimina vertit. 55

Et tamen aspectus sustinet ille meos.
Rumpor; & ora mihi pariter cum mente tumescunt:
Pectoraque inclusis ignibus usta dolent.
Hermione coram quicquamne objecit Oresti?

Nec

48. *A Jove quintus erit.*] Lege de Jove. sic alibi semper apud nostrum in optimis membranis. monui Fast. 1. M. 236. Superiori versu Pelopen Græco more duo codices. Heinsius. *Quintus à Jove.*] Jupiter (ut diximus) Tantalum, Tantalus Pelopem, Pelops Plisthenem, Plisthenes Agamemnona, Agamemnon Orestem genuit. *Ant.*

49. *Invidiosa.*] Odiosum, quia interfecisti matrem.

50. *Quid faceres.*] Quasi dicat, nihil aliud quam quod fecisti. *Induit illa pater.*] Sic recte Puteaneus. reliqui cum vulgatis *paterem*. noster lib. 1. Art. Am.

Induit arma tibi genitor patriæque tuusque. Heinsius.

Pater.] Pietas in patrem, ad vindicandam eadem ejus armata manu. vide hac de re Odyss. 8. & Odyss. 2. Ex γὰρ Ὀδυσσεὺς τὴν αἰσχροτάτην Ἀτρεΐδῃ οὐκ ὀρέσθ' αἰνέσθῃ. Vide porro Tragicos.

52. *Non lecta est.*] Excusatio est, quasi dicat, non sponte, sed coactus hoc fecisti. *Lecta.*] Id est, electa à te. *Sed data.*] Scilicet & scelere matris, & responso oraculi. *Operituo.*] Id est, tuo facto, scilicet patricidio.

53. *Ægysthus.*] Aduer matris tuæ.

Hub. Hanc tamen implesti.] Necessariam causam perfecisti : hoc est, patris interitum vindicasti. *Ant. Jugulo aperto.*] Sic Virgil. — *Latus hausit apertum.*

54. *Cruentavit.*] Cruore suo frædavit. *Quæ pater ante.*] Scilicet cruentaverat : id est, iisdem rebus cum interfecisti. quo ille patrem tuum interfecerat.

55. *Æacides.*] Pyrrhus, pronepos. *Æaci :* nam Æacus ejus proavus est. *Increpat.*] Scil. hoc factum tuum. *Laudamque.*] Id est, ultionem cædis paternæ, quæ tibi laudi est.

47. *Rumpor.*] Dolore.

58. *Usta.*] Ardentia. *Ignibus inclusis.*] Indignationibus, quæ tanquam ignes latentibus pectus meum urunt.

59. *Quicquamne objecit Oresti.*] Lege *quicquamne* cum tribus quatuorve. Leidensis *quicquamne* *objecit.* Orestes præterea legendum. Nisi malis,

Hermione coram quicquamne objecit Orestem.

quod placet. Nam in Argentinensi codice, *si quicquam objecit Orestem. coram.* ut alibi Epistola Briseidis,

Neve meos coram scindi patiæ capillos. Heinsius. *Quicquamne objecit.*] Pro quicquamne *objecit* : id est, maledicet Orestem in præsentia mea?

60. Nec

Nec mihi sunt vires; nec ferus ensis adest. 60
 Flere licet certe: flendo diffundimus iram:
 Perque sinum lacrymæ fluminis instar eunt.
 Has solas habeo semper, semperque profundo.
 Hument incultæ fonte perenne genæ.
 Hoc generis fato, quod nostros errat in annos, 65
 Tantalides matres apta rapina fumus
 Non ego fluminei referam mendacia cygni:
 Nec querar in plumis delituisse Jovem.
 Qua duo porrectus longe freta distinet Isthmos,
 Vecta

60. *Nec mihi sunt vires.*] Id est, nec possum ulcisci hanc injuriam.

61. *Flere licet certe. Flendo diffundimus iram.*] Sic distinguunt meliores, & suam sequenti versu idem agnoscunt. nisi malis flere libet. ceterum in Puteaneo est, *diffundimus.* & recte forsitan hoc est effundimus, egerimus. vide quæ noto ad Epist. xv. §. 13. Lib. ix.

—*flendoque dolorem*

Defudit miseranda sinum.
sic & ibi forte scribendum. defundere vinum. Fast. v. §. 517. ubi plura. Heinf. Diffundimus.] Quia (ut volunt Physici) plus lædit ira retenta & occultata, quam si siccus effundatur.

65. *Hoc generis fatum quod nostros errat in annos.*] Nam generis fato quod nostros erat Puteaneus. fato etiam alii nonnulli. pro erat forte durat vel haret vel persistat scribendum. & pro Nam, Nam. Epistola iv.

Forsitan tunc generis fato reddamus amorem.

Heinfius.

Hoc generis fato.] Id est, hoc est infortunium domus nostræ, quod etiam ad meam ætatem pervenit, ut ex gente nostra omnes rapimur à viris.

66. *Tantalides omnes.*] Matres scripti. hoc est matronæ vel nuptæ. sic *Dardaniides matres* Epistola Helenæ. *Troades matres.* Epistola Prædis. & *Phylacides matres* Epistola Menodamiz. & *Nysiades matres* Epistola Sapphûs, & Met. xiii. & *Oebalides matres* ac *Italides matres* in

Fastis. lib. ii. §. iiii. Epistola Briseidos,

Inter Achæiadas longe pulcherrima matres

In thalamos conjux istis casque suos.

Vide notas ad sequentem epistolam. §. 73. Heinfius.

68. *In plumis.*] Id est, in forma cygni. Nam Jupiter captus amore Lædæ, uxoris Tyndari, conversus in cygnum, ad eam volavit: quæ, ut fabulæ tradunt: cum eum sinu excepisset, dicitur ova in ejus gremio peperisse, ex quibus nati sunt Castor & Pollux, Helena & Clytemnestra.

69. *Qua duo.*] Refert rapinam alterius. Hippodamia filia fuit Oenomai, regis Elidis & Pise: quam cum ob egregiam pulchritudinem multi uxorem peterent, pater proposuit prociis hanc legem & durissimam conditionem, ut qui eam vellet, cursus certamine cum ea contenderet: & qui victus fuisset, capite puniretur: qui vicisset, eam uxorem haberet. *Qua duo.*] Describit itaque hic locum ubi rapta est Hippodamia: videlicet in Achæia quæ posita à Pelope, qui ibi regnavit, Peloponnesus, id est, Pelopis insula dicta est. Nam, *Isthmos*, est terra brevis inter duo maria. & sunt duo isthmi celebres: unus in Achæia, de quo nunc loquitur: & alter in Thracia. *Freta distinet Isthmos.*] Desinat venustiores. quod peperam tam hic quam Epistola Medæ illo versu:

Qui-

Veſta peregrinis Hippodamia rotis. 70
 Caſtori Amyclæo & Amyclæo Polluci
 Reddita Mopſopia Tænaris urbe ſoror.
 Tænaris, Idæo trans æquor ab hoſpite raptā,
 Argolicas pro ſe vertit in arma manus.
 Vix equidem memini : memini tamen. omnia luſtus, 75
 Omnia ſolliciti plena timoris erant.
 Flebat avus, Phœbeque ſoror, fratresque gemelli:
 Orabat

Quique maris gemini diſtinet Iſthmus
aqnas,
 Juretus ad Symmachum amplectitur.
 Quidem codices. *detinet, ſeparat & ſi-*
milis. ſed fruſtra. Statius Theb. vii.

— *omne quod Iſthmiiis urbe*

Diſtinet, & rancæ circumſonat ira Ma-
lea.

Avienus orbis deſcriptione,

Unus utramque ſaliſ ſtœtus ſecat, & pro-
cul unum

Diſtinet os ambas.

Lucretius lib. v.

Et mare quod late terrarum diſtinet
oras.

Lucanus lib. ix.

— *vaſti plaga ſervida regni*

Diſtinet Oceanum.

Prudentius lib. ii. contra Symmachum.

Omnibus in terris quas diſtinet Occidu-
lia.

Oceanus.

ſic veterrimus liber Bodleianus. noſter
in bivio diſtineri. Remed. Amor.

Et tuus in bivio diſtinetur amor.

ita legit optimus codex. *Heinſius.*

70. *Veſta peregrini.*] Omnium opti-
 me hunc locum explicat Parthaſ. lib. 3.
 in Claud. de rapto Proſerp. *Clef. Rœti*
pergrini.] Id eſt, curru peregrino. nam,
 Pelops ex Phrygia venerat. Inde Ovid.
 lib. 2. *Triſt. Quid niſi Tantalides ager-*
te cupidine curruſ, Piſæam Phrygius vexi-
oburnus equis.

71. *Caſtori Amyclæo.*] Dictum ſupra,
 Helenam in certamine palæſtræ à The-
 ſeo raptam fuiſſe, quæ poſtea Caſtori &
 Polluci fratribus, eam bello repetenti-

bus, reddita eſt. *Amyclæo.*] Ex Amyclis
 urbe Laconiz. *Hüb.*

72. *Tyndaris urbe ſoror.*] *Puteaneus*
Tanaris.] tam hic quam ſequenti verſu.
 probe. Delectatur enim noſter hiſce op-
 poſitionibus. ut alibi,

Cum Danaus Phrygiis ureret ignis opes,
&

Graiaque in Iliaci membris necor erat
 quorum ſinis non eſſet. ſic *Tanaris* terra
 Ep. Paridis. & *Tanaris ora* Ep. Helenæ,
Tanariam mariam Helenam quoque ali-
 bi vocat. *Heinſius. Urbe Mopſopia.*] A-
 phidnam Atticæ urbem intelligit, ubi
 ſervata eſt Helena à Theſeo raptā. Mo-
 pſopia Attica dicta eſt, à Mopſopo re-
 ge : ut Strabo teſtatur. *Ant.*

73. *Tyndaris.*] Narrat ſecundam rapi-
 nam Helenæ, quæ à Paride raptā, & Tro-
 jam abducta, belli Trojani cauſa exitit.
Idæo hoſpiti.] Paride Trojano, quem illa
 hoſpicio acceperat. *Trans æquora ab ho-*
ſpiti raptā.] *Lege trans æquor. Heinſ.*

74. *Vertit.*] Movit.

75. *Vix equidem.*] Dicit ſe fuiſſe ad-
 modum parvum, cum mater ſua Helena
 raptā eſt.

77. *Flebat avus, flebatque ſoror.*] *Phœ-*
bique ſoror Puteaneus & Junianus. Lege
Phœbeque. Euniſides Iphigenia non lon-
 ge ab initio appoſite,

Εγάνοντο Λίδα Θεισάδα τρεῖς παγ-
δίνοι,

Φοῖβη, Κλυταιμνήστ' ἑμὴ ξυνοπῶ,
Ελάντα.

Phœbe ergo ſoror Helenæ. Veram quo-
 que lectionem ſubodoratus eſt Meze-
 niacus. *Heinſius. Avus.*] Tyndareus.
Eratoſt.

Orabat superos Leda, suumque Jovem.

Ipse ego non longos etiam nunc scissa capillos

Clamabam, Sine me, me sine, mater, abis? 80

Nam conjux aberat. ne non Pelopeia credar,

Ecce Neoptolemo præda parata fui.

Pelides utinam vitasset Apollinis arcus!

Damnaret nati facta proterva pater.

Nec quondam placuit, nec nunc placuisset Achilli, 85

Abducta viduum conjuge flere virum.

Quæ mea cælestes injuria fecit iniquos?

Quod mihi vae miseræ fidus obesse querar?

Parva mea sine matre fui; pater arma ferebat:

Et, duo cum vivant, orba duobus eram. 90

Non tibi blanditias primis, mea mater, in annis

Incerto dictas ore puella tuli.

Non

Fratreque gemelli.] Id est, Castor & Pol-
lux.

78. *Leda.*] Mater Helenæ. *Suumque Jovem.*] A quo fuerat amata & com-
pressa.

79. *Eriam nunc scissa capillos.*] Lege
etiam nunc, ita in Metamorphosi vetustis-
simi libri semper scribunt. Certe Far-
nesianus ipse hoc loco *etiam nunc*. Hein-
sius.

81. *Conjux.*] Scilicet matris meæ, id
est, Menelaus. *Aberat.*] Iverat enim in
Cretam. *Ne non.*] Id est, de genere Pe-
lopiæ, nam dixit supra:

Tantalides matres apta rapina sumus.

83. *Utinam vitasset arcus.*] Quin si
viveret, culparet factum filii, quia alie-
nam uxorem vult rapere. Apollinis au-
tem arcus dixit, non quod revera Apol-
lo eum sagittis interemit, sed quod in
ejus templo sit interfectus. *Apollinis*
arcus. *Phœbe* —

Dardana qui Paridis direxis tela manus-
que

Corpus in Æacida —

Virgil. 6. *Æneid.*

85. *Quondam.*] Abducta Briseide ipse
flevit. *Ant.*

88. *Quod mihi vae misera.*] Scripti ple-
rique *Quod mihi vae misera.* & recte.
quonvis Puteano obnitente. Epistola
Briseidis,

Hic mihi vae misera concutit ossa metus.
Epistola Cydippes,
At mihi vae misera torrentur fletibus
artus.

In Ibide,

Tot tibi vae misero venimus talesque ruina
Amorum lib. III. El. VI.

Hinc ego vae demens narrabam fluminum
amores.

sic scribunt illic meliores libri. atque
ita Comici sæpe. Calpurnius Eclog.
III.

Te sine vae misero mihi lilia nigra viden-
tur. Heinsius.

91. *Non tibi.*] Dicit se caruisse iis ju-
cunditatibus, quas alix habere solent
in infanzia, quæ & parentes delectant,
& ab eis gremio tenentur. *Blanditias.*]
Eurip. in Med.

Ω μάλ' ἀνός χροῖς, πτωῖμα δ' ἰδι-
όν τέκνον.

Et in Supplic.

Ἰὼ, ἰὼ, πῶ δὲ πρὸς ἡμῶν τέκνον
καὶ φίλῃ προσβολῇ προσάπτῃ.

99. Et

Non ego captavi brevibus tua colla lacertis:

Nec gremio sedi farcina grata tuo.

Non cultûs tibi cura mei: nec pacta marito

95

Intravi thalamos, matre parante, novos.

Obvia prodieram reduci tibi; vera fatebor:

Nec facies nobis nota parentis erat.

Te tamen esse Helenen, quod eras pulcherrima, sensi.

Ipſa requirebas, quæ tibi nata foret.

100

Pars hæc una mihi conjux bene cessit Orestes:

Is quoque, ni pro se pugnet, ademptus erit.

Pyrrhus habet raptam reduce & victore parente:

Muneris hoc nobis diruta Troja dedit.

Cum tamen altus equis Titan radiantibus instat,

105

Perfruor infelix liberiore malo,

Nox

99. *Et tamen esse Helenen.*] Te tamen scripti. Sequenti versu Leidensis & Vossianus cum Jureti Excerptis qua tibi nata foret. Heinſius.

101. *Pars hæc una mihi.*] Malim fers. sed obstant libri. Mox ni pro se pugnat Pureaneus. & deinde Pyrrhus habet raptam. quod verum est. frustra vulgati captam. Heinſius. *Pars hæc.*] Enumeratis multis infelicitatibus suis, dicit Hermione, se tantum fuisse foelicem in hoc, quod Orestem conjugem sortita sit.

104. *Et minus à nobis diruta Troja fuit.*] Valde hic denuo turbant libri. Puteaneus,

Et minus à nobis diruta Troja dedit. à pro ab, ut Argentinensis & duo alii. quod esset,

Munus id ab nobis diruta Troja dedit. Præter editiones, Excerpta Jureti & ex nostris multi,

Munus: & hoc nobis diruta Troja dedit.

sex alii,

Hoc munus nobis diruta Troja dedit. alii tres,

Et munus nobis diruta Troja fuit.

alii aliter. Lego,

Muneris hoc nobis diruta Troja fuit,

vel, *dedit.* quanquam illud malo. Sic in Fastis,

Gracia principium moris fuit.

ubi plura. Noster Metamorph. lib. ix.

Hoc illi dederat Iunonia muneriſ Hæbe.

Cicero lib. ix. Ep. famul. xiiii. *Oro velis per te hoc muneriſ cum ipſis amicis hominibus tum municipio Caleno dare.* Fast. iv. ex veteribus libris,

Hoc argumens flamma Palilis habet.

sic hoc juris bis terque apud Lucanum & nostrum. vide quæ noto Amoz. i. El. i. v. 5.

Nil mortalibus ardui est.

Horatio lib. i. Od. iiii. quomodo legitur in antiquissimis scriptis. infra Ep. xiv.

— *parum facti sanguinis.* —

ex vetustis libris. & Fast. i. v. 46. *idem officii.* ubi plura. *fuit munus.* sic Remed. Amor.

Auxilium multis succus & herba fuit. quod non est mutandum. Heinſius.

105. *Cum tamen.*] Dicit, quod licet omni tempore sit in mœrore, tamen minus angatur die, quam nocte. nam per totam noctem dicit se flere. *Instat altus.*] Id est, est in summo coeli.

160. *Malo.*] Id est, dolore. *Liberiore.* mitiore, & minus urgente me.

107. *Acce-*

Nox ubi me thalamis ululantem & acerba gementem
 Condidit, in mæsto procubuique toro;
 Pro somno lacrymis oculi funguntur obortis :
 Quaque licet fugio; sicut ab hoste, virum. 110
 Sæpe malis stupeo : rerumque oblita locique
 Ignara tetigi Scyria membra manu.
 Utque nefas sensi; malè corpora tacta relinquo :
 Et mihi pollutas credor habere manus.
 Sæpe Neoptolemi pro nomine, nomen Orestæ 115
 Exit : & errorem vocis, ut omen, amo.
 Per genus infelix juro, generisque parentem,
 Qui freta, qui terras, qui sua regna quatit;
 Per patris ossa tui, patrui mihi; quæ tibi debent,
 Quod se sub tumultu fortiter ulta jacent : 120
 Aut ego præmoriar, primoque extinguar in ævo;
 Aut ego Tantalidæ Tantalus uxor ero.

107. *Acerba.*] Pro acerbe.

110. *Sicut ab hoste viro.*] *Virum.* quæ.
 scripti. & placet. *Heins.* *Virum.*] *Pyrrhum.*

112. *Scyria membra.*] *Contumeliose*
 dictum est in *Pyrrhum*, qui in *Scyro* in-
 sub natus est ex furtivo concubitu.

Ant. *Scyria membra.*] *Senec.* *Tro.*

Hos Scyros animos. —

Ex Virginis concepte furtivo stupro :

Et ex Achille nate, sed nandum viro.

113. *Ut.*] Postquam sensi me tetigisse
 illum, quem nolebam.

115. *Nomen Orestis.*] *Orestes* unus *Farnes.*
 etiam hic *Orestæ* reponendum. *Heins.*

117. *Per genus infelix juro.*] *Oro* *Pa-*
teaneus & alii multi. sed frustra sequen-
 ti versu qui *sua regna*, non & *sua meliores.*
 quod sequor. *Heins.* *Patrem generis.*] Id est,
Jovem patrem Tanti : quia fuit frater
 patris mei. *Hub.*

119. *Quæ tibi debent.*] Nam fortiter
 patris necem ultus est *Orestes*, & matre
Clytemnestra & *Egisto* trucidatis. *Ant.*

122. *Tantalidæ.*] Id est, tui, qui & ipse
 es de eodem genere. *Orestes* interfecit
Pyrrho, tandem recepit *Hermionem*, ex
 qua suscepit filium nomine *Orestem*, à
 quo *Orestæ* populi dicti sunt.

EPISTOLA IX.

ARGUMENTUM.

Herculem Jupiter ex Alcmena compressu, pro Amphitryone se gerens, susce-
pit: quem Eurysitheus, rex Micenarum, Junonis instructus dolis, ut sic periret,
ad labores arduos incitavit. Qui tamen semper victor evasit. Verum enim, ce-
teris monstris fortiter superatus, amoris mulierosus succubuit. Deianira, Oenei
regis Calydonia filia, uxor ejus, tam illaudato Ioles amore offensa, redigit illi
ad animum ante parias honestates, praelaræque facinoræ, ut ad exemplum
illorum suos iam mores asstmet. Hac autem scribenti nunciatur extrema Hercu-
lis calamitas, quam veste Nessi Centauri, virulento sanguine tincta, ipsique à se
missa, concilia verat, cui inesse vim revocandi eum ab alienis amoribus crede-
bat; gravissimo igitur dolore oppressa, facinus suum purgare studet: denique
suspensio finire cogitat.

H

DEIA.

DEIANIRA HERCULI.

GRatulor Oechaliā titulis accedere vestris:
 Victorem victæ succubuisse queror.
 Fama Pelasgiadas subito pervenit in urbes
 Decolor, & factis inficienda tuis;
 Quem nunquam Juno, seriesque immensa laborum
 Fregerit; huic Iölen imposuisse jugum.
 Hoc velit Eurystheus, velit hoc germana Tonantis:
 Lætaque sit vitæ labe noverca tuæ.
 At non ille velit, cui nox (si creditur) una

Non

HUic denuo Epistolæ Puteani Excerpta & vetustæ editiones cum codice Regio sequens distichon præfigunt,
Mittor ad Alciden à conjuge confusa mentis

Littera, si conjux Deianira tua est.
 Heinsius.

1. *Gramlor.*] Lætor. Oechaliā.] Urbem Eubœæ, in qua regnavit Eurytus. Hanc expugnavit Hercules, propter Iölen sibi negatam, & ejus fratres interfecit, atque (ut alii volunt) etiam patrem. *Vestris titulis.*] Vestris victoriis, & laudibus. *Titulus accedere nostris.*] Nimis invidiose profecto mariti titulos invadit & sibi vindicat, quod Hipsipyle Medæe supra objiciebat,

Adde quod adscribi factu procerumque tuisque

Se facit, & titulo conjugis uxor obest.
 Recte igitur codices nonnulli *titulus vestris*, sic infra.

Ne videar tuis insidiata tuis.
 & Ariadne,

Non ex sum tuis surripienda tuis.

2. *Victorem.*] Id est, te. *Victa.*] Scilicet Iolz.

3. *Pelasgiadæ.*] Græcæ.

4. *Decolor.*] Turpis. *Decolor.*] Sic Virgil. 8. Æneid.

Deterior domæ paulatim & decolor ætas.
 Ubi vide Serv. *Inficienda.*] Id est, neganda.

5. *Juno.*] Quæ semper conata est te

opprimere. *Juno.*]

Rege sub Eurystheo, satis Junonis iniqua.
 Virgil. 8. Æneid. ubi hæc omnia habentur.

Est vero, cum quis Junonem ludere nolit, Offensamque tremat, quæ profecto sola nocendo.

Ovid. Metam. 2. v. 519. *πολυμήχανος* Hæm. Theoc. Id. 24. v. 13.

6. *Huic.*] Scilicet tibi. *Imposuisse jugum.*] Id est, domuisse te. Est ordo: Fama decolor, &c. venit, Iölen imposuisse jugum huic, quem Juno & immensa series laborum nunquam fregit.

7. *Hoc velit.*] Quasi dicat, facis quod placet inimicis tuis, & gaudent quod à muliere sis subjugatus. *Hoc velit.*] Virgil. 2. Æneid.

Hoc Ithacus velit, & magna mercentur Atreide.

8. *Labe.*] Macula, turpitudine.

9. *At non ille venit.*] Velis legendum esse cum decem libris antiquis superiora satis persuadent. *Heins.* *At non.*] Increpat ipsum, quod non respondeat spei, quæ de eo fuit habenda, quia non una nocte generari potuit, ex quo debuit esse vitæ magis admirandæ. *Nax una.*] Hinc *ὁλίγον* à Theocr. Idyll. 24. v. 31. dicitur. *τρίσπερος* Lycoph. Cass. vide Pind. Pyth. Od. 9. &c. Sed Seneca rectè: in Herc. Oet.

Falsa est de geminis fabula nobilibus.
Materina culpa cassæ, & crimen Jovis.

& in

Non tanti, ut tantus conciperere, fuit. 10
 Plus tibi, quam Juno, nocuit Venus. illa premendo
 Sustulit : hæc humili sub pede colla tenet.
 Respice vindicibus pacatum viribus orbem,
 Qua latam Nereus cæculus ambit humum.
 Se tibi pax terræ, tibi se tuta æquora debent : 15
 Implesti meritis Solis utramque domum.
 Quod te laturum est, cælum prior ipse tulisti :
 Hercule supposito sidera fulcit Atlas.
 Quid nisi notitia est misero quæsitæ pudori,
 Si cumulas turpi facta priora nota ? 20
 Tene ferunt geminos pressisse tenaciter angues,
 Cum tener in cunis jam Jove dignus eras ?
 Cæpisti melius, quam definis. ultima primis
 Cedunt : dissimiles hic vir & ille puer.
 Quem non mille feræ, quem non Sthenelæus hostis, 25
 Non

& in Herc. Fur.

— quid violas Jovem ?

Mortale calo non potest jungi genus.

Ex Ovid. Metam.

Jupiter aut falsus pater est, aut crinine
 verus.

12. Sustulit.] Exaltavit. Hæc.] Scilicet Venus.

14. Qua latam.] Per totum orbem
 tenarum. Nereus.] Oceanus.

15. Pax terræ.] Terra pacata à te. Tibi se tuta æquora debent. Scribe tuta æquora, domitis scilicet monstris marinis. hinc terrarum marisque pacator Senecæ de beneficiis dictus Hercules. Heinſius.

16. Utramque domum Solis.] Orientem
 & Occidentem.

17. Tulisti humeris.] Sustinasti. Quod est laturum te.] Quia tuis virtutibus es ascensurus cælum.

18. Hercule.] Ferunt enim fabulæ, Herculem pro Atlante cælum sustinuisse : quod ideo fictum est, quia ei successit in Astrologia. Falsæ.] Sustentavit.

19. Quid nisi.] Sensus est, quid tibi comparasti per hæc tua clara facta, nisi ut nunc magis cognoscatur dedecus

tuum? Notitia.] Cognitio. Pudori.] De-
 decori tuo. nam quo aliquis clarior est,
 si quid turpe facit, eo magis cognoscitur
 ejus turpitudine.

20. Si cumulas stupri facta priora nota.]
 Cum Regio codice scribendum videtur,
 Si maculas stupri facta priora nota. nisi
 quod turpi nota malim. vel Si macula tur-
 pi facta priora notas, quod est in aliis qui-
 buldam. nonnulli, cumulus notat. Vulgata
 minus est Latina. Heinſ. Nota.] Macula,
 vitio. Stupri.] Adulterii. & libidinis. si
 factis tuis prioribus clavis & magnis,
 addis nunc turpitudinem libidinis.

21. Tene ferunt.] Te habet emphasim,
 quasi dicat, qui nunc es ita turpis & in-
 famis. Hæc. Geminos angues.] Flautino
 carmine notum est, infantem Herculem
 in cunis duos à Junone missos angues,
 apprehensis utriusque faucibus trucidasse. Duos angues.] — αἰδὼς ἰθὺς δὴν.
 Theoc. Idyll. 24. ubi totam hanc fab. in-
 venies.

22. Dignus Jove.] Ut Jovis filius dice-
 reris.

24. Cedunt.] Inferiora sunt.

25. Sthenelæus hostis.] Euryſtheum
 Sthe-

Non potuit Juno vincere; vincit Amor.
 At bene nupta feror; quia nominer Herculis uxor:
 Sitque focer, rapidis qui tonat altus equis.
 Quam male inæquales veniant ad aratra juvenci,
 Tam premitur magno conjuge nupta minor. 30
 Non honor est, sed onus, species læsura ferentem:
 Si qua voles apte nubere, nube pari.
 Vir mihi semper abest; & conjuge notior hospes
 Mōnstraque terribiles persequiturque feras.
 Ipsa domo vidua, votis operata pudicis, 35
 Torqueor; infesto ne vir ab hoste cadat.
 Inter serpentes aprosque avidosque leones
 Jactor, & esuros terna per ora canes.
 Me pecudum fibræ, simulacraque inania somni,
 Ominaque arcana nocte petita movent. 40
 Aucupor infelix incertæ murmura famæ:
 Speque timor dubia, spesque timore cadit.

Ma-

Stheneli filium significat, quem diximus certamina Herculi superanda proponere solitum.

27. *Quia nominer Herculis uxor.*] Nominer Argentinensis. quod requirunt sequentia. *Heinsf. Nominer Herculis uxor.*] Sophocl. Trachin.

Taut. ὡς φοβέμεται, μὴ πῶς μὲν ἡρακλῆς

Ἐμὸς καλῶνται, τῆς νυκτὸς δ' ἀνὴρ.

29. *Veniant ad aratra juvenci.*] Veniant Putecaneus. *Heinsf.*

31. *Species læsura ferentes.*] Ferentem meliores. *Idem.*

33. *Et notior conjuge.*] Quia video sapius hospites, quam maritum meum. *Hub.*

35. *Votis operata pudicis.*] Studiis Argentinensis. sic studiis operata Diane Met. vii. & studiisque operatus inhefi. lib. viii. *Heinsius. Operata.*] Operati dicimur, cum sacrorum mysteria tractamus. *Anr.*

38. *Jactor.*] Verbor. scilicet cogitatione, quia cogito hæc pericula, in quibus

ille versatur: & videor esse in eisdem periculis, quod accidit amantibus. *Es esuros cerno per ossa canes.*] Esuros est in multis codicibus. Putecaneus *læsuras terna per ossa.* in uno Vaticano *esuros cerno per ossa.* Scribe, *esuros terna per ossa canes.* Cerberum intelligi. similiter fere Seneca Herc. Fur. de eodem,

—voci horrenda fragor

Per terna missus ora, felices quoque

Exterret umbras.

Met. x.

Terna Medusæ vincivim guttura monstri. *Heinsius.*

39. *Fibra pecudum.*] Id est, ex ta quæ inspicio, ut intelligam quid sit de te futurum.

40. *Ominaque arcana.*] Ominaque. jam monuerunt alii. *Heinsf. Ominaque*] Auguria. *Movent.*] Terrent. *mc. Hub. Arcana nocte.*] Quæ est maxima curarum nutrit.

41. *Aucupor.*] Diligenti inquisitione scrutor. *Aucupor.*] Flax. non invenisse, *auritas plagas.*

43. Ma-

Mater abest; queriturque Deo placuisse potenti.

Nec pater Amphitryon, nec puer Hyllus adest.

Arbiter Eurystheus iræ Junonis iniquæ.

45

Sentitur nobis, iraque longa Deæ.

Hæc mihi ferre parum: peregrinos addis amores:

Et mater de te quælibet esse potest.

Non ego Partheniis temeratam vallibus Augen,

Nec referam partus, Ormeni nympha, tuos

50

Non tibi crimen erunt Theutrantia turba sorores:

Quarum de populo nulla relicta tibi.

Una recens crimen præfertur adultera nobis;

Unde ego sum Lydo facta noverca Lamo.

Mæandros, toties qui terris errat in isdem,

55
Qui

43. *Mater.*] Scilicet tua Alcmena. Erat enim Deianira in Trachyne, ubi regnavit Ceix, quando scripsit hanc epistolam.

44. *Pater Amphitryon.*] Id est, quem cum Cephalo contra Theleboas & Thaphios pugnasse meminit Strabo. *Hyllus*] Filius Herculis ex Deianira, quos omnes in exilium miserat Eurystheus. *Ans.* *Hyllus adest.*] Illos alter Lovaniensis. *Legi Hyllus.* Heins.

45. *Sentitur.*] Quasi perniciosus. Nam sentimus proprie, quæ nos lædunt.

47. *Hæc me ferre parum est.*] *Hæc mihi ferre parum.* meliores. Heins. *Erræ hæc.*] Id est, pati hos dolores. *Peregrinos.*] Id est, peregrinarum mulierum.

49. *Augen.*] Fuit autem Auge, Alei regis Arcadiæ filia, ab Hercule compressa: ex quo gravida facta, peperit filium, qui postea Telephus dictus est. *Temeratam.*] Vixitam. *Partheniis.*] Arcadicis.

50. *Ormeni nympha.*] Astydiam dicitur filiam Ormenii regis: quam cum Hercules dari sibi conjugem petivisset, pater renuit, sciens eum habere Deianiram. Hercules indignatus, regi bellum intulit: captæque urbe, ac rege interfecto, Astydiam captam vitavit, genuitque ex ea Ctesippum filium. *Diodor. lib. 5.*

51. *Nec tibi crimen erunt.*] Non tibi me-

liores. *Theutrantia turba.*] Quinquaginta Thespiæ, Atheniensis filii, filias intellegit: quas Hercules una nocte stupravit, ex quibus 50. liberos genuit, qui Thespides sunt cognominati. Turbam Theutrantiam non à Mysæ rege Theutran-te, ut aliqui putarunt, appellavit: sed à Teuthranto Æticiæ oppido. *Ant.*

53. *Una recens.*] Non de Iole intelligit, sed de Omphale Lydorum regina: cui Hercules ita servisse dicitur, ut omnia faceret quæ imperasset. Ex hac genuit Hercules Læum filium. *Referitur adultera nobis.*] *Referitur* multi ex scriptis. sed *præfertur* legendum cum sex codicibus. Deianira de Iole similiter apud Senecam Hercules Furente,

— capta prælata est mihi,

Non præfertur.

Heinsius.

54. *Lydo.*] Ex Lydia: ut diximus. Lydi autem Populi Asiæ, qui aliquando Mzonii dicti sunt.

55. *Mæander toties qui terris errat in isdem.*] *Ripis in isdem* verus editio. *terris toties qui volutus isdem* unus Vaticanus. *versus in isdem* prior Lovaniensis. alter regnat in isdem. *Mæandros* etiam præstantiores libri. quomodo & Met. l. 11.

Quæque recurvat is ludis Mæandros in undis.

H 3

& lib.

Qui lapsas in se sæpe retorquet aquas :
 Vidit in Herculeo suspensa monilia collo ;
 Illo, cui cœlum sarcina parva fuit.
 Non puduit fortes auro cohibere lacertos,
 Et solidis gemmas apposuisse toris. 63
 Nempe sub his animam pestis Nemeëa lacertis
 Edidit : unde humerus tegmina lævus habet.
 Ausus es hirsutos mitra redimire capillos :
 Aptior Herculeæ populus alba comæ.

Nec

& lib. viii.

Phrygius liquidus Maandros in undis.

Lucanus lib. iiii.

*Qua celer & rectis descendens Marsya ripis**Errantem Maandron adit.*

ubi perperam vulgo erecta. Vibius Sequester, *Maandros Caria gentis Asia. hic tam flexuosus est, ut in sese recurvat.* Cæterum codex Puteaneus hunc versum ita constituit,

Maandros toties terris erratur in isdem. Recte, si error reponas. At Scriverianus prior,

Maander fluvii toties redemptis eodem, quomodo Byblis libro Met. ix. dicta,

Filia Maandri toties redemptis eodem.

tres alii codices non contemnendæ notæ,

Maander qui se toties concludit in orbem. Heinsius. *Maander.*] Fluvius, ut Servius dicit, Cariz, quæ est vicina Lydz. *Toties.*] Sæpius : quia ita flexuosus est, ut in se videatur recurrere : unde obliquitates omnes, *Maandros*, veteres appellarunt.

56. *Qui lapsas in se.*] *Lassas* Puteaneus & alii nonnulli cum primis editionibus. pro *retorquet* vetus Scholiastes in *Metamorphoses*, *recurvat*, agnoscit, ut alibi,

Quique recurvatis undis Maandros in undis.

Heinsius.

57. *Monilia.*] Ornamenta muliebria. *Monilia.*] — *Colloque Monile* — *Baccatum*, Virg. *Æneid.*

58. *Illo cui calsum.*] *Collo*, cui *calsum* pro diversa lectione unus ex nostris. Heinsius.

59. *Auro.*] Manicis aureis, Phrygum Lydorumque gestamen. *Aur.*

60. *Gemmas apposuisse toris.*] Perperam Puteaneus & multi alii *apposuisse*, nec *imposuisse* probum est quod alii exhibent. Vopiscus in Aureliano. *Torquem brachiale & annulum apponas.* Ubi contraria sententiâ ne *apponas* puto scribendum. sic & Spartianus in *Ælio Vero*, *alas alicui apponere dixit.* Noster initio lib. i. *Falt.*

Mensis antiquis apposuitque duos. ut illic legendum. & lib. ii. *Art. Amat.*

— *vix denique postis**Partibus obscuris apposuisse manum.*

Trist. iiii. El. xiv.

Hoc quoque nescio quid nostris appone libellis,

Diverſo missum quod tibi ab orbe venit. ut & illic recte libri veteres. Pont. iiii. El. iiii.

Apposui semis te duce quinque pedes.

Plura dixi Ep. vii. v. 98. Heinsius.

61. *Pestis Nemeæ.*] Id est, leo Nemeæus quem interfecisti in Nemeæ sylva : in cuius facti memoriam gestas pellem ipsius leonis.

64. *Populus alba.*] *Alma* Puteaneus. sed nil mura. superiori versu, *myrto redimire* pro *mitra* liber Hafnienſis, ut *populus myrto opponatur.* Heinſ. *Populus.*] Herculi sacra, qua sacrificantes huic deo coronabantur.

65. *Zona*

Nec te Mæonia, lascivæ more puellæ.

65

Incingi zona dedecuisse putas?

Non tibi succurrit crudi Diomedis imago,

Efferus humana qui dape pavit equas?

Si te vidisset cultu Busris in isto;

Huic victor victo nempe pudendus eras.

70

Detrahat Antæus duro redimicula collo;

Ne pigeat molli succubuisse viro.

Inter Ioniacas calathum tenuisse puellas

Diceris; & dominæ pertimuisse minas,

Non fugis, Alcide, victricem mille laborum

75

Rasi-

65. *Zona Mæonia.*] Omphales, cingulo summo, more Lydio. *Ant.*

66. *Incingi zona dedecuisse pudet.*] *Putas nonnulli, putes* Leidenfis. certe *puduit* jam præcesserat. *Remed. Amor.*

Et nihil est quod se dedecuisse putent. ubi similiter *pudet* in quibusdam libris. Præterea *Mæoniam zonam* excerpta Doussæ, ut sit Græcismus. *Heins. Dedecuisse.*] Hercules enim ita Omphalæ deditus fuit, ut omnia quæ illa juberet, faceret. Et cum suo cultu instruxisse refert Ovid. 2. Fast.

67. *Crudi.*] Violenti, & inhumani. *Diomedis equi.*] Vide hac de re Palæph.

68. *Humana dape.*] Hic Thrax tyrannus scvissimus, humanis hospitem carnis equos equalque suas alebat, & capita suis testis affigebat: quem Hercules interfecit, & eodem supplicio affecit, quo ille hospites. *Qui dape pavit equos.*] *Equas.* Puteaneus & tres alii. sic infra,

Non hominum pingues cade sacentur equæ. Alii tamen equos fuisse contendunt. Vide quæ noto lib. ix. Met. v. 194. *Heins.*

69. *Si te vidisset.*] Busris rex Egypti, ad provocandam Nilî inundationem, hospites solebat immolare. Hoc genus sacrificii primum expertus est in Thraciam, à quo sibi monstratum fuerat. Cum autem vellet immolare etiam Herculem, Hercules eum interfecit.

70. *Pudendus eras.*] Id est, fuisset ei pudori à te vinci. *Hub.*

73. *Mæonias vtor.*] *Mæonia zona* paulo ante præcesserat. quare *Mæonia puella* hic minus placeat. *Inter Ioniacas* libri veteres. quo modo & Art. Amat. lib. 11. v. 219.

Inter Ioniacas calathum tenuisse puellas Creditur, & lanæ excoluisse rudes.

Ubi tamen vetustiores libri *Ionicas* inter. Forte *Inter Ioniadas*, quomodo alibi, *Achaiades matres*, & *Pelagides urbes*, & similia. *Stephanus in Ionia*, οἱ οἰκῶντες ἡν καὶ ἰωνίς καὶ ἰδς. Scribo *καὶ ἰωνίς*, sic *Pyrrhiades Methymniadesque puella*, & *Lesbides & Sicelides* Epistola Sapphus, & *Paridis* Epistola *Dardanides* muros v. 196. ubi plura. & *Argolides* Epistola Hypsipyles. v. 81. ubi etiam nonnihil dictum est. *Italides & Oëhalides matres* in Fastis. *Heinsius.*

74. *Domina.*] Omphales.

75. *Non pudet Alcide.*] Repone cum melioribus *Non fugis*, noto Græcismo. sic *fuge* credere apud Lucretium, *fuge quæ* & *fuge suspicari* apud Horatium, ut & plura hujusce notæ. *Virgilius,*

Mene igitur socium summis adjungero rebus,

Nisi fugis?

Statius, *Magnos fuge tangere mores.* Noster trist. iv. El. 111. ex antiquis membranis.

Tempus ubi est, quo te (nisi si fugis illa referre)

H 4

De

Rasilibus calathis imposuisse manum?
 Crassaque robusto deducis pollice fila,
 Æquaque formosæ pensa rependis heræ?
 Ah quoties, digitis dum torques stamina duris,
 Prævalidæ fufos comminuere manus.
 [Credetis, infelix, scuticæ tremefactus habenis,
 Ante pedes dominæ pertimuisse minas.]
 Eximiis pompis præconia summa triumphi,
 Factaque narrabas dissimulanda tibi.

80

Sci-

Et dici memini, jure et esse meum.
 Heinsius.

76. *Rasilibus.*] Politis Virg.

Et torna rasilis buxum.

77. *Deducis pollice fila.*] Deducere malim, si libri veteres assentiantur, & rependere sequenti versu. Heinsius.

78. *Æquaque formosa.*] *Famosa* Lovanensis. sic *famosus* Hymen infra. ubi male turbant libri veteres. & lib. 1. Amor. El. v. *famosa* Semiramis. ut illic agnoscit optimus liber. Martialis,

Coccina famosa ponas et hiansbina mæcha.

& alibi,

Subdola famosa moneo fuge retia mæcha,
 noster lib. 111. Am. El. v.

Desit famosus, qui nolet ora, pudor.
 ubi famosum pudorem, pro re pudenda posuit. & El. xiv.

Solaque famosam culpa professa facit.
 Certe verisimile non sit, Deianiræ laudatam esse à forma Iolen. OEnone de Helena supra,

Harclat gremio turpis amica tuo.
 pro *Æquaque pensa* Excerpta Puteani *Cressaque. Crassaque* vel *Grossaque* multi. Regius. Plenaque. non male tres Tu quæque. duo Et quæque. Excerpta Jureti, Barberini & Vossii codex *Et data pensa.* sic Fastorum lib. 11.

Lumen ad enigmum famula data pensa traherebat.

Met. xiii.

Qui me data pensa trahentem
Mauritius ostendens Ithacis.

Briseis,

Nos lauriles famulaque tua data pensa trahemus.

Trist. lib. iv. El. 1.

Cantamus pariter, pariter data pensa trahentis,

Fallitur ancilla decipiturque labor.

Heinsius. *Rependis.*] Ad pensum redditu quoque, sicut ancillæ.

81. *Habenis.*] Loris. Hub.

82. *Ante pedes domina.*] Hæc eadem fere totidem verbis habes supra v. 74. quare distichon hoc adulterinum esse opinor. quod in optimo Puteaneo, ut & sequens, margini est adjectum, in ipso contextu non apparet. Heinsius.

83. *Eximiis pompis præconia summa triumphi.*] *Eximus* pompis immanis *semina laudum* Puteaneus. at Scriverianus, *Eximias pompas.* in cæteris cum Puteaneo consentiens. Excerpta Douzæ, *Exuvius positis.* Statius Achilleide,

Quæ solitus laudum tibi semina pandere Ciron.

Claudianus 111. Conf. Hon.

— hac semina laudum,

Hæc exempla dabat.

Sed & hoc distichon suspectum est. Heins. *Pensa.*] Τροπαιοφόρος πομπή, ἢ καλῶς Ρωμαῖοι θριαμβόν. Halicar. 2. Quod de Romanor. Triumphali pompa. Hic intelligit victorias & laudes.

84. *Dissimulanda.*] Quæ in eo habitu erant tacenda. Ant.

85. *Elisæ*

Scilicet immanes elisis faucibus hydros

85

Infantem cunis involuissē manum?

Ut Tegeeus aper cupressifero Erymantho

Incubet, & vasto pondere lædat humum?

Non tibi Threiciis affixa penatibus ora,

Non hominum pingues cæde tacentur equæ?

90

Prodigiumque triplex, armenti dives Iberi

Ge-

85. *Elisis faucibus hydros.*] *Elisi* meliores. *Heinsius.* *Elisis.*] Strangulatos, perfocatos. *Immanes hydros.*] Maximos angues.

86. *Infantem nuda dilacerasse manum.*] *Infantem nudis involuissē manum* Puteaneus & alii plerique. Nonnulli, *Infantem cunis involuissē manum.*

quidam etiam,

Infantem nuda dilacerasse manum.

Sed siue candidi siue cunus legas non refert, dum *Infantem manum* admittamus. *Martial.* lib. ix. Epist. lxxiv.

Effigiem tantum pueri pictura Camoni

Servat, & infantis parva figura manet.

ubi codex *Thuanicus*, *infantis manum*. Scribe *infantis manus*. Idem lib. xii. Ep. lxxii.

Sint licet infanti sordidiora sinu.

Ut recte *Puteaneus*. *infantis sinu* vulgo. *Noster* iv. Fast.

Totus ut infanti vagiat ore puer.

Noster Epistola *Canaces*,

Ipsa quoque infantes cum vulnere persequar umbras.

quomodo & illic scribendum. sic *infantes statuas* *Petius* & *Horatius* dixerunt. *infans pudor* eidem quoque *Horatio*. *noster* Met. iv.

— *Infantia saxo*

Discitis ora ferax.

Fast. vi.

Pellentesque exsorbent avidis infantia linguæ.

In *Ibide*,

Gutturæque imbuerunt infantia lacte canino.

Involuissē etiam rectum, per synæresin. *Trist.* ii.

Miror in hoc igitur tantarum pondere ro-
rnm

Unquam te nostros evoluisse jocos.

Ep. Med.

— *Quæ dispensant mortalia fata so-*
rores,

Debuissent susas evoluisse meos.

Fast. vi.

— *crepescas imagine luctus,*

Donec eam apposui involuere tegu.

sic rescribo ex vestigiis veteris libri. *Epist.* Hypf.

— *immissaque vota timori*

Nunc quoque te salvo persolvida mihi. *Trist.* iv. El. viii.

Ne temere in mediis dissoluantur aquis.

Fast. iv.

Longaque imprudens exsoluisse famam. lib. v.

— *consul cum consule ludos*

Postumio Lanæ persolvere mihi.

Cæterum distichon est εἰρωνείαν, quod loco interpolando causam dedisse videtur. *Heinsius.*

87. *Tegæus.*] *Arcadicus.* *Erymantho.*] Monte *Arcadiz*. illic enim interfecit aprum vastantem regionem.

88. *Incubet & vasto pondere lædat humum.*] *Puteaneus* *Incubet* & *lædat*. optime. ut per interrogationem hæc dicantur. *Sciolus* tamen aliquis deleverat postea utrumque. *lædat* etiam *Moreti* liber. *Gronovianus* *pmsit*. non male. *Scriværianus*,

Incumbens vasto pondere lædat humum?

Sequentia etiam per interrogationem sunt legenda usque ad v. 103. *Heinsius.*

91. *Prodigium triplex.*] *Geryones*, ut fabulæ tradunt, rex regnavit in Gadibus Hispaniæ, quem locum *Erytheam* ap-

H 5

pel-

Geryones; quamvis in tribus unus erat?
 Inque canes totidem trunco digestus ab uno
 Cerberos, implicitis angue minante comis?
 Quæque redundabat fœcundo vulnere serpens 95
 Fertilis, & damnis dives ab ipsa suis?
 Quique inter lævumque latus lævumque lacertum
 Præ-

pellant, quem tricorporeum fuisse fabulantur, ditissimumque pecoris: quod Hercules eo superato, in Italiam advenisse dicitur.

92. *In tribus unus.*] Virg. 8. *Æneid.* Tergemini necs Geryonis, spoliisque superbus.

Et Lucret. 5. *Quidvis tripestor tergemini vis Geryonai.* Quo Plaut. alludit. Aulul. 3. 6. *Coquos cum senis manibus, genere Geryonaco.* & Appollod. 1. *τριῶν ἔχων ἀνδρῶν συμφορὰ σώμα.* & Eurip. *Her.* fur. — *τὸν τρισώματος* — βοτρίῳ ἰεθυβλαῖ. Et Senec. *ibid.* pastor trifloris litoris Tarrestii. Fuere autem tres fratres concordēs. *Justin.* lib. 44. c. 4.

93. *In totidem canes.*] Totidem capita canina. *Ab uno trunco.*] Ab uno corpore. *Digestus.*] Divisus. *Hub.*

94. *Cerberus.*] Cerberus Putaneus. ut lib. VII. Met.

Cerberon abstraxit.

sic etiam Statius, & in Culice Virgilius. *Heinsius.* *Implicitis angue.*] Nam pro pilis angues habebat.

95. *Fœcundo vulnere.*] Quoniam ex uno amputata nascebantur geminæ cervices. *Ant.* *Quæque redundabat.*] Serpentem dicit Lernæam, ex cuius corpore centum prodibant serpentum capita & cervices, quarum singulis cæcis, duæ renascebantur. Hanc difficultatem Hercules arte superans: lolæum monuit, ut incisam cervicem subito face lignea inuret, ne sanguis efflueret. Hoc pacto superata bellua, sagittas suas eo sanguine tinxit, quo illatum vulnus mortiferum redderetur. *Fœcundo vulnere.*] Horat. 4. *Carm.* Od. 4.

*Nem Hydra scisso corpore firmior
 Vini dolentem crevis in Herculem.*

Θηρίον πολυκέφαλον, & Ovid. *Metam.* 9. 7. 70.

Vulneribus fœcunda suis erat illa, &c.

— *Bellua Lernæ* Virgil. 6. ubi vide Scrv. *Redundabat.*] Validior efficiebatur.

96. *Et damnis diffior ipsa suis.*] Putaneus & cæteri præstantioris notæ, damnis dives ab ipsa suis. probe. *Epistola* Medæ,

Ut caderes cultus cultor ab ipse suo.

Laodamiz,

Languida lætitia solvar ab ipsa mea.

Art. Am. lib. III.

— *quid aperto pectore in hostem*

Nitor, & indicio prodor ab ipse meo? Pont. III. El. III.

Discipulo perii solus ab ipse mea.

In Ibide.

— *eni reddere vitam*

Urbe Coronides vidis ab ipse sua.

sic bene libri veteres. mox,

Et lasus lingua Battus ab ipse sua.

Amor. lib. 1. El. VII. cum optimis membranis,

Et valui pernam fortis in ipse meam.

Heinsius.

97. *Quique inter lævumque latus, lævumque lacertum.*] Ita aperte legitur in lib. Statii, & in utroque Varic. vere. Egnatius legit, *dextrumque lacertum.* Quæro qui potuit Hercules Antzum dextro lacerto sustulisse, & inter lævum latus eum, ut est in sequenti carmine, suffocasse? Itaque legendum, ut dixi hoc sensu. Antzum lævo brachio sublatum & inter lævum latus ab Hercule sustentatum: dextera autem illius fauces compressas fuisse. *Grosen.* *Lævumque latus dextrumque lacertum.*] *Lævumque lacertum* Putaneus cum cæteris præstantioribus. quo-

Prægrave compressa fauce pependit onus?
 Et malè confusum pedibus formaque bimembri
 Pulsum Thessalicis agmen equestre jugis? 100
 Hæc tu Sidonio potes insignitus amictu
 Dicere? non cultu lingua retenta silet?
 Se quoque Nympha tuis ornavit Iærdanis armis,
 Et tulit è capto nota tropæa viro.
 I nunc, tolle animos, & fortia gesta recense. 105
 Quod tu non esses jure, vir illa fuit.

Qua

quomodo Nangerius & Ciofianus ex suis. *Heinsius.*

98. *Prægrave onus.*] Antzum significat, quem altius sublatum, ab Hercule, ne matris auxilium sentiret, trucidatum diximus. *Ant.*

99. *Male confusum pedibus.*] Quia velocitate sua freti, effugere non potuerunt. *Formaque bimembri.*] Id est, humana & equina, in qua majus incit robur. *Hub.* *Confusum pedibus.*] Ablativ. sic *Metam.* 9. *Pl.* 125. — *ope fidis equina.* Et *Cæf.* 3. *Bel. Gall.* *Natura loci confidebatur.* Et *Bel. Afric.* plenè dixit in illorum sibi confidebas multitudine. Et *Cic.* 5. *Tuscul. corporis firmitate, aut fortuna stabilitate confidere.*

100. *Agmen equestre.*] Centauros exprimit, qui superna parte viri, inferna equi fuisse traduntur. Hos Hercules trucidavit cum in domum Pholi Centauri impetum facerent, ad odorem vini accurrentes, quod Dionysius Pholo dederat, ut in adventum Herculis asservetur. *Ant.*

101. *Sidonio.*] Id est, purpureo, qui mulieribus convenit.

102. *Nunc cultu.*] Non cultu præstantiores. *Heins. Silas.*] Deberet silete præ pudore. *Cultu.*] Qui non decet. *Hub.*

103. *Iærdanis.*] Omphale Iærdani filia, quæ & clavam, & leonis pellem, & cetera Herculis arma gestare voluit. *Ant.*

104. *Et tulit è capto nota tropæa viro.*] Bina tropæa unus Vaticanus & Basilicen-

sis & Gronovianus pro diversa lectione exhibent, quod placet. quomodo & Erfurtanus, & Excerpta Vossii. Alterum enim tropæum de amore ejus, alterum de spoliis hinc tulit. *Epist. Phædræ,*

Thefides Thefensque duas rapuere sorores.
Ponite de nostra bina tropæa domo.

Remedio Amoris.

Vince Cupidineas pariter Parthasque sagittas,

Et refer ad patrios bina tropæa lares.

Epistola Helenæ,

Utque favet Cytherea tibi, quia vicit,
habetque

Parta per arbitrium bina tropæa tuum.
Denique Epistola Cydippes,

Quid tamen hinc venias? anas ut miserabile corpus

Ingeni videas bina tropæa tui.

Superiori etiam versu præstantiores scripti ornavit armis pro ornavit. *Cornelius Nepos Vita Hannibalis, Elephantum ornatum homini incerni opponit.* qui & alibi ornavi pro armari dixit. *Heinsius.* *E capto viro.*] Ex te, quem cepit, & triumphavit.

105. *I nunc.*] Increpatio est per iri-
 tionem. *I nunc.*] Sic *Virgil.* VII. *Innunc,*
ingratis offer te, irrisse, periculis. *Fortia*
facta recens.] Gesta Puteaneus & alii
 quinque. *Heinsius.*

106. *Quod tu non esses.*] *Quem* Puteaneus. Forte *Quem.* Idem. *Quod.*] Scilicet vir. *Tu non esses.*] Id est, esse deberes : quia melius esses foemina, quam vir.

107 Qua

Qua tanto minor es, quanto te maxime rerum,
 Quam quos vicisti, vincere majus erat.
 Illi procedit rerum mensura tuarum.

Cede bonis : hæres laudis amica tuæ.

110

Pro pudor ! hirsuti costas exuta leonis

Aspera texerunt vellera molle latus.

Falleris, & nescis : non sunt spolia ista leonis,

Sed tua tuque feri victor es ; illa tui.

Fœmina tela tulit Lernæis atra venenis,

115

Ferre gravem lana vix satis apta colum :

Instruxitque manum clava domitrice ferarum :

Vidit & in speculo conjugis arma sui.

Hæc

107. *Qua tanto.*] Dicit quod quanto difficilius fuit Herculi vincere seipsum, quam eos quos vicit : tanto est Omphale eo major, quia vicit eum. *Hub.*

109. *Illi procedit.*] Procedat unus Vaticanus. simili modo apud Sallustium. *Quippe boves facta mea rei publica procedunt.* prob cedit Putaneus à manu secunda. tum sequenti versu Tò est tollit, ut & alii non pauci. *Heinsius. Mensura.*] Amplitudo rerum gestarum. *Procedit illi.*] Ad Omphales laudem accedit.

110. *Cede bonis.*] Tuas laudes non pascires. Et est ab his translatio quonum majus est æs alienum, quam summa : qui cum solvere nequeant, bonis cedunt, *Ant.*

111. *Opudor hirsuti costas exuta leonis vellera.*] Pro pudor rectius quinque libri. sic passim optimi auctores. Deinde costas exuta eleganti Græcismo Putaneus. *Heinsius.*

112. *Vellera.*] Pellis. Diximus supra ex pelle leonis Nemezi Herculem fecisse sibi tegmen corporis. *Texerunt molle latus.*] Id est, fœminæum.

113. *Spolia.*] Dicti, illa pellis, qua illa induta est, non significat quod tu viceris leonem : sed quod illa te vicerit, & ex te spolia abstulerit.

114. *Tuque fera victor es.*] Feri Putaneus, & Gronovianus pro diversa lectione. sic lib. vi. Met. *Eximisse fe-*

rum pro equo. *Æf.* 77. ubi plura. Met. viii. *Ira feri mota est.* de apro Calydonio. &c,

vixæ sub aure feri summuum distinxit arundo

Corpus.

quomodo Phædrus de cervo lib. i. Fab. xii. v. 39. item de leone lib. i. Fab. xxi. xxxii. de apro lxii. mox, de eodem apro Calydonio noster,

Immanemque ferum multa tellure jacentem

Migrantes spectant.

sic ibi codex longe optimus. Ausonius Epist. v.

An spumantis apri cursum clamoribus urges,

Subsidisque fero ?

hinc *ferus aper* passim poetis, & *ferax*. de quo Met. iii. *Æf.* 213. Met. xi. de lupo,

— *vastatoremque cruento*

Ore ferum spectant.

de bubus Fast. i.

Traxeras aversos Cacus in antra feros. ut cenfeo legendum. *Heinsius. Feri.*] Leonis. *Illa tui.*] Scil. victrix. *Hub.*

116. *Gravem.*] Plenam.

117. *Clava.*] Hercules enim clava ad domandas feras usus dicitur, quam Vulcanus simul cum thorace, ob meritum virtutis ei dedisse dicitur.

119. *Lr.*

Hæc tamen audieram: licuit non credere famæ.

En venit ad sensus mollis ab aure dolor.

120

Ante meos oculos adducitur advena pellex:

Nec mihi, quæ patior, dissimulare licet.

Non finis averti? mediam captiva per urbem

Invitis oculis aspicienda venit.

Nec venit incultis captarum more capillis,

125

Fortunam vultus fassa tegendo suos.

Ingreditur latè lato spectabilis auro:

Qualiter in Phrygia tu quoque cultus eras.

Dat vultum populo sublime sub Hercule victo:

Oecha-

119. *Licuit.*] Potui. *Fama.*] Quæ de rebus supradictis ferebatur.

121. *Advena.*] Peregrina. Et nunc Iolen intelligit. nam, ut supra vidimus, enumeravit mulieres, quas Hercules amavit: usque ad Iolen, quæ fuit ultima.

123. *Averti.*] Amoveri à me. *Hub.* *Per urbem.*] Tiryntem, ubi Deianira degebat.

125. *Nec venit incultis.*] Conjecturam firmat signis. passis enim criminibus reginæ ante triumphum incedebant capite. *Ant.*

126. *Fortunam vultus fassa tegendo suos.*] Hic denuo codices antiqui mirum in modum à vulgata lectione discedunt. pro qua tamen cum alii nonnulli, tum Puteaneus stant, nisi quod in eo emendatum, *falso regente suam.* Quidam hoc uno à vulgatis differunt, quod *falsa* aut *fessa* pro *fassa* agnoscunt. Major librorum pars,

Fortunam vultu fassa tegendo suam. vel *regente. alii,*

Fortunam vultum fassa tegendo suam. vel *suam. unus,*

Fortunam vultu fassa regente suo. unus Ambrosianus,

Fortunam vultu dissimulante suam. Plura huius notæ qui vult, adeæ Ciofanum. Gronovius Observat. lib. 11. cap. xi. emendat,

Fortuna vultum fassa tegendo suam.

ut in Ibide,

Fortuna faciens invidiosam.

& Trist. 111. El. VIII.

Adfians fortuna forma verenda mea.

& Trist. 1.

His oro dicas inter mortua referri

Fortuna vultum corpora posse mea.

Quid si legas,

Fortunam vultu fassa regente suam.

vultu regente, inculto, inornato. sic Epist. OEnones, ungue regente pro rigido.

Es secui madidas ungue regente genas.

Scriptum videlicet *regente* fuerat. hinc *regente* factum. Certe postremam syllabam in *tegendo* aut similibus nusquam corripit Ovidius. *Heinsius.* *Fortunam suam.*] Id est, adversam. *Regente vultus.*] Sicut illæ, quæ sunt in tam misera fortuna, facere solent.

127. *Ingreditur lato multo spectabilis auro.*] Libri veteres *late lato spectabilis auro.* & recte. ut iam monui. *Heinsius.*

129. *Dat vultum populo sublimis ut Hercule victo.*] *Sublime sub Hercule victo* constanter scripti. quod cur rejiciamus, nihil causæ est. sic *sublime ferre*, pro *in sublime* aut *sublimiter* passim poetæ. ita *sublime ferri* Lucretio, & *sublime volare.* *sublime micare* Germanico in Ataxis. & Avieno, *sublime erigi.* Multus est hac in voce Silii Italicus. *Idem.* *Dat.*] Ostendit. *Sublime.*] Pro sublimiter, id est, alte. *Hub.* *Sublime.*] Id non captivatis, sed factis & impetui signum est.

130. Vi-

Oechaliam vivo stare parente putes.
 Forsitan &, pulsa Ætolide Deianira,
 Nomine deposito pellicis, uxor erit:
 Eurytidosque Iöles, atque infani Alcidae
 Turpia famosus corpora junget Hymen.
 Mens fugit admonitu, frigusque perambulat artus, 135
 Et jacet in gremio languida facta manus.
 Me quoque cum multis, sed me sine crimine amasti:
 Ne pigeat, pugnae bis tibi causa fui.
 Cornua flens legit ripis Achelous in udis,

130

Trun-

130. *Vivo parente.*] Incedit, ut si vivus pater Euritus, Oechalix triumphum duceret. *Ant.*

131. *Forsitan expulsa.*] *Es pulsa* Puteaneus. recte. lib. 11. Met.

Cur non & pulsa ducit Iunone?
 Faest. 111.

Pellitur Anna domo.
 Trist.

Pulsus Aristides non tamen verbe sola est.
 Fl. Vopiscus in Carino, *Uxores ducendo ac rejiciendo novem duxit, pulsus plerisque pregnantibus.* Heinsius. *Forsitan.*] Addit & aliud, quod sit futurum turpius ipsi Herculi: quia fortasse pulsa ipsa Deianira, accipiet Iolen uxorem. Ordo est, Iole forsitan erit uxor, deposito nomine pellicis. *Expulsa Deianira.*] Scil. me. *Ætolide.*] Nam Deianira ex Ætolia fuit.

133. *Eurytidos Iöles atque infani Alcida.*] *Et infani* Puteaneus alique nonnulli. *Eurytidosque* duo libri præterea Sequenti verbi rectius scripti plerique jungit *Hymen* quam *junxit*, quia uxor erit præcesserat. Heinsius.

134. *Hymen famosus.*] Id est, matrimonium infame: quod erit, si me legitima uxore pulsa, concubinam duxeris. Nam *famosus* semper in malam partem accipitur. *Iunget corpora turpia.*] Id est, turpiter junget.

135. *Mens fugit.*] Id est, horret. *Admonitu.*] Id est, recordatione hujus facti, ne me relicta, aliam accipias.

137. *Me quoque.*] Sine crimine: quia

amasti me ut conjugem, non adulteram, aut concubinam. *Hub.*

138. *Pugna bis tibi causa fui.*] Primum cum Acheloo, deinde cum Nesso Centauro, pro Deianira Hercules pugnavit.

139. *Rapidis Achelous in undis.*] *Ripis Achelous in imis* Puteaneus. sed pro *imis* aliud quid à manu prima scriptum videbatur fuisse. Argentinenfis & meus, quem à Cl. V. Jacobo Mentelio donum accepi, *ripis undis.* quo alludit & Farnesianus unus, qui *ripis undis* habet. In ripa enim Achelous fluminis, non in ipso flumine cum Hercule est luctatus. Heinsius. *Achelous.*] Cum eo Hercules pro Deianira conjugio pugnavit, primum sub forma serpentis, deinde ut taurus, cui cornu Hercules perfregit: quod exceperunt Nymphæ, & rebus omnibus repletum, Cornucopiz est appellatum. *Ant. legit.*] Collegit, quasi fracta. *Achelous.*] Ideoque Hercules ταυροφόρ^{ος} dicitur Theocr. Idyll. 17. Hanc fabulam complures celebrantur poetæ vide Metam. 9. v. 80. ibique *Farnab. Sen. Herc. in Octa.* Appollod. lib. 1. & alios. Achelous autem verè fuit fluvius, duobus alveis celebris. Hinc biornis; Horat. 4. Carm. Od. 4. de *Anside.* sic *tauriformis voluitur Ansidus.* Dixerunt autem fluvios ταυρομόρφους, propter sonitum, sic Homer. de Scamandro. Iliad. φ. — μεμυώς ὡς τε ταῦς. v. 237. vide *Ælian.* lib. 2. περί ἀγᾶλματων ποταμῶν.

141. Se-

Truncaque limosa tempora merfit aqua.

Semivir occubuit in letifero Eveno

Nessus; & infecit sanguis equinus aquas.

Sed quid ego hæc refero? scribenti nuncia venit

Fama, virum tunicæ tabe perire meæ.

Hei

141. *Semivir occubuit vi Letiferæque veneno.*] Illud *vi* à correctoribus est. pro quo libri omnes antiqui in agnoscunt. sed & ridiculum *Letiferum venenum*. quare enim *Lernæum* non dixit? Scripti nonnulli,

Semivir occubuit Lernæi tabe veneni. vel *trajectus terra sagitta.* Sed & hic interpolatores agnosco. alii in *letiferæque veneno*, idque aliquanto rectius, ut Nautigerius quoque & Ciofani observant. Putancus à secunda manu, in *lerniferæque veneno*, sed à prima in *letifero eveno*. Miror Scaligerum, Salmasium, alios viros eruditos qui ante nos eo codice sunt usi, non vidisse veram lectionem, quæ minimâ mutatione est in promptu, si scribas,

Semifer occubuit in letifero Eveno Nessus.

Semifer enim, quod est in tribus nostris, præstat *Semivira*. De Eveno confirmant sequentia, & *infecit sanguis equinus aquas*. Etsi alii Nessum in Eveno non occubuisse dicant, sed vulneratum solummodo fuisse; quos inter & noster Met. ix. & in Trachiniis Sophocles. Vibius Sequester, *Evenus Calydonia*, ubi Hercules sagittis Nessum Centaurum interfecit. Lucanus:

*Es Melægrum maculatus sanguine Nessi
Evenus Calydonia secas.*

Idem mox,

*Hospes & Alcida magni Phœbe; inque
per amnem*

Improbe Lernæas vektor sensere sagittas. Cæterum Eveni vox Scholiastæ Stacii etiam reddenda Theb. xi. v. 238. Hercules enim victo Acheloo Deianiram duxit uxorem, qui cum ad fluvium pervenisset. Lege fluvium Evenum pervenisset. Apud Servium quoque lib. vii. v. 290. per-

peram desideratur. Scrivianus codex *sub letiferæque veneno*. ut fortasse sit scribendum *Centaurifero Eveno*, quomodo idem *Centaurus Lycormas* Statio est dictus lib. iv. Theb. Sed hoc in dubio facile reliquerim. Neminem autem poetâs utcumque peritum hiatus offendat iste *letifero Eveno*, qui meminerit istorum Virgilii, *Ionio in mæno*. & similia. Noster hac ipsa epistola, in *compressero Erymantho*. &, *insani Alcida*. quibus sulciendis Tò quo inculcabant plerumque inficere librarii. ut in antiquissimis etiam Virgilii exemplaribus est deprehendere. sic apud Silium quoque peccatum lib. iv. ubi *Amienicola Cæcili* ex Virgilii & Veteris libri auctoritate est reponendum. Sed manum de tabula. Heinsius. *Semivir occubuit.*] Nessum Centaurum intelligit, quem Hercules trucidavit, cum in trajiciendo Eveno flumine Deianiræ vim inferre voluit. *Semivir Nessus.*] Ἀνδρῶν τύπη βίανον, quales vocat Eurip. in Ione. μῆδρας φῶτας. Et in Anthol. Græcor. Poet.

Ὁ ταυρόκραν, ἡ πλάτη τῶν σωματίων,

Ὅς ἐτε ὥς πίρυναν, ἢ ἀνὴρ ἰδωκ.

Eveno.] Ἐπ' Εὐνὴν τῷ ποταμῷ Νέτσοι τιμωρούμενον. Ad Evenum amnem Nessum interfecit Hercules. Paulian. in Laconic.

144. *Virum tunica labe perire mea.*] Tabe reponatur ex melioribus libris. quomodo & peccatum in Cydippe epistola. v. 60. Seneca de Hercule. Medea,

*Probris savi sua membra flammis
Tabe consumptus gemini cunctis.*

gemini cunctis, Nessi & Lernæi. Idem Hercule OEdro,

Hei mihi ! quid feci ? quo me furor egit amantem ? 145

Impia quid dubitas Deïanira mori ?

An tuus in media conjux lacerabitur Oeta ?

Tu sceleris tanti causa superstes eris ?

Si quid adhuc habeo facti, cur Hercules uxor

Credar ; conjugii mors mihi pignus erit. 150

Tu quoque cognosces in me, Meleagre, sororem.

Impia quid dubitas Deïanira mori ?

Heu devota domus ! folio sedet Agrios alto :

Oenea desertum nuda senecta premit.

Exulat ignotis Tydeus germanus in oris. 155

Alter fatali vivus in igne fuit.

Exegit

Ut missa palla est tabe Nessëa illita.

Heinsius. *Tabë.*] Veneno. *Tunica mea.*] Diximus, per Licham puerum tunicam misisse Deianiram, infectam Nessëo sanguine. *Ant.*

146. *Impia.*] Quæ vitum interimere potuisti. *Ant.*

147. *In media Oeta.*] In Oeta monte Thessaliæ constructa fuit pyra. in qua Hercules combustus est.

148. *Tu sceleris tanti causa superstes eris.*] *Vivus superstes* Putaneus & multi alii. Forte,

Tu sceleri tanto vivus superstes eris ?
Heinsius.

149. *Es quid adhuc habeo facti.*] *Ei quid* Putaneus. Lege, *Si quid.* mors mihi pignus post libri quidam, pro mors mea. Idem.

150. *Mors mihi pignus erit.*] Meo exitu fidem faciam, me Herculi nupuisse. *Ant.*

151. *Tu quoque.*] Ut videatur esse soror Meleagri : quia sicut ille propter amorem Atalantæ mortuus est, ita ipsa propter amorem Herculis vult mori. *In me.*] Id est, in morte mea.

152. *Impia.*] Versus intercalaris dicitur, quia sæpe interponitur. sicut apud Virgil.

Incipe Menalia mecum mea tibia versus.

153. *Heu devota domus.*] Desset infelicitatem suæ domus : ut ostendat, se non debere dubitare, quin moriatur. *Hub.* *Solio sedet Agrios alto, &c.*] Agrios post disperam Oenei domum. Ætoliz regnum occupavit : eamque rem Deianira inter cætera mala & infortunia generis ac patriz suæ recenset. Fuerunt autem fratres Agrios, Melas, & Oeneus. *Alcyl.* *Alto folio.*] Id est, quanto major fuit, tanto est infelicior. *Solio sedet Agrios alto.*] Scripti plerique *acrior.* Putaneus *acrior.* quod est *Agrios.* restituendum idem nomen Pont. lib. III. El. IX.

Auctor opus laudat. sic forsitan Agrios olim

Thersiten facie discretis esse bona.

Ita enim Vaticanus liber. vulgati *Acinus.* Fuit autem Thersitz pater Agrios, ut illo loco dicitur. *Heinsius.*

154. *Desertum.*] A filiis derelictum. *Longa senecta premit.*] Nuda libri veteres, & recte. sic *insuper* alibi & *egemam* vocat *senectam.* *Heinsius.*

155. *Tydeus germanus.*] Frater meus. *Exulat Tydeus.*] Hic interempte Menalippo fratre in venatione, Argos ad Adrastum fugit, ut diximus.

156. *Alter.*] Meleagrum significat, quem Althea mater cum fatali stipite combussit. *Ant.*

157. *Exo-*

Exegit ferrum sua per praeordia mater :

Impia quid dubitas Deianira mori ?

Deprecor hoc unum, per jura sacerrima lecti ;

Ne videar fatis insidiata tuis.

160

Nessus, ut est avidum percussus arundine pectus,

Hic, dixit, vires sanguis amoris habet.

Illita Nessêo misi tibi texta veneno.

Impia quid dubitas Deianira mori ?

Jamque vale, seniorque pater, germanaque Gorge, 165

Et patria, & patriæ frater ademte tuæ.

Et tu lux oculis hodierna novissima nostris,

Virque, (sed ô possis!) & puer Hylle, vale.

157. *Exegit ferrum.*] Althea, cum poenitentia duceretur, quod sua culpa Meleager cecidisset, se ipsam trucidavit: ut Diodorus scribit. *Ans.*

160. *Ne videar thalavis insidiata tuis.*] In Puteaneo vetus lectio erat *crasa*, & repositum titulu *tuis*, quomodo & sex alii. quatuor *fatu tuis*, sex *nostris toris*, tres *toris tuis*, duo *tuis toris*, prisca editio *totis toris*. Latet aliquid. *Heinsius.*

161. *Pellus avidum.*] Nimio amore insatum. *Ans.*

162. *Vires amoris.*] — Velut irritamen amoris. Ovid. *Metam.* 9.

Ἔσαι φανός σοι τὸ το καλὴν ἴριον

Τῆς ἱρακλείας. Soph. *Trach.*

Et *Juven. Sat.* xi.

Irritamentum Veneris languentis. —

165. *Jamque vale.*] Laqueo parato ad interitum, jamjam peritura salutæ suæ. Germanaque *Gorge*.] Oenci filia ex Althea, & Deianiræ soror. *Ans.*

166. *Et patria.*] Scilicet Calydon. *Frater.*] Tydeu. *Tua patria.*] Qui es exul.

Patria frater ademte mea.] *Tua* libri veteres majori ex parte cum Puteaneo. *Heinsius.*

167. *Tu quoque lux.*] *Et tu lux* scripti præter Argentinensem, in quo *Nec non lux*. Idem. *Et tu lux.*

Φίλον τὸ φίγγῃ τὸ το τῷ θνῆ, φίλον. Eurip. *Alcest.* Quod & Dido 4. *Æncid.* testatur,

Ter revoluta toro est, oculisque errantibus alto

Quæsitæ calo lucem, ingemisque torpente.

Ὅμως δὲ καὶ προσμεπρὸν ὁμπνίσι

ἴτι, Κλίψαι προσαιγὰς βίλοται τὰς ἡλν.

Hec ! quam suavis est luce jam prona frui, Seseque clareto, & trahente vel brevem moram.

Et Ovid. *Metam.* 4. v. 144. Et Eurip.

Ψυχῆς γὰρ εἶδιν ἔστι τιμιώτερον.

168. *Sed ô possis.*] Id est, utinam possis, scilicet valeat. *Pater Hylle.*] Id est, filii Hylle. *Hubertus.*

EPISTOLA X.

ARGUMENTUM.

Minos Jovis & Europa filius, Cretensis rex, ob Androgeum filium ab Atheniensibus dolose occisum, illos tandem post acris bella coegit, ut sibi poenas penderent, & quidem quatuordecim pueros septem, & totidem virgines mitterent: ut Minotaurum, quem arte Dedali Pasiphaë ex tauro genuerat, dum ejus maritus Minos cum Atheniensibus bellum gereret, devorandi traderentur. Cum vero fors Theseo contigisset, ab Ariadne eductus est, quoniam pacto interfecto Minotaurum, ex Labyrinthis ambagibus egrederetur, Errabunda regens tenui vestigia filo: ut ait Catullus. Theseus autem Creta cum Ariadne & Phaedra discedens, in Naxos insulam delatus est: ubi à Baccho monitus, ut Ariadnen relinqueret. Qui Dei voce percussus, altissimo somno sopitam reliquit. Illa expergescens hanc epistolam scripsit, in qua crudelitatem Thesei ac duritiam accusans, immemorem beneficiorum cum appellat; post multas querelas rogat, ut conversa nave redeat.

ARIADNE THESEO.

MItius inveni, quam te, genus omne ferarum:
Credita non ulli, quam tibi, pejus eram.

Quæ legis, ex illo, Theseu, tibi littore mitto:

Unde tuam sine me vela tulere ratem.

In quo me somnusque meus male prodidit, & tu

Per facinus somnis insidiate meis.

Tempus erat; vitrea quo primum terra pruina

Spargitur, & tectæ fronde queruntur aves.

Incertum vigilans, à somno languida, movi

The-

Prius editiones & codices nonnulli etiam hic copiosiores sunt vulgatis, cum hanc Epistolam sic exordiantur,

Illam relissa feris etiam nunc, improbe Theseu,

Vivis: ex hac aquâ mente tulisse velis. Ejusdem nempe farinæ, cum iis quæ hic illic jam ante dedimus. Heinsius.

1. *Mitius inveni, quam te, genus omne ferarum.* In tota epistola, perfidia est, & favitæ expositulatio. *Ant. Genus ferarum.* — *Hyrcanæque admorunt ubera tigres. 4. Æncid.*

2. *Credita.* Id est, commissa, tradita. *Petru.* Majori perfidia.

6. *Pro facinus.* Per facinus scripti duo-

bus recentioribus exceptis. In Ibi de,

Per facinus feror est cui sua facta parvus.

Remediis Amoris,

Per facinus ferri non meruisse avin.

Fact. 11.

— *Eripiam, dixit, per crimina vitam, quæ illic vera est lectio. Heinsius.*

7. *Quo primum terra pruina.* Matutinum crepusculum significat: quando terra levi rore madefcit. *Vitrea pruina.* Sic Senec. Hippol. a. 1.

— *dum lex dubia est,*

Dum signa pedum rescida tellus impressa tenet.

9. *Incertum vigilans an somno languida.* Scripti omnes, à somno. *Lego ac somno*

Thesea prensuras semisupina manus.

10

Nullus erat : referoque manus, iterumque retento,

Perque torum moveo brachia : nullus erat.

Excussere metus somnum. conterrita surgo :

Membraque sunt viduo præcipitata toro.

Protinus adductis sonuerunt pectora palmis :

15

Utque erat è somno turbida, rapta coma est.

Luna fuit : spectro, si quid, nisi littora, cernam.

Quod videant oculi, nil, nisi littus, habent.

Nunc huc, nunc illuc, & utroque sine ordine curro :

Alta puellares tardat arena pedes.

20

Interea toto clamanti littore, Theseu,

Reddebant nomen concava faxa tuum :

Et quoties ego te, toties locus ipse vocabat.

Ipse locus miseræ ferre volebat opem.

Mons fuit; apparent frutices in vertice rari.

25

Nunc

somno languida. Incertum vigilans, dubie vigilans. Sic Statius Theb. v. qui hæc videtur respexisse,

Turbidus, incertumque oculis vigilantibus, hostem

Occupat. Heinsius.

10. *Thesea prensuras semisupina manus.*] Lego *semisupina*. Nebis idem dicit, utque metro consulatur. prima enim in *supina* haud est ut possit corrip. Sarravianus cente pro diversâ lectione *semisupina* usus etiam est eavoce Martialis l. vi. sic Amor. lib. i. El. xiv.

Purpureo jacuit semisupina toro. ex auctoritate meliorum codicum. Nam vulgati illic etiam simili prorsus modo peccabant. Art. Am. 111.

Cum jaces in dextrum semisupina lætus. ubi etiam codices quidam *semisupina*. Scribebant *supina* pro *supina*. hinc natus error. sic libro i Art. Am. in vetustimo codice Oxoniensi,

— *sive illa toro respina feratur.* in Caralectis Scaligeri,

Et flebat mivatum semisupina lætus. item.

14. *Viduo.*] Derelicto à te marito meo.

15. *Sonnerant.* Propter percussione.

16. *Erat turbida.*] Id est, turbata, & incompta.

17. *Luna fuit.*] Splenduit clarè & plene. Sic Suet. in Cæs. *sen sol, sen unbr esset.*

18. *Nil nisi littus habent.*] *Erat* tres scripti. ut Epist. Laod.

Et quod spectarem, nil, nisi pontus, erat. Heinsius.

19. *Utroque.*] *Sursum, deorsum. Δνω, ἀδτω περιπατῶν.* Trepidari sentio, cursari rursum prorsum. Ter. Hecyr. *Us ille trepidabas, ut festinabas miser.* Plaut. Cæs. 2. 7. Vide & Epidic. 2. 2. v. 63. *Utroque.*] Huc & illuc. *Sine ordine.*] Id est, sine ratione. *Sine ordine.*]

Et nunc huc, inde huc incertis implicat orbes

Turnus. Nec se currentem, nec se cognoscit eantem. Virg. 12. *Æneid.*

23. *Toties locus ipse vocabat.*] Quia Echo reddit eadem verba.

26. *Nunc scopulus.*] Excerpta Jureti cum aliis nonnullis *Hinc.* Vossianus *Hinc.*

Nunc scopulus raucis pendet adefus aquis.
 Ascendo; vires animus dabat: atque ita late
 Æquora prospectu metior alta meo.
 Inde ego (nam ventis quoque sum crudelibus usa)
 Vidi præcipiti carbasa tenta noto. 30
 Aut vidi: aut etiam, cum me vidisse putarem,
 Frigidior glacie semanimisque fui.
 Nec languere diu patitur dolor. excitor illo,
 Excitor; & summa Thesæa voce voco.
 Quo fugis? exclamo: scelerate, revertere, Theseu. 35
 Flecte ratem. numerum non habet illa suum.
 Hæc ego. quod voci deerat, plangore replebam.

Ver-

*Huic. quatuor hic. Heinſ. Adefus.] Cor-
 roſus, & cavatus. Hub. Pendet ſcopulus.]
 Mariimminens. Ant.*

28. *Metior.] Sequor. Metior.] Vir-
 gil. 6. Æneid.*

*Quantum acie poſſent oculi ſervare ſequen-
 tum.*

& lib. 8.

Oculisque ſequentur.

Puteaneam nubem. —

& lib. 5.

Si modo rite memor ſervata remetiſ aſtra.

Senec. Troad. — & lentum Ilium

Metiunt oculis. ac decem tandem ſeruis

Ignosciſ annu.

29. *Quoque.] Fuerunt enim crudeles,
 quia te cito auferabant. Hubert.*

30. *Præcipiti.] Toto velo ventos ex-
 cepiſti, pernicioſiſſime navigans. Ant. Car-
 baſa tenſa noto.] Tenta Puteaneus & alii
 nonnulli. ſic Met. XIII. ex veteri codice.*

*Jamque viam ſuades Boreas, ſtatque
 ſecundo*

Carbaſa tenſa ſonant.

Ubi vulgati mala. Heinſius.

31. *Aut vidi, aut certe quia me vidiffe
 putavi.] Mire turbare hic denuo priſca
 exemplaria. Puteaneus hiaſu relicto in
 illis, quæ legi non poterant*

*Aut vidi.... jam quia me vidiffe puta-
 rem.*

Puto,

*Aut vidi, aut quod erant quæ me vidiffe
 putarem.*

quo & alludunt tres alii codices in quibus,

*Aut vidi, aut fuerant quæ me vidiffe
 putarem.*

multi libri,

*— Aut etiam cum me vidiffe putarem,
 etiam non male. Alii aliter. ſed piger in
 his morari. Idem. Aut etiam cum putarem
 me vidiffe.] Quia ſæpe ex affectu animi
 putamus nos videre ea quæ non viden-
 mus.*

36. *Numerum ſuum.] Id eſt, omnes
 qui in ea eſſe debent, deſſi enim Ariad-
 ne. Hub.*

37. *Hoc ego quod voci deerat.] Hæc Pu-
 teaneus & tres alii. diſtingue,*

*Hæc ego quod voci deerat, clangore reple-
 bam.*

Sulpici. in Satyra:

*Hæc ego: tam paucis Dea me dignatur &
 inſiſt.*

noſter Epistoła Hypermneſtræ,

*Hæc ego. dumque queror, lacryma ſua
 verba ſequentur.*

Amor. II. El. v.

Hæc ego: quæque dolor lingua diſſavit.

Remediis Amoris:

*Hæc ego: moviſ Amor gemmatis ætreme
 alæ.*

Similiter ſed quid ego hæc? de quo E-
 piſt.

Verbera cum verbis mista fuere meis.
 Si non audires, ut saltem cernere posses,
 Jactatae late signa dedere manus. 40
 Candidaque imposui longae velamina virgae,
 Scilicet oblitos admonitura mei.
 Jamque oculis ereptus eras: tum denique flevi.
 Torpuerant molles ante dolore genae.
 Quid potius facerent, quam me mea lumina flerent, 45
 Postquam desieram vela videre tua?
 Aut ego diffusis erravi sola capillis,
 Qualis ab Ogygio concita Baccha Deo:
 Aut mare prospiciens in saxo frigida sedi:
 Quamque lapis sedes, tam lapis ipsa fui. 50
 Saepe torum repeto, qui nos acceperat ambos;
 Sed non acceptos exhibiturus erat.
 Et tua, qua possum, pro te vestigia tango;
 Strataque, quae membris intepuere tuis.
 Incumbo; lacrymisque toro manante profusis, 55
 Pressimus, exclamo, te duo: redde duos.
 Venimus huc ambo: cur non discedimus ambo?

Per-

pist. xv. v. 207. *Hainf. Plangere replebam.*] Cum à Clamore discederem, me ut in summo dolore sit, verberabam, *Ant.*

41. *Velamina candida.*] Lineum pannum.

46. *Postquam desieram.*] Desieram Putreanus & quinque alii. *Hainfius.*

47. *Aut ego.*] Dixit quid egerit, postquam non amplius vidit navem Thesei.

48. *Qualis.*] Dixit se sic præcipitem cucurrisse, sicut currunt sacerdotes Bacchi, cum Dei sui numine stimulantur. *Baccha.*] — Μιμῶλλονες Lycoph. Cassand. Vel Mirmallonides. Ovid.

Ecce Mirmallonides sparsus in terga capillis. & Stat. 4. Thebaid. — Scissaque Mirmallonides ursor. Vide Lucian. in Dialog. δῶνυς. A Deo Ogygio.] Id est, Baccho, Thebano. Ogygius rex fuit Thebanorum.

49. *In saxo.*] In monte saxeo.

53. *Es tua qua possum.*] Qua possum rectius Argentinus cum Jureti Excerptis. Epistola Laodamiae, ut quidem libri meliores habent,

Qua possum squallore tuos imitata labores Dicar.

ubi vide quae noto. Art. Am. lib. 11.

Corpora si noquerant, qua possum, nomina tangunt.

Hainfius.

55. *Incumbitoro.*] Virgil. 4. Aeneid. Incubitusque toro, dixitque novissima verba:

Dulces exuviae, &c.

Vide & Argon. Apollon. 4. v. 26.

Κῦρος δ' ἰόν τε λίχῳ —

Et Eurip. Alcest.

ὦ λίχτρον, ἴθρα παρβίνω ἔλυσ' ἰγὼ
 Κερύματι ἐκ τοῦ δ' αἰδώς.

13

2ua

Perfide, pars nostri, lectule, major ubi est?
 Quid faciam? quo sola ferar? vacat insula cultu.
 Non hominum video, non ego facta boum. 60
 Omne latus terræ cingit mare. navita nusquam:
 Nulla per ambiguas puppis itura vias.
 Finge dari comitesque mihi, ventosque, ratemque;
 Quid sequar? accessus terra paterna negat.
 Ut rate felici pacata per æquora labar; 65
 Temperet ut ventos Æolus; exul ero.
 Non ego te, Crete, centum digesta per urbes,
 Aspiciam, puero cognita terra Jovi.
 Nam pater, & tellus iusto regnata parenti,
 Proditæ sunt factæ nomina cara meo. 70
 Cum tibi, ne victor tecto morerere recurvo,
 Quæ regerent passus, pro duce fila dedi.
 Cum mihi dicebas, Per ego ipsa pericula juro,
 Te fore, dum nostrum vivet uterque, meam.
 Vivimus: & non sum, Theseu, tua. Si modo vivis, 75
 Fœ-

59. *Qua sola ferar.*] Quo sola meliores. & culto pro cultu Puteaneus. Fast. i.

Nunc graves cultis Cerealia culta caveto
Agmine læsura depopulentur aves.

Pont. lib. ii. El. ix.

Vana laborantis si fallat culta coloni,
Accipiat gravida cor suis extra Cretes.
 Ita vetus liber. Aufonius Epist. i.

— colui loca juncta superbis

Urbibus, & latis hominum celeberrima cultis.

hinc pinguis culta apud Claudianum & Avienum descriptione orbis. Ammianus, lib. xiv. *Cultorum, ut putant, feracium multiplicantes annuos fructus.* Heinfs.

61. *Omne latus.*] Id est, omnem partem. *Navita nusquam est.*] Tò est non agnoscent meliores. Heinfs.

64. *Finge.*] Id est, pone, seu fac.

65. *Ur.*] Id est, quamvis. *Labar.*] Id est, & celeriter eam.

66. *Temperet ventos.*] Id est, licet det mihi ventos secundos. *Æolus.*] Puteaneus *Eulos.* Lege *Æolos.* lib. xiiii. Met.

Æolus ille refert Theseu regnare profunda.
 Heinfs.

68. *Cognita Iovi puero.*] Quia Jupiter illic nutritus est.

69. *Nam pater & tellus.*] Puteaneus & alter Moreti, *Apater.* vetustior ejusdem, *Et pater.* probe. Heinfs.

70. *Nomina cara.*] Scilicet pater & patria.

71. *Cum tibi ne visus.*] Victor Puteaneus & duo alii. superato scilicet jam Minotauro. Heinfs. *Tecto recurvo.*] Periphrasis Labyrinthi.

73. *Tu mihi dicebas.*] Cum mihi præstantiores. Heinfs.

75. *Si modo vivit Fæmina.*] Vivis iidem magno numero, ut se ipsam alloquatur, quod *ἡμετέρας τρεῖς*, ad adfectus concitandos. sic Trist. lib. v. El. vii.

Vivit in his elen tenerorum oblitus amorum,

Hos vides, hos vates audis, amice, tuos?
Atque minam vivas, & non moriaris in illis!

Ita

Fœmina, perjuri fraude sepulta viri.
 Me quoque, qua fratrem, mactasses, improbe, clava.
 Effet, quam dederas, morte soluta fides.
 Nunc ego non tantum, quæ sum passiura, recordor;
 Sed quæcumque potest ulla relicta pati. 80
 Occurrunt animo pereundi mille figuræ:
 Morisque minus pœnæ, quam mora mortis, habet.
 Jam jam venturos aut hac, aut suspicor illac,
 Qui lanient avido viscera dente, lupos.
 Forsitan & fulvos tellus alat ista leones. 85
 Quis scit, an hæc sævas tigridas insula habet?
 Et freta dicuntur magnas expellere phocas.

Quid

Ita optime liber antiquus. vulgo vivas
 & moriatur contra legem caminis. Ipsa
 Ariadna. Fast. 111.

Sorte tibi gaudens, Quid stebas, rustica,
 dixit?

Utiliter nobis perfidus ille fuit.
 non stebam, ut est in vulgatis. Epistola
 Hypemnestræ. v. 14. Non es, quam piget
 esse piam, ut quidem videtur scribendum.
 Remed. Amor.

Nona terrebar miseræ via, videris, in-
 quis,

Es spectas zonam pallida facta suam.
 sic vetustus codex. Idem. Si modo vivis.]
 Ad seipsam convertit sermonem Ariad-
 ne, corrigens quod dixerat.

77. Mactasses.] Deest utinam. Quæ
 fratrem.] Scil. mactasti, hoc est Mino-
 taurum.

79. Quæ sum passiura.] Mortem in-
 dica, de qua forte deliberata.

85. Tellus alit ista leones.] Alas Putea-
 nus & Sarravianus. Heinsius.

86. Quis scit an hac sævas insula tigres
 habet.] Duo sunt quæ in hoc versu of-
 fendunt. Primo quod Latine vix dicitur,
 Quis scit an habet, sed an habeat.
 Deinde quod posteriorem in tigres cor-
 rumpat, quæ Latina vox. nam quanto
 casu Græco tigridas debuisset dicitur.
 Turbant vehementer libri veteres; ut
 de mendo dubium non sit. Putancus,

Quis scit an & hac tigrides insula ha-
 bent.

alii pletique sævas tigridas insula habet,
 vel, tigridas. ventosior Moreti,

Quis scit an hac tigres insula sæva se-
 rat.

mens, quem à Mentelio habui,

Quis scit an hac sævas fert quoque terra
 tigres.

Sed hæc interpolatorum sunt. Dicam
 quod sentio. puro ultimam in tigrides
 aut tigridas syllabam absorpsisse vocem,
 quæ sequebatur, Dia videlicet, cujus
 glossema fuerit Tò insula. Deinde pro
 habet exaratum primo corrupte fuisse
 habet vel quid simile, unde habet sit fa-
 ctum. Lego igitur,

Quis scit an & sæva tigride Dia vacet.

sic supra vacat insula cultu. Met. 1.

Iupiter ut vidit fossam & custode va-
 cantem.

ita enim illic libri veteres. vulgati ca-
 rentem. Sic quis meliora excogitant, ei-
 go libens adsurgam & gratulabor. Idem.

87. Expellere.] Id est, ejicere in sic-
 cum. Phocas.] Id est, vitulos marinos.
 Nullum autem animal, teste Plinio, gra-
 viore somno premitur. Phocas.] Vir-
 gil. 4. Georgic.

Sternunt se somno diversa in littore
 Phoca.

Quarum pessimus odor. Homer. Odys.
 8. 7. 442.

Quid vetat & gladios per latus ire meum?
Tantum ne religer dura captiva catena;

Neve traham serva grandia pensa manu:
Cui pater est Minos, cui mater filia Phœbi:

Quodque magis meminî, quæ tibi pacta fui.
Si mare, si terras, porrectaque littora vidi;

Multa mihi terræ, multa minantur aquæ.
Coelum restabat. timeo simulacra Deorum.

Destituor rapidis præda cibusque feris.

Sive

Θαυδὸν ἑλαιοτριφίαν ὀλοώταται
ὁδῶν.

Unde etiam Ovidio deformes dicuntur.
Metam. 1.

Nunc ibi deformes ponunt sua corpora
Phocæ.

Et Virgil. 4. Georgic.

— immensaria cuius

Armenta, & turpes pascit sub gurgite
Phocæ.

88. Quis vetat & gladius.] Leve est
quod dicam, dicendum tamen, repo-
ni nimirum debere vel contra codices
vetustos, Quid vetat. Amor. 1. El. VII.

Quid vetat & nervos magicas torpere
per artes?

libro III. Ant. Am. cum veteri codice,
Quid vetat apposito lumen de lumi-
ne sumi?

&c,

Quid vetat à magnis ad res exempla mi-
nores

Sumere?

ubi similiter peccant scripti plerique.
lib. 1. Fastor. cum optimo Vaticano,

Quid vetat & stellas, ut quæque oritur-
que caditque

Dicere?

lib. II.

Quid vetat Arcadio dictos à monte Lu-
percos?

& lib. III.

— quid enim vetat inde moveri?

Trist. 1. El. II.

Quid vetat irato numen adesse Deo?

ut libri veteres gnoscant. lib. v. El. 1.

— quis se mala sumere cogit?

Aut quid deceptum ponere sumpta vetat?
sic Vaticanus. atque ita apud Petronium
legerim,

Nam quis concubitus, Veneris quis gan-
dia nescis?

Quid vetat in tepido membra calore
thoro?

Neque aliter Horatius ac reliqui optimæ
Latinitatis auctores. Sic & Quid probi-
bet dicebant potius quam Quis. Ep. He-
lenæ ex fide veterum libronum,

Quid prohibet ramis nomen inossæ meum?
sic & apud Petronium legatur, Caterum
Licas ut Triphena formica exprobat, Quid,
inquit, prohibet navigationem servari? Idem.
Habes tu quidem fratrem. sed quid probi-
bet & sororum adaptare? ita & Virgilius.
Apud Ausonium tamen Epist. xxv. cir-
cumfertur,

Quis prohibet, satius atque vale brevi-
tate paratâ.

Heinsius.

90. Ne traham.] Ex colo deducam.
Pensa.] Lanæ ad pensum datas. Pensa.]

— πρὸς ἄλλας ἰσὺν ὑφαιρίαις,

Καὶ καὶ ὑδὸν φοροίης,

Hector ad Androm. Hom. Iliad. 2.
vers. 456. Δέλιον ἤμαζε.

Herile carpere pensum.

Hor. 3. Od. 27.

93. Si mare?] Dicit se undique vide-
re sibi perita pericula.

95. Coelum restabat.] Unde non essent
mihi pericula. Simulacra.] Figuras, in
quas dei se dicuntur mutare.

96. Rapidis præda cibusque feris.] Ra-
pidis Argentinensis. sic idem codex se-
quenti

Sive colunt habitantque viri, diffidimus illis.

Externos didici læsa timere viros.

Viveret Androgeos utinam: nec facta luisse

Impia funeribus, Cecropi terra, tuis!

100

Nec tua mactasset nodoso stipite, Theseu,

Ardua parte virum dextera, parte bovem!

Nec tibi, quæ reditus monstrarent, fila dedissem;

Fila per adductas sæpe recepta manus!

Non equidem miror, si stat victoria tecum.

105

Strataque Cretæam bellua tinxit humum,

Non poterant figi præcordia ferrea cornu:

Ut te non tegeres, pectore tutus eras.

Illic

quenti epistola, *rabidarum prada ferarum*. Rapide tamen sciz pro rapacibus dictæ videntur. *Heinsius*.

99. *Viveret Androgeus*.] Fuit unus ex Minos liberis, quem *Egeus* Thesei pater interemit. Utinam, inquit, Athenienses non interemissent Androgeum: quoniam tu ad perimendum Minotaurum non navigasses, nec ego deserta quæreretur. *Facta luisse*.] *Fata tulisset* Putaneus. alii *fata luisse* vel *tulisse*. sed nil muto. sic apud Statium Theb. 1.

Facta luanz Theba.

& lib. XII.

An nec facta luent.

Heinsius.

100. *Funeribus tuis*.] Corporibus puerorum, & virginum, qui tradebantur Minotauri devorandi. *An*.

102. *Ardua*.] Id est, in altum sublata, ad inferendum majorem ictum.

104. *Fila per adductas sæpe recepta manus*.] Non damno hanc lectionem. Vide tamen, ne scripserit Ovidius *fila relicta*. Met. VIII. de eadem re,

Iazua difficilis filo est inventa relicta, ubi relicto perperam scribebatur.

Fast. III.

Iam male perjuræ mutarat conjuge Bacchum,

Quæ dedit ingrato fila legenda viro. sic vere optimi codices. vulgati & illic

regenda. Propertius lib. IV. El. IV.

Prodicta quid mirum fraternali cornua monstri,

Cum patris lecto flamine tortia via.

Virgil. lib. X.

extremaque Læsa

Parca fila legunt.

hoc est, colligunt, ut Servius interpretatur. sic collecta fila Seneca Hippolyto de Theseo,

Et longa curva fila colligit via.

Heinsius.

106. *Strataque Cretæam bellus stravit humum*.] *Tinxit humum* multi ex scriptis. quod admittendum opinor. nisi plangit malis. Ep. Parid.

Cæque sanguineam victima plangit humum.

Met. III. de Terrigenis,

Sanguineam trepido plangebant pectore matrem.

de quo loquendi modo alibi. *Fast. I.*

Et lato moriens pectore plangit humum. ubi male tangit & pulsas veteres nonnulli. *Fast. IV.*

Atque indignanti pectore plangit humum.

Idem.

107. *Non poterant*.] Ecce causa, quare habuerit victoriam. *Cornu*.] Scilicet Minotauri. *Figi*.] Vulnerari.

108. *Ut*.] Id est, quamvis.

I 5

109. Il-

Illic tu filices, illic adamanta tulisti:

Illic qui filices Thesea vincat habes.

110

Crudeles somni, quid me tenuistis inertem?

At semel æterna nocte premenda fui.

Vos quoque, crudeles venti, nimiumque parati;

Flaminaque in lacrymas officiosa meas.

Dextera crudelis, quæ me fratremque necavit: 115

Et data poscenti nomen inane fides.

In me jurarunt somnus ventusque fidesque.

Prodita sum causis una puella tribus.

Ergo ego nec lacrymas matris moritura videbo:

Nec, mea qui digitis lumina condant, erit?

120

Spiritus infelix peregrinas ibit in auras:

Nec positos artus unget amica manus?

Ossa superstant volucres inhumata marinæ?

Hæc sunt officiis digna sepulcra meis?

Ibis Cecropios portus: patriaque receptus

125

Cum steteris urbis celsus in arce tuæ,

Et bene narraris letum taurique virique,

Secta-

109. *Illic tu filices, Illic.*] Illic ex castigationibus reponere. *Heinsius.*

110. *Habes Thesea qui vincat.*] Id est, habes feritatem tibi ingenitam, quæ est durior filicibus.

111. *Inertem.*] Sopitam, non sentientem.

113. *Nimium parati.*] Qui tam cito Theseum abstulistis.

115. *Dextera.*] Scil. Thesei. *Fratrem.*] Minotaurum. *Et me.*] Quia fuit etiam causa meæ mortis.

116. *Fides.*] Scil. fuit crudelis. *Nomen inane.*] Id est, sine effectu. *Data.*] Scilicet æte. *Poscenti.*] Mihi.

120. *Nec mea qui digitis.*] *Digitus* Scriber, & Palat. *Heinsius.* *Qui condant.*] Id est, qui claudat. nam mortuis solebant propinquiore claudere oculos.

121. *Spiritus.*] Id est, anima.

122. *Unget.*] Nam cadavera prius la-

vabantur, deinde ungebantur.

125. *Ibis Cecropios portus.*] Invidiose hoc dictum est, intrabis Piræum Athenarum portum. *Ant.*

126. *Cum steteris turba celsus honore tua.*] *Turba celsus in aure* Puteaneus. & emendatum postea *urbis in arce.* quomodo & sex alii. vide quæ noto *Epistola* VII. ff. 51. *Dido,*

Et videas populos altius ab arce tuos. De arce Atheniensis protrita omnia. *Lo-* vaniensis *urbis celsus in ore.* Octo, *turba celsus in arce,* totidem *turba celsus in ore,* quinque *in orbe.* utrumque bene. unus *turba in urbe.* De *populi ore* in Aponum Claudiani dictum. *Trist.* IV. El. II.

Hos super in curru, Caesar, victore veneris

Purpureus populi rite per oratu.

Heinsius.

127. *Et bene narraris.*] Deest *cum.* *Tauri virique.*] Id est. Minotauri.

128. *Saxa*

Sectaue per dubias faxea tecta vias;
Me quoque narrato sola tellure relicta.

Non ego sum titulis surripienda tuis. 130

Nec pater est Ægeus; nec tu Pittheidos Æthræ

Filius: auctores saxa fretumque tui.

Dî facerent, ut me summa de puppe videres!

Movisset vultus mœsta figura tuos.

Nunc quoque non oculis, sed, qua potes, aspice mente. 135

Hærentem scopulo, quem vaga pulsata aqua.

Aspice demissos lugentis in ore capillos;

Et tunicas lacrymis, sicut ab imbre, graves.

Corpus, ut impulsæ segetes Aquilonibus, horret:

Litteraque articulo pressa tremente labat. 140

Non te per meritum, quoniam male cessit, adoro.

Debita sit factio gratia nulla meo:

Sed nec poena quidem. si non ego causa salutis,

Non

128. *Saxea tecta.*] Id est, labyrinthum.

129. *Sola tellure relicta.* Scribe *sola tellure.* Catullus de hac nostra,

Desertam in sola mœstam se cernit arena.

sic loca sola & sola rura passim nostro, & similia. Heinſius.

130. *Non ego.*] Ironice loquitur. *Surripienda.*] Removenda. *Tuis titulis.*] Tuis laudibus.

131. *Nec pater.*] Pro nimia ira dicit eum non esse humano sanguine genitum, sed saxis. *Nec pater.*] Simili furore correpta Dido. 4. *Æneid.*

Nec tibi Diva parens, generis nec Danaus auctor,

Perſide.

& Senior Priamus. 2. *Æneid.*

— *sciam quo te mentiris.*

Æthra Pittheidos.] Id est, filiz Pithei.

132. *Auctores tui.*] Id est, parentes, & ex quibus es genitus.

133. *Dî facerent.*] Nixitur movere eum ad commiserationem sui.

134. *Mœsta figura.*] Id est, aspectus meus tristis & lachrymosus. *Movisset.*]

Ad misericordiam & lachrymas deduxisset.

136. *Hærentem.*] Id est, finge videre me stantem in scopulo ab undis pulsato.

137. *Demissos lugentis more capillos.*] In ore quatuor libri. at Leidensis *lugentium more.* ut Virgil.

— *Iliades crinem de more soluta.*

Heinſius. *Demissos.*] Per humeros sparsos.

139. *Corpus.*] Dicit se pro dolore & timore tremere. *Sicut segetes.*] Tremunt à ventis.

140. *Littera pressa.*] Id est, signata, scripta. *Articulo.*] Id est, Dignito. *Labat.*] Vacillat: id est, non habet rectum ordinem.

141. *Per meritum.*] Id est, Per beneficium quod tibi præstixi. *Quoniam male cessit.*] Quia male locavi illud.

142. *Nulla gratia.*] Id est, Nulla retributio. *Su factio meo.*] Id est, Beneficio, quod tibi feci.

143. *Sed nec poena.*] *Sed ne* Puteaneus & quinque alii. *Heinſius.* *Sed nec poena.*] Scilicet sit meo factio: id est, si non vis reddere gratiam factio meo, non debes tamen

Non tamen est, cur sis tu mihi causa necis.
 Has tibi, plangendo lugubria pectora lassas, 145
 Infelix tendo trans freta longa manus.
 Hos tibi, qui superant, ostendo mœsta capillos.
 Per lacrymas oro, quas tua facta movent :
 Flecte ratem, Theseu; versoque relabere vento.
 Si prius occidero; tu tamen ossa leges. 150

tamen reddere poenam & malum. *Si nam.*] Id est, Si non fui tibi causa salutis, sicut fortasse tu existimas.

145. *Tendo.*] Porrigo.

147. *Qui superant.*] Id est, Qui superant, & restant : nam reliquos præ dolore laceravi & avulsi.

148. *Tua facta.*] Scilicet crudelia : quia me deseruisti solum.

149. *Flecte ratem.*] Verte navem ad me recipiendam. *Relabere.*] Retronaviga. *Versoque.*] Mutato.

150. *Si occidero prius.*] Id est, Si mortua fuero, antequam redeas ad me abducendum ex his locis. *Tu tamen ossa feras.*] Tres membranz leges, quo & unus alludit Medicæus, in quo lege. De ossilegio multa viri eruditi in commen-

tatis funetis antiqui. Noster Amot. III. El. VI.

O utinam mea læta forent, patrioque sepulchro,

Condita, dum poterant virginis ossa legi.

Perperam ibi vulgo, testæ & regi. Propert.

Ossa que legisti non illa ætate legenda Matris.

Sappho apud nostrum,

cum læta parentis

Ante diem lacrymas ossa bibere meas.

Atque ita passim veteres. sed ossa non legebantur nisi combustis cadaveribus, quod Ariadæ in deserto loco haud erat sperandum. *Heinsius.*

EPISTOLA XI.

ARGUMENTUM.

Macareus & Canace, Æoli regis ventorum filii, cum turpiter se amarent, & consanguinitatis prætextu culpam regentes concumberent, Canace filium peperit : quem cum clamè regia per nutricem emitteret, ut aleretur, infelix infans suo vagitu se arvo prodidit. Qui filiorum incensus scelere, innocuum infantem iussit canibus exponi : & per satellitem Canaca gladium misit, quo illa pro meritis uteretur; & se interfecisse creditur. Sed priusquam moreretur, Macareo, qui jam in templum Apollinis Delphici confugerat, hac epistola casum suum narravit, orans, ut expositi infantis ossa legat, & una cura suis urna componat.

CANACE MACAREO.

SI qua tamen cæcis errabunt scripta lituris;
 Oblitus à dominæ cæde libellus erit.

Dex-

Æolis Æolida, quam non habes ipsa, salutem

Mittit, & armata verba notata manu.

Priscæ editiones cum Excerptis Putcani

& libri ex nostris multi ita ordiuntur hanc epistolam vulgaris auctores, sed interpolatoris beneficio. *Heinsius.*

1. *Si qua tamen.*] Quod autem ante tamen

Dextra tenet calamum; strictum tenet altera ferrum,
Et jacet in gremio charta soluta meo.

Hæc est Æolidos fratri scribentis imago :

Sic videor duro posse placere patri.

Ipse necis cuperem nostræ spectator adesset;

Auctorisque oculis exigeretur opus.

Ut ferus est, multoque suis truculentior Euris,

Spectasset ficcis vulnera nostra genis.

Scilicet est aliquid, cum sævis vivere ventis:

Ingenio populi convenit ille sui.

Ille Noto Zephyroque, & Sithonio Aquiloni

Imperat, & pennis, Eure proterve, tuis.

Imperat (heu) ventis; tumidæ non imperat iræ:

Possidet & vitiis regna minora suis.

Quid juvat admotam per avorum nomina cælo

Inter cognatos posse referre Jovem?

Num minus infestum funebria munera ferrum

Fœmi-

tamen videatur aliquid esse præponendum, plenumque magis sit in sensu, quam in verbis. nam intelligitur: Mitto tibi hanc epistolam, tamen. *Errant.*] Id est, vacillabunt, & non habebunt rectum ordinem. *Lituris.*] Maculis. *Cæcis.*] Obscuris, quæ non bene possint legi.

2. *Libellus.*] Epistola. *Oblitus.*] Fœdatus. *Academ.*] Propter cadem. *Damine.*] Id est, meæ Canaces.

6. *Sic.*] Scilicet ense parato ad necem meam.

7. *Ipse.*] pater.

8. *Opus.*] Id est, cædes mea. *Exigetur.*] Perficeretur. *Oculis.*] Id est, in conspectu. *Auctoris.*] Scilicet patris, qui est auctor & causa, ut me interficiam.

9. *Suis.*] Qui sub imperio suo.

10. *Spectaret.*] Spectasset libri. *Puteaneus spectat sed.* Heinsius.

11. *Scilicet.*] Quia versatur, & vitum cum ventis, qui sunt sævi, ipse quoque est sævus, & convenit naturæ ventorum.

12. *Sui populi.*] Id est, ventorum.

13. *Sithonio.*] Threicio; fiat enim ex Thracia. Sithon autem, mons Thraciæ. De his ventis cardinalibus, 1. Metanumorph.

14. *Pennis.*] Quia venti dicuntur habere alas. *Hub. Eureproterve.*] — pro-cacibus austris. Virgil. 1. Æn. Et Horat. *Tradam protervis in mare Creticum Portare ventis.* Et in antiq. Poët. *Phrenetici. Septentrionis filii.*

Pennis.] — & alitis austris. Virg. 8.

15. *Vitiis suis.*] Superat, inquit, ventos asperitate & sævitiâ, quibus imperat. *Ant.*

17. *Quid juvat admotam.*] Me per nomina avorum admotam cælo: hoc est, coelestibus conjunctam & affinem, posse inter cognatos Iovem referre. *Michl. Admotam.*] Id est, Junctam. *Hub.*

19. *Non minus infestum.*] Ita scripti plerique, præter Puteaneum, qui recte *Num minus.* Epistola Helenæ,

Pulsa est Æsonia num minus illa domo. *Leandri,*

Num minus hæc nobis tam brevis obstat aqua. *Fact. 1.*

Foeminea teneo, non mea tela, manu? 20
 O utinam, Macareu, quæ nos commisit in unum,
 Venisset leto serior hora meo!
 Cur unquam plus me, frater, quam frater amasti?
 Et tibi, non debet quod soror esse, fui?
 Ipsa quoque incalui: qualemque audire solebam, 25
 Nescio quem sensi corde tepente Deum.
 Fugerat ore color: macies adduxerat artus:
 Sumebant minimos ora coacta cibos.
 Nec somni faciles, & nox erat annua nobis:
 Et gemitum nullo læsa dolore dabam. 30
 Nec cur hæc facerem, poteram mihi reddere causam:
 Nec noram, quid amans esset: at illud eram.
 Prima malum nutrix animo præsensit anili:
 Prima mihi nutrix, Æoli, dixit, amas.
 Erubui, gremioque pudor dejecit ocellos. 35

Hæc

Fast. I.

Num minus hic tuto est altior orbe cinis?

Fast. III.

Num minus ingenuis artibus illa vacat?

Trist. I. El. II.

Ut mare confidas, ventisque ferentibus
*mar,**Ut mihi parcat, num minus exal*
ero?

lib. II.

Præda fuit cunctis num minus illo suis?

lib. V. El. VI.

Mansit in officiis num minus ille suis?

Loca plura adscripti, quod ea in vulga-
 ris editionibus ut plurimum mendosa
 circumferuntur. Auctor Elegiz in obi-
 tum Mæcenatis,

Num minus Urbis erat custos et Caesaris
hospes? Heinsius.

Num minus.] Id est, nihilo minus, quam-
 vis sim de gente Jovis. *Munera fune-*
bria.] Id est, apta meo funeri.

20. *Non mea tela.*] Id est, non mihi
 apta, aut convenientia.

22. *Meo leto.*] Id est, utinam prius
 essem mortua, quam me unquam co-
 gnovisses.

23. *Plusquam frater.*] Metam. 4. v. 334.— *Sororia saltem.* — *Oscula.* —*Quam frater.*] Quia amor fratris erga so-
rorem debet esse moderatus.24. *Et cur fui.*] Cur obscuta sum tibi
in amore, quod soror facere non debet?26. *Deum.*] Cupidinem. *Nescio quem*
Deum.] Antea mihi incognitum.27. *Adduxerat.*] Attenuaverat, con-
traxerat.29. *Annua.*] Longissima: id est, una
nox videbatur mihi unus annus.

31. *Nec cur hoc facerem.*] Hæc Puta-
neus & alii multi. *Heinsius.* *Reddere cau-*
sam cur facerem.] Quia nesciebam amo-
rem, qui me faceret suspirare.

32. *At eram illud.*] Id est, amans.

33. *Prima.*] Ante alios. *Animo anili.*]
 Cauto, & perito talium rerum. *Animo*
anili.] Virgil. 4. *Æneid.*

— *illa gradum studio celerabat anili.**Item senex ille in Eurip. Jon. v. 728.**Ἰδὲ τὸ τῷ πρὸς μὲν βραδύ, τὸ τῷ δὲ*
*ῥᾷ ταχύ.**Malum.*] Amorem meum.

35. *Pudor dejecit ocellos.*] Virgil. 3.
Æneid. Andromache. —

Do-

Hæc satis in tacita signa fatentis erant.
 Jamque tumescebant vitii pondera ventris,
 Ægraque furtivum membra gravabat onus.
 Quas mihi non herbas, quæ non medicamina nutrix
 Attulit, audaci suppositæque manu? 40
 Ut penitus nostris (hoc te celavimus unum)
 Visceribus crescens excuteretur onus.
 Ah! nimium vivax admotis restitit infans
 Artibus; & tectus tutus ab hoste fuit.
 Jam novies erat orta soror pulcherrima Phœbi, 45
 Denaque luciferos Luna movebat equos.

Nescia

Dejecit vultum, & demissa voce locuta est.
 & Statius. Theb. 2. — *Ibant*

Castida purpureum fusa super ora ruborem,

Dejæque genas; tacito subit ille suppressus

Virginis amor, primæque modestia culpa

Confundit vultus. Et Eurip. Phœniss. v. 1494.

— *ὑπὸ παρθενίας*

Τὸν ὑπὸ βλεφάροις φόνει, ἰρύθυμα Προσεύει.

36. *Hæc satis.*] Id est, licet tacerem, hæc erant satis. *Signa fatentis.*] Id est, consentiens me amare.

38. *Furtivum onus.*] — *Σκίτον δὲ ἰγνίστο μύτην.* Homeri. II. ζ. v. 24 *Ἐκ λαβρῆς μίσγους.* & Homer. ibid v. 161.

Κρυπταδὴν φιλότῳ μὲν ἰγνίστο.

& Theoc. Idyll. 27. — *δίστατο φέρειν ἰνυή.* Vide Epist. Leandr. v. 54. *Onus.*] Id est, puer, quem ferebam in utero. *Furtivum.*] Occultum: vel furto, id est, stupro conceptum. *Hub.*

39. *Quas mihi non herbas, quas non medicamina.*] Partum abigere conati sunt herbarum succis.

40. *Suppositæ.*] Utero apposuit ad depellendum foetum. *Ant.*

41. *Hoc te celavimus unum.*] Parenthesis est. id est, hoc solum tibi occultavimus, quod voluerim arte emittere partum.

43. *Admotis artibus.*] Medicaminibus adhibitis excuti non potuit.

44. *Leitæ.*] Clausus utero. *Ab hoste.*] Nutricem significat, quæ illum perimere conata est. *Ant.*

46. *Denaque luciferos Luna premebat equos.*] *Movebat* libri veteres uno consensu. & recte. Val. Flaccus lib. 141.

— *Movet en gelidos Latonia currus.*

Fast. II.

Luna resumebat decimo nova cornua motu:

Virgo pater subitæ nuptæque mater erat.

Gratia Lucina.

sic & ibi codices antiqui, non *decimo mense*, ut est in vulgatis. quem locum receptam scripturam tueri in his Canaces amicus meus contendebat, & evincere, pro *Dona Luna* non esse reponendum *Plena*, uti doctissimo Gronovio in Observationibus videbatur. Nec cum Puterneo libro & aliis nonnullis, *Nona*, quod magnus Scaliger probavit. Nota illa,

Mari longa decem tulerunt fastidia menses

Noster in Fastis lib. III.

Luna novum decies impletat cornua orbem;

Qua fuerat virgo credita, mater erat. & lib. III.

Vel quia bis quinto famina mense parit. lib. v.

Lamque decem menses: & puer ortus erat. Althæa apud eundem Met. v. 111.

Es

Nescia quæ faceret subitos mihi causa dolores,
 Et rudis ad partus, & nova miles eram.
 Nec tenui vocem. Quid, ait, tua crimina prodis?
 Oraque clamantis conscia pressit anus. 50
 Quid faciam infelix? gemitus dolor edere cogit;
 Sed timor, & nutrix, & pudor ipse, vetant.
 Continuo gemitus elapsaque verba represso:
 Et cogor lacrymas combibere ipsa meas.
 Mors erat ante oculos; & opem Lucina negabat: 55
 Et grave, si morerer, mors quoque crimen erat.
 Cum superincumbens, scissa tunicaque comaque,
 Pressa refovisti pectora nostra tuis.
 Et mihi, Vive soror, soror ô carissima, dixti,
 Vive: nec unius corpore perde duos. 60
 Spes bona det vires: fratri nam nupta futura es.
 Illius, es de quo mater, & uxor eris.

Mor-

Es quos sustinui bis mensum quinque labores.

Seneca quoque in Phœnissis, sic enim Thebaidem ejus vere inscribit præstantissimus liber Medicæus,

— per decem mensum graves

Uteri labores.

atque ita passim auctores. Sed quemadmodum, *quini et deni calculi* pro decem & quinque calculis recte dicuntur, ita *Latam denam* pro decima posse dici erat ostendendum. Heinſius.

51. *Quid faciam.*] Pro facerem. *Ede-re.*] Emittere. *Gemitus.*] Clamores: id est, ex una parte dolor partus coge- bat me clamare: ex altera prohibebat timor patris, & nutrix, quæ increpabat me.

52. *Et pudor.*] Ex tanto scelere. *Hub.*

53. *Continuo gemitus.*] Continuo tres libri. *Heinſ.* *Verba elapsa.*] Quæ præ dolore exciderant voces. *Represso.*] Repri- mo, ne audirentur.

54. *Cogor.*] Quoniam ita imperabat nutrix. *An.* *Combibere.* [Intra me te- nere. *Lacrymas combibere.* — *Fletum- que referens.* Sil. 12. & Stat. *Inclusaque dolor lacrymas.*

55. *Ante oculos.*] Certa & parata.

56. *Si morerer.*] *Si moriar* multi. *Pu- teaneus* & unus meus, *morior.* Heinſius. *Mors erat grave crimen.*] Quia non po- tuisset mori sine infamia, in tali casu, quo fuisset cognitum scelus meum.

57. *Superincumbens.*] Scil. tu. *Et co- ma.*] Propter dolorem quem de me ca- piebas.

58. *Refovisti.*] Recalefecisti.

59. *Clarissima dixti.* *Aisti.*] *Puteaneus.* & *Argentincnsis.* multi ex nostris *dixti.* Heinſius.

60. *Duos.*] Scil. te & filium. *Corpore unum.*] Id est, corpore tuo.

61. *Fratri nam nupta futura es.*] Vetus lectio *erata* erat in *Puteaneo*, cujus nul- lum appareret vestigium, ejusque loco repositum,

— *fratri es nam nupta futura.*
 quidam ex nostris:

— *germano nupta futura es.*
 quomodo & in *Puteaneo* prius fuisse scriptum suspicor. Heinſius.

62. *Illius de quo mater es.*] *Mater et* *Puteaneus* & plerique alii tum præcis editionibus. *Lego* cum *Leidenſi*,

Illius

Mortua (crede mihi) tamen ad tua verba revixi: |

Et positum est uteri crimen onusque mei.

Quid tibi grataris? media sedet Æolus aula. 65

Crimina sunt oculis surripienda patris.

Frugibus infantem, ramisque albensis olivæ,

Et levibus vittis sedula celat anus:

Fictaque sacra facit, dicitque precantia verba.

Dat populus sacris, dat pater ipse, viam. 70

Jam prope limen erat: patrias vagitus ad aures

Venit, & indicio proditur ille suo.

Eripit infantem, mentitaque sacra revelat

Æolus. infana regia voce sonat.

Ut mare fit tremulum, tenui cum stringitur aura; 75

Ut quatitur tepido fraxina virga noto;

Sic mea vibrari pallentia membra videres.

Quassus ab imposito corpore lectus erat.

Irruit;

Illi, es de quo mater, & necor eris.

Idem.

63. *Mortua.*] Scilicet ut videbar mihi. *Revixi.*] Respiravi.

64. *Crimen onusque.*] Id est, criminis onus. *Positum.*] Pro depositum, id est, peperi. *Hub.*

65. *Quid tibi grataris.*] Non esse gratulandum, arguit ab Æoli crudelitate; & facinoris dedecore, & periculo. *Ans.* *Æolus.*] Pater meus.

66. *Surripienda.*] Removenda. *Oculis patris.*] Ne ab eo videatur.

67. *Frondibus infantem.*] *Frugibus* Puzaneus optime. Molam falsam intellige: quam facta facturæ in promptu esse oportebat. si *Frondibus* legas, bis idem dixerit. *Heins.* *Frugibus.*] Dicit quomodo nutrix cum occubavit, simulans se facturam rem divinam. *Albensis olivæ.*] Hæc enim arbor erat tutela Palladis, & dicata paci; apta sacrificiis, quæ anus volebat simulare.

68. *Velat.*] Tegit. *Vittis.*] Fasciis: tanquam rem sacram. *Sedula.*] Studiosa.

69. *Ficta.*] Simulata. *Verba precantia.*]

Id est, dicit hymnos & supplicationes.

70. *Dat viam.*] Id est, cedit, quia credebat eam facere vera sacra. *Dat populus.*] *Dans populi* Lovanienfis. Forte *Dans populus.* *Heinsius.*

72. *Proditur.*] Detegitur, cognoscitur. *Suo indicio.*] Propria voce.

73. *Revelat.*] Detegit, remotis frondibus. *Mentita.*] Ficta.

74. *Sonat.*] Resonat. *Infana.*] Magna.

75. *Ut mare.*] Facit comparisonem de suo tremore, cum audiret patrem ira clamantem. *Stringitur.*] Leviter percutitur. *Tenui.*] Levi.

76. *Fraxina.*] Pro fraxinea. *Noto.*] Id est, vento. *Tepido.*] Quia venit à meridie, ideo est tepidus.

77. *Sic mea vibrari pallentia membra videres.*] *Pallentis* scribendum videri dixi Epistola V. v. 45. At unus Regius *Sic meum vibrari.* etiam non male. *Heinsius* *Videres.*] Pro videret aliquis. *Vibrari.*] Moveri, tremere.

78. *Quassus ab imposito.*] *Lectus*, in quo eram, quatiebatur à meo corpore tremente.

K

79. &c.

- Irruit; & nostrum vulgat clamore pudorem :
 Et vix à misero continet ore manus. 80
 Ipsa nihil, præter lacrymas, pudibunda profudi:
 Torpuerat gelido lingua retenta metu.
 Jamque dari parvum canibusque avibusque nepotem
 Jusserat; in solis destituitque locis.
 Vagitus dedit ille miser; sensitse putares : 85
 Quaque suum poterat voce rogabat avum.
 Quid mihi tunc animi credas, germane, fuisse;
 (Nam potes ex animo colligere ipse tuo)
 Cum mea me coram silvas inimicus in altas
 Viscera montanis ferret edenda lupis? 90
 Exierat thalamo : tunc demum pectora plangi
 Contigit, inque meas unguibus ire genas.
 Interea patrius vultu moerente satelles
 Venit, & indignos edidit ore sonos :
 Æolus hunc enseni mittit tibi : tradidit enseni : 95
 Et jubet ex merito scire quid iste velit.

Sci-

79. *Irruit.*] Id est, cum impetu intrat cubiculum meum. *Vulgar.*] Manifestat. *Pudorem.*] Id est, dedecus, & infamiam.

80. *Vix continet manus ab ore misero.*] Id est, vix continet se, quin unguibus dilaceret mihi vultum, & eruat oculos.

81. *Præter lacrymas.*] Quia nil potui dicere, sed solummodo flevi.

82. *Gelido lingua retenta metu.*] *Gelida manu* Putaneus & alter Moreti. nil invero. *Heins.*

84. *Desitini.*] Reliqui sine ullo crotode. *Solis.*] Desertis, inhabitatis.

85. *Fatares sensitse.*] Videbatur sensitse illud crudele iustum, ita in tempore vagivir. *Hüb.*

87. *Tunc.*] Cum mea pignora lupis edenda tradi conspicerem. *Ant.*

89. *Inimicus.*] Satelles vel famulus patris. *Viscera.*] Filium meum.

91. *Exierat.*] Scilicet pater meus. *Tunc demum.*] Tunc tandem, scilicet eo egresso. *Tunc demum pectora plangi.*] *Plangi* idem libri cum Erfurtano. probe. Serroz-

ze *plango.* denique etiam nonnulli. *Epistola* Sapphus.

— nec pectora plangi,
Nec puduit scissis exultare comis.
Heinsius.

92. *Contigit ire in meas genas unguibus.*] I. e. Tunc demum licuit mihi immittere ungues in genas meas dilacerandas.

93. *Patrius satelles.*] *Patruus* Putaneus. *Sequenti versu prodidit ore prodidit unus* Modicetus. placet. *Heins. Satelles.*] Miles, minister. *Vultu moerente.*] Id est, Tristi: ex quo poteram cognoscere, cum afferre tristitia mandata. *Indignos.*] Crudeles. *Sonos.*] Voces, verba.

95. *Æolus.*] Verba satellitis ad Canacem. *Tradidit.*] Interpositio est: sunt enim verba Canaces.

96. *Et jubet.*] Adhuc sunt verba satellitis, post traditum enseni. *Quid velit.*] Quare mittitur tibi. *Ex merito.*] Scilicet tuo, id est, ex eo quod fecisti, vult intellegas, ad quid cum tibi miserit.

97. Sci-

Scimus; & utemur violento fortiter ense:

Pectoribus condam dona paterna meis.

His mea muneribus, genitor, connubia donas?

Huc tua dote, pater, filia dives erit?

100

Tolle procul decepte faces, Hymenæe, maritas:

Et fuge turbato tecta nefanda pede.

Ferte faces in me, quas fertis, Erynnyes atræ:

Ut meus ex isto luceat igne rogus.

Nubite felices Parca meliore, sorores:

105

Admissi memores sed tamen este mei.

Quid puer admisit tam paucis editus horis:

Quo læsit facto, vix bene natus, avum?

Si potuit meruisse necem, meruisse putetur.

Ah miser admissio plectitur ille meo!

110

Nate, dolor matris, rapidarum præda ferarum,

(Hei mihi!) natali dilacerate tuo:

Nate parum fausti miserabile pignus amoris;

Hæc

97. *Scimus.*] Verba Canaces. dicit enim: Scio quid velit licentis, & eo utat pro merito meo. *Fortiter.*] Intrepide: quia non dubito me interficere. *Condam.*] *Emmittam*, & *abdā*.

98. *Dona paterna.*] Ensem, quem pater mihi misit.

99. *His mea.*] Apostropham facit ad patrem: & est exclamatio doloris & indignationis plena.

100. *Eris dives hac dote.*] Quia nulla re unquam egebit, postquam hoc ense se interficiet.

101. *Tolle procul.*] *Præcor* Mentelinus. *Heins.* Tolle procul.] Dicit, ad connubia sua non adhibendum esse Hymenæum, quia sunt infelicia. *Faces maritas.*] Id est, Tædas connubiales.

102. *Pedesturbato.*] Id est, Celeri. *Tecta nefanda.*] In quibus nefandum facinus admissum est inter fratrem & sororem.

103. *Ferte faces.*] Dicit, non Hymenæum adhibendum suo connubio, sed Erynnyes, ferentem faces infœliciter. *Eryn-*

nnyes atræ.] Infernæ. *Faces quas fertis.*] i. e. Funebres, & non nuptiales. *Faces atræ.*] Senec. Octav.

Illæ, illæ meis tristis Erynnyes

Thalamis Stygiis præsent ignes.

Σὺν ἀμαρτίᾳ οὖν κτήνη, καὶ πόρνοι

ὕμνασθε.

Sic Virgil. de Lavina. — Formida tur-
mine fulvo involvi. & Ovid. Metam.

— Tiphonem madefactam sanguine
suavit

Importuna facem. Quod non erat
τυμπίδων οἶλας.

106. *Admissi mei.*] *Admissa mei.* Pu-
teancus. *Heins.*

109. *Si potuit.*] Permissione hac in-
fontem esse puerum ostendit. infans e-
nim nihil committere poterat, nec pro
parentum commissis erat plectendus.

111. *Nate*] Vertit sermonem ad filium,
cujus miserrimam sortem dolet, quod
eodem die natus & mortuus sit.

113. *Pignus.*] Confirmatio. nam filii
dicuntur pignora conjugii. *Heins.* *Parum*
fausti.] Qui non bene successit. *Ant.*

K 2

115. *Non*

Hæc tibi prima dies, hæc tibi summa fuit.
 Non mihi te licuit lacrymis perfundere iustis: 115
 In tua non tonsas ferre sepulcra comas.
 Non super incubui: non oscula frigida carpsi.
 Diripiunt avidæ viscera nostra feræ.
 Ipsa quoque infantes cum vulnere prosequar umbras:
 Nec mater fuero dicta, nec orba diu. 120
 Tu tamen, ô frustra miseræ sperate sorori,
 Sparsa precor nati collige membra tui:
 Et refer ad matrem, socioque impone sepulcro:
 Urnaque nos habeat, quamlibet arcta, duos.
 Vive memor nostri, lacrymasque in vulnere funde: 125
 Neve

115. *Nec mihi.*] Conqueritur quod non potuerit præstare officium, quod solet in funere filii. *Iusti.*] Debitis propter affectum naturæ. *Perfundere.*] Irrorare.

116. *In tua nec tonsas.*] Non tonsas scripti. *Hainsius.* Non tonsas.] Solebant autem funerali more comas refecare, & in rogam ardentem, aut sepulchrum mittere. *Micyl.* Tonsas comas.]

Θριξὶ δὲ πάντα νίκην καταδύνοει ἀς ἐπιβαλλόν

Κεῖρόμενοι. Homer. Iliad. ♀. 135. de Patroclo.

Καὶ ἀπαρχὰς ἀπὸ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν δύναι.

Pausan. Achaic. Et Ovid. Metam. 3. v. 506.

— scætos fratri imposuere capillos.

Ἀποδύρομενοι τὰς κόμης ἐκείραντο. Apollon. lib. 1.

117. *Non superincubui.*] Nam patentes ex affectu naturali solent incumbere cadaveribus filiorum, & sic eos mortuos osculari.

118. *Diripiunt.*] Dilacerant. *Hubert.* *Avida fera.*] Lupos & vultures significat. *Am.*

119. *Ipsa quoque infans cum vulnere prosequar umbras.*] Prosequar Puteaneus & alii meliores. *Infans* præterea um-

bras scribendum momui Epistola ix. *Heinsius.* *Ipsa quoque.*] Dicit se secuturam filium suum, quia gladio à patre misso se interficiet.

120. *Nec fuero dicta diu mater.*] Quia privabor filio, sine quo non possum dici mater. *Nec dicar orba diu.*] Quæ licet caream filio, & propter hoc sim orba: tamen cito moriar, & sic non dicar orba.

121. *Tu tamen.*] Nunc roga fratrem *Macareum*, ut colligat ossa matris & filii, & reponat in eadem urna. *Frustra sperate.*] Quia cum sperarem te futurum maritum meum, non potui id consequi.

123. *Ad matrem.*] Ad me. *Socioque.*] Coniuncto, & coniunctui.

125. *Lacrymasque in funere funde.*] In vulnere Puteaneus & multi alii ex castigatioribus. *vulnera* in excerptis Douzæ. Met. iv.

Vulnera supplevis lacrymis, statimque cruoris

Miscuit.

lib. xiii.

Hinc quoque dat lacrymas, lacrymas in vulnera fundit.

Pont. lib. iv. El. xi.

Forisisti lacrymis vulnera nostra tuis.

Lucanus lib. ix.

Ergo indigna fui, dixis, Fortuna, meritis
Vul-

Neve reformida corpus amantis amans.

[Tu (rogo) projectæ nimium mandata sororis
Perfer. mandatis perfruar ipsa patris.]

Vulneribus cunctis largos infundere flatus?

Stattius Theb. VIII.

Falsa pios gemitus, lacrymasque in vulnera fudit.

lib. III.

— ha lumina signant

Vulneraque alta replens lacrymis.

lib. XI.

— lacrymaeque per arida serpunt

Vulnera.

& sic passim. Heinſius.

127. Tu rogo.] Totum hoc distichon in officina interpolatorum conflatum, vix Latinum est, aut ad Ovidianam ele-

gantiam adſurgit. In Puteaneo certe codice id à manu ſecunda erat, priſcæ lectionis veſtigiiſ penitus ſublatis. mandatum perſice Gottorpianus. & mandatum perſequar notat ex ſuiſ Naugerius. quomodo & Puteaneus & Gronovianus. Idem. Projecta.] Infeliciſ, & abjectæ.

128. Perfruar mandatis.] In beneficii loco habebø : nihil mihi enim præter mortem dulce eſt. Vide Epiſt. ſeq. v. 22. Mandata.] Hæc ſcilicet, quæ tibi commiſi. ipſa.] Ego. Perfruar mandatiſ patris.] I. e. Faciam quod pater mihi mandavit. Hub.

EPISTOLA. XII.

ARGUMENTUM.

Iaſon, cum primum Colchon attigit, à Medea, Ætæa Colchorum regiſ & Hecates filia, receptuſ eſt, & amatuſ : interpoſitaque conjugii ſponſione, illum edocuit, quonam pacto ad optatam perveniret prædam. Aureo igitur vellere rapto, clam cum Medea fugam arripuit. Quos cum inſequeretur Ætæa, illa Abſyrti fratris, quem ſecum ducebat, occiſi membra diſperſit : ut ita patrem offa filii legentem moraretur. Et ſic incolomes in Theſſaliam tandem devenerunt : ubi Æſonem Iaſoniſ patrem, annis jam decrepituſ, ad viridem ætatem reduxit. Iaſon dein, Medeam repudiavit : & Creuſam, Creontiſ regiſ Corinthiorum filiam, uxorem aſſumpſit. Furibunda igitur Medea ad Iaſonem ſcripſit, ingratum ejus animum accuſat, præſentemque ultionem, niſi recipiatur, interminatur.

MEDEA JASONI.

AT tibi Colchorum (memini) regina vacavi.

Ars

Initio hujus Epiſtolæ ruruſ audiamuſ ingenia correctorum. ſic igitur illi:

Exul, inopſ, contempta novo Medea marito

Dicit. an à regniſ tempora nulla vacant?

Et hætenuſ quidam utcuſque erant ferendi, nunc nimis impudenter incipiunt. Heinſius.

1. Ut tibi Colchorum.] At tibi Putea-

neus cum aliis nonnullis. optime. Ita enim indignanteſ aut miranteſ exordiebantur plerumque. Noſter ipſe Amor. III. initio elegiæ. VII.

At non formoſa eſt, at non bene cenſta puella :

At puto non voſiſ ſape petita meiſ. quæ illic vera eſt lætiø. In Priapeiſ,

At non longa ſatiſ, non ſtat bene.

Ubi fruſtra Ut reſcribit vix maximuſ. In

K 3

Me-

Ars mea, cum peteres, ut tibi ferret opem.
 Tunc, quæ dispensant mortalia fila, sorores
 Debuerant fusos evoluisse meos.
 Tunc potui Medea mori bene. quicquid ab illo
 Produxi vitæ tempore poena fuit.
 Hei mihi! cur unquam juvenilibus acta lacertis
 Phryxæam petiit Pelias arbor ovem?
 Cur unquam Colchi Magnetida vidimus Argo;

Tur-

Metamorphoseon libris sic saepe. ut
 VIII. Diana,

— At non impune feremus,
 Quæque inhoruata non et dicuntur in-
 ultæ.

lib. x. Venus,

— At non tamen omnia vestri
 Juris erant, dixit.

lib. XII. Pelæus,

— At inferias, juvenum carissime
 Crætor,

Accipe, ait.

sic duo illa postrema loca ex optimis li-
 bris restituenda. Fast. II.

At quàm sunt similes, at quàm formo-
 sos uterque!

sic enim & ibi liber optimus. ut &
 Met. x.

At quàm virginis puerili vultus in
 ore est.

Horatius initio Epod. v.

At o Deorum quicquid in calo regit!

Virgilius, lib. II. Æn.

At tibi pro scelere exclamat, pro tali-
 bus ausis,

Di, si quæ est calo pietas, quia talia
 curet,

Persolvant meritas grates.

Ita & Græci indignantes δαίτην Ἀλλὰ
 incipiebant. Idem. Regina.] Id est, Ego
 filia regis Ætæ. Colchorum.] Colchi
 populi sunt in Ponto, quibus imperavit
 Ætæa. Regio ipsa Colchis appellatur.
 Vacavi,] Præstiti operam, intervixi tibi,
 Hub.

2. Arsinea.] Soil. magica, & incan-
 tatoria.

3. Dispensant. mortalia fata sorores,]

Falsa Puteaneus & alii nonnulli. fru-
 stra. At Scaligeri excerpta cum multis
 nostris fila. quod verum est. Auctor E-
 legiz in Obiitum Marcenatis,

Nestoris amosi vixisses sæcula, si me

Dispensata tibi stamina mente forent.
 De filis Parcarum res protrita est. Hens.
 Dispensant.] Dispensare, suis omnia di-
 videre temporibus. Justin. lib. 7. cap. 6.
 Quoniam omnibus par esse non poterat. dis-
 pensanda ratus. Vide & lib. 6. cap. 1. Et
 Ovid. alibi. Oculis dispensat. Sorores.]
 Id est, Tres Parce.

4. Fusos suos.] i. e. Debuerant fini-
 visse vitam meam. Hubert.

5. Quicquid ab illo produxi vita.] Vi-
 tam Puteaneus & alii multi. nil muro.
 Hens. Ab illo.] Ex quo Jafon Colchos
 adijt.

6. Pena fuit.] Ad fugam hoc refer-
 tur, & ad fratris necem, Hub. Bene.] Id
 est, honeste. Quicquid.] Sensus est: O-
 mnis vita quæ fuit mihi post illud tem-
 pus, fuit poena: quia semper vixi in ma-
 gnis curis & doloribus.

7. Hei mihi.] Longe reperit causam
 suorum malorum. Acta.] Impulsa. Ju-
 venilibus.] Argonautarum viribus.

8. Pelias.] Theffalica: à Pelio mon-
 te Theffalix, ubi inest arbores, ex qui-
 bus Argo navis fabricata est. Arbor.]
 Navis. Pelias arbor.] Phædr. l. 4.

Vitam ne nunquam Pelis memoris iugo

Pinnis bipenni concidisset Theffala.

Orem Phryxæam.] Quam Phryxus Mar-
 ti consecravir.

9. Magnetida.] Theffaliam. Magné-
 sia enim regio est annexa Theffalix, ut
 Plin.

Turbaque Phasiacam Graja bibistis aquam? 10
 Cur mihi plus æquo flavi placuere capilli;
 Et decor, & linguæ gratia ficta tuæ?
 Aut (semel in nostras quoniam nova puppis arenas
 Venerat, audaces attuleratque viros,) 15
 Iisset anhelatos non præmedicatus in ignes
 Immemor Æsonides, oraque adunca boum.
 Semina jecisset; totidem sensisset & hostes:
 Ut caderet cultu cultor ab ipse suo.

Quan-

Plin. scribit. Magnates ejus populi dicuntur equitandi periti. *Colchi.*] Scilicet nos. *Argo.*] Nomen est navis Jasonis. *Argo.*] Cicer. 1. Tuscul. Quæst.

Argo, quia Argivi in ea delecti viri
Vesti, petebant pellem inauratam ar-
tis.

Vide Justin. lib. 43. c. 2. & lib. 32. c. 3. ubi Argonautæ navem suam dicuntur humeris transportasse per juga montium. Hinc Cato ridiculè, nescio, inquit, Argo navine Græci aquas, an Argo navis humeris montes navigarit. *In libr. Origin.*

10. *Turba Graja.*] Id est, Vos Argonautæ, qui estis Graji. *Aquam Phasiacam.*] Nam Phasis fluvius est Colchorum.

13. *At semel.*] Idem. *Aut, ut & plures ex nostris.* Heins. *Nova puppis.*] Nam quidam volunt, eam fuisse primam navem. *Nova puppis.*] Id est, quæ ipsis mirabilis & nova visa est: qualem nunquam antebac conspexerant. Sic Virgil. 3. Æn.

— nova prælia tentant.

Longe enim ante fuit hæc insula Dau-no navigata: qua de re Schol. Aristoph. Vide & Pausan. lib. 1. ubi de Theseo, qui etiam hanc insulam navibus accessit. Quamquam Ovid. & alii pluribus in locis primam hanc navem dixerint. Vide Farnab. ad lib. 6. Metam. v. ultimo.

15. *Iset.*] Id est, Ire debuisset. *Anhelatos.*] Efflatos, expiratos ignes è navibus taurorum. *Præmedicatus.*] Ita le-

gendum, non *Præmediatus.* Medea autem medicamentis munierat illum, cum esset boves ignem efflantes sub jugum missurus, ne quid illorum igne læderetur. Mycil.

16. *Adunca.*] Curva.

17. *Semina jecisset, totidem summisset & hostes.*] Hæc denuo mendosa sunt. Puteaneus, ad quem frequenter recurrimus, tanquam ad sacram anchoram, *Semina sensisset totidemque & semina & hostes.*

sed *sensisset* à manu secunda erat, veteri lectione extrita. opinor *servisset* fuisse. deinde *semnat hostes* altera manu erat correctum. Melioris notæ plerique,

Semina sensisset totidem quot seminat hostes.

vel *jecisset.* quidam etiam, *totidem sensisset & hostes.* Simpliciter rescribo,

Semina jecisset, totidem jecisset & hostes. supra posterius *servisset* Glossa fuit adscripta quot *semina*, quæ in Puteani codicis contextum postea irrepsit. Aliud quidem nunc nil occurrebat. jacere proserere. sic in Fastis, lib. 11.

Seminibus jactis est ubi satris ager.

Met. v.

Semina jacta legunt.

Fast. 11.

Farra tamen veteres jacubat, farra metebant. Heins.

Semina.] Dentes serpentis.

18. *A suo cultu.*] Id est. A semine quod ipse seminasset, & coluisset tanquam agricola.

K 4

22. Hoc

Quantum perfidiæ tecum, scelerate, perisset!

Demta forent capiti quam mala multa meo! 20

Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas.

Hac fruar : hæc de te gaudia sola feram.

Iussus inexpertam Colchos advertere puppim,

Intraſti patriæ regna beata meæ.

Hoc illic Medea fui, nova nupta quod hic est. 25

Quam pater est illi, tam mihi dives erat.

Hic Ephyren bimarem; Scythiæ latus ille nivosa

Omne tenet, Ponti qua plaga læva jacet.

Accipit hospitio juvenes Ætæa Pelasgos,

Et premittis pictos corpora Graja toros. 30

Tunc ego te vidi : tunc cœpi ſcire quid eſſes.

Illa fuit mentis prima ruina meæ.

Ut vidi, ut perii; nec notis ignibus arſi

Ardet.

22. *Hæc.*] Scilicet voluptate exprobrandi beneficium.

23. *Iuſſus.*] A Pelia patruo tuo. *Inexpertam.*] Infuetam navigationem. *Advertere.*] Virgil. — & maria advertuntur arena, & lib. 12. — ubique adverteret agmen. Id est, contra urbem dirigeret aciem: vel appropinquaret urbi infesto agmine.

24. *Beata.*] Divia. *Beata.*] Florida. Felicia. nullisque calamitatibus cognita.

25. *Hoc illic Medea fui.*] Fuit Puteaneus cum aliis quibusdam. *Heinsius.* *Illic.*] In Colchis. *Nova nupta.*] Creusa. quam nunc accepisti.

26. *Pater.*] Scilicet ejus Creon. *Tam dives eras mihi.*] Scil. Ætæa pater meus.

27. *Hic Ephyren.*] Ephyre olim dicebatur, quæ postea Corinthus, à Corintho filio Orestis infœgurata, nomen accepit, ære clara. *Bimarem dicis,* quia est inter duo maria. Inde *Moræ.*

Bimarisque Corinthi Mæria.

Hic.] Scil. Creon pater uxoris. *Ille.*] Scil. pater meus. *Scythiæ latus ille nivosa Omnis tenet.*] *Scythiam tenet ille nivosa* quidam, vel *Scythiæ nivosa.* Scri-

verianus *Scythia tenuis ille nivosa Omnis latus.* quid si sit *Scythia tenet ille nivosa Omnis latus?* Sed nil temere mutandum. *Claudius,*

Omne quod Oceanum fontemque inter-jacet Iſtri.

Florus: Omne intra Iberum & Tagum flumen depopulatus. *Heinsius.*

28. *Omne Ponti.*] Id est, Omnem partem Ponti.

29. *Juvenes pater Ætæa Pelasgos.*] Tò pater Puteaneus & alii nonnulli ex melioribus haud agnoscunt. recte. ut monui ad Epist. vi. *Heinsius.* *Pelasgos.*] id est, Vos Argonautas Græcos.

30. *Premittis pictos toros.*] Id est, Discumbitis in toris ornatis pictis tapetibus.

31. *Tunc cœpi ſcire quis eſſes.*] *Quid eſſes* codices magna ex parte. quod ſequor. Pont. 1. El. vii.

Certe ego cum primum potui sentire quid eſſem.

Epistola Hermiones,

Tu mihi quod matri pater es.

Quomodo noster æque alii auctores passiim. *Heinsius.*

33. *Ut vidi, ut perii.*] *Et vidi & perii* scri-

Ardet ut ad magnos pinea tæda Deos.
 Et formosus eras, & me mea fata trahebant. 35
 Abstulerant oculi lumina nostra tui.
 Perfide, sensisti. quis enim bene celat amorem?
 Eminent indicio prodita flamma suo.
 Dicitur interea tibi lex; ut dura ferorum
 Insolito premeres vomere colla boum. 40

[Mar-

scripti, sed perperam. Homerus,
 Ως ἰδὼν, ὡς Μῆν μάλ'λοι ἰδὼ χεῖρ.
 Theocritus,

— εἰ δ' Ἀ'ταλάντα

Ως ἰδὼν, ὡς ἰμάνη, ὡς ἰσβαδὺν ἀλ-
 λ' ἰροτα.

Hinc illa Virgiliana,

Ut vidi, ne perii, ne me malus abstulit
 error.

Epistola Laodamiz ex vestigiis veterum
 librorum.

Ut vidi, ne gemmi, tacitoque in pectore
 dixi.

Art. Am. III.

Ut patris misera juncundi nominis error:
 Ut meus, ne rediit vetus in ora color.

sic enim codices nonnulli ista consti-
 tuunt. Heinſius. Ut vidi, ne perii.] Id est,
 Uno eodemque tempore te vidi, &
 amore tui capta sum. Nec notui.] Id est,
 Maximis. non usitatis. Ut vidi, ne perii.]
 Ως ἰδὼν, ὡς ἰμάνη. Theoc. Idyll. 3. v.
 42. Quod & Virgil. in Eclog. 8. ubi vide
 Serv.

Ως ἰμοὶ ἐκ πυκνῆς ἰπποτον φρίνης.

Apollon. Argon. lib. 4. v. 1018.

34. Ardet.] Sicut tæda accensa ad sa-
 crificia deorum crematur.

36. Abstulerant.] Id est, Furati fue-
 rant, multum enim valent natus oculo-
 rum ad provocandum amorem. Ocu-
 li.] Sic & Helena, διὰ καλὸν ὀμμα-
 τῶν, evertit Trojam. Eurip. Hecub.
 Quod Theocrit. Idyll. 18. vers. 37. tan-
 git.

Ως Ἐλένα, τὰς πάντας ἐν ὀμμασιν
 ἰμοὶ ἰπτι.

Qualem Homer. Iliad. a. v. 98. vocat.

— ἰλαπνῆδα κέρην μελανόφθαλμοι.
 Didym. Ω τὸ καλὸν πεφορῶσα Theo-

crit. Idyll. 3. v. 18. Ut in oculis hilaritudo
 est. Plaut. Rud. 2. 4. Lati oculorum hono-
 res. Virgil.

38. Eminent.] Id est, Apparet. Suo in-
 dicio.] Ut alibi:

Quoque magis tegitur, tanto magis astutus
 ignis.

39. Dixerat interea tibi Rex.] Dicitur
 Puteaneus à manu prima. Scribendum
 omnino,

Dicitur interea tibi lex.

Initio lib. VII. Met. in hac eadem narra-
 tione.

Lexque datur nominis magnorum horren-
 da laborum.

ita enim optime veterrimi libri. Legem
 dicere, elegans & Latinum est. nolter
 Met. XIII.

— legem sibi dixerat ipsa.

In ibide,

Cui legem pama dixerat ipsa parens.

Met. VI.

Lexque eadem pama, ne sis secunda su-
 turri,

Diffa tuo generi serisque nepotibus esto.

Epistola Sapph.

Sive ita nascenti legem dixere sorores.

Propert. lib. IV. El. ult.

Mi natura dedit leges à sanguine distas,
 Male ibi distas nunc legitur. Lex dista
 officii apud Gratium. Sequens disti-
 chon Ovidianæ non videtur esse venæ.
 Heinſius. Dixerat.] Ostensura Medea
 quam magna multaque fuerint sua erga
 JASONEM beneficia, commemorat sin-
 gula pericula, quæ JASON fuerat subitu-
 rus: à quibus cum eum liberaverit, ar-
 guit eum ingratiſſimum esse, si se dese-
 queris.

K 5

44. Falla

[Martis erant tauri plus, quam per cornua, sævi;
Quorum terribilis spiritus ignis erat.]

Ære pedes solidi, prætentaque naribus æra

Nigra per afflatus hæc quoque facta suos.

Semina præterea populos genitura juberis 45

Spargere devota lata per arva manu,

Qui peterent secum natis tua corpora telis.

Illā est agricolæ messis iniqua suo.

Lumina custodis succumbere nescia somno

Ultimus est aliqua decipere arte labor. 50

Dixerat Æetes, mœsti confurgitis omnes,

Mensaque purpureos deserit alta toros,

Quam tibi nunc longe regnum dotale Creūsæ,

Et focer, & magni nata Creontis erant?

Tristis abis. oculis abeuntem prosequor udis: 55

Et dixit tenui murmure lingua, Vale.

Ut positum tetigi thalamo male faucia lectum;

Acta est per lacrymas nox mihi, quanta fuit.

Ante oculos taurique meos, segetesque nefandæ;

Ante meos oculos pervigil anguis erat. 60

Hinc amor, hinc timor est. ipsum timor auget amorem.

Mane

44. *Facta nigra.*] Id est, Fumosa, & caliginosa per suos afflatus.

45. *Semina.*] Dentes serpentis. *Populos.*] Id est, Homines. *Hub.*

46. *Devota.*] Fatalia, & ad suam necem acta, & dedicata. *Ant.*

47. *Qui peterent.*] Ut supra.

Et subito natos prima tulisse viros.

48. *Illā erat agricola.*] Illa est scripti. *Heinsius. Sui agricola.*] Cui propter laborem deberet fructum, non damnum reddere. *Hub.*

49. *Lumina custodis succumbere nescia somno.*] Is erat draco pervigil, qui vellus aureum custodiebat. *Ant.*

51. *Dixerat.*] Supradicta esse tibi facienda. *Omnes.*] Scilicet vos Argonautæ.

52. *Mensa deserit toros.*] Remota.

53. *Quam tibi tunc.*] Nunc scripti quidam & editiones præcæ. iidem erant sequenti versu, non erat *Heins.* *Quam tibi.*] Hoc dicit: Tunc non cogitabas de uxore, quæ daret tibi magnam dotem: sed de salute. *Erant longe.*] Id est, Remorum ab animo, & cogitatione tua.

45. *Socer.*] Creon.

55. *Prosequor oculis.*] Proscopio. *Udis.*] d est, Lachrymantibus.

57. *Male faucia.*] Id est, Amore percussa. *Male.*] In perniciem meam.

58. *Acta est per lacrymas.*] In lacrymis Basileensis. *venuste. Heinsius. Quanta fuit.*] Id est, Tanta quanta fuit: id est, tota. *Quanta.*] Virgil. 4. *Æneid.*

Nunc hyemem inter se luxu, quam longa, fovere.

62. *Soror.*]

Mane erat; & thalamo chara recepta soror,
Disiectamque comas averſaque in ora jacentem
Invenit, & lachrymis omnia plena meis.

Orat opem Minyis: petit altera, & altera habebit. 65

Æſonio juveni, quod rogat illa, damus.

Eſt nemus & piceis & frondibus ilicis atrum:

Vix illuc radiis ſolis adire licet.

Sunt in eo, fuerantque diu, delubra Dianæ:

Aurea barbarica ſtat Dea facta manu.

70

Nefcio an exciderint mecum loca. venimus illuc.

Orſus

62. Soror.] Scilicet mea Chalciope.

63. Disiectamque comas.] Id eſt, me habentem comas incompaſas, & ſparſas.

64. Laceram in ora averſas.] Id eſt, Cubantem in faciem. quod faciunt, qui non poſſunt dormire.

65. Orat.] Scil. ſoror mea. Minyis.] Argonauris, vobis Theſſalicis. Altera petit.] Scilicet ſoror mea. Altera habebit.] Intelligimus Creuſam, id eſt, altera petit, altera capiet fruſtum. Peris altera & altera habebit.] Salmſius ad Hiſtoriam Auguſtam alter perit, alter habebit ex Putaneo. quomodo & Gortorphiæus. Si quid mutandum ſit, ita reſcripſerim,

Orat opem Minyis ſoror altera, at altera ſervit:

Æſonio juveni, quod rogat illa, damus.

Tò ſoror exciderat. pro quo male ſeriat correſtores peris ſuppoſuerunt. altera ſervit vel ſtebat, facilis mutatio ex alter habebit aut habebat, quod in multis ſcriptis eſt. Cæterum cur Chalciope Argonauris ſervit, in promptu cauſa eſt, quod filii ejus quatuor ex Phryxo geniti in illo- rum eſſent numero. Vide Hyginum fab. 111. Hæmſius.

66. Æſonio juveni.] Id eſt, Jæſoni. Quod rogat.] Scilicet opem.

67. Eſt nemus.] Deſcribit locum, in quo Jæſon locutus eſt cum Medea, & eam rogavit in auxilium ſuam. Atrum.] Obſcurum. Atrum nemus.] Virgil. 1.

Æneid.

tam ſiteas ſcena coruſcis

Deſuper, horrentique atrum nemus im-
minet umbra.

Piceis.] picea, ſpecies arboris. Frondi-
bus ilicis.] Id eſt, ilicibus frondofis.

61. Vix illuc.] Dicit, ex denſitate vis poſſe illum locum illuſtrari à ſole.

69. Sunt in eo, fuerantq.] Fœ-
rantque diu multi codices. quod admi-
tendum videtur. Delubra enim à veſti-
ſtate venerationem præcipue mutuaban-
tur. Plena ejus rei poetarum ubique
ſcripta. malo tamen, fuerantque diu.
Heinf. Delubra.] Tempia.

70. Dea.] Id eſt, Simulacrum Deæ
Dianæ.

71. Nefcio an exciderint mecum loca.]
In Putaneo Neſtim à manu prima fuiſſe
videtur, & exciderunt. Unus Medicæus
Neſtis. alii quinque Neſciis. Reliqui Ne-
ſcis. Neſtim? eleganter. ſic videri, ſcin,
vin, & ſimilia pro videtur. ſciſne, viſne
apud veteres conſtitit apud Perſium. ſic
Faſt. lib. iv. initio,

Scin, Dea, reſpondi, de vultu?
ita illo loco puſto ſcribendum. ut Fa-
ſtor. vi.

Stulta videt Ianus qua poſt ſua tora
gerantur.

Nil agis en: latebras reſpicit ille
tuas.

Nil agis en. docuit?

Vulgo dixit. Videri habes apud Carul-
lum, Virgilium, Statium. Nam Comi-
ci aſſidui ſunt in his. De quibus ſuo lo-
co

Orsus es infido sic prior ore loqui.
 Jus tibi & arbitrium nostræ Fortuna salutis
 Tradidit: inque tua vitæque morisque manu.
 Perdere posse sat est: si quem juvet ipsa potestas. 75
 Sed tibi servatus gloria major ero.
 Per mala nostra precor, quorum potes esse levamen;
 Per genus & numen cuncta videntis avi;
 Per triplicis vultus arcanæque sacra Dianæ;
 Et si forte alios gens habet ista Deos. 80
 O virgo, miserere mei; miserere meorum!

Effice

eo plura. exciderunt legendum Epistola VII. jam monuimus. Pl. 166. venimus illuc præterea est in melioribus non aequo. Sequenti versu quoque *Ansus* es pro *Orsus* nonnulli. *Heinsius*. *Nescio*.] Nescio an ita oblitus sis locorum, sicut mei.

73. *Ius tibi*.] Verba quibus Jason ad Medeam usus est, eam sibi concilians. *Ius*.] Potestatem, arbitrium. *Salutis*.] *Vitz*.

74. *Inque tua est*.] Tollunt est quinque libri. *Heinsius*.

75. *Perdere posse sat est*.] Si quis delectatur potestate, satis ei debet esse, quod possit nocere: satis autem debet nocere. *Ista potestas*.] Ipsa Puteaneus & alii plerique. Idem juvenes cum Lovaniensi. *Amor. III. El. IV.*

— ipsa potestas

Sempina nequitia languidiora facit.
Heinsius.

76. *Sed*.] Licet possis me perdere. *Servatus*.] Id est, Ego tuo auxilio liberatus. *Ero major gloria*.] Quam si passa fueris me mori.

77. *Per mala*.] Adjurat Jason multis precibus, ut sui misereatur, & sibi opem præstet.

78. *Per genus & numen*.] Nomen Puteaneus. Vide notas ad Epist. II. Pl. 50. nil temere tamen muto. *Heinsius*. *Per genus*.] Scilicet tuum. *Avi*.] Scil. Phœbi, vel Solis. *Cuncta videntis*.] Sic Ennius.

Jupiter, tuque adeo summo sol, qui

res omnes inspicis,

Quique tuo lumine mare, terram, ac caelum contueris.

Ideoque & πολυφθαλμὸν eum vocant. καὶ πάντα ἐπεσπιδόμενον τὰς ἀκτῖνας, ὅσων οὐρανοῖς βλέπων ἀπασαν γῆν καὶ θάλασσαν. *Diod. Sic. c. 2.* ubi & adducit v. *Homer. ὅς παρ' ἰφορὰ* — *sel quæ terrarum flammis opera omnia lustras.* *Virgil. 4. Æneid.*

79. *Per triplices vultus*.] Triplicis concinnus Puteaneus & duo Ambrosiani. *Fest. 1.*

Quod semel est triplici pro virgine casta Diana. *Heinsius*.

Triplicis vultus.] *Virg. in 4.*

Tria virginis ora Diana.

Triplici autem vultu depingebatur, quia ipsa est luna in cœlo, Diana in terris & in sylvis, Proserpina apud inferos. *Arcaea*.] Mystica, quæ noctu celebrabantur.

80. *Et si forte aliquis gens habet ista Deos*.] *Lege alios Deos vel sine assensu veterum librorum: quanquam Gryphium sit verisimile in suis codicibus id invenisse, quod ejus editiones margini adscriptum ostendunt, sic & alibi non semel peccatum.* *Heinsius*. *Et si forte alios, &c.*] *Supervacaneum enim erat dubitare, si quos deos haberent Colchi, cum jam Dianæ mentionem fecisset. Illud autem procedit, si roget, equos alios præter Dianam habeant.* *Meyl.*

81. *Mecorum*.] Sociorum, qui mecum sunt.

83. *Quod*

Effice me meritis tempus in omne tuum.

Quod si forte virum non dedignare Pelasgum,
(Sed mihi tam faciles unde meosque Deos?)

Spiritus ante meus tenues vanescat in auras,
Quam thalamo, nisi tu, nupta sit ulla meo.

Conscia sit Juno, sacris præfecta maritis;

Et Dea, marmorea cujus in æde fumus.

Hæc animum (& quota pars hæc sunt?) movere puellæ

Simplicis; & dextræ dextera juncta meæ.

90

Vidi etiam lacrymas. an pars est fraudis in illis?

Sic cito sum verbis capta puella tuis.

Jungis & æripedes inadusto corpore tauros,

Et

13. *Quod si forte.*] Pollicetur etiam ei Jason, se perpetuo habiturum eam legitimam uxorem. *Dedignare.*] Fastidire.

84. *Sed mihi tam faciles unde Deosque meos?*] *Meosque Deos* Puteaneus & alii multi, quod Salmasio ad Historiam Augustam probatum. libri multi, unde *putabo Deos?* vel, unde deos habeam? & similia. quæ interpolatorum signa. Horatius lib. 11. Sat. 7.

— *Unde mihi tam fortem tamque fidem?*

&c.

Unde mihi lapidem? quorsum est opus? unde sagittas?

Seneca Hercule Fur. Act. 11.

Unde illum mihi,

Quo te inuicem dexteram amplectar, diem?

Plura ad Staium Gronovius de hoc loquendi modo. *Heinsius.* *Sed mihi tam faciles.*] Sed unde deos tam faciles, subaudi, sperem, vel habeam? & unde habeam deos tam meos, id est, tam obsequentes mihi?

87. *Conscia sit Imo.*] Scit Imo non male Argentinus. *Heinsius.* *Conscia.*] Confirmat promissionem suam iurejurando, adducens Junonem testem. *Sic conscia.*] Id est, Testis, scil. hujus meæ promissionis. *Præscia.*] Quia ipsa præest nubentibus.

88. *Dea.*] Diana.

89. *Hæc animum & quota pars horum movere puella.*] *Ex quota pars hæc sunt* Puteaneus. *quota pars possunt movere vel* *moveri* alii plerique. *tres possent.* duo *poterant.* Placet Puteana lectio. sic lib. 11. Pont. El. x.

Et quota pars hæc sunt rerum quas vidimus una,

Te mihi iunctas efficiens vias?

Heinsius. *Hæc animum.*] Dicit, ex minima parte promissionum Jasonis, se potuisse moveri & impelli ad id quod pererat. *Hæc.*] Scil. quæ à te sunt dicta. *Es quota pars.*] Id est, Minima pars.

90. *Simplicis.*] *Credulæ.* *Imicæ.*] in pignus fidei.

91. *An & est pars fraudis in illis.*] *An pars est scripti omnes & primæ editiones.* *Lege an pars & fraudis in illis?* ita Lincolnienſis. *Heinsius.* *Pars fraudis in illis.*] Id est, An & ipsæ sciam fallere.

92. *Sic.*] Scil. cum jurasses per Junonem & Dianam, & iunxisses dextram dextræ meæ, & addidisses lacrymas.

93. *Jungis & æripedes.*] *Tò & abest* à Gronoviano. *Scribe Jungis æripedes.* dixi Epist. vi. v. 32. *Heinsius.* *Inadusto.*] Quia licet semper efflarent ignem, nunquam tamen eo igne urebantur.

94. *Es*

Et solidam jusso vomere findis humum.
 Arva venenatis pro semine dentibus imple : 95
 Nascitur, & gladios scutaque miles habet.
 Ipsa ego, quæ dederam medicamina, pallida sedi,
 Cum vidi subitos arma tenere viros.
 Donec terrigenæ (facinus miserabile) fratres
 Inter se strictas conseruere manus. 100
 Pervigil ecce draco squammis crepitantibus horrens
 Sibilat; & torto pectore verrit humum.
 Dotis opes ubi tunc? ubi tunc tibi regia conjux?

Qui-

94. *Et solidam humum.*] *Insolitam* Gronovianus. *Heinsius.*

95. *Pro semine.*] Ita enim sparsit Jason dentes serpentis, sicut spargitur semen.

96. *Scutaque miles habens.*] *Habet* Putaneus & alii septem. *Heinsius.*

97. *Ipsa ego.*] Quanto magis tu & reliqui debuisti timere?

98. *Subitos.*] Id est, Subito natos.

99. *Terrigena.*] Id est, Geniti ex terra.

100. *In se constrictas conseruere manus.*] *Inter constrictas* Putaneus. *Strozzæ* liber *Inter se constrictas.* *Novem alii,* *Inter se strictas.* quod verum est. *Heinsius.*

101. *Pervigil ecce draco.*] Ita & lib. vii. *Met.* & *Maximianus* in *Elégiis,* *Pervigil observat non sua poma draco.*

Scripti tamen tres *Serpens* ecce *vigil.* unus *Vatic.* *Insomnis serpens.* At *Putaneus* *Insopor* ecce *vigil.* *Scribe* *Insuper* ecce *vigil.* *vigil* pro *vigili* *dracone.* *Germanicus* *Aratzis* de *ariete.*

Qui tulit in Tauros Phryxum, qui prodidit Helen,

Quem propter fabricata vatis, quam perfida Colchæ

Sopito vigilis incepto donavit amori.

ita scribendum. *Insopor* ecce *draco.* pro diversa lectione *Erfurtanus,* cum *glottis;* id est *sine sapore.* mira locutione, nec alias mihi notata. quomodo lib. vii.

eundem *insopitum draconem* voce parum usitata dixit. *Idem.* *Crepitantibus.*] *Resonantibus.* *Horrens.*] *Asper.* sunt enim serpentes squamiferi.

102. *Torto pectore.*] *Ovid. Metam.* 3. *Æl.* 41.

Ille volubilibus squamosos nexibus orbes

Torquet, & immenso salu sumatur in arcus.

Et *Virgil.* 2. *Æneid.*

— sinuatque immensa volucrium terga.

Et lib. 5.

Septem ingens gyros, septena volumina traxit.

Κυβήλας ὀπίσθ' ὀρθὰς ἰὺν ἀνταρὰς ὀπίσθ' ὀρθὰς.

Theocrit. *Idyll.* 23. *Æl.* 14.

103. *Dotis opes ubi erant? ubi erat tua regia conjux.*] *Tibi regia conjux* scripti plerique. *ubi tunc & regia* unus *Palatinus.* duo *præterea Medicæi,* *Dotis opes ubi tunc.* Puto scribendum,

Dotis opes ubi tunc? ubi tunc tibi regia conjux?

vide quæ noto ad *Epist.* iv. *Æl.* 150. *Sequenti verlu diffinet* non debere mutari, quicquid turbent libri veteres, dixi *Epist.* vii. *Æl.* 69. *Heinsius.* *Ubi tunc.*] Quasi dicat, non quærebis tunc dotem, cum solum de salute tibi cogitandum putares. *Regia.*] Id est, *Regio sanguine creata, ut nunc jactas esse istam tuam.*

104. *Isth-*

Quique maris gemini distinet Isthmos aquas?
 Illa ego, quæ tibi sum nunc denique barbara facta, 105
 Nunc tibi sum pauper, nunc tibi visa nocens,
 Flammea subdixi medicato lumina fomno:
 Et tibi, quæ raperes, vellera tuta dedi.
 Proditus est genitor: regnum patriamque reliqui:
 Munus in exilio quodlibet esse tuli. 110
 Virginitas facta est peregrini præda latronis,
 Optima cum cara matre relicta foror.
 At non te fugiens sine me, germane, reliqui.
 Deficit hoc uno littera nostra loco.
 Quod facere ausa mea est, non audet scribere dextra,
 Sic ego, sed tecum, dilaceranda fui.
 Nec tamen extimui (quid enim post illa timerem?)
 Credere me pelago scemina, jamque nocens.

Nu-

104. *Isthmos.*] Corinthus, quæ est in Isthmo. *Distinet.*] Dividit.

105. *Illægo.*] Dixi se fuisse, quæ ei tot & tanta pericula ademerit. *Nunc denique.*] Nam tunc non tibi videbar barbara, nec spernenda; cum à me opem expeteres.

106. *Tibi.*] Id est, Iudicio tuo. *No-*
cent.] Scelerata, venefica.

107. *Subdixi.*] Id est, Removi vel clausi. *Medicato.*] Id est, Medicamine quodam facto.

110. *Munus in exilio quodlibet esse tuli.*] Puto rescribendum,

Et minus exilio quodlibet esse tuli.

Hoc est omnibus rebus exilium prætuli.
 Certe unus Patavinus, *Munus exilio.*
 lib. 11. Art. Amas.

— *monitis sum minor ipse meis.*

sic merces labore minor. Ep. Herus,
Ne videar merces esse labore minor.

Hæc eadem Epistola,

Nunc animis audi verba minoræ meis.

Ep. Canaces,

Possidet & virtus regna minoræ suis.

Propert.

Es jaces, ante fores verba minoræ Dæ.

quæ nosse imitatus lib. 6. Mæ.

— *nec dicere sustina ultra*
Verba minoræ dea. Heinſius.

112. *Soror.*] Scilicet mea Chalciope.
Cum matre.] Scil. Idyia.

113. *At non te.*] Fratrem Absyrtum à se interfectum doler. Dixit ergo: *O germane, Absyrte! Ego fugiens.*] E patria. *Non reliqui te sine me.*] Nam Medea cum secum duxit: & cum pater cum insequeretur, dilacerato fratre, & membris in variis locis sparsis patrem remorata est. *Littera.*] Epistola.

114. *Deficit.*] Quia ex omnibus, quæ pro te feci, hoc unum est, quod non audeo scribere.

116. *Sic.*] Sicut frater dilaceratus est à me. *Sed tecum.*] Quia etiam tu meruisti.

117. *Quid enim timerem post illa?*] Nam qui majora ausus est, non timet minora.

118. *Famina.*] Naturaliter timida. *Iam nocens.*] Quia iam adminisera sce-
 lus fratris cadis. *Non extimui crede-*
re.] Non verita sum committere me
 pelago.

119. Næ-

Numen ubi est? ubi Dî? meritas subeamus in alto,
 Tu fraudis poenas, credulitatis ego. 120
 Compressos utinam Symplegades elisissent,
 Nostraque adhærerent ossibus ossa tuis!
 Aut nos Scylla rapax canibus misisset edendos!
 Debuit ingratis Scylla nocere viris.
 Quæque vomit fluctus totidem, totidemque resorbet, 125
 Nos quoque Trinacriæ supposuisset aquæ.
 Sospes ad Hæmonias victorque reverteris urbes.
 Ponitur ad patrios aurea lana Deos.
 Quid referam Pelix natas pietate nocentes,

Cæsa-

119. *Numen.*] Scilicet Dianæ læzæ.
Dis] Scilicet omnes, quos tu perjurasti.

121. *Compressos minam.*] *Complexos* duo Medicæi, vide notas ad Epist. IV. p. 139. *Heinsius.* *Symplegades.*] Dicit, quod vellet se fuisse comprehensam & elisam inter Symplegades. Sunt autem Symplegades, scopuli duo in Bosphoro Thracio, quos aliquando concurrisse Poëtæ finxerunt: *Symplegades.*] Quas ideo Eurip. in Taur. vocat.

Τὰς συνδρομίδας πίτας.
dictæ ἀπὸ τῆ συμπληρίσθαι. Quod Senec. exprimit in Medea. a. 2. p. 342. & seq.

— Cum duo montes,
 Clausura profundi, hinc atque illinc
 Súbite impulsu, volut ætherio
 Gement sonitu.

Elisissent.] Nam Jupiter iratus propter Ablyrti necem, ingentem Argonautis immisit tempestatem: propter quam ita diu errarunt, ut Libyæ, Gallix, Sardinix & Hetrurix littora præterierint.

122. *Adhæreat tuis.*] Id est, Utinam ambo supul fuissimus collisi & confracti, ita ut ossa mea fuissent conjuncta ossibus tuis.

123. *Scylla.*] In mari Siculo, nautæ magnis pelagi fidentis vorticibus terribi, undas latrare putaverunt: quas forbentis æstus vorago collidit. Hinc fabulæ Scyllam & Charybdim peperere.

Hinc lætatus auditur, hinc monstri credita simulachra. *Scylla rapax.*] Vorax, quæ naves in se rapit. *Canibus.*] Propter fabulam, ut diximus. Sic Virg. Eclog. 6.

Ah timidas nantas canibus laceraffe marinis.

124. *Debuis.*] Quia & ipsa aliquando inter amantes fuit. Charybdis, ut Servius scribit, mulier fuit voracissima: quæ quia Herculi boves rapuit, à Jove fulminata est & in mare præcipitata. Unde naturam pristinam servat: nam sorbet universa. *Hub.*

125. *Quæque vomis fluctus totidem.*] Charybdim intelligit, quæ quatuor & viginti horis bis aquam sorbet & ejicit. *Ant.*

126. *Supposuisset.*] Submersisset. *Nos quoque.*] Sicut & alia omnia. *Trinacria.*] Id est, Siciliz.

127. *Sospes.*] Incolumis, victor, & compos voti, quia potius es aureo velere. *Hæmonias.*] Thessalicas.

128. *Ad deos patrios.*] Id est, Thessalicos: tanquam monumentum victoriz.

122. *Quid referam.*] Commemorat aliud suum erga Jalonem beneficium: quia in ejus gratiam persuasit filiabus Pelix, ut patrem jugularent, pollicita se reducturam cum ad ætatem juvenilem. *Nocentes pietate.*] Quia non interfecerunt patrem, nisi propter pietatem, scilicet,

Cæsaque virginea membra paterna manu?
Ut culpent alii, tibi me laudare necesse est:

130

Pro quo sum toties esse coacta nocens.
Ausus es ô, (justo defunt sua verba dolori)

Ausus es, Æsonia, dicere, cede domo.

Iussa domo cessi, natis comitata duobus;

135

Et, qui me sequitur semper, amore tui.

Ut subito nostras Hymen cantatus ad aures

Venit, & accenso lampades igne micant,

Tibiaque effundit socialia carmina vobis,

At mihi funesta flebiliora tuba;

140

Pertimui; nec adhuc tantum scelus esse putabam:

Sed tamen in toto pectore frigus erat.

Turba ruunt; &, Hymen, clamant: Hymenæe, frequentant.

Quo propior vox hæc, hoc mihi pejus erat.

Diversi

licet, ut ei prodesse. *Pistare.*] Nimio amore erga patrem.

130. *Cæsaque.*] Incisa, lacerata. *Virgineo.*] Puellari. Hanc fabulam scribit plene Ovid. lib. 7. Metam.

131. *Ut.*] Id est, Quamvis. *Alii culpent.*] Id est, Damnent ea, quæ feci. *Tibi est necesse laudari me.*] Quia tuo amore compulsâ, ea feci.

132. *Pro quo sum.*] Malo sum. superiori versu Sarravianus alia non alii. Heinſius.

133. *Ausus es.*] Ostendit ingratitude Jæsonis, qui post tanta beneficia ipsam Medeam ab se ejicere ausus est.

134. *Cede.*] Abi. *Æsonia.*] Patris mei Æsonis.

135. *Iussa.*] Scil. à te. *Duobus natis.*] Quos ex te suscepî, Memnerum & Pheretum.

136. *Et amore tui.*] Subaudi comitata. *Qui.*] Scil. amor. *Semper sequitur me.*] Id est, Qui nunquam me detelinquit.

137. *Ut subito.*] Sensus est: At postquam audivi carmina vestra nuptialia, vobis quidem socialia, sed mihi fune-

bria, pertimui. *Hymen cantatus.*] Id est, Cantibus celebratus.

138. *Lampades.*] Faces nuptiales.

139. *Tibiaque effudit.*] Effundit Pureaneus & sex alii. Idem sequenti versu,

Et mihi funesta. Heinſius.

Tibiaque.] Tibiæ adhibebantur nuptiis, tubæ vero funeribus. *Tibia.*] Etiam in sacris & triumphis. Appian. in Lybico. *Tibiaque.*] Scil. postquam. *Effudit.*] Emisit. *Carmina socialia vobis.*] Id est, Tibi & uxori tuæ præsentia signum societatis, id est, matrimonii.

140. *At mihi.* Scil. effudit carmina, *Flebiliora.*] Id est, tristiora.

141. *Tantum scelus.*] Ut legitime duceres illam; me repulsâ. *Frigus.*] Id est, timor. *Scelus esse putabam.*] Putabat Pureaneus. Forte *pacatus.* Heinſius.

142. *Hymen clamant.*] Græci Hymenem inclamabant, Thalassionem Romani: quod à Sabimatum raptu. *Lib. 1. vide Plutarch. in Romulo. & Quæst. Rom. 31.*

144. *Quo propior vox est.*] Vox hæc Putca-

Diversi flebant servi, lacrymasque tegebant.

145

Quis vellet tanti nuncius esse mali?

Me quoque, quidquid erat, potius nescire juvabat:

Sed tanquam scirem, mens mea tristis erat.

Cum minor è pueris, jussus studioque videndi,

Constitit ad geminæ limina prima foris:

150

Hic mihi, Mater, abi; pompam pater, inquit, Iâson

Ducet; & adjunctos aureus urget equos.

Protinus abscissa planxi mea pectora veste:

Tuta nec à digitis ora fuere meis.

Ire animus mediæ suadebat in agmina turbæ,

155

Serta-

Puteaneus & Gortorphanus. duo alii, hac vox. Heinſius,

145. *Diversi.*] Id est, In diversis locis domus. *Lacrymasque tegebant.*] Lucan. lib. 1.

— *gemitus fiat quisque latentis,*
Non ausus timuisse palam, vox nulla dolori

Credita.

Senec. Troad. a. ult.

— *timidum Phryges misero gemitum.*

147. *Nescire juvabat.*] *Omne quod est interea tempus, primumquam id rescitum, lucro est. Quod ex antiq. Comic.*

— *ἡμίπας μὲν δυνάμει μὲν ἔστι*

148. *Mens mea tristis erat.*] Ter. Heaur.

Nescio quid profecto mihi animus praesagit mali.

Προμυθεῖς θυμὸς, ὃς τι ἀποδοῦναι.

Eurip. Androm. Plaut. Aulul. 2. 2.

Praesagibat mihi laniatus, frustra me ire, quoniam

Exibam domo,

Quem p. Cic. 1. de Divinat. laudat.

142. *Pueris.*] Ex duobus filiis nostris. *Insus.*] *Mandato meo. Studio.*] Id est, Cupiditate, quia pueri cupidi sunt videre omnia nova. *Insus studioque videndi.*] *Insus* multi ex libris scriptis & praeſcæ editiones. *tres visus, duo visu.*

totidem *Insus*. unus *Insus*. Gronovianus *Insus*. ut Epistola Hypsip.

— *Insus studioque loquendi*

Detegit ingenio vulnera factatuo.

Hoc tamen loco scribendum videtur, casu studio videndi. ut subintelligatur, dubium est, incertum est. Met. xv.

— *me Pasiphaeia quondam*

Tentare frustra patrum temerasse cubile

(Indicium metu magis offensum re-
pulsa)

Arguit.

subintellige dubium est. sic locus ille scribendus. ita & utitur τῷ ἄν. vide Notae Fast. 11. 394. Heinſius.

151. *Hinc mihi.*] *Hinc* prima editio. Scribe, *Hinc mihi*, ut est in quatuor calamo exaratis. Unus Vaticanus *Qui mihi*. Sequenti versu *Ducet* pro *Ducit* bene Puteaneus. *Idem. Mater abi.*] Verba pueri ad Medeam. *Pompam.*] Id est, Nuptialem triumphum & apparatus.

153. *Protinus.*] Statim auditis illis verbis. *Planxi.*] Id est, Percussi. *Abscissa.*] *Lacerata.*

154. *Nec fuere tuta.*] Quia dilacerata sunt.

155. *Animus.*] Voluntas, impetus animi. *Ire in agmina.*] Id est, In mediam multitudinem, quæ circum te & sponsam tuam erat. *Demere.*] Id est, Auferre. *Serta.*] Coronas quas habebat sponsa tua.

156. Cor-

Sertaque compositis demere rapta comis.
Vix me continui, quin sic laniata capillos
Clamarem, Meus est; injiceremque manus.

Læse pater, gaude : Colchi gaudete relictī.

Inferias umbræ fratris habete mei.

160

Deferor (amissis regno, patriaque, domoque)

Conjuge : qui nobis omnia solus erat.

Serpentes igitur potui, taurosque furentes;

Unum non potui perdomuisse virum?

Quæque feros pepuli doctis medicatibus ignes, 165

Non valeo flammās effugere ipsa meas?

Ipsi me cantus, herbæque artesque relinquunt?

Nil Dea, nil Hecates sacra potentis agunt?

Non mihi grata dies : noctes vigilantur amaræ :

Nec

156. *Compositis.*] Ornatis.

157. *Quin sic laniata capillos.*] Puto quin dilaniata. Amor. lib. 111. El. ix. de sorore Tibulli,

Venit inornatas dilaniata cornas.

Heinsius. *Laniata capillos.*] Scil. meos.

Meus est.] Scil. maritus Jason. *Injiceremque manus.*] Mihi debitum ipsa vindicarem.

159. *Læse pater.*] Convertit sermonem ad eos, quos videtur læsisse dicens, nunc peractam esse eorum vindictam. *Læse.*] Scil. à me. *Colchi.*] Populi regionis mex, quos fugi.

160. *Umbra fratris.*] Quem ego crudeliter interfeci. *Habete inferias.*] Id est, estote placatæ, & habete vobis factas inferias ex malis meis. Existimabantur enim fieri inferiæ mortuis, quoties eorum inimici vel hostes fuissent vel morte, vel alio supplicio affecti. Sunt enim inferiæ, sacra mortuorum. *Inferias.*] *Quæ inferis solvantur.* Serv. Virgil. 3. *Æneid.*

Inferimus tepido spumantia cymba læte,

ubi Servius, *Inferimus*, id est inferias damus, ut exequar ab exequendo.

161. *Deferor.*] Vidua relinquo.

162. *Conjuge.*] Scil. amisso. *Qui solus erat omnia.*] Quia omnia amissa æquo animo ferebam, dummodo eum haberem.

163. *Quæque feros pepuli.*] Pepuli bene duo Medicei, & pro diversa lectione Sarravianus, quomodo & Scaliger in ora codicis sui castigat, & ego in verustâ editione Lugduni edita offendi. Excerpta Puteanei & Jureti cum aliis nonnullis rapui. tres domui. Heinsius. *Pepuli.*] Id est, removi.

166. *Flammās.*] Ignis amoris.

167. *Cantus.*] Incantationes. *Herba.*] Vires herbarum. *Artes.*] Scil. magicæ.

168. *Dea.*] Scil. Diana. *Sacra Hecates.*] Scil. Proleptinæ.

169. *Non mihi grata dies.*] Virg. 4. *Æneid.*

— *tædet cæli convexa tueri.*

Amaræ.] Acerbæ, plenæ anxietatis. *Noctes vigilantur.*] Virgil. 4. *Æneid.*

— *infelix animi Phœnissæ, nec tantam*

Solvitur in formos, oculisve aut pectore

Accipis.

L 2

170. Nec

Nec tener in misero pectore somnus adest.
 Quæ me non possum, potui sopire draconem.
 Utilior cuivis, quam mihi, cura mea est.
 Quos ego servavi, pellex amplectitur artus:

170

Et

170. *Nec tener in misero pectore somnus adest.*] *Nec teneram misero pectore somnus habet*, Puteaneus & ceteri castigatores magno numero. quinque,
Nec tenero miseram pectore.

quod eodem recidit. Scribe,

Nec tener ab misera pectora somnus habet.

tener somnus, ut *Arte Amatoria* lib. II.

Cum tener ad partes tu quoque somno venis.

somnus habet pectora, ut lib. VIII. Met.

Prima quies aderat, qua curis fessa diurnis

Pectora somnus habet.

Statius,

— *nam Tydea largus habebat*

Perfusum magna virtutis imagine somnus.

Virgil. *animalia somnus habebat*. sic & Trist. III. El. III.

Perpetuus pectora languor habet,
cum membranis. lib. I. El. VII. ex scriptis exemplaribus,

Et rigidum ferri semina pectus habent.

lib. III. El. XI.

Et dicam silices pectus habere tument.

Fast. III.

Pectora terror habet.

quomodo & Virgilius,

Quod si tantus habet mentes & pectora terror.

Art. Am. II.

Aere non certo corpora languor habens.

lib. IV. Fast. cum veteri codice,

Clausum pectora vulnus habet.

Ep. Herus,

Nescio qua pavidum frigora pectus habent.

ut meliores libri illic agnoscunt. Petro-
 nius,

— *sudor quoque perluit ora*

Et mentem timor alius habet.

Ceterum hoc loco, de quo nunc agimus, vetus editio & duo scripti,

Nec tacitam misero pectore somnus habet.

tres, *tacito miseram*. Unus Ambrosianus,

Nec teneram misero pectore somnus alit,
non male, si relinibas, tener alis misera pectora. Nam & loco supra adducto ex lib. VIII. Met. in veteri codice offendi,

— *Pectora somnus alit.*

Noster in Tristibus,

— *somnus*

Non alit officio corpus, ut ante, suo.
Atque ita scribendum censeo apud Martialem lib. III. de Glire, ut acurnini Epigrammatis consulatur,

Tota mihi dormitur hyems: & pinguior illo

Tempore sum; quo me nil, nisi somnus, alit.

Servius ad lib. XII. Æn. *Crescit & latenter, unde & glires disti sunt, quos pingues efficit somnus.* Noster. Remed. Amor.

— *somnus, non cura puella*

Excipit, & pingui membra quiete levat.

quæ vera ibi lectio, non dulci. Amor. I. El. XII.

Tunc etiam somni pingues, & frigidas aer.

Sulpicia in Satyra,

— *somno moriuntur obeso.*

Heinsius.

171. *Qua me non possum, potui.*] Duo libri, *Qua me non potui, potui*, sic sequenti epistola,

Ut te non poteram, poteram tua vela videre. Idem.

Non possum me.] Scil. *sopire: Draconem.*] *Pervigilem.* Hub.

172. *Mæa cura.*] In magico artificio diligentia. Ant.

173. *Quos ego servavi.*] Scil. à morte.

175. *Id-*

Et nostri fructus illa laboris habet.

Forſitan &, ſtultæ dum te jactare maritæ 175

Quæris, & injuſtis auribus apta loqui,
In faciem moreſque meos nova crimina ſingas.

Rideat, & vitiis læta ſit illa meis.

Rideat, & Tyrio jaceat ſublimis in oſtro;
Flebit : & ardoreſ vincet aduſta meos. 180

Dum ferrum flammæque aderunt, ſuccuſque veneni;
Hoſtis Medææ nullus inultuſ erit.

Quod ſi fortè preceſ præcordia ferrea tangunt?

Nunc animis audi verba minora meis.

Tam tibi ſum ſupplex, quam tu mihi sæpe fuiſti: 185

Nec moror ante tuos procubuiffe pedes.

Si tibi ſum vilis; communeſ reſpice natoſ.

Sæviet in partuſ dira noverca meoſ.

Et nimium ſimileſ tibi ſunt : & imagine tangor :

Et, quotieſ video, lumina noſtra madent. 190

Per ſuperoſ oro, per avitæ lumina flammæ,

Per meritum, & natoſ pignora noſtra duoſ :

Red-

175. *lactare.*] Oſtentare, laudare.
176. *Apta.*] Convenientia, ſcil. de vitiis. *Auribus.*] Scil. uxoriſ tuæ, quæ ut eſt injuſta, ita libenter audiet hæc maledicta.

177. *In faciem moreſque meoſ.*] Id eſt, Maledictiſ pulchritudini & moribuſ meis. *Nova.*] Inaudita. *Nova crimina ſingiſ.*] Bene ſingas Puteaneuſ. Sequentia confirmant. *Heinſiuſ.*

179. *Rideat.*] Concedentiſ eſt per indignationem, & ſubauditur, licet. *Sublimis.*] Superba. *Oſtro Tyrio.*] Id eſt, in purpura.

180. *Ardoreſ vincet aduſta meoſ.*] Primæ editioneſ & quinque ſcriptum Jurerti excerptiſ, ſentiet uſta. Voſſianuſ ſarriet, eleganter dixi Ep. VI. v. 154. *Heinſ. Aduſta.*] Cremata. *Vincet meoſ ardoreſ.* Quia magiſ ardebit, quam ego nunc ardeo.

183. *Quod ſi forte.*] Orat nunc Jaſopuſ. *Hub.* *Verba minora meiſ.*] Hoc eſt,

verba humilia, & qualia ſuppliceſ facere ſolent, quæque animum generoſum & regalem dedeçant. *Micyl.*

185. *Nam tibi ſum ſupplex, quod tu mihi sæpe fuiſti.*] *Quam tu mihi* Puteaneuſ. Scribendum nempe, ut recte Leidenſiſ, *Tam tibi ſum ſupplex, quam tu mihi sæpe fuiſti.* *Heinſiuſ.*

187. *Si ſum vilis tibi.*] Si me parvi faciſ. *Communeſ.*] Ex utroque noſtrum genitoſ. *Hub.*

188. *Sæviet.*] Juſtaſ quærelaſ facit, à natoſum incommoditate. *Ant.* in partuſ dira noverca meoſ.] *Noverca manuſ* Puteaneuſ. forte ſcriptum fuerat primo, — in parvaſ manuſ.

Heinſiuſ.

191. *Lumina.*] Id eſt, radioſ & lucem.

Flamme avite.] Id eſt, Soliſ avi mei.

192. *Meritum.*] Beneficiuſ quod tibi præſtiti. *Pignora*] Quia filii ſunt pignora matrimonii. *Pignora noſtra.*] *Pignora*

Redde torum; pro quo tot res insana reliqui.

Adde fidem dictis; auxiliumque refer.

Non ego te imploro contra taurosque virosque; 195

Utque tua serpens victa quiescat ope.

Te peto, quem merui, quem nobis ipse dedisti;

Cum quo sum pariter facta parente parens.

Dos ubi sit, quæris: campo numeravimus illo,

Qui tibi laturo vellus arandus erat. 200

Aureus ille aries villo spectabilis aureo,

Dos mea: Quam, dicam si tibi, redde; neges.

Dos mea, tu sospes: dos est mea, Graja juventus.

I nunc, Sisyphias, improbe, confer opes.

Quod vivis; quod habes nuptam socerumque; potentem;

Hoc ipsum, ingratus quod potes esse, meum est.

Quos equidem actutum! sed quid prædicere poenam

Atti-

genera cara duo scripti. Sed Aufonius videtur imitatus in Parentalibus,

Liquisti natos pignora nostra duos.

Heinsius.

193. *Torum.*] Justori, id est, matrimonium. *Insana.*] Id est, amore demens. *Tot res.*] Patrem, Patriam, matrem, & sororem.

194. *Adde fidem dictis.*] Fac ut dicta tua servantur. *Refer.*] Id est, redde, sicut ego dedi tibi.

195. *Contra tauros.*] Sicut tu implorasti me.

196. *Quiescat.*] Dormiat. *Villa.*] Sopita.

197. *Ipsi dedisti.*] Id est, tu propria voluntate, & sponte.

198. *Cum quo parente sum facta parens.*] Id est, ex quo suscepi filios.

199. *Campo numeravimus illo.*] Numeravimus in illo scripti plerique. quod Gronovio aridebat. quatuor, numeravimus in illo, etiam recte. sed tum sequenti versu scripserim,

Qui tibi laturo vellus arandus erit.

Heinsius.

200. *Qui erat arandus.*] Ut seminares dentes serpentum. *Tibi laturo.*] Id est

ablaturus. *Vellus.*] Id est, lanam auream. & est sensus: Acceperisti à me dotem magnam, cum taurorum ferocitas per me compressa est, & ita terrigenatum, & denique cum abstulisti vellus aureum; est dos illa, quam per me habuisti.

202. *Quam.*] Dotem. *Neges.*] Id est, nolis mihi reddere.

203. *Tu sospes.*] Id est, vita tua præservata, est dos mea. *Graja juventus.*] Id est, omnes focii tui per me servati sunt.

204. *I nunc Sisyphias, improbe, confer opes.*] Lego,

Hic nunc Sisyphias, improbe, confer opes.

Hic videlicet opibus. cum vulgatis tamen scripti faciunt. Heinsius. *Improbe.*] Perfide. *Confer.*] Id est, compara. *Opes.*] Id est, Opes Creontis filii Sisyphi.

205. *Quod habes nuptam socerumque potentem.*] Malim potentes. sic Oenone, Cupio fieri matrona potentis.

Heinsius. *Nuptam.*] Scil. Creusam. *Socerum.*] Creontem. *Potentem.*] Divitem.

207. *Quos equidem actutum.*] Malo, Quos equidem ego actutum. Met. III

Quem

Attinet? ingentes parturit ira minas.

Quo feret ira, sequar. facti fortasse pigebit.

Et piget infido consuluisse viro.

210

Viderit ista Deus, qui nunc mea pectora versat.

Nescio quid certe mens mea majus agit.

Quem quidem ego actum (modo vos absistite) cogito,

Assumptumque patrem commontaque sacra facit. Heinsius.

Quis.] Scil. te, & uxorem tuam, & socerum. *Actum.*] Subauditur, promissum. *Prædicere.*] Multo ante minari.

208. *Parturit.*] Concipit, generat.

209. *Quo feret ira, sequar.*] Quod *Attian.* Epict. lib. 1. c. 28. Ex Euripide annotavit. Quo respexit Ovid.

Καὶ μενέσσω μὲν οἷα θρῆν μέλλω κακῇ

Θυμὸς δὲ πρίσσει τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

Sequar quo ira ferat.] Id est, Faciam id quod ira suadebit. *Facti fortasse pigebit.*] Tætet ipsum Jasona, dicens se esse facturum id, cuius fortasse postea eam pigebit.

211. *Viderit ista Deus.*] *Videris Pu-*

teancus, & tum in sequentibus rescribe, qui nunc mea pectora versat. Heins. *Qui versat mea pectora.*] Id est, Qui immittet mihi in animum tant diras cogitationes. *Nescio quid majus.*] Pro, Nescio quid magnum & terribile. *Agit.*] Moliatur. Exitus rei fuit quod cum Jason nequaquam precibus & verbis Medæ flexus esset, sed jussisset, ex urbe statim eam discedere (erat enim, ut diximus, Corinthi) illa à Creonte impetravit unius diei dilationem, & interim noctu regiam clam ingressa, quibusdam medicamentis immutata facie, ne cognosceretur, domum incendit quadam radice à Circe inventa: quæ eam vim habebat, ut incensus ignis nequireret extinguui: Repente conflagrante regia, Jasonem exiisse ferunt. Creontem vero & Glaucom, sive Creusam, igne absumptos. Hub.

EPISTOLA XIII.

ARGUMENTUM.

Protesilaus Iphicli filius, ad Trojam quadraginta navibus (ut ait Homerus) navigans, cum ceteris Græcis Aulide, portu Boætiæ, ob tempestatem clausus est. Quod dum intellexisset Laodamia Acæsti ex Laodasheæ filia, ejus uxor, sincere maritum amans, multis somniis perterrita, hanc epistolam ad eum scripsit: qua suadet, ut oraculi memor, à belli periculis absterneat. Datum enim Græcis fuerat responsum, eum, qui primus ex classe in terram Trojanorum descendisset, periturum. At Protesilaus magnanimus, primus exscendit, & ab Hectore occisus est.

LAODAMIA PROTESILAO.

Mittit, & optat amans, quo mittitur, ire salutem, Æmonis Æmonio Laodamia viro.

Auli-

2. *Laodamia Æmonis.*] Id est, Thesalonica. nam Thesalia Æmonia dicta est. *Optat salutem ire quo mittitur.*] Id

est, Pervenire ad maritum suum, id est, cupit eum salvere, & incolumem esse.

L 4

110

Aulide te fama est vento retinente morari.

Ah! me cum fugeres, hic ubi ventus erat?

Tum freta debuerant vestris obsistere remis.

Illud erat sævis utile tempus aquis.

Oscula plura viro, mandataque plura dedissem:

Et sunt quæ volui dicere plura tibi.

Raptus es hinc præceps: &, qui tua vela vocaret,

Quem cuperent nautæ, non ego, ventus erat.

Ventus erat nautis aptus, non aptus amanti.

Solvor ab amplexu Protefilæ tuo;

Linguaque mandantis verba imperfecta relinquit.

Vix illud potui dicere triste Vale.

Incubuit Boreas, abreptaque vela tetendit.

15
Jam-

3. *Aulide.*] Oppid. & portus Bœotiz contra Chalcidem, urbem Eubœæ. Ad hunc cum Græci pervenissent, Trojam navigantes, Agamemnon Dianæ cererem occidit ignarus. unde irata dea, flatus ventorum removit, ita ut navigare non possent, & pestilentia laborarent. Quare consulta præcula dixerunt, Dianam Agamemnonio sanguine placandam esse. *Retinente.*] Quia ventus contrarius, *Herbertus.* *Aulide.*] Lucan. 5.

— iniquam classibus Aulin.

Propert. lib. 3. Eleg. 6.

Sunt Agamemnonias testantia littora curas;

Pro qua mactata est Iphigenia mora.

Æschil. Agamemn. v. 177,

Καλὴ δὲ πύργον ἔχον παλιρροῖοις
ἐν Αὐλίδι τόπος.

Senec. Agamemn. 2. 3. v. 567.

— hinc ex Chalcida,

Tardamque variis Aulide.

Vento retinente.] Ovid. Metam. XII. v. 8.
Nec dilata foret vindicta, nisi æquora sævi
Invia fecissent venti, Boreæque tellus
Aulide piscosa pappes tenuisset imbras.

— contraria classi. — *Flamma sunt.*

Met. 13. v. 183.

4. *Cum fugeres.*] Ex desiderio hoc dictum est, nam Protefilaus non fugit. *Ant.*

6. *Sævis.*] Turbatis. *Utile.*] Aptum, & commodum.

8. *Dicere multa tibi.*] *Plura* magna librorum pars. quod arripit, ut superiorum sit repetitio. *Heinsius.*

9. *Ῥαπίης.*] Ablatus, *Præceps.*] Festinus.

11. *Ventus aptus.*]

Ἰππικρον ἔρον ἐν πλοίσισιν, ἐσθλὸν
ἱταίρον.

Odyss. μ. v. 149.

— ἱππεὺς γὰρ ἔρ' ἀπ' ἡμῶν. *ibid.*
vers. 167. Et Odyss. λ. vers. 657.

— καλλιμ' ἔρ'.

— ἰουδὺ — πνὺς Ζεφύροιο πομπῇ.
Pindar. Nem. 7.

— *Utilibus ventis, astutius secundo.*

Met. 13. v. 631. Sic & Græci.

— ἱππεύεσθαι ἀνέμοιο. Argon. 1.

12. *Solvor.*] Separator, disjungor.

13. *Linguaque mandatis verba imperfecta relinquit.*] *Mandantis* & *relinquit* multi ex scriptis. Sed castigatior *mandatis.* Quare *mandatrix* est ut censuram esse rescribendum. Sequenti versu *valui* pro *potui* Gronovianus. *Heins.* *Imperfecta.*] Non potui finire, quæ tibi dicere volebam.

15. *Incubuit.*] Totis viribus. *Tetendit.*] Flatu suo implevit. *Abreptaque*
vela

Jamque meus longe Protesilaus erat.
 Dum potui spectare virum, spectare juvabat:
 Sumque tuos oculos usque secuta meis.
 Ut te non poteram, poteram tua vela videre:
 Vela diu vultus detinere meos. 20
 At postquam nec te, nec vela fugacia vidi;
 Et quod spectarem, nil, nisi pontus, erat;
 Lux quoque tecum abiit; tenebris exanguis obortis
 Succiduo dicor procubuisse genu.
 Vix socer Iphiclus, vix me grandævus Acastus, 25
 Vix mater gelida mœsta refecit aqua.
 Officium fecere pium, sed inutile nobis.
 Indignor miseræ non licuisse mori.
 Ut rediit animus, pariter rediere dolores;
 Pectora legitimus casta momordit amor. 30
 Nec mihi pectendos cura est præbere capillos:
 Nec libet aurata corpora veste tegi.
 Ut quas pampinea tetigisse Bicorniger hasta

Cre-

vela tendit.] *Abreptaque Puteaneus & alii præstantiores.* Heinſius.

18. *Sumque tuos oculos.*] Id est, Cum tu oculos ad me converteres, ego afflicte ad te respiciebam.

21. *Fugacia.*] Id est, Celeriter euntha, & quæ videbantur fugere.

23. *Lux abiit.*] Scilicet ex oculis meis Obortis tenebris.] Id est, inducta caligine ante oculos. *Hub.* *Tenebrisque exanguis obortis.*] Tenebris lege cum quibusdam scriptis. Cornelius Nepos vita Eumenis, Antigonus tenebris obortis ignes conspicatur. Heinſius.

24. *Succiduo.*] Debili, præ dolore. *Dicor.*] Alii narrant, ego præ dolore casum non sensi. *Ant.*

25. *Iphiclus.*] Pater tuus, socer meus *Acastus.*] Pater meus.

26. *Refecit.*] Instauravit. *Aqua gelida.*] Asperſione aquæ frigida in faciem. *Hub.* *Mater.*] Laodotheam significat, Laodamiae matrem. *Ant.*

27. *Sed inutile nobis.*] Quia utilis

fuiſſet mihi tunc mori, quam nunc vivere in tantis curis.

29. *Utque animus rediit.*] Alii aliter. sed veram esse lectionem quam Puteaneus præfert cum septem aliis, *Ut rediit animus*, dictum Ep. VI, v. 31. *Animus rediit.*] Id est, Postquam respiravi.

30. *Mamordit.*] Pupugit, tetigit.

31. *Nec mihi.*] Dicit se ob absentiam mariti ita esse anxiam, ut nec ornatu corporis delectetur, nec possit quiescere. *Pestendos.*] Pestine componendos, & ornandos. *Præbere.*] Scilicet ancillis meis.

33. *Ut bicorniger.*] Id est, Bacchus. Dicit se furore hita agi, sicut aguntur bacchantes. *Hasta pampinea.*] Id est, Thyrsus. Est autem thyrsus, hasta pampinis involuta, quam bacchantes ferre solent. *Pampinea hasta.*] Quod ex Virgil. 7. *Æneid.* Senec. Hippol. v. 755. *Pampinea cuspidē.* Et Eurip. Bacch. v. 145.

Ὁ βαρχυὺς δ' ἔχων
 Πυγῶν φλόγα πύνας,

L 5

E'n

Creditur; huc illuc, quo furor egit, eo.
 Conveniunt matres Phylleides, & mihi clamant, 35
 Indue regales, Laodamia, sinus.
 Scilicet ipsa geram saturatas murice vestes:

Bel-

Εκ γάρθνα' αἰσού,
 Δρίμω καὶ χροίε ἱερθίζων πλανά-
 τας.

Et alibi. Τὸ κισσινὸν βέλθ'.

Rapinaeus *ferulae*. — οἷον βακ-
 τριὸν κλάδον Eurip. *ibid*.

Ταίξιζε.] Stimulasse, concitasse in furo-
 rem. Bacchus autem dicitur habere cor-
 nua, propter superbiam & elationem,
 quam fervor vini inducit, & *Bicorniger*.]
Ταυρὶκερ. Eur. Quamobrem autem
 cornutus fingatur, docent Mythologi.

34. *Qua furor egit eo*.] *Quo furor egit*
 praefer editiones & multi ex scriptis co-
 dice. sic Ep. ix.

— *quo me furor egit amantem?*

Heinsius.

35. *Matres Phylacides*.] *Phylacides*
 Puteaneus. Lege *Phylleides*. Phyllus
 enim Thessaliae urbs non minus quam
 Phylace. Stephanus Byzantius: Φυλλᾶς
 πόλις ἐν Θεσσαλίᾳ. Στρίβων ἐνθάτῃ,
 Πάριος δὲ φύλλον θαλακκίς λέγει ἐν ἐνθάτῃ
 Θεσσαλῶν,

Οἷδ' ἄφαρ ὀπισθίντες, ἴσαν κρατῶν
 πῶτ' φύλλον, οἰκῶντες, φυλλεῖς.
 noster libro III. Art. Am.

Nec tibi turpe pueri crinem, ut Phylleia
 mater,

Solvere.

nbi perperam Bersmannus *Phylaccia*
 contra veteres libros reponit. Nostri.
 certe omnes *Phylleia* praeter unum Am-
 brosianum, nec vetustum illum, in quo
Phylaccia. Laodamiam autem illic in-
 telligi non est dubium, quae comis prae-
 cipue conspecta habebatur. noster alibi.

Sic erat ornata Laodamia comis.
pecorosaque Phyllos Statio dicta Theb. iv.
Aprior armentis Midea, pecorosaque
Phyllos.

hinc *Phyllis juvenis* nostro. Met. xii.

hincque Phyllei juvenis feris ossa sarissa.

Coeneus enim Thessalus. Videtur &
 mons ejus nominis fuisse. Apollonius
 lib. i.

Παρασίης ὄρε' φυλλῆν ἀλχόβιναν.
 ubi Scholiastes: τὸ δὲ φυλλῶν ὄρε'
 Μακεδονίας. *Phyllei* in Thessalia mon-
 tis etiam Hyginus meminit fab. xiv. et
 codex Leidensis *matres Phylleides*. ut
Phlathinides. sed id posse dici vix opinor.
 cur *Phylacides* hic minus admitti de-
 bere censcam, facit quod primam in
Phylacidas Ovidius alibi plerumque pro-
 ducat, geminato l. à φυλάειν, φυλλα-
 κίδας. ut à φυλάειν, φυλλακίδας. Phy-
 lacides Protefilas dictus à Phylaco avo
 Iphicli patre potius, quam oppido Phy-
 laceo, in quo avus regnat. Hic locus
 commodum me admonet alterius apud
 Statium insigniter mendosi, nunc simili
 opera corrigendi, qui Domitium & Do-
 mitio viros longe Doctiores valde exer-
 cuit. Is est Sylvarum quinto, Epicedio
 in Patrem.

*Si chelyn Odrysiam pigro transmisit A-
 verno*

*Causa minor: si Thessalici Admeus in
 oris,*

*Silva una retro Phylaccida rettulit um-
 bram.*

sic praefer editiones. Si una murata lite-
 ra pro *Silva* reponas *Si lux* habebis ve-
 ram lectionem. Unus enim dies Prote-
 filao impetratus est, quoad superos red-
 iret. Rem narrat in Dialogis mortuo-
 rum Lucianus. Huc & allusisse videtur
 Propertius lib. iv. El. vii.

*At mihi non oculos quisquam inclinavit
 euntes,*

Unum impetrasset te revocante diem.
 Sed jam plus satis super hoc loco. Heins.
Matres.] Matronae, mulieres.

37. *Saturatas*.] Bene tinctas. unde
dibaphia vestes dicebantur, quae bis erant tin-

Bella sub Iliacis mœnibus ille gerat?
Ipsa comas pectar: galea caput ille prematur?

Ipsa novas vestes: dura vir arma ferat? 40

Qua possum, squalore tuos imitata labores

Dicar: & hæc belli tempora tristis agam.

Dux Pari Priamide, damno formosæ tuorum,

Tam sis hostis iners, quam malus hospes eras.

Aut te Tæpariæ faciem culpasse maritæ, 45

Aut illi vellem displicuisse tuam.

Tu, qui pro rapta nimium, Menelaë, laboras,

Hei mihi, quam multis flebilis ultor eris!

Di,

tingit. *Murice.*] Purpura. Est enim mur-
rex picis, cuius sanguine tinguntur lanæ.

39. *Ipsa comas pectam.*] Alter mem-
branaceus Moreti codex *pectar.* elegan-
ti Græcismo. superiora confirmant.

*Nec mihi pectandos cura est præbere ca-
pillis.*

Hoc enim ancillarum officium, quæ or-
natrices hinc dicit. si pexa comam Ele-
geia lib. III. Amor. El. I.

Venit odorato Elegeia pexa capillos.
ita scribo. Nam vulgatum *pexa* festi non
potest, ut illic dicimus. *prematum* & mox
gerat scripti nonnulli. *Heinsius.*

40. *Dura.*] Aspera, quasi dicat, non
decer, ut ego sum in deliciis, & maritus
meus sit in laboribus.

41. *Quo possum.*] *Qua* Puteaneus, Ar-
gentinus, & meus Mentelianus. Ep. Pa-
ridis,

*Qua licet & possum, luctor celare furo-
rem.*

at Trist. IV. El. X.

Tristitia quo possum carminis fata levo.
Heinsius. *Uguale.*] Sorde, neglectu cor-
poris.

43. *Dux Pari.*] Neque convenit, ut
irata & turbata ducem appellet Pari-
dem. Et ex verbis Homeri lib. 3. Iliad.
videretur legendum esse *Dyspari.* Dicit
enim: *δύτταρ' ἰδὲ αἰμῆς*, &c.
Alludens igitur Ovid. ad illa verba Ho-
meri, facit iratam Laodamiam loqui de

Paride contumeliose, sic: *O Dyspari*: id
est, o male & infelix Pari. Verum Egnat-
ius hanc expositionem exhibet. *Formo-
se damno tuorum.*] Id est, Cuius forma
& pulchritudo magno constatura est
tuis. *Damno formosæ tuorum.*] Quem ideo
Coluth. Theban. vocat

Τὸν — ἀρχικαπὸν πολέων.

— θεοπρόϊστον ἀγαλλόμενον χαρί-
τεσσιν.

Quale vocatur ἀτυχὲς κάλλος.

44. *Tam sis hostis iners.*] Id est, ita
negligens & ignavus sis pugnator.
Quam malus hospes.] Scilicet apud Me-
nelaum. *Malus autem.*] Id est, perfidus.

45. *Aut te.*] Aut Helena displicuisset
Paridi, aut Paris Helenæ. *Marita Ta-
naria.*] Id est. Uxoris Helenæ Lacedæ-
moniz. Nam Tarnarus promontorium est La-
coniz, ex qua Helena orta est.

47. *Tu.*] Scil. o Menelaë.

48. *Flebilis ultor.*] Homer. Odyss. ξ.
vers. 68.

— ὡς ἄφ' ἑλλ' Ἐλένης ἀπὸ φύλον
ὀλέσθαι

Πρόχλυν, ἵππαι πολλὰν ἀνδρῶν ἰπὸ
γυναι' ἔλυσεν.

Eutip. Rhcf. — μυριάδας τε πόλεις
Ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἐκίνησεν.

Flebilis ultor.] Quia multa hæc tua ultio-
ne peribunt.

49. *Di precor.*] Quia quoties Laoda-
mia recordabatur belli, trepidabat &
flebat.

Dî, precor, à nobis omen removete sinistrum:

Et sua det reduci vir meus arma Jovi.

50

Sed timeo: quotiesque subit miserabile bellum,

More nivis lacrymæ sole madentis eunt.

Ilion & Tenedos, Simoïsque & Xantus & Ide.

Nomina sunt ipso pæne timenda sono.

Nec rapere ausurus, nisi se defendere posset,

55

Hospes erat: vires noverat ille suas.

Venerat (ut fama est) multo spectabilis auro,

Quique suo Phrygias corpore ferret opes.

Classe virisque potens, per quæ fera bella geruntur:

Et sequitur regni pars quotacunque sui.

60

His ego te victam, consors Ledæa gemellis,

Suspitor: hæc Danaïs posse nocere puto.

He-

flebat. Ideo precatur, ut hoc non sit ei malo omni, id est, augurio. *Sinistrum.*] Infelix. *Hab. Omen.*] Futurimali præsagium.

50. *Des.*] De more Jovi conservatori suspendat arma. *Ant.*

51. *Sed timeo, quotiesque subit miserabile bellum.*] Libri veteres præter unum Vaticanum constanter, *Sed timeo quoties subit.* Existimo scribendum, *Sed timida quoties subit, vel timidam.* *Heinf. Subit.*] Venit in mentem.

52. *Madentis.*] Liquefcentis.

53. *Ilion.*] Quoties audit aliquod nomen regionis Trojanæ, fere Solo nomine terretur. *Ilion.*] Oppidum ipsum Trojan. *Tenedos.*] Insula in conspectu Trojan. *Et Xanthus.*] Fluvius juxta Trojan. *Ide.*] Mons Phrygiæ. *Xanthus & Ide.*] Ide scripti plerique. *Heinfus.*

55. *Nec rapere.*] Occurrit objectioni: quia posset dici, magnas esse vires Grecorum. *Nisi se defendere posset.*] Tolle distinctionem. *Heinfus.*

57. *Spectabilis.*] Ornatus.

58. *Suo corpore.*] Quia qui vidisset eum ita ornatum, potuisset judicare, quam dives esset Phrygia.

59. *Per qua fera bella geruntur.*] Malim per quos, ut milites intelligantur. *Heinfus.*

60. *Et sequitur regni pars quota quæque sui.*] Recte quotacunque *Purcaneo* pro diversa lectione. *Sarravianus* quotaqueque, vel quotaquæque. quotaqueque etiam multi alii ex scriptis. I. III. Art.

Forma Dei munus. formâ quotaqueque superbis.

at Tibullus.

Moveris è votis pars quotaquæque deos. *Medicamine Faciei,*

Est etiam placuisse sibi quotaquæque voluptas.

sic ibi scribendum. *Heinfus. Quota.*] Id est, Minima.

61. *Consors Ledæa gemellis.*] *Ledæi* censeo castigandum, ut & initio *Epistolæ* *Paridis.* *Græcis* enim patronymicis impense delectatur noster. Sicl. i. Met.

Nymphæ precor Penæ mane.

pro quo *Penæ* in vulgatis libris legebatur. & similia passim *Heinfus. Ledæa.*] *Helena* filia *Ledæ.* *Consors.*] Id est, Soror, & sanguine conjuncta. *Gemellis.*] Id est, Castori & Polluci, qui gemini fuerunt, eodem nati ovo.

62. *Hæc.*]

Hectora nescio quem timeo. Paris Hectora dixit
 Ferrea sanguineâ bella movere manu.
 Hectora, quisquis is est, si sum tibi cara, caveto. 65
 Signatum memori pectore nomen habe.
 Hunc ubi vitaris, alios vitare memento:
 Et multos illic Hectoras esse puta.
 Et facito dicas, quoties pugnare parabis,
 Parcere me iussit Laodamia sibi. 70
 Si cadere Argolico fas est sub milite Trojam;
 Te quoque non ullum vulnus habente cadat.
 Pugnet, & adversos tendat Menelaus in hostes:
 Ut rapiat Paridi, quam Paris ante sibi.
 Irruat; & causa quem vincit, vincat & armis. 75
 Hostibus è mediis nupta petenda viro est.
 Causa tua est dispar. tu tantum vivere pugna,
 Inque pios dominæ posse redire sinus.
 Parcite, Dardanidæ, de tot (precor) hostibus uni:
 Ne meus ex illo corpore sanguis eat. 80
 Non est, quem deceat nudo concurrere ferro,
 Sævaque in oppositos pectora ferre viros.
 Fortius ille potest, multo quum pugnat amore.

Bella

62. *Hæc.*] Scil. divitias & potentiam Trojanorum. *Danais.*] Græcis.

63. *Nescio quem.*] Quasi dicat, inter Troianos fortissimum.

64. *Ferrea bella.*] Aut aspera, aut quæ ferro geruntur. *Hectora.*] Adjurat Protesilam per amorem suum, ut caveat hunc Hectora. *Si sum cara tibi.*] Si me amas.

66. *Signatum.*] Imprimunt, & quasi signo quodam notatum. *Nomen.*] Scilicet Hectoris.

68. *Multos Hectoras.*] Id est, Multos fortes, qualis est Hector.

69. *Pugnare parabis.*] Bellare Scriveris. ut Epistola Briseidis,

Partaque bellando gloria dulcis erat.
Gronovianus facito dicas pro facito ut dicas. venisse. *Heinsius.*

70. *Me parcere sibi.*] Ut me ei servem

71. *Si fas est.*] Id est, Si licet, & fata permittunt.

74. *Ut rapiat.*] Hic versus cum sequenti absunt à Putaneo & Lovanicensi. *Heinsius.*

77. *Causa tua est dispar.*] Scripserat puto Ovidius, *Causa tua dispar.* nam Tò est abest à duobus scriptis. Epistola Acontii,

Non eris idcirco par tua causa mea.
Heins. *Vivere pugna.*] Sicut Menelaus, ut Helenam habeat, pugnet: ita, ut me habeas, tu vivere pugnes. *Hub.* *Est dispar.*] Non convenit cum Menelao: nam tibi uxor domi est.

80. *Meus sanguis.*] Nam salus mea à Protesilao pendet, cujus vulnera mea sunt. *Ant.*

83. *Fortius ille potest, multo qui pugnat amore.*] Qui pugnat unius Vaticanus. *quam pugnat*

Bella gerant alii; Protefiläus amet.
 Nunc fateor; volui revocare; animusque ferebat. 85
 Substitit auspicii lingua timore mali.
 Cum foribus velles ad Trojam exire paternis,
 Pes tuus offenso limine signa dedit.
 Ut vidi, ingemui; tacitoque in pectore dixi:
 Signa reversuri sint precor ista viri. 90
 Hæc tibi nunc refero, ne sis animosus in armis:
 Fac meus in ventos hic timor omnis eat.
 Sors quoque nescio quem fato designat iniquo,
 Qui primus Danaüm Troada tangat humum.
 Infelix, quæ prima virum lugebit ademtum! 95
 Dî faciant, ne tu strenuus esse velis!
 Inter mille rates tua sit millesima puppis,
 Jamque fatigatas ultima verset aquas.
 Hoc quoque præmoneo: de nave novissimus exi.

Non

pugnat amore Puteaneus. Scribe, *quomodo pugnat amore*. Pergit de Protefilao loqui. Sequenti versu Protefilao Puteaneus. Heinſius.

85. *Nunc fateor volui.*] Nunc scripti omnes. Met. XIII.

Nunc equidem fateor (falsoque ignoscas Atrides)

Difficilem tenui sub iniquo iudice causam. Idem.

Nunc fateor.] Antea dicere non sum ausa. *Revocare.*] Ne ires ad bellum Trojanum. *Ferebat.*] Id est, Cupiebat.

86. *Substitit auspicii lingua timore mali.*] Sed steris quinque libri. Puto *Desistit*, ut dictum Epist. IV. initio. vers. 8. Heinſius. *Substitit.*] Id est, hæsit, cessavit timore mali auspicii: Id est metu ne darem tibi malum auspiciū, & augurium revocando. *Hub.* *Auspicii mali.*]

— *μὲν μοι αὐτῷ*
Ὁ γὰρ ἐνὶ μεγάροισι κακὸς πάλαι, ἔδ' ἐμὲ
πίσσει.

Hom. Iliad. α. v. 218.

Omnibus parce, & lacrymis. Sil. I. 3.

88. *Pes tuus offensus limine.*] Pedum

offensiones in auguriis mala ferre præſagia Tibullus docet.

89. *Ut vidi, ingemui*] Sex scripti, *Ut vidi gemui.* unus Patavinus. *Et vidi & gemui.* Lege *Ut vidi, ut gemui.* vide Notas Epist. XII. v. 33. Heinſius. *Ut vidi.*] Pedis offensionem. *Ans.*

90. *Ista sunt signa.*] Id est, Utinam hæc sint signa, maritum meum posse reverti à bello Trojano.

91. *Nunc.*] Quæ ante non ausa sum dicere. *Ne sis animosus.*] Id est, ne sis audax. *Hub.*

92. *Eas in ventos.*] Sit vanus.

93. *Sors quoque nescio quem.*] In fatiſ est, nomine non exposito, qui primus in litrus Trojanum exicenderit periturum. *Sors.*] Id est, Oraculum. *Fato.*] Id est, morti.

94. *Troada tangat humum.*] Tangat meliores. Heinſius.

95. *Ademptum.*] Sublatum, & ereptum sibi.

96. *Sitrenuus.*] Audax & animosus: ut velis primus exire terram.

97. *Millesima.*] Id est, Ultima.

100. *Terra*

Non est, quo properes, terra paterna tibi. 100

Cum venies, remoque move veloque carinam;

Inque tuo celerem littore siste gradum.

Sive latet Phœbus, seu terris altior extat;

Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte, venis.

Nocte tamen, quam luce, magis. nox grata puellis: 105

Quarum suppositus colla lacertus habet.

Aucupor in lecto mendaces cælibe somnos.

Dum careo veris, gaudia falsa juvant.

Sed tua cur nobis pallens occurrit imago?

Cur venit à verbis multa querela tuis? 110

Excutor somno; simulacraque noctis adoro,

Nulla caret fumo Theſſalis ara meo.

Thura damus, lacrymamque super; qua sparsa relucet,

Ut solet aduſo surgere flamma mero.

Quan-

100. *Terra paterna.*] Ad hostes, ad exilium ruis, non petis Patriam, hostile solum petis.

103. *Sive.*] Dicit, se interdum noctuque assiduus curis angitur propter absentiam mariti, & ejus pericula: sed magis tamen nocte. *Læte.*] Nocte.

107. *Aucupor.*] Dicit se multa somnare de marito: quæ licet sint falsa, tamen afferant voluptatem. *Cælibe lecto.*] Id est, sine marito.

109. *Sed tua.*] Dicit sibi apparere, tristitia omnia, scilicet imaginem ipsius Protesilai mortui. *Occurrit.*] Apparet. *Hub.*

110. *Multa querela.*] Protesilai umbra cum Laodamia queri videbatur.

111. *Adoro.*] Supplicationibus placare nitor, ne me tercant. *Ant. Excussor.*] Violenter excitor.

112. *Meo fumo.*] Id est, Meo sacrificio: quia ubique sacrifico. *Hub. Theſſalis ara.*] Sacrificio in omnibus templis ejus Theſſaliæ regionis, quam tenemus.

113. *Thura damus lacrymasque super, qua sparsa relucet.*] Lacrymamque idem. sic *δαρυ* pro *δαρυα* sæpe apud poetas Græcos. Deinde *qua sparsa relucet* veteres omnes præter Puteaneum, in

quo *quæsa relucet*, & emendatum *quis ara.* Lego *qua sparsa relucet*, flamma nimirum, quod sequitur *qua* subintellige lacryma. Propert. lib. IV. El. III.

— *Lacrymis spargitur ara meis.*

Epistola Helenæ,

Flamma vocens parva sparsa resedit aqua.
Fast. I.

— *noxa tibi deditus hostis*
Spargitur affuso tempora, Bauche, mero.
Art. Am. I.

Vinaque cum bibulas sparsere Cupidinis alas.

mox.

Sed tamen et spargi postus amore nocet.
Heinsius.

114. *Affuso mero.*] Vinum in sacris adhibebatur cum lacte, si manes, & nocturnas umbras essent placaturi. *Ant.* Etiam sanguis, sic Virgil. 3. *Æneid.* I. ubi vide Servium.

Sanguinis et sacri pateras. —
Quod ex Homer. *Odyss.* λ. Et Enn. in Hecub.

Unde anima excitantur. obscura membra, aperto ostio

Alii Acherontis, falso sanguinis, imagines mortuorum.

Et

Quando ego, te reducem cupidis amplexa lacertis, 115
 Languida lætitia solvar ab ipsa mea?
 Quando erit, ut lecto mecum bene junctus in uno
 Militiæ referas splendida facta tuæ?
 Quæ mihi dum referes; quamvis audire juvabit;
 Multa tamen capies oscula, multa dabis. 120
 Semper in his apte narrantia verba resistunt.
 Promptior est dulci lingua referre mora.
 Sed cum Troja subit, fubeunt ventique fretumque;
 Spes bona sollicito victa timore cadit.
 Hoc quoque, quod venti prohibent exire carinas, 125
 Me movet: invitis ire paratus aquis.
 Quis velit in patriam vento prohibente reverti?
 A patria pelago vela vetante datis..
 Ipse suam non præbet iter Neptunus ad urbem.

Et Statius,

*Spernamtesque mero patera verguntur,
 Et atro*

Sanguine. —

116. *Languida lætitia solvar ab ipsa mea.*] Male tristitia quidam, sic mero solvi & solvi gaudio, contra adstricta dolore pectora apud nostrum Artis Amatoriz lib. 1. Petronius, *Anicula quamvis saluta mero essent ac libidine, eandem viam tentant.* Heinsius.

117. *Lecto.*] Sic Ulysses Penelopæ omnes suos labores exantlatos suaviter enarrat. Odyss. ♣. à. v. 306.

119. *Audire juvabit.*]

— ἡ δ' αὖ ἐτίπτει ἀκούσ', ἡ δ' οἱ ὕπνῳ

Πίπτον ἐπὶ βλεφάροισι πάρος καταλή-
 ξας ἅπαντα.

120. *Multa tamen capies oscula, multa dabis.*] Libri septem veteres, *capies.* optime, hoc est, accipies, quod respon-
 det τῷ δabis. Epistola Sapphus,

*Oscula cognosco, quæ tu committere lin-
 gua,*

*Apiaque consuevas accipere, apta
 dare.*

Oscula non rapiuntur, nisi ab invitis.
 Art. Am.

*Tantum ne noceant teneris male rapta
 labellis,*

Neve queri possit dura fuisse cave.

Heinsius.

121. *Narrantis verba resistunt.*] *Nar-
 rantia scripti potiores & prisca editio-
 nes recte, narranti Moreti liber. Idem.
 Resistunt.*] Interrumpuntur.

122. *Mora.*] Quia recreata aliquan-
 tulum, promptior postea efficitur ad
 narrandum.

123. *Sed cum Troja.*] Ostendit supe-
 rius, se delectari falsis somniis de mari-
 to suo. Nunc dicit, quando recordatur
 belli Trojani, & navigationis ejus, de-
 collare omnem spem.

125. *Hoc quoque.*] Quia supra dixit
 se audisse, eos retineri in Aulide: dicit
 nunc, se vereri, ne illud sit malum
 omen. *Exire.*] Discedere ex Aulide
Movet.] Terret, & turbat me.

127. *Quis velit.*] Si enim nemo con-
 trariis ventis vellet redire in patriam
 suam, cujus quique cupidissimus est:
 quanto minus deberet ventis contra-
 riis, à patria sua discedere?

130. *Qui*

Quo ruitis? vestras quisque redite domos.

Quo ruitis, Danaï? ventos audite vetantes.

Non subiti casus, numinis ista mora est.

Quid petitur tanto, nisi turpis adultera, bello?

Dum licet, Inachiae vertite vela rates.

Sed quid ego revoco hæc? omen revocantis abesto, 135

Blandaue compositas aura secundet aquas.

Troâsin invideo. quæ si lacrymosa suorum

Fu-

130. Quo ruitis?] Ita præcipites & inconsiderati?

131. Audite.] Sentire, & eis ne resistite.

132. Istamora.] Quæ vobis à superis obijcitur, quo minus navigetis. Aulide, cum non potestis inde discedere.

133. Tanto bella.] Ideoque Eurip. Cyclops illud vocat,

Αἰχρὸν ἐράττωμα. — v. 282.

Et vers. 279.

Ἡ τῆς κακίης οἱ μετῆλθιθ' ἀρπαγὰς Ἐλπίας. —

134. Rates Inachiae.] Id est, Græcæ, vel Argolicæ. Vertite vela.] Id est, Revertimini in patriam.

135. Sed quid ego revoco hæc? omen revocantis abesto.] In alia omnia discedunt veteres libri, quorum nonnulli,

Sed quid ego revoco? Latum procul omen abesto.

vel revoco hæc & faciam omen, vel hæc revoco, alii,

Sed quid ego revocans? revocantis nomen abesto.

vel, omen, vel, omen revocantis, alii aliter. Fuxo scribendum,

Sed quid ego vos revoco? revocaminis omen abesto.

vel, revocantibus. nam unus Medicæus, revocantibus omen abesto, alterum tamen præfero. lib. i. Fast.

Accipio revocamen ait.

Met. ii.

— tibi, ait, revocamina, corvus,

Sine precor ista mala.

Itro Met. iii.

— ἡττίσαςθαι τῶν κακῶν

Et crescit rabies, revocaminaque ipsa noctant.

ita vetustus liber. multus est in his vocibus noster, si attendas. hinc *renovamen*, *remoramen*, *moderamen*, *solamen*, *oblectamen*, *irritamen*, *piamen*, *levamen*, *juvamen*. & infinita hujus generis. qualia & apud Lucretium passim occurrunt, ut *laseramen*, *duramen*, *clinamen*, *glametramen*, aliaque l. iv. *frustramen*, quomodo ex optimo codice Vossiano scribendum, Ac nos in fraudem induimus *frustraminis ipsi*.

In Puteaneo codice crasa erat vetus lectio, pro quâ repositum.

Sed quid ego revoco revocantis & omen abesto.

Jureti,

Sed quid ego revocans. omen revocantis abesto.

Possset & legi,

Sed quid ego hæc? (vel hos?) Latum revocaminis omen abesto.

ut abrupta sit oratio, qualis & alibi occurrit, ut Epistola Medæ,

Quos quidem ego actum.

Adi Notas Epist. xv. v. 267. & l. iv. Fast. v. 83. Videntur acutiores, si se felicius ex hoc loco expediant. Heins. *Compositas*.] *Quietas*. *Blandaue*.] *Mitis*, *suavis*.

137. Troâs invideo.] *Troas* invidens Puteaneus. Unde Salmastius, τῶ in geminato, feliciter, teste Gronovio in Observationibus, reponerat, *Troâsin* invideo. tertio casu Græco plurali. sic & in Tristibus idem lib. v. El. v.

Edidit hæc mores illis herois in æmos emendabat etiam verè. nam perperam

M

ulgo

Funera conspicient, nec procul hostis erit;
 Ipsa suis manibus forti nova nupta marito
 Imponet galeam, barbaraque arma dabit. 140
 Arma dabit: dumque arma dabit, simul oscula sumet.
 Hoc genus officii dulce duobus erit.
 Producetque virum; dabit & mandata reverti:
 Et dicet: Referas ista face arma Jovi.
 Ille, ferens dominæ mandata recentia secum, 145
 Pugnabit caute, respicietque domum.
 Exuet hæc reduci clypeum, galeamque resolvet,
 Excipietque suo pectora lassa sinu.
 Nos fumus incertæ: nos anxius omnia cogit,
 Quæ possunt fieri, facta putare timor. 150
 Dum tamen arma geres diverso miles in orbe,
 Quæ referat vultus est mihi cera tuos.
 Illi blanditias, illi tibi debita verba
 Dicimus: amplexus accipit illa meos.
 Crede mihi; plus est, quam quod videatur imago. 155
 Adde sonum ceræ; Protefilaus erit.
 Hanc specto, teneoque sinu pro conjuge vero:
 Et tanquam possit verba referre, queror.

Per

vulgo heroibus legitur. Art. Amand. 111.

Lemnius in gladiis in mea fata dabo.

sic corrigo ex vestigiis veterum librorum. Apud Propertium habes *Dryasim* & *Hamadrysin* & similia. quæ si lacrymosa suorum præterea legendum cum Puteanco. Vulgati sic Heinſ.

138. *Funera.*] *Cædes.*

143. *Producat.*] Longa mora detinebit. *Reverti.*] Hoc mandabit, ut consilium redeat. *Ant.*

144. *Referas.*] Reportes.

147. *Exuet & reduci.*] Hoc reduci Puteaneus: mox pectora lassa, non corpora, quatuor scripti. Heinſius.

150. *Putare facta.*] Id est, Putare evenisse tibi.

151. *Dum tamen arma geris.*] *Geres* Puteaneus & septem alii. quidam *geras*. Heinſius.

152. *Cera.*] Imago cereæ. *Referas.*] Representet.

153. *Verba debita tibi.*] Id est, Quæ tibi deberem dicere, si adesses.

155. *Plus est, quam quod videatur imago.*] Puto, quam quod videatur. quo pro ut. Heinſ. *Imago.*] Illa cerea *Est plus.*] Plus voluptatis mihi affert. *Quam videatur.*] Scilicet esse imago.

156. *Adde sonum ceræ.*] Id est, Si habeat vocem. *Eris Protefilaus.*] Id est, Videberis ipse esse.

157. *Specto.*] Cum delectatione intueor.

158. *Et tanquam possit.*] Malo describi, hinc, tanquam possit verba referre, queror. Heinſius.

Et queror.] Apud eam. *Tanquam possit referre.*] Id est, Tanquam sit viva, ut possit mihi respondere.

159. Per

Per reditus, corpusque tuum mea numina juro;
 Perque pares animi conjugiiue faces. 160
 Perque, quod ut videam canis albere capillis,
 Quod tecum possis ipse referre caput;
 Me tibi venturam comitem, quocumque vocaris:
 Sive, (quod heu timeo!) sive superstes eris.
 Ultima mandato claudetur epistola parvo. 165
 Si tibi cura mei, sit tibi cura tui.

159. *Per reditus.*] Jurat nunc, se secuturam Proceßilium, sive vivum, sive mortuum, hoc est, si vixerit, se victuram cum eo: si vero mortuus fuerit, se etiam morituram. *Mea numina.*] Quod ego colo tanquam numen.

160. *Pares faces animi.*] Id est, Per parem amorem.

161. *Albere canis capillis.*] Id est, Quod utinam videam senescere.

162. *Quod tacum possis.*] Lego *O tacum possis*, vel, *Huc.* Nam Vossianus *Ut secum*, dixi Epist. i. v. 101. *Heinsius.*

163. *Quocumque.*] Ad quancumque conditionem me vocaris.

164. *Quod.*] Scil. ne moriaris. *Heb.* *Sive quod heu timeo.*] Tacuit, quod dictura erat (necaberis) ut interpellata locutione omen averteret. *Ant.*

165. *Ultima epistola.*] Id est, Ultima pars epistolæ.

166. *Sit tibi cura mei, sit tibi cura tui.*] Si utroque loco pro se Puteaneus scribe.

Si tibi cura mei, sit tibi cura tui. atque ita Regius unus cum uno Mediceo. *Heins.* *Sic tibi.*] Ecce mandatum, ut servet se, & propter seipsum, & propter uxorem. *Heb.*

EPISTOLA XIV.

ARGUMENTUM.

Danaus, Beliprisci filius, ex pluribus conjugibus quinquaginta filias suscepit: quas, cum Ægyptus ejus frater, cui totidem erant filii, rogasset sibi natus, Danaus oraculi responso comperto, se manibus generi moriturum, volens periculum evitare, consensu navibus Argos venit. Indignatur Ægyptus, quod spretus esset, filiosque cum exercitu ad illum oppugnandum mittit, hac lege, ut non nisi interempto Danao ad se redirent, aut filiarum connubia iniissent. Ille autem obsidione coactus, filias se daturum spondit. Sed puella, accepto à patre gladio, ut jussum erat, prima nocte, cum vino letisiaque calentes jecenes artificissimo somno essent sopiti, unaquaque suum jugularit: Hypermnestra excepta, qua Lino, quem Eusebius, Lynceum appellat, marito suo pepercit, suasisque, ut ad patrem Ægyptum, detecto facinore, quam primum fugerat. Sed cum pater Danaus ab omnibus perfectum facinus intellexisset, præterquam ab Hypermnestra, eam crudelissime vinctam in carcerem compegit. Quare maritum hac epistola rogat, ut vel opem ferat, vel, si mori consingat, sepultura honore non careat. Sed à Lino tandem, Danao trucidato, fuit liberata.

M 2

HY-

HYPERMNESTRA LYNCEO.

Mittit Hypermnestra de tot modo fratribus uni!
Cætera nuptarum crimine turba jacet.

Clausâ domo teneor, gravibusque coercita vinclis.

Est mihi supplicii causa, fuisse piam.

Quod manus extimuit jugulo dimittere ferrum,

Sum rea. laudarer, si scelus ausa forem.

Esse ream præstat, quam sic placuisse parenti.

Non piget immunes cædis habere manus.

Me pater igne licet, quem non violavimus, urat;

Quæque aderant sacris, tendat in ora faces;

Aut illo jugulet, quem non bene tradidit, ense;

Ut qua non cecidit vir nece, nupta cadam:

Non tamen, ut dicant morientia, Pœnitet, ora,

Efficiet. non es, quam piget esse piam.

Pœni-

1. **M**ittit.] Epistolam. *Ant. De tot.*] De quinquaginta. *Uni.*] Soli. *Cætera turba.*] Fratrum tuorum. *Lacet.*] Perit.

2. *Nuptarum crimine.*] Quas idcirco Horat. impias vocat. lib. 3. Od. xi.

Impia sponsas potuere dare
Perdere ferro.

Ubi vide plura, quæ huc faciunt.

3. *Clausâ domo teneor.*] 'Domi meus chartaceus. Heinſius.

4. *Est mihi supplicii causa fuisse piam.*] Si elegantias capio Nalſonianas, scripserat ille, fuisse pia. sic alibi,

— *Vobis immunitus hujus*
Esse mali dabitur.

&c similia. de quibus paulo post plura dicentur. *Id. Causa supplicii.*] Causa poenæ. *Est fuisse piam.*] Est pepercisſe tibi.

5. *Quod manus.*] Ecce pietas. *Demittere ferrum jugulo.*] Id est, Te jugulare. *Jugulo demittere ferrum.*] Scripti dimittere. Heinſius.

6. *Laudarer.*] A patre meo. *Scelus.*] Te interficiendi.

8. *Non piget.*] Quia fuit voluntarium factum. *Immunus.*] Vacuus.

10. *Tendat.*] Id est, Immittat. *In ora.*] In faciem meam. *Faces quæ aderant.*] Quæ erant incensæ. *Sacris.*] Nuptialibus.

11. *Non bene tradidit.*] Non iuste, nequæ honeste mihi tradidit ad interficiendum maritum meum. *Non bene tradidit.*] Stat. 5. Thebaid.

— *potuere ultrocia Grajis*
Virginibus dare tela pater, lætusque
dolorum,
Sanguine securos juvenum persuadere
ſomnos?

12. *Nece, qua vir non cecidit.*] Id est, Licet moriar ea nece, quam maritus meus evasit, non tamen efficiet. *Nupta cadat.*] Cadam meliores. Heinſius.

13. *Ora morientia.*] Id est, Ora mei morientis.

14. *Non est quam piget esse piam.*] Scripti *ſex, non sum.* Lego non es. vide notas ad Epist. x. 7. 75. Heinſ. *Quam piget esse piam.*] Horat. 3. Od. xi.

Una de multis face nuptiali
Digna, perjurarum fuit in parentem
Splendide mendax, & in omne virgo
Nobilis ævum.

15. *Pœni-*

Pœniteat sceleris Danaum sævasque sorores.

15

Hic solet eventus facta nefanda sequi,

Cor pavet admonitu temeratae sanguine noctis;

Et subitus dextræ præpedit ossa tremor.

Quam tu cæde putes fungi potuisse maritâ,

Scribere de facta non sibi cæde timet.

20

Sed tamen experiar. Modo facta crepuscula terris;

Ultima pars noctis, primaque lucis erat:

Ducimur Inachides magni sub tecta Pelasgi;

Et

15. *Pœniteat.*] Scil. facti. *Danaum.*] Patrem meum. *Sceleris.*] Crudelitatis, quam mandavit. *Sorores.*] Quæ perfectunt crudelia mandata patris.

16. *Hic eventus.*] Scil. poritendi. *Facta nefanda.*] Id est, Crudelia. *Facta nefanda.*] Virgil. xi.

Impressumque nefas. una sub nocte jugali

Casa manus juvenum fudè, thalami- que crimini.

Quod Stat. imitatur 4. Thebaid.

— *Perfedaque vivis in auro*

Nox Danai.

Vide & Æschi. Prometh. §. 827. & seqq.

Toidè 'en' iχθρὲς τὰς ἡμέρας ἑλθὼς Κύπρις.

17. *Admonitum.*] Id est, Recordatio- ne. *Temerata.*] Pollutz, foedatæ.

18. *Præpedit ossa tremor.*] Sic nostri constanter. *Naugerius ossa* malit ex suis perperam. *concutis* quatuor libri. ut Epistola Briseidis,

Hic mihi va misera concutis ossa noctis. noster alibi,

— *gelidusque cucurrit,*

Ut mihi narrasti, dura per ossa tremor, quæ ex illis Virgilianis est imitatus.

— *gelidus Teucriis per dura cucurrit*

Ossa tremor. Heinl.

Ossa dextera.] Id est, Digiros, quo fit ut scribere non possim.

19. *Quam tu cæde putes fungi potuisse mariti.*] *Marito* Piteaneus, *Lege cæde maritâ.* sic *thori mariti* pro *maritales.* Epistola Phyllidis, *feces marita* Cana-

ces. *Medex sacra marita.* & *Venus marita* Paridis Epistola. Seneca Agamemnone A&T. 11.

Palam maritum possidens pellex domum. sic scribe. *Verus codex Medicus marita.* *Vulgo mariti.* Idem Hercule OETRO,

— *quas, mater, in lacubras agas.*

Ubique per te nota! sed patriam petam *Laresque miseros: Argos Emrysibens ton-*

Marita Thebe regna & Ismenon petam? Ita totus locus optime in eodem Mediceo libro legitur, nisi quod scribendum *Marita Thebas regna,* vel *Theben.* sic & *fundus maritum* nostro Pont. 111. El. 1. & *Vota marita* apud Statium Epithalamio Stellæ. & *furta marita* Theb. x. ut utroque loco arbitror reponendum. Plura de hac voce observabamus ad Claudianum Bello Gild. v. 407. *Heinsius.* *Quam tu.*] Argumentum est magnum suæ pietatis. *Quam.*] Scil. dextram. *Potuisse fungi cæde.*] Id est, Potuisse interficere maritum.

21. *Modo facta.*] Incipit narrare totius facti processum, sumpto initio unde oportuit.

22. *Ultima pars lucis, primaque noctis erat.*] *Ultima pars noctis, primaque lucis erat* Piteaneus & sex alii, recte. In multam enim noctem protractâ coenâ sub exortum lucis sponso cum novis nuptis in thalamum vult ductos. Hæc post coenam facta hic describuntur. *Heinl.*

23. *Inachides.*] *Proneptes Inachi.* Nam Inachus genuit Io: ex ea & Jove natus

M 3

Et focer armatas accipit æde nurus.
 Undique collucent præcinctæ lampades auro. 25
 Dantur in invitos impia thura focos.
 Vulgus, Hymen, Hymenæe, vocant: fugit ille vocantes.
 Ipsa Jovis conjux cessit ab urbe sua.
 Ecce mero dubii, comitum clamore frequentes,
 Flore novo madidas impediēte comas, 30
 In thalamos læti, thalamos sua busta feruntur;
 Strataque corporibus funere digna premunt.
 Jamque cibo vinoque graves somnoque jacebant;
 Securumque quies alta per Argos erat:
 Circum me gemitus morientum audire videbar: 35
 Et

natus est Epaphus, ex Epapho Belus Pri-
 scus, ex Belo (ut diximus) Ægyptus &
 Danaus, cujus hæ sunt filii: ergo Ina-
 chides, Pelasgi.] Is fuit rex, à quo populi
 quibus imperavit, Pelasgi dicti sunt: qui
 postea Danai sunt nominati.

14. *Socer.*] Ægyptus. *Armatas.*] Gla-
 diis instructas, quos Danaus nobis de-
 derat. *Accipit ipsa nurus.*] Illa complu-
 res libri. Unus Ambrosianus æde. quo
 & Jureti excerpta alludunt, in quibus
 inde. Heinsius.

25. *Præcinctæ.*] Auro ornata, sicut
 in regalibus nuptiis mos erat.

26. *In invitos impia thura focos.*] *In*
antiquos. Barberinianus. non male. *Hein-*
Invitos.] Sic. Ter. Adolph.

Tu potius Deos comprecare: nam tibi eos
certe scio,

Quo vir melior multo es quam ego sum,
otemperaturus magis.

Et Plaut. Rud. prol. v. 25.

Facilis, si quis pius est, à dis suppli-
cans,

Quam qui scelestus est, inveniet veniam
sibi.

Impia.] Quæ ab impiis offerebantur.
Invitos.] Non libenter accipientes ipsa
 thura & sacrificia, quæ ab impiis offe-
 rebantur.

27. *Vulgus, Hymen.*] Hæc vox cele-

brabatur in nuptiis & epithalamiis. *Fu-*
gis.] Quia ad infaustas nuptias non so-
 let venire. Unde supra Hyppipyle: *As*
mibi nec Iuno, nec Hymen, sed tristis E-
rinny's Pertulit infaustas sanguinolenta fa-
ces.

28. *Ipsa conjux Iovis.*] Quæ solet ad-
 esse conjugis. *Cessit.*] Discessit. *Ab ur-*
be sua.] Argis, ubi præcipue colitur.

29. *Dubii.*] Scil. sponi nutantes
 ebrietate. *Mero dubii.*] Mero saucii.
 Justin. lib. 1. cap. 8. & lib. 24. cap. 8.

— *percutsus tempora Baccho.* Tibul. 1. 2.
 V. 3. οἰνοτάνχ. οἰνοβάρο. καφαλὴν
 Ὀνομαχρίστῃ, καὶ με βιάτῃ οἶνον.
 Philæm. apud Stobæ. Sermon. 44. sic &
 Latini, *vicit vinum quod bibi.*

30. *Impediēte.*] Ligante. *Madidas.*]
 Unguento delibutas.

32. *Premunt strata.*] Id est, jacent
 in lectis. *Digna funere.*] Quæ strata ma-
 gis erant digna funere, quam nuptiis.

33. *Graves.*] Gravati, & oppressi.
Somno.] Qui maxime ex cibo & vino fir-

34. *Alta quies.*] Id est, Profundus
 somnus. *Per Argos securum.*] Id est, Ubi
 nullus erat timor. *Alta quies.*] Quod
 silentium noctis Virgil. 4. *Æneid.* egre-
 gie descripsit: idque à Scalig. de Re
 Poët. pro divino habetur. Et inferius.

— *media cætera nocte silent.*

36. *Et*

Et tamen audibam; quodque verebar, erat.
 Sanguis abit; mentemque calor corpusque relinquit:
 Inque novo jacui frigida facta toro.
 Ut leni Zephyro fragiles vibrantur aristæ;
 Frigida populeas ut quatit aura comas;
 Aut sic, aut etiam tremui magis. ipse jacebas:
 Quæque tibi dederam vina, soporis erant.
 Excussere metum violenti jussa parentis.
 Erigor; & capio tela tremente manu.
 Non ego falsa loquar. ter acutum sustulit ensem,
 Ter male sublato recidit ense manus.

[Ad-

36. Et tamen audieram.] Audibam
 Puteaneus. & sequenti versu relinquit,
 quomodo & alii nonnulli. lego præter-
 ea, quodque vereretur eras. infra, Quod
 metuas non est. Heinsius.

39. Utque leni Zephyro graciles vibra-
 tur arista.] Ut leni Zephyro Puteaneus
 cum septem aliis. quomodo Amor. I.
 l. I. El. VII. idem codex, & alii non-
 nulli,

Ut leni Zephyro gracilis vibrantur aris-
 ta.

Art. Amat. lib. III.

Laudus impulsæ Zephyris auraque salu-
 bri

Tot generum frondes herbaque summa
 tremis.

Comparationem autem mutuatus est
 ab Homero Illiad. β.

Ω; & ὅτε κνήσῃ Ζήφω· βαθυλήϊον
 ἰλθόν,

Αἰετὶ· ἰταυρίζον, ἐπὶ τ' ἡμέλει
 ἀσυχύσσον.

Nisi quod λέειν hic Zephyrum, noster
 lenem vocat. Hoc primum. Deinde fra-
 giles arista Junianus & mens Menckelii.
 quæ lectio etiam aridet, cæsi locus Ovi-
 dii ex amotibus jam adductus alteram
 scripturam tuæ videtur. sed & illic
 fragilis arundo. forte rescribendum. Cal-
 purnius Ecloga VI.

Ungula quæ viridis sic exsultavit in arvo
 Tangeret ne fragiles sed non curvata ari-
 stas,

Priscianus de Ponderibus,

Ducitur argento tenuive ex are chylin-
 drus,

Quantum inter nodos fragilis producis
 arundo.

Avienus Fab. XVI.

In fragiles calamos grande resedit onus
 Idem culmos fragiles dixit Fab. XXI. gra-
 alem tamen arundinem Seneca Hippo-
 lyto. Præterea pro vibrantur arista. tres
 scripti agitantur. Quomodo Art. Am. l. I.
 Horrui, ut steriles, agitat quas ventus,
 arista.

sed cur steriles aristas ibi dicat, haud vi-
 deo. quare teretes existimo reponen-
 dum. Heinsius.

40. Comas.] Frondes.

41. Ipse.] Tu. Iacibas.] Dormie-
 bas.

42. Quæque tibi dederam.] Non da-
 mnare hanc lectionem, nisi libri me-
 liores magno numero dederam agnosce-
 rent. Heinfs. Erant soporis.] Id est, Erant
 vina quæ facerent soporem.

45. Non ego falsa loquor.] Loquar Pu-
 teaneus & Gronovianus. Heinfsius.

46. Male sublato.] Non fortiter ele-
 vato. vel Male, non iuste contra mari-
 tum. Decidit ense manus.] Concidis ex
 scriptis non pauci. unus Patavinus ceci-
 dit. Puteaneus mendose tenendis. Emen-
 da recidit. Est enim ambigua prima syl-
 laba, ut Giphanius in Indice Lucretia-
 no jam monuit. Remed. Am.

M 4

Reci-

[Admovi jugulo; sine me tibi vera fateri;
Admovi jugulo tela paterna tuo.]

Sed timor & pietas crudelibus obstitit ausis :

Castaque mandatum dextra refugit opus.

50

Purpureos laniata sinus, laniata capillos,

Exiguo dixi talia verba sono :

Sævus, Hypermnestra, pater est tibi. jussa parentis

Effice. germanis sit comes iste suis.

Fœmina sum & virgo, natura mitis & annis.

55

Non faciunt molles ad fera tela manus.

Quin age, dumque jacet, fortes imitare sorores.

Credibile est cæsos omnibus esse viros.

Si manus hæc aliquam posset committere cædem,

Mor-

Recidis, ut cupidos inter devenit aman-
tes.

sic veterrimus codex Regius, nisi quod
in illo *Recidis*, quomodo passim vetu-
stiores libri constanter, ut & in *rettu-*
lis. Metam. lib. vi.

— *vosque est postponere natis*

Ansa suis; & me (quod in ipsam reci-
das) orbam

Dixit.

lib. x. de Orco,

In quem recidimus quicquid mortale
creatur.

& mox,

Recidis in solidam longo post tempore ter-
ram

Pondus.

sic loca illa in præstantissimis codicibus
scribuntur. quomodo & ille Epistola
Acontii,

Reciderint humero pallia lapsa mea.

Propert.

Recidis inque suas mensa supinapedes.

Ita libri meliores. Juvenal. Sat. xii.

— *tunc adversis argenteis illuc*

Recidis.

Aufonius Parentalibus,

— *regnum cum Victorinus haberes*

Victor, & in Tetricos recidis imperium.

Plura ad Claudianum de hoc verbo.

Heinsius.

47. *At rursus monitis jussuque coacta*
parentis.] Longe aliam lectionem Pu-
teaneus liber cum aliis quibusdam hic
exhibet.

Admovi jugulo (sine me tibi vera fa-
teri.)

quidam hunc versum substituunt.

Tandem villa mei sæva formidine pa-
tris.

Neuter satisfacit. Expungendum totum
distichon puro, utpote confictum à scio-
lo, qui superiora cum sequentibus ar-
bitratur non coherere. Cohærebunt
autem optime, si pro *Sed* reponas *Et*.

Et timor & pietas crudelibus obstitit
ausis. Idem.

49. *Timor.*] Quia naturaliter infusus
est mulieribus. *Pietas.*] Mea ergate.

51. *Simus.*] Vestes.

52. *Exiguo.*] Tenui, demisso, ne au-
direr. *Sono.*] Voce.

53. *Sævus.*] Dixit hæc verba secum.

54. *Iste.*] Lynceus. *Sit comes germa-*
nis.] Interficiatur, sicut alii fratres sui.

55. *Fœmina sum & virgo.*] Quinque
codices *Tō &* non agnoscunt. *Heins.*

56. *Molles.*] Muliebres. *Hub.*

57. *Lacet.*] Facultatem rei gerendæ
monstrat. *Perficiam,* inquit, jussa patris
facillime, quoniam hic somno oppressus
jacet. *Am.*

61. *Quid*

Morte foret dominæ sanguinolenta suæ.

60

Quo meruere necem patruelia regna tenendo.

Quæ tamen externis danda forent generis?

Finge viros meruisse mori : quid fecimus ipsæ?

Quo mihi commissio non licet esse piæ?

Quid

61. *Quid meruere necem.*] Quo Puteaneus. bene. Alii codices *Hand*, *An*, & *Non*. Virgil.

Quo molem hanc immanis equi struere? idem,

Quo vitam dedit æternam? Heinsius.

Patruelia regna.] Scil. regna patrui. Nam Danaus coactus fuerat, non solum dare filias uxores filiis fratris, ut dictum est : sed etiam regna sua.

62. *Forus danda generis externis.*] Id est, peregrinis : quia Danaus non habet filios masculos.

63. *Quid, &c.*] Id est, Nos quid peccavimus, quare debeamus fieri homicidæ.

64. *Quo mihi commissio non licet esse piæ.*] *Esse piæ* Puteaneus. optime. Horatius Sat. II. lib. I. ut in veterrimis libris legitur *Mansueto esse licet.* & Sat. I.

— aequi licet esse beatis.

Martial lib. VI.

Et satis est, pigro si licet esse mihi.

lib. XI.

Penelope licet esse tibi sub principe Nerva. lib. IX.

Nobis non licet esse tam disertis.

lib. X.

Quid faciet pauper, cui non licet esse clienti?

nostrer ipse Met. VIII.

— Licet eruius esse

Fortibus.

Elegia de Nuce, tuta non licet esse mihi. quomodo illic ex fide veterum membranarum castigavi. Amor. lib. I. El. VI. loco in vulgatis insigniter depravato,

Redde vicem meritis. grato licet esse quid obitas?

Trist. III. El. XI.

In causa facili curvis licet esse diserto. perperam *disertum* plerique ex scriptis. El. XIV.

Urbe tamen natis exulis esse licet.

Seneca Hercule OETZO, ex Medicæo codice,

Quodcumque tellus genuit infecta, occidit Maque fufum est dextera. irates Deis Non licuit esse.

Juvenalis Sat. X.

— Non licet esse viris.

ita enim & illic libri veteres. Sulpicius Severus sacræ Hist. lib. II. *Post etiam datis legibus religio vetabatur, palamque editis propofitis, Christiano esse non licebat.* sic & ibi cenfeo reponendum. exempla plura passim occurrunt. sic contigit esse Iovis nepoti Met. XI.

— si quidem Iovis esse nepoti

Contigit haud uno, conjux Dea contigit uni. quomodo vetustissimus codex. *satis est esse Iovi,* Met. IIII.

Nec tamen esse Iovi satis est, det pignus amoris.

nam ita illic etiam codex antiquus. quare & lib. XIII. *Iubens rescripserim,*

— non hac sententia tantum

Fida, sed & felix; cum sit satis esse fideli. sed hoc dubie. tutius reponas apud Senecam OEdipo :

unica OEdipoda est salus,

Non esse salvo.

& apud Aufonium Idyll. XXXI.

Esse simul dominis, gratior ordo piis.

Lucret.

Quidve mali fuerit nobis non esse creatis?

Horatius lib. I. Sat.

Primum ego me illorum, dederim quibus esse poetis,

Excipiam numero.

sic scribe. neque aliter citatur ab antiquo Scholiaste ad Sat. VI. ejusdem libri ad illa,

— quo tibi, Tulli,

Sumere depositum clavum, ferique tribuno?

M 5

lib.

Quid mihi cum ferro? quo bellica tela puellæ? 65

Aptior est digitis lana colusque meis.

Hæc ego : dumque queror, lacrymæ sua verba sequuntur,

Deque meis oculis in tua membra cadunt.

Dum petis amplexus, sopitaque brachia jactas;

Pæne manus telo saucia facta tua est. 70

Jamque patrem, famulosque patris, lucemque timebam.

Expulerunt somnos hæc mea dicta tuos :

Surge age, Belide, de tot modo fratribus unus:

Nox tibi, ni properas, ista perennis erit.

Territus exurgis : fugit omnis inertia somni. 75

Aspicias in timida fortia tela manu.

Quærenti causam, Dum nox finit, effuge dixi.

Dum nox atra finit, tu fugis : ipsa moror.

Mane erat : & Danaus generos ex cæde jacentes

Dinumerat. Summæ criminis unus abes. 80

Fert male cognatæ jacturam mortis in uno;

Et queritur facti sanguinis esse parum.

Abs-

lib. I. Ep. XVI.

Da mihi fallere, da iusto sanctoque vi-
deri.

Ante poetica,

— mediocribus esse poetis

Non di, non homines, non concessere
columna.

Vide quæ ad Nuccem noto. v. 107. Heinsf.
Commissio.] Peccato.

64. *Quid bellica tela puella.*] Quo Pu-
teaneus & Argentinus recte. dixi Epi-
stola II. v. 53. Heinsius.

66. *Lana colusque.*] Quia hæc conve-
niunt mulieribus. Hub.

69. *Dum petis amplexum.*] Puxo am-
plexum. ut Met. vi.

Oraque revelat misera pudibunda foro-
ris;

Amplexuque petit.

ita enim illic vetusti codices. Epistola
Leandri, *Excipis amplexum.* Heinsf. *Lactas.*]
Moves in somnis.

72. *Expulerant somnos.*] *Expulerant*
Puteaneus. probc. Vide Notas ad Epist.

VII. H. 166. Heinsf. *Expulerant tuos so-*
mnos.] Id est, Excitaverant te.

73. *Belide.*] Nepos Beli, Lynceus. Hub.

74. *Nox perennis.*] Mortem signifi-
cat, quam Catullus dicit noctem esse
perpetuam. Ant. Ni properes.] Meliores
properas. Heinsius.

76. *Fortiatela.*] Id est, Ensem, qui
solet esse telum fortium. Hub.

78. *Ipsa.*] Ego. *Moror.*] Remaneo.

79. *Mane erat : & Danaus.*] Malim,
ut Danaus. pro in cadescripti fere omnes
ex cæde. Heinsius.

80. *Unus.*] Id est, Tu solus. *Summa*
criminis.] Id est, Numero cædis.

81. *Male.*] Inique. *Jacturam.*] Da-
mnum : id est, ægre fert, te solum non
fuisse interfectum, & defuisse morti
aliorum. *Cognata.*] Consanguineæ.

82. *Et queritur factum sanguinis esse*
parum.] *Facti* præstantiores omnes. *sa-*
cere sanguinem, ut *facere cadem,* apud
Livium. Phædrus lib. III. 46.

— unde fecisti tantum corporis?

hoc

Abstrahor à patriis pedibus; raptamque capillis
(Hæc meruit pietas præmia) carcer habet.

Scilicet ex illo Junonia permanet ira;

85

Quo bos ex homine est, ex bove facta Dea.

At satis est poenæ teneram mugisse puellam:

Nec modo formosam posse placere Jovi.

Adstitit in ripa liquidi nova vacca parentis,

Cornuaque in patriis non sua vidit aquis:

90

Conatoque queri mugitus edidit ore:

Ter-

hoc est, unde tam obesus factus es.
Heinsius.

83. *Abstrahor à patriis manibus.*] Pedibus iisdem. Fast. 11.

Et cadit in patrios sanguinolenta pedes.
Sed Scriverianus & Hafnienſis cum Erſtutano Laribus, sic Remediis Amoris,
Nec te lar patrii, sed amor revocabit amica.

Atque ita passim auctores. *Heinsius.*

84. *Hæc meruit pietas præmia.*] Horat.

*Me pater sevis onerat catenis,
Quod viro clemens misero peperci:*

*Me vel extremos Numidarum in agros
Classe relegit.*

Carcer habet me raptam capillis.] Id est, Ego rapta capillis in carcere feror.

85. *Scilicet ex illo.*] Scaliger versus triginta quatuor hunc loco alienos & alio referendos censebat. sed frustra. Nihil enim iis convenientius aut aptius. Quod ut magis liqueat, adeantur *Æschyli Ixionides* similis omnino argumenti, ubi & tota hæc Ius fabula recensetur. Danaus nempe Argorum Rex Hypermnestra pater ab Ione & Epapho originem traheret. *Heins.* *Scilicet ex illo Junonia permanet ira.*] Excusare facinus nititur a Junonis potentia, quæ Argivas puellas oderit, ex quo Io Inachi Jovi placuit. *Ira.*] Argivis puellis irata est.

86. *Ex homine.*] Ex foemina facta est vacca. *Facta dea.*] Iſis in Ægypto est nuncupata, ut scribit Herod. *Ant.* *Bos ex homine.*] *Bos* *Ant.* Lycopht.

*Io versa caput primis mugiverat annis,
Nunc Dea, quæ Nilis flumina vacca bibit.*

Cornua nec valuit curvare in pellice Iuno,

Aut faciem turpi dedecorare bove?

87. *Ah satis est pama.*] Præstantiores *At.* *Heins.* *Satis est pama.*] Satis suppellicii.

88. *Nec modo.*] Ordo est: Et est satis poenæ, illam modo formosam: id est, quæ paulo ante erat pulchra. *Nec posse placere Jovi.*] Propter formam pecudis.

89. *Liquidi.*] Propter aquas. *Hub.* *Liquidi parentis.*] Inachum fluvium significat. *Ant.*

90. *Cornuaque non sua.*] Id est, aliena, & non sibi convenientia: quia sunt belluarum, & non hominum.

91. *Et conata queri.*] Puteaneus. *Conata eloqui.* unus Regius *Conatoque queri* quo verum est. sic & Met. 1. in hac eadem fabula est peccatum. ubi similiter ex antiquis libris scribendum,

Conatoque queri mugitus edidit ore.
Oscitantia librariorum loco corrumpendo utrique causam haud dubie dedit, qui *Tò que* geminare neglexerant, ut sæpe alibi. Sic Epistola Helenæ, *Pl.* 194.

In non exhibitis utraque juncta thoris,
vulgo nunc legitur. & differunt inter se membranz. Liber optimus *utraque juncta.* Scribe *utraque juncta.* Sic & Faſtorum lib. 1.

Iane facis æternos pacem pacisque sequistrum.

Quo-

Territaque est forma, territa voce sua.
 Quid furis, infelix? quid te miraris in umbra?
 Quid numeras factos ad nova membra pedes?
 Illa Jovis magni pellex metuenda sorori,
 Fronde levas nimiam cespitibusque famem.
 Fonte bibis, spectasque tuam stupefacta figuram:
 Et te ne feriant, quæ geris, arma times.
 Quæque modo, ut possis etiam Jove digna videri,
 Dives erat; nudâ nuda recumbis humo.

95

100
Per

Quomodo Nasonem scripisse vix dubito. at nunc pacisque ministrum circumferunt codices vulgati. Vide notas sequenti epistola §. 49. Heinſius.

92. *Forma.*] *Figura. Voc.*] *Sono.*

93. *Quid fugis infelix? quid te miraris in umbra?*] *Quid furis?* libri plerique: quo verbo designat οἰσπλαστίας lūs à poetis tantopere decantatam. de fuga mox agitur. in umbra etiam Puteaneus. cum altero Moreti. recte. Nam de unda jam dixerat. Heinſius.

94. *Numeras pedes.*] *Quia sunt quatuor.*

95. *Ipsa Jovis magni pellex.*] *Ille Puteaneus & quatuor alii venuste.* sic & sequenti Epistola scribendum videtur,

Cui colar infelix, aut cui placuisse laboram?

Ille mei cultus unicus auctor abes.
 ubi abest nunc legitur. Statius lib. 1. Sylv.

— at nunc aeterna silentia læthes
 Ille conorvus habes.

Met. XIII.

— Ille igitur tantorum victor Achille

Victus es à timido Graja raptore marita?

Amor. lib. III. El. VI.

Ille finens dives septena per ostia Nilus.

El. IX.

Ille tui vates operis, tua fama Tibullus.

Art. Amat. lib. 11.

Ille saigata vincendo monstra noverca

Qui mernit calum, quod prior ipse tulit.

Amor. lib. III. El. IX.

Carminebus confide bonis: jacet ille Tibullus.

ita veterrimus codex. sic & *Ille ego*, passim. Vide Notas Trist. v. El. VII. ad Claudianum quoque nonnihil jam dixi. Heinſ. *Ipsa.*] *Tu. Pellex.*] *Scil. ante. Sorori Jovis.*] *Junoni*, quæ est & soror & conjux Jovis. *Metuenda.*] *Ne propter pulchritudinem tuam te sibi propo- neret.*

96. *Levas.*] *Minuis, sedas. Fronde.*] *Pro, frondibus. Cespitibusque.*] *Herbis.* Nam *cespes* proprie est terra cum herba revulsa. sed hic pro herba capitur.

97. *Stupefacta.*] *Territa.*

98. *Et ne te feriant.*] *Te ne meliores ut in illo Virgilii.*

— *ah te ne frigora ledant!*
 & sequenti versu pro *posses* iidem *possis*. Heinſ. *Arma quæ geris.*] *Id est, Cornu.*

99. *Quæque.*] *Id est, Tu*, quæ ita eras dives & deliciosa, ut posses æstimari digna Jove.

100. *Nudâ nuda recumbis humo.*] *Dura humo aut nuda aut gelida aut solida quidam scripti. nil muta. lib. IV. Met.*

Sedit humo nudâ nudis incomta capitulis.

Art. Am. 11.

Frigidus in nudâ saepe jacetis humo.
 & mox,

Perferet in nuda ponere corpus humo.
 quomodo illic nonnulli veteres. Heinſ. *Recumbis.*] *Jaces. Humo nuda.*] *Id est, Dura, vel sine stramine.*

191. Cogn-

Per mare, per terras, cognataque flumina curris
 Dat mare, dant amnes, dat tibi terra viam.
 Quæ tibi causa fugæ? quid Io freta longa pererras?
 Non poteris vultus effugere ipsa tuos.
 Inachi, quo properas? eadem se querisque fugisque. 105
 Tu tibi dux comiti: tu comes ipsa duci.
 Per septem Nilus portus emissus in æquor
 Exiit infanzæ pellicis ora bovis.
 Ultima quid referam, quorum mihi cana senectus
 Auctor? dant anni quod querar, ecce, mei. 110
 Bella pater patruusque gerunt: regnoque domoque
 Pellimur. ejectos ultimus orbis habet.
 Ille ferox solus folio sceptroque potitur:

Cum

101. *Cognata.*] Quæ sunt tibi cognitione conjuncta propter patrem tuum qui est fluvius.

103. *Pererras.* Percurris.

104. *Tuos vultus.*] Bovinos, qui te terrent: quia quocumque fugis, te sequuntur.

105. *Inachi.*] Id est, Filia Inachi. *Eadem sequerisque fugisque.*] Id est, Ipsa es quæ sequens, & ipsa quæ fugis. nam licet credas refugere vaccam, una tamen eademque es.

106. *Comiti.*] Scil. tibi: Id est, te ipsam præcedis, te ipsam comitatis.

107. *Per septem portus.*] Dixit eam in Ægypto deposuisse figuram bovis. *Nilus.*] Fluvius Ægypti, in mare per septem ostia influens. *Septem portus.*] Virgil. 6. *Æneid.*

Et septem gemini turbant trepida ostia Nilus.

Ovid. *Metam.* 1.

Septemfluvius.

Et Virgil. 9. vid. Serv.

Cum septem surgens sedatis annibus —

Demissus in aquas.] Emissus præstantiores. sequenti versu bovi pro bovis scribendum. atque ita Lovaniensis. *Heins.*

108. *Exiit.*] Deposuit. *Ora.*] Faciem. *Bovis.*] Vaccæ. *Infans.*] Furentis, & stimulis exagitatz. *Hub.*

109. *Ultima quid referam.*] Imo refero censeo reponendum vel contra librorum auctoritatem. Quid, inquit, calamitatem domus nostræ ultimā ab origine recensco, è senibus intellectam, cum ne nunc quidem desit, quod lugemus. Sic Auctor Elegiz in obitum Drusi,

Prisca quid hinc repeto? Marcellum Ostorvia flevis.

Quamquam, ne quid dissimulem, distichon hoc mihi suspectum est non uno nomine, nec Nasonem omni ex parte refert. *Heins.* *Ultima.*] Quæ à nostra memoria sunt remotissima. *Ant.* *Quorum.*] Scil. ultimorum. *Cana senectus est Auctor.*] Id est, Quæ ab antiquis auctivi.

111. *Bella pater.*] Incipit commemorare infelicitates sui temporis. *Pater.*] Danaus. *Patruus.*] Ægyptus.

112. *Pellimur.*] Pater, & nos filiz. *Ultimus orbis.* [Id est, Ultima pars orbis: quia venimus in remotissimas regiones. *Ejectas.*] Regno expulsas. *Ejectas ultimus orbis habet.*] *Ejectas* scripti ferme omnes. ut etiam de patre intelligatur. Sequenti versu iudem *sceptroque* non *sceptrisque.* *Heinsius.*

113. *Ille.*] Patruus. *Solio.*] Sede regia. *Sceptro.*] Imperio.

114. *Cum*

Cum sene nos inopi turba vagamur inops.
De fratrum populo pars exiguissima restas.

115

Quique dati leto, quæque dedere, fleo.
Nam mihi quot fratres, totidem periere sorores.

Accipiat lacrymas utraque turba meas.
En ego, quod vivis, poenæ crucianda reservor.

Quid fiet fonti, cum rea laudis agar? 120
Et consanguineæ quondam centesima turbæ

Infelix, uno fratre manente, cadam.
At tu, si qua piæ, Lynceu, tibi cura sororis,

Quæque tibi tribui munera, dignus habes;
Vel fer opem: vel dede neci: defunctaque vita 125
Corpora furtivis insuper adde rogis.

Et

114. *Cum sene.*] Danao. *Vagamur.*] In alienis terris erramus.

115. *De fratrum.*] Alia infelicitas sui temporis, quia ex tot fratribus unus solus Lynceus superfuit. *Exiguissima.*] Minima. *Pars exiguissima restas.*] Bene. *restas* Gronovianus & quatuor alii. *Heinsius.*

116. *Quique dati.*] Id est, Doleo & propter eos qui interfecti sunt, & propter eas quæ interfecerunt.

117. *Nam mihi.*] Tibi iudem. *Heinsius.* *Frates.*] Consanguinei. *Periere.*] Amisæ sunt: quia licet vivant, non tamen eas habeo sorores: vel forte mortem ob ultionem prælagit.

118. *Utraque turba.*] Et interfectorum, & interfectricum.

119. *Ego reservor poenæ.*] Id est, ad poenam.

120. *Quid fiet fonti.*] Fieret septem libri: duo fiat, utrumque bene. *Heins.* *Quid fiet.*] Quasi dicar, multo crudelius. *Cum agar rea laudis.*] Id est, Cum accuser de eo, de quo laudem mereor.

121. *Et consanguineæ.*] Lubens resciperim En. *Heins.* *Quondam centesima.*] Quia cum vos essetis quinquaginta fratres, & nos quinquaginta sorores, eram quinquagesima.

122. *Cadam.*] Moriar. *Manente.*] Superstite.

123. *At tu si qua pia remanet tibi cura sororis.*] Pro *remanet* primæ editiones & scriptorum plurimi *Line* est. In Puteaneo *remanet* à manu secunda, nullo priscæ lectionis apparente vestigio. Scribe *Lynceus*. Lynceus enim Hypermnestæ maritus dictus non Linus. Ita cum Pindarus appellat & Appollodorus & Libanius in Diegematis ab Allatio editis, & Tzetzes in Chiliadibus & Zenobius, (apud quem tamen *Λυγρὰ* de perperam pro *Αὐλκὰ* scribitur) & Hyginus, Servius & Scholiastes Statii non uno loco. Apud Scholiastem Germanici tamen & Horatii, Statii quoque uno in loco *Linus* mendose appellatur. Ex hoc conjugio natus est Abas, qui Metapentheim Proeti filium, ut mortem ulcisceretur paternam, occidit. *Heins.* *At tu.*] Nunc rogat Lynceum, ut aut ferat opem, aut ut eam sepeliat. *Si qua cura.*] Si quis amor. *Piæ.*] Quæ te amavit. *Sororis.*] Patruelis, consanguineæ.

124. *Quæque.*] Subaudi. *Si tu dignus habes.*] Id est, Si mereris. *munera, quæ tribui.*] Id est, Viram.

125. *Defunctæque vitæ.*] Id est, Mortuæ.

126. *Corpora furtivis insuper adde rogis.*] Scribe, quicquid dissuadeant libri veteres, i, *superadde*. sic lib. v. Fastrorum hæcenus legebatur, *Si vir es, inde*

Et sepeli lacrymis perfusa fidelibus ossa.

Scriptaque sint titulo nostra sepulcra brevi.

Exul Hypermnestra pretium pietatis iniquum,

Quam mortem fratri depulit, ipsa tulit.

130

Scribere plura libet : sed pondere lassæ catenæ

Est manus; & vires subtrahit ipse timor.

indistinctas exige datis opes, cum, i, distas sit reponendum. & libro IV.

Dic ter, & i, vivo perire vere manus. cum in vivo vere nunc legatur. Pessime verbum id monosyllabum plurimis apud scriptores optimos in locis est habitum, de quo multis egi ad Epistolam IV. §1. 127. Hæuf. Furivis.] Occultis, clandestinis, si aperte non audeo mihi facere rogam.

128. Scriptaque sint titulo.] Sculptaque scripti nostri omnes cum primis editionibus. æ Tibullus.

Fac lapis inscriptus stet super ossa notis. Aufonius Parentalibus.

Gaudens composui cineres sua nomina dici :

Frontibus hoc scriptis & monumenta jobent.

sic scriptum aurum Juvenali,

Dacius, & scripto radia Germanicus aureo. Heinsius.

Sculptaque.] Incisa, inscripta. Titulo.] Epigrammate.

129. Pretium iniquum.] Appositio est : id est, iniquam remunerationem.

131. Libet.] Est animus. Pondere catenæ.] Quia pater meus jussit me ligari.

132. Et vires.] Alia causa, quæ non possit scribere : quia Timor. Scilicet patris. Subtrahit.] Aufert. Viros.] Scilicet scribendi.

EPISTOLA XV.

ARGUMENTUM.

Tradunt scriptores, duas hoc nomine Sappho existisse : quarum altera Eresia, poetria percelebris, quæ Tarquinii Prisci tempore claruit : quæ etiam plectrum prima induxit : altera Mytilæna, longè junior, quæ psalteria & meretrices fuit. Aelianus libr. 12. scribit, pulcherrimum mortalium omnium Phaonem fuisse, in cujus amorem omnes mulieres Lesbia exarserint : præceteris vero impatiensissime atque ardentissime eum esse à Sappho adamatum. Cum vero Phaon in Siciliam forte discessisset, Sappho amoris ignibus incensa, & plane ardens, se ab illo sperni timens, statuit etiam capitis periculo furorem lenire, præcipitato in mare corpore, ex Leucate Epiri promontorio. Sed antequam illuc accederet, per inconstantiam muliebrem sentans quod desperaverat, hac epistola eum advocare studeat : faciens absenti invidiam sua conditionis & calamitatis, quam omnibus incommodis miserabilem ostendit. Demique omnes misericordia angulos percurrit : nec quidquam, quod movere possit, prætermittit.

SAPPHO PHAONI.

E Cquid, ut inspecta est studiosæ littera dextræ,
Protinus est oculis cognita nostra tuis?

An,

Sapphus ad Phaonem Epistola in nullis Heroïdum Ovidianarum exemplaribus, nisi recentissimis, apparet, neque hoc loco, sed ut plurimum rejecta in cal-

An, nisi legisses auctoris nomina Sapphus,
 Hoc breve nescires unde movetur opus?
 Forsitan & quare mea sint alterna requiras
 Carmina; cum lyricis sim magis apta modis.
 Flendus amor meus est: elegeia flebile carmen.
 Non facit ad lacrymas barbitos ulla meas.
 Uror, ut, indomitis ignem exercentibus Euris,
 Fertilis accensis messibus ardet ager.
 Arva Phaon celebrat diversa Typhoidos Ætnæ.
 Me calor Ætnæo non minor igne coquit.

Nec

calcem operis. In qua tamen emendanda uti sumus libro Bodleiano, tribus Lipsiensibus, Scriveriano, Palatino, Regio, Saraviano, Mazariniano, quinque Medicis, totidem meis, Patavino, Vaticano, Farnesiano, Arondeliano, quorum oranium pars major non in membranis, sed charta, fuit exarata. Hujus Epistolæ optimo exemplari usus est Naugerius, cujus ope instructus multa feliciter castigavit. *Heinsius.*

1. *Ecquid ut aspecta est.*] Sic Naugerius, nostri perperam, *Nunquid tibi.* Nauso alibi,

Ecquid, ut è Ponto nova venit epistola pallas?

inspecta etiam probe unus. Ciofan. *Idem. Litera studiose dextra.*] Cum, inquit, videres characteres tam studiose & docte formatos, an cognovisti esse epistolam à me.

3. *Sapphus auctoris.*] Id est, Nisi legisses, me esse eam, quæ mitteret epistolam (nam ita scripta erat, Sappho Phaoni) penitus ignorabas, à quo mitteretur.

5. *Requiris*] Rectius requiras unus Medicus, *Heins.* *Carmina mea alterna.*] Elegiaca: nam alternis numeris succedunt Heroici.

7. *Flendus amor.*] Rationem affert, quare à lyricis ad elegos transierit: ait enim in argumento operis se impelli. Possem, inquit, lyricis amores etiam inclu-

dere: sed lacrymis non convenit, quibus elegia manare solet. *Elegia flebile carmen.*] Elegia est carmen flebile: propterea mihi magis convenit, quam lyricum.

8. *Barbitos.*] Pro carmine Lyrico. *Æschynes* docet, Barbiton esse genus cytharæ lyricæ, vel ipsam lyram. Multis chordis fuisse indicat Theocritus, qui eam πολυχόρδον appellat.

9. *Exercentibus.*] Diversas in partes jactantibus. *Exercentibus.*] Urgentibus. *Euris indomitis.*] Vehementibus, & ferocibus.

10. *Ardet.*] Ardere solet.

11. *Phaon.*] Lesbii insignis forma, deliciae Sapphus, carmine tantum amica nobilis. *Celebrat.*] Tenet & incolit. *Ætna.*] Ætna mons Siciliæ notissimus, sub quo Typhorum fulmine idum esse, poetæ fabulantur. Typhon vero pater Harpyiarum fuit. *Arva diversa.*] Remota, & procul posita. *Celebrat.*] Frequentat. *Cicer.* *Domus mea celebratur quotidie.*

12. *Me calor Ætnæo non minor igne tener.*] Coquit alii ex suis notant, quod damnare Ciofanus non debuit, ego certe amplector, noster de Hercule OEtæ lib. ix. Met.

— *Coquisque ardente venens.*
 Apposite Seneca Hercule Furænte Act. i.
 — *acrior mentem excoquit,*
Quam qui caminis ignis Ætnæis fuit.
 & Hor.

Nec mihi, dispositis quæ jungam carmina nervis,
Proveniunt; vacuæ carmina mentis opus.

Nec me Pyrriades Methymniadesve puellæ, 15
Nec me Lesbïadum cætera turba juvant.

Vilis Anactorie, vilis mihi candida Cydno:
Non oculis grata est Atthis, ut ante, meis.

Atque aliæ centum, quas non sine crimine amavi.

Improbe, multarum quod fuit, unus habes. 20
Est

& Hercule OËtzo,

Non vixit artus, nata, fœminatum coquis.

Virgilius,

Fœminea ardentem curaque iraque coquebant. Ennius,

O Tæ, si quid ego ad jura curamus levasso,

Quæ nunc te coquis. Heinsius.

13. *Nec mihi dispositis.*] Nervis con-
tineatur citharz. *Jungam.*] Jungam cum
sono citharz. Amphion autem primus
cum cantu cithara usus dicitur, antea
Thamyras sine voce. Qui autem simul
cantum cum cithara, psallicitharistæ di-
cuntur. *Jungam carmina nervis.*] Idem. 5.
Metam. v. 112.

— *Citharam cum voce moveres.*

Tibull. 3. 4. — *digitis cum voca lacus:*
& deinde.

— *similes chordis reddere voce sonos.*

Silius xi.

*Concordem cithara movis per carmina
linguam.*

14. *Vacuæ mentis opus.* Ostendit se ad
pangenda carmina aptam non esse, cum
ea tranquillitatem vel imprimis requi-
rant: ipsa autem amore correpta huc
atque illuc, mentis inops agitabatur.

15. *Nec me Pyrriades.*] Ita ex suo
libro optime Naugerius. nostri codices
hic vehementer turbant. *Heins.* *Nec me
Pyrriades.*] Cum Sappho ostendere ve-
lit, se ad carmen non moveri ulla ex his
causis, quibus olim solebat: triplicem
canendi causam ait sibi fuisse: aut cum
furore poetico ageretur: aut cum rela-
xans animum, in sylvis sine curis vaga-
retur inter Dryades & Hamadryadas:

aut cum puellis, quas amabat, blandi-
retur, quæ sibi Thespiadum & musarum
instar erant. *Nunc, inquit, nec Pierides
subeunt:* Id est, Furor poeticus. *Nec
Dryades:* Id est, Nec relaxatio animi in
sylvis inter Dryades, provocat me ad
carmen.

16. *Nec cætera turba Thespiadum.*]
Nec amica, quæ tertia & reliqua carmi-
nis causæ mihi erant, jam exilarant, aut
delectant: atque ita omnis canendi ra-
tio mihi perit.

17. *Vilis Amythone, vilis mihi conda-
da Cydno.*] Sic Naugerius. at primæ edi-
tiones cum scriptis quibuldam *Vili A-
matorie.* alii *Amintorie,* vel *Ametorie.*
Lege *Amalorie* ex Maximo Tyrio. *Γύ-
πρια, καὶ Ἀρθίς, καὶ Ἀνακτορία.* quod
Benjaminus jam monuit. pro *Cydno*,
scripti, *Cydno, Credo, Clio,* & similia.
Heinsius. *Vilis Anactorie*] Ingenue hic
fatetur, se tribadem fuisse, & impudice
amasse nonnullas: de quarum numero
dissentit ab eo, quod scribit Suidas. Ille
enim tres fuisse scribit. quibus ad libi-
dinem usæ dicitur Sappho, Telesippam,
Megaram, Atthidem. Sed duarum no-
mina mutantur, quas hic appellat Ana-
ctorien & Cydno, de tertia convenit.
Nam ab utroque Arthis dicitur.

19. *Alia centum.*] Mille, centum, &
sexcenta, sæpe pro infinito numero ac-
cipiuntur. Omnino intelligendum est,
ante nominatas, concubinas fuisse Sap-
phus: quas vero nunc designat, fuisse
discipulas, & sine infamia fuisse amatas.

20. *Improbe.*] Dicimus improbum,
non tantum malum, sed nimis avidum,

N

Nec

Est in te facies, sunt apti lusibus anni.

O facies oculis insidiosa meis !

Sume fidem & pharetram ; fies manifestus Apollo.

Accedant capiti cornua ; Bacchus eris.

Et Phœbus Daphnen, & Gnosida Bacchus amavit. 25

Nec norat Lyricos illa vel illa modos,

At mihi Pegasides blandissima carmina dicant :

Jam canitur toto nomen in orbe meum.

Nec plus Alcæus, consors patriæque lyræque,

Laudis habet : quamvis grandius ille sonet. 30

Si mihi difficilis formam natura negavit ;

In-

Nec contentum etiam re immodica. *Improbe.*] Qui non contentus es tanto amore meo. *Unus habes.*] Solus possides. *Quod fuit multarum.*] Id est, Affectus meos amatorios, quos in multas puellas dispensaveram, pudice alias, alias impudice amando, in te unum contuli : & quod multis satis erat, tibi uni esse non potuit.

21. *Est in te facies.*] Ætate & forma amabilis quispiam esse potest : quod utrumque cum in Phaone sit, lasciva Sappho formam & faciem tantum suspirat. *Anni apti lusibus.*] Lusus vero ad voluptatem comparati sunt, sine ulla arte : & puerorum proprie dicuntur.

23. *Fidem.*] Id est, Citharam. *Et pharetram.*] Nam hæc duo insignia sunt Apollinis.

24. *Accedant capiti cornua, &c.*] Cur Bacchus cornua gestaret, Diodorus ita in 4. hist. scribit : traditur Hammon galica in bellis usus, cujus insigne fuerit arietis caput. Sunt qui ipsum dicant in temporibus parvula habuisse cornua, propterea filius ejus Bacchus eodem fuisse aspectu : posterisque traditum, deum hunc cornua gestare. unde & Bacchus *κροτάφει*, id est, comigeræ dicuntur : quod numinis personam imitantes, cornua sumebant.

25. *Et Gnosida.*] Gnosus urbs Cretæ, in plano sita, ambitu triginta stadiorum : regia Minois, pa-

tris Ariadnes, quæ rapta est à Theseo.

26. *Nec norat lyricos.*] *Norant* malo. *Heinf. Modos lyricos.*] Formæ damna doctrina emendat, qua potissimum gloriatur.

27. *Pegasides.*] De Pegaso & Musis lege, quæ luculentissime dicavimus in eum versum Ovid. *Pegasis Oenone Phrygiis celeberrima sylvæ. Dissant.*] Nam Musæ mihi scribenti dicant carmina videntur.

29. *Nec plus Alcæus.*] Alcæus Mitylenæus fratrem Antimenidem habuit, quem à virtute bellica laudat. Oppressa autem patria à tyrannis, poemata lyrica adversus eos edidit, quæ *σαοιροῦν*, id est, continentia seditiones, inscribuntur. Propterea aureo plectro dignus censetur, elocutione magnificus, & diligens : sed ad lusus & amores descendit, cum tamen esset majoribus aptior. *Consors patriæ.*] Nam & ipse Mitylenæus fuit. *Consors lyræ.*] Et ipse lyricus.

30. *Grandius.*] Sappho se inferiorem esse negat : quia scilicet tantum assequatur suavitate carminis, quantum ille granditate.

31. *Si mihi difficilis.*] Incipit ab eo quod firmissimum est in adversario, quod formosa non sit, quod diluit, & transferendo crimen in naturam quæ sibi formam negat : & opponendo ingenii laudem, quæ plus amari potest, quam ipsa forma. *Demit.*

33. *Sum*

Ingenio formæ damna rependo meæ.

Sum brevis. at nomen, quod terras impleat omnes,

Est mihi : mensuram nominis ipsa fero.

Candida si non sum ; placuit Cepheia Perseo 35

Andromede, patriæ fusca colore suæ.

Et variis albæ junguntur sæpe columbæ :

Et niger à viridi turtur amatur ave.

Si, nisi quæ facie poterit te digna videri,

Nulla futura tua est ; nulla futura tua est. 40

At, me cum legeres, etiam formosa videbar.

Unam jurabas usque decere loqui.

Cantabam ; memini. (meminerunt omnia amantes)

Oscula cantanti tu mihi rapta dabas.

Hæc quoque laudabas : omnique à parte placebam. 45

Sed tum præcipue, cum fit Amoris opus.

Tunc te plus solito lascivia nostra juvabat,

Crebraque mobilitas, aptaque verba joco ;

Qui-

33. *Sum brevis.*] Hoc etiam distichon Naugeriano libro debetur. Ante insulse legebatur,

Nec me despicias, si sum tibi corpore parva,

Mensuramque brevis nominis ipsa fero. Heinl. *Sum brevis. at nomen quod.*] Quæ lectio ætioribus ornatur. Opponit enim inter se staturam corporis, & famam : dicitque se brevitatem corporis, mensuram nominis tueri. *Meysl.*

35. *Candida si non sum.*] Andromede Cephei Æthiopum regis filia, à Perseo amata est : & ipsa liberata, nullis precibus parentum potuit retineri quo minus Perseum liberatorem sequeretur. Relata in cœlum, Minervæ beneficio.

37. *Et variis alba.*] Arist. in 7. de historia animalium docet, quæ animalia inter se amica sint, quæ item inimica. Hinc Sappho etiam ostendit aliorum amantium exemplo, se quamvis nigra sit, à Phaone candido amari posse : cum res diversorum generum & coloris, naturali quadam jungantur amicitia, ut

columbæ & pavones. *Junguntur variis.*] Varietate colorum distinctis.

38. *A viridi ave.*] A plittaco, qui ex India mittitur, viridis toto corpore : ut scribit Plin.

40. *Nulla futura tua est.*] Prior pars hujus versus sub conditione profertur, altera sub affirmatione. Si, inquit, nulla tua est futura, hoc est, nullam amabis, nisi qua facie.] Id est, præstantia formæ, poteris videri digna te, id est, convenire formæ tuæ : nulla futura tua est, affirmando negat : id est, nullam omnino amabis. nulla enim tam formosa est, quam tu.

41. *At mea cum legeres.*] *Me cum legeras nostræ, & recte.* sic Amor. l. 11. El. 11.

Me legas in sponsi faciem non frigida virgo. &c,

Si quis in hoc artem populo non novis amandi,

Me legas. Heinlius.

47. *Lascivia nostra juvabat.*] *Juvabant* Vaticanus, Regius & duo ex meis. bene. *Idem.*

N 2

49. Et

Quique, ubi jam amborum fuerat cōfusa voluptas,
Plurimus in lasso corpore languor erat.

50

Nunc tibi Sicelides veniunt nova præda puellæ.

Quid mihi cum Lesbo? Sicelis esse volo.

At vos erronem tellure remittite nostrum

Nisiades matres, Nisiadesque nurus.

Neu vos decipiant blandæ mendacia linguæ.

55

Quæ dicit vobis, dixerat ante mihi.

Tu quoque quæ montes celebras, Erycina, Sicanos,

(Nam tua sum) vati consule, Diva, tuæ.

An gravis inceptum peragit Fortuna tenorem,

Et manet in cursu semper acerba suo?

60

Sex mihi natales ierant; cum lecta parentis

Ante diem lacrymas ossa bibere meas.

Arfit

49. *Et quod ubi amborum.*] Scripti nonnulli, *At simul*, vel, *Ac. majorita-*
men ex parte, Atque ubi jam. lego *Qui-*
que, ubi jam &c. Librarius *que* expresse-
rat solummodo pro *quique* solenni er-
rore. hinc *Atque* postea notum. vide
Notas ad Ep. XIV. v. 91. *Idem.*

52. *Cum Lesbo.*] Lesbos insula, quasi
metropolis Æolicarum urbium, nobilis
vinetis, & vini præstantia: nomen for-
tita à Lesbo Lapithæ filio Hermetæ. Pa-
triæ autem charitatem Sappho amoris
postponit.

53. *Nec vos erronem tellure admittat*
nostrum.] Scripti nonnulli,

At vos errorem tellure remittite vestrum.
Puto,

At vestra erronem tellure remittite no-
strum.

vel, si vulgatum malis, *Nec vestra erro-*
rem. per *Nisiadas* autem matres Mega-
renses littorales intelligi non est du-
bium. Megara enim Siciliæ portus à
Megaris Atticis, quæ & Nisæa dicta an-
tiquitus, à Niso rege. Sequenti versu
Nen vos decipiant tres libri. Severus in
Ætâ,

Nec te decipiant stolidi mendacia vulgi.
erronis vox etiamnum corrupta in

Diris Catonis, ubi castigandum,

Nec nostros servire sinant erronibus agros.
Heinsius.

54. *Nisiades matres.*] Id est, Sioulæ.
Cum ergo ante dixerit, ad Ætâ esse
Phæonem, appellat mulieres Siculas,
Nisiadas, à regione proxima.

57. *Montes Sicanos.*] Hæc quoque à
Naugerio. Nam nostri omnes *immitas*
Sicanos, ut ad Palicos respiciat, qui hu-
manis hostiis placabantur. Sed præstat
Naugeriana lectio, ut Eryx subintelliga-
tur, à quo Erycina hæc dea dicta est
poëtis. Heinsius. *Sicanos.*] A Sicano re-
ge appellatos. *Erycina.*] De felicitàte
templi Veneris Erycinæ, & de mulie-
ribus ejus ministerio dicatis, diximus
in comment. *Sylvarum.* Invocat autem
Venerem: quoniam Poëtæ, qui ama-
toria scribunt, sunt in Veneris tutela.
Domis.

61. *Natales.*] Anni. A sexto, inquit,
anno, per mala, tanquam per articulos
producta sum.

62. *Ossa lecta.*] Legebantur ossa, id
est, cineres, cum flamma rogi subfederat.
Ossa lecta.] Virgil. 6. *Æneid.*

— *postquam collapsi cineres,*
& quæ seqq. ubi vide Serv. & lib. XI.

63. Arfit

Arsit inops frater victus meretricis amore;
 Mistaque cum turpi damna pudore tulit.
 Factus inops agili peragit freta cærulea remo; 65
 Quasque male amittit, nunc male quærit opes.
 Me quoque, quod monui bene multa fideliter, odit.
 Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit.
 Et tanquam desint, quæ me sine fine fatigent,
 Accumulat curas filia parva meas. 70
 Ultima tu nostris accedis causa querelis.
 Non agitur vento nostra carina suo.
 Ecce, jacent collo sparsi sine lege capilli :
 Nec premit articulos lucida gentima meos.
 Veste tegor vili: nullum est in crinibus aurum : 75
 Non Arabo noster rore capillus olet.
 Cui colar infelix, aut cui placuisse laborem?
 Ille mei cultus unicus auctor abest.
 Molle meum levibus cor est violabile telis :
 Et semper causa est, cur ego semper amem. 80
 Sive ita nascenti legem dixere sorores;

Nec

63. *Arsu inops frater.*] Sappho tres fratres habuit, Larychum, Eurigium, Charaxum, qui Rhodopem meretriculam amavit.

65. *Inops.*] Redempta in libertatem meretricula.

66. *Male.*] Turpiter, & per infamiam. *Male quaris.*] Magno discrimine, & incommotis.

67. *Mammi multa.*] Immo laceravit fratrem multis carminibus.

70. *Filia parva.*] Hanc peperit Cercyla, Andrio conjuge jam mortuo, puella, quæ appellatur Cleis.

73. *Ecce jacent collo sparsi.*] Passi Regius. *Heinsius.* *Sine lege.*] Incompti, & sine ordine.

74. *Nec premit articulos.*] Annulum etiam, inquit, deposui.

76. *Nam Arabum noster dona capillus ola.*] Sic Nangerius. nostri omnes *Arabes* rore, quod temere mutare nolim. Nam

& lib. v. Met. *olere* cum sexto casu conjunxit. ubi habes *olentia sulphure flagra Palicorum*, quo nomine à Diomede grammatico notatur tanquam improprie locutus. at Valerius Flaccus l. viii. *olentes sulphure crines* quoque dixit. Martial. *Atque olere lares comessatore Lyao.* *Rorem Sabæum*, ut noster *Arabum rorem*, dixit Val. Flaccus lib. vi.

Et gravida maduere coma, quas rore Sabæo (auro.

Nurrierat, liquidoque parens signaverat ita scribo. *flore Sabæo* vulgati. *Heinsius.* *Rore Arabo.*] Id est, Myrrha: qua uncti crines, myrrhei dicuntur. *Donui.*

78. *Auctor abest.*] Malim *abes*. Vide notas superiori epistola v. 95. *Heinsius.*

81. *Sive ita nascenti.*] Ex disciplina mathematicorum, qui dicunt, hominem sortiri vitam ab ineunte ætate. *Sorores.*] Paræ, quæ tres sunt, notæ carmine Hesiodi.

N 3

82. E

Nec data sunt vitæ fila severa meæ;
 Sive abeunt studia in mores, artesquæ magistræ;
 Ingenium nobis molle Thalia facit.
 Quid mirum, primæ si me lanuginis ætas 85
 Abstulit, atque anni, quos vir amare potest?
 Hunc ne pro Cephalo raperes, Aurora, timebam.
 Et faceres: sed te prima rapina tenet.
 Hunc si conspiciat, quæ conspicit omnia, Phœbe;
 Jussus erit somnos continuare Phaon. 90
 Hunc Venus in cœlum curru vexisset eburno;
 Sed vidit & Marti posse placere suo.
 O nec adhuc juvenis, nec jam puer; utilis ætas!
 O decus, atque ævi gloria magna tui!
 Huc ades: inque sinus formose relabere nostros. 95
 Non

82. *Et data sunt vitæ.*] Imo *Nec data.* quicquid obituntur libri veteres. *Heins.* *Fila severa.*] Allusio est ad *Parcas*, quæ vitam humanam nere dicuntur. *Fila severa.*] Τρικλῆς πῆναις καὶ κυλάσαντο. *Lycoph. Cass. Silius.*

— *immobile filum.*

Homerus Iliad. α. v. 210.
 — τῷ δ' ὡς πῖθι μοῖρα κραταῖν
 Γεινομένην ἰπίνουσα λίνον.

Horat. 3. od. 2.

— *dum fororum*

Fila trium patiuntur atra.

83. *Sive abeunt studia in mores artesque magistras.*] *Magistra* omnino scribendum. *Arte Am. lib. 111.* id ipsum dixit, *Scilicet ingenium placida motimur ab arte, Et studio mores convenienter eunt.*

Virgilius,

— *omni nunc arte magistrâ*

Præcipitate moras.

& alibi,

Non hac humanis opibus, non arte magistra

Provenimus.

sic digiti magistri *Symposio Ænig. 11.* & *bonitate magistra* in *Catalectis Pithœi.* & *jussa magistra* apud *Silium l. 111.* & *Roma luxuria magistra* apud

Propertium. *Noster lib. 1. Art. Am.* *Effugiant voces verba magistra tua.*

sic ibi vetus codex. *O Enones Epistola,*

Consule, quæ ætas longa magistra fuit.

Posset tamen & legi artisquæ magistra, ut ad Thaliæ referatur. *Heins.* *Abeunt studia in mores.*] Id est, *Sive formamus mores studiis, quibus versamur.*

84. *Thalia.*] *Studium poëtices.*

86. *Abstulit.*] *Rapuit allectam in amorem, dejecitque mentem & consilium.*

87. *Raperes.*] *Nam Aurora Cephalum, cuius amore capta est, rapuit, abduxitque per auras.*

89. *Hunc si conspiciat.*] *Alludit ad fabulam Endymionis, qui, quoniam primus cursum Lunæ deprehendit (ut ait Plinius) dictus est dilectus fuisse à Luna, quem dormientem osculabatur.*

90. *Jussus eris.*] *Eris quidam.* *Heins.* *Jussus eris continuare somnos.*] *Curabit enim Luna, ut semper dormiat Phaon, qui formosior est, ut hunc osculetur.*

91. *Curru eburno.*] *Argenteum currum tribuunt Lunæ Poëtæ, quoniam illi argentum dicatum sit, ut scribit Eustathius: eburnum Veneri.*

96. *Ve-*

Non ut ames oro, verum ut amare finas.
 Scribimus, & lacrymis oculi rorantur obortis.
 Aspice, quam sit in hoc multa litura loco.
 Si tam certus eras hinc ire, modestius isses;
 Et modo dixisses; Lesbi puella, vale. 100
 Non tecum lacrymas, non oscula summa tulisti.
 Denique non timui, quod dolitura fui.
 Nil de te mecum est, nisi tantum injuria: nec te
 Admonuit, quod tu pignus amantis habes.
 Non mandata dedi. neque enim mandata dedissem 105
 Ulla, nisi, ut nolles immemor esse mei.
 Per tibi, qui nunquam longe discedat, Amorem,
 Perque novem juro numina nostra Deas!
 Cum mihi nescio quis, Fugiunt tua gaudia, dixit;
 Nec me flere diu, nec potuisse loqui 110
 Et lacrymæ deerant oculis, & lingua palato.

Astri-

96. *Verum ut amare finas.*] Durius id, quam ut Ovidio exciderit. Scripti plerique, *sed quod amare finas. sed te ut amare* ex veteri libro notat Politianus. alii, *sed ut amare.* Forte,

Non ut ames, oro: me sed amare finas. Heinsius.

98. *Hoc lav.*] Hac parte epistolæ, quæ oblitterata est manantibus lacrymis.

100. *Si mihi dixisses.*] Scripti nonnulli. *Si modo.* alii, *Et modo.* bene. Heins.

101. *Oscula nostra tulisti.*] *Oscula summa* plerique veteres. sic extrema oscula, *suprema* oscula, *ultima* oscula & oscula *prima*, passim apud poetas. Trist. lib. 1. El. III.

Sape vale dicto rursus sum multa locutus,
Et quasi discedens oscula summa dedi.

Idem.

102. *Quod dolitura fui.*] Non timui discessum tuum, ob quem etiam dolitura.

103. *Injuria.*] Quod scilicet me defecisti.

104. *Admonet quod tu manus amantis habes.*] Pignus amantis quinque libri.

Admonuit præterea in multis. utrumque recte. quod Naugerius etiam vidit & ad Statii Sylvas noster Gronovius. Heins. *Nec admonuit, quod tu manus amantis habes.*] Causam ostendit, quare munera discedentibus amicis dari, accipique soleant, ut scilicet sint monumenta amici abientis, cujus representent memoriam. Sed nec tu, inquit, reliquisti mihi aliquid discedens præter injuriam, quæ sum deferta.

107. *Qui nunquam longe discedit.*] Discedat veterum non pauci. probe, est enim optantis. Met. x.

Vel certe non hoc, qui plurimus oris (& urat)

Pectora nostra, Deo, sed victa libidine credat.

ita locus ille scribendus. vulgatum *esse & urit* non est nauci. Amor. III. El. xi. loco idem mendoso,

Parce per o lecti socialia jura, per omnes (Qui dent fallendos se tibi saps) Deos. Heinsius.

111. *Et verba palato.*] Lingua veteres. Idem.

N 4

113. Post-

Astrictum gelido frigore pectus erat.
 Postquam se dolor invenit; nec pectora plangi,
 Nec puduit scissis exululare comis.
 Non aliter, quam signati pia mater adempti 115
 Portet ad exstructos corpus inane rogos.
 Gaudet, & è nostro crescit mœrore Charaxus
 Frater; & ante oculos itque reditque meos.
 Utque pudenda mei videatur causa doloris;
 Quid dolet hæc? certe filia vivit, ait. 120
 Non veniunt in idem pudor atque amor. omne videbat
 Vulgus; eram lacero pectus aperta sinu.
 Tu mihi cura, Phaon: te somnia nostra reducunt;
 Somnia formoso candidiora die.
 Illic te invenio; quanquam regionibus absis. 125
 Sed non longa satis gaudia somnus habet.
 Sæpe tuos nostra cervice onerare lacertos,

Sæ-

113. *Postquam se dolor imminuit.*] Idem invenit. optime. ut Observationum libro secundo, cap. xxi. jam monuit idem ille præstantissimus Gronovius. Petronius, *Diu vocem neuter invenit.* & de bello Civili,

— *Quærit se Natura, nec invenit.* Statius Theb. v.

— *Postquam laxata dolori*

Vox invenit iter.

sic scribo. non dolore. in loco tamen Curtiano libro ix. quem vir idem doctissimus adduxit, illud, *liberius dolor egeri cepit amantibus lacrymis*, non ausim damnare, si veterum librorum nitatur auctoritate, cum noster in Tristibus quoque dicat,

Auferitur lacrymis egeriturque dolor.

nec necesse pro raptis capillis raptos reponi lib. 111. Art.

Nos male detegimur, raptique ætate capilli,

Cum Borca frondes excutiente, cadunt. Ep. Ariadnes,

Utque erat è somno turbida, rapta coma est. Art. Ain. 111.

Nec raptus flendi causa capillus erit.

ubi Passeratius ad Propertium male scriptus lectum velit. *Idem.*

116. *Corpus inanæ.*] Cadaver vacuum anima.

117. *Enostro crescit mœrore.*] Eleganter. Paulinus Oratione ad Deum, *Non obitu adfigar cuiusquam, aus sumere crescam.*

Seneca Medea,

Quid misera feci? misera, paniteas licet, Feci, voluptas magna me invitam subis. Ut, ecce, crescit!

sic emendo, nisi malis, *Et cade crescit.* Vulgati, *Et ecce crescit.* Glossarium Ms. Vossianæ Bibliothecæ, *Orare, crescere, gaudere.* Heinsius.

120. *Quid dolet hæc.*] Verba Charaxi insultantis sorori, & acerbè objurgantis amoris turpitudinem.

120. *Veniunt in idem.*] Idem non potest pudoris habere rationem, & dare operam amor.

125. *Tu mihi cura Phaon.*] Id est, negligo omnes, nec me eorum puder: tui enim amoris legibus indulgeo Phaon.

125. *Illic te invenio.*] In somnis saltem te amplector.

132. Ora

Sæpe tuæ videor supposuisse meos.
 Blandior interdum, verisque simillima verba
 Eloquor: & vigilant sensibus ora meis. 130
 Oscula cognosco, quæ tu committere linguæ,
 Apæque confueras accipere, apta dare.
 Ulteriora pudet narrare: sed omnia fiunt.
 Et juvat, & sine te non libet esse mihi.
 At cum se Titan ostendit, & omnia secum; 135
 Tam cito me somnos destituisse queror.
 Antra nemusque peto; tanquam nemus antraque profint.
 Conscia deliciis illa fuere tuis.
 Illuc mentis inops, ut quam furialis Erichtho
 Impulit, in collo crine jacente, feror. 140
 An-

132. *Ora vigilant sensibus meis.*] Non aliter, inquit, loquor, & exprimo, quod sentio, quam si vigilarem. nam reliqua corporis parte sopita, os vigilat ad verba exprimenda.

133. *Ulteriora pudet narrare: sed omnia fiunt.*] Ita etiam recte ex suis Naugerius. lib. v. Fast.

— *Pudor est ulteriora loqui.*
 lib. III. Art.

Ulteriora pudet docuisse. sed alma Dione, Præcipue nostrum est, quod pudet, inquit, opus. Heinsius.

134. *Et juvat, & sine te non licet esse mihi.*] Non libet bene quatuor libri. Oppinor scribendum,

— *sed omnia fieri*

Et juvat, & sine te non libet esse mihi. sæpe libes in licet degeneravi. sic lib. II. Art. Am. II.

— *quotiesque libebis,*

Qua referas illi, somnia lata vide.
 Fast. vi.

Nec libet, & longum est apulas narrare Deorum.

Ita locis istis scribendum. Idem.

139. *Inops mentis.*] Amens. Erichtho.] Maga, celebrata etiam examine Lucani. incantatione potentissima. Ut quam furialis Erichtho Impulit.] Scripti multi cum primis editionibus *Appulit.*

Unde Attonas olim fingebam. de quo verbo lib. III. Met. v. 532. Nunc *Abstulit* repono, propius insistens vestigiis scriptæ lectionis. supra,

Quid mirum, si me prima læuginis atas Abstulit?

Epistola Paridis,

Phryx erat Aurora conjux: tamen abstulit illum

Extremum noctis qua Dea finis iter.

lib. I. Artis Amat.

Implicitæque sinu (neque enim pugnare volebas)

Abstulit.

lib. II.

Decidit, atque cadens, Pater, ô pater, auferor, inquit.

& mox,

— *subitus cum Pergama fluctus*

Abstulit.

Hinc patet cur *ablatus* cererem l. 1. Met. in descriptione diluvii Deucalionis dixerit. ubi *alato* insulse reponebant. Remed. Amor. *Auferimur cultu.* Epistola Hyppis. *ô demens Calchisque ablato veneno,* Statius Theb. IV. *abstulit igne Napææ.* ut est in nonnullis exaratis codicibus Cornelius Severus apud Senecam,

— *Sed enim abstulit omnes,*

Tanquam sola foret, rapti Ciceronis imago. hoc est, in se convertit omnes. Heinsius.

N 5

141. Per-

Antra vident oculi scabro pendentia topho,

Quæ mihi Mygdonii marmoris instar erant.

Invenio silvam, quæ sæpe cubilia nobis

Præbuit, & multa texit opaca coma:

At non invenio dominum silvæque meumque.

Vile solum locus est: dos erat ille loci.

Agnovi pressas noti mihi cespitis herbas:

De nostro curvum pondere gramen erat.

Incubui; tetigique locum, qua parte fuisti.

Grata prius lacrymas combibit herba meas.

Quin etiam rami positis lugere videntur

Frondeb; & nullæ dulce queruntur aves.

Sola virum non ulta piæ mœstissima mater

Concinit Ismarium Daulias ales Ityn.

Ales Ityn, Sappho desertos cantat amores.

Hactenus; ut media cætera nocte silent.

Est nitidus, vitroque magis perlucidus omni,

Fons facer: hunc multi numen habere putant:

Quem

141. *Pendentia.*] Sublimia arcuata. *Domis. Scabro topho.*] Tophus, lapis scaber & pumicosus, familiaris specubus & antris montium est. *Micyll.*

142. *Instar.*] Non minoris precii apud me erant. *Marmoris Mygdonii.*] Mygdonia Phrygiam terminat à meridionali latere: Marmor item Mygdonium, Phrygium intelligimus, quod precii magni erat.

144. *Coma.*] Multis frondibus.

145. *Sed non.*] At non scripti. mox Agnovi pro Cognovi quidam. *Heinsius.*

146. *Dos erat.*] Id est, precium loci.

150. *Grata prius.*] A mutatione fortunæ, excitat misericordiam.

151. *Positis frondibus.*] Omnia mœrent: & sylva, quæ in doloris indicium frondes deposuit: & aves, quæ ne vocem quidem emittunt, conquerendo calamitatem nostram, ut eo silentio major dolor designetur.

153. *Sola.*] Sola mater, quæ impie ulta est virum: Impie scilicet, quod in

eo ulciscendo, filium interfectum epulandum apposuit. *Micyll.*

154. *Daulias ales.*] Philomela à multis Poëtis Daulias cognominata est: Homerus non Dauliam, sed Daulida scribit.

156. *Hactenus: ut mediâ cætera nocte silent.*] Scripti quidam & media. perperam. nam & pati modo est locutus in Fastis lib. v.

Hactenus; ut visio subit vorantia saxo Antra. *Heinsius.*

157. *Est nitidus, vitroque magis perlucidus omnis.*] Hæc Naugeriana lectio. sed ridicule fontem & amnem eundem facit. primæ editiones & scripti plerique *vitroque omni.* *Mazarinianus vitroque omni.* Scribe, *vitroque magis perlucidus omni.* Sic Fons Blandusius splendidior vitro apud Horatium. ita poëta passim. *Idem.*

158. *Numen.*] Genium: qui tam loci, quam hominis deus est.

159. *Quem*

Quem supra ramos expandit aquatica lotos,

Una nemus: tenero cespite terra viret.

160

Hic ego cum lassos posuisssem fletibus artus,

Constitit ante oculos Naias una meos.

Constitit, & dixit, Quoniam non ignibus æquis

Ureris, Ambracias terra petenda tibi.

Phoe-

159. *Quem supra ramos extendit.*]
Expandit primæ editiones & scripti ple-
rique. Virgil.

*In medio ramos amosæque brachia par-
dit*

Ulmus opaca, ingens.

Aufonius.

Et passura comas radicibus erigitur stirps.
Idem. *Lotos.*] Arbor in Africa insignis,
de qua Plin. multa. Ejus fructu vescun-
tur Africæ populi, Lothophagi inde no-
minati. Oblivione non est cibus facit, inde
discedendi. quod nonnullis sociis suis
accidisse Ulysses refert apud Homerum.
Eadem aptissima est tibiis. Lotophago-
rum insulæ mentionem facit inter alios
Polyb. lib. 1. Quæ non longeabesse di-
citur à minore Syte, & Mionix vocari.
Diodor. Sicul. Nihum etiam παγήχες θαι
τό λωτόν, affirmat. c. 2. Λωτοφάγος
μὲν λέγεται τὸς τῶν Ἀφραγῶν. Di-
dym. Λωτὸν ἔρωτες. Eurip. Troad. *A-
quatica.*] Quæ gaudet aqua. *Aquatica.*]
Idem Metam. 9. v. 342.

*Haud procul à stagno, Tyrios imitata co-
lores,*

*In spem baccarum florebat aquatica
lotos.*

160. *Una nemus.*] Sic & Met. l. VIII.
*Stabas in his ingens amoso robore quer-
cus,*

Una nemus. Heinſius.

Una nemus.] Id est, sola lotos facit
nemus ramis suis. *Damis.*

161. *Lassos posuisssem flabilis artus.*]
Flabius quatuor scripti. placet. Hein-
sius.

162. *Constitit ante oculos Naias una
meus.*] Hæc etiam Naugerio debentur.
Noſtri cum vulgatis, incepte.

Fernosius puer est visus adesse mihi.

Repone in Naugeriana lectione Naias

nda, & refer ad Naiada hujus fontis. sic
nda Theris. l. XI. Met. & Tyberinides *nda*
lib. II. Fast. v. 597. ex antiquis codici-
bus. ubi Naiadas Tyberinas innuit. Idem.
Constitit ante oculos &c.] Alii legunt.
Ante oculos visa est Nais adesse meos, quæ
lectio concinnior paulo est, & pluribus
etiam placet. *Micyll.*

164. *Ambracia est terra petenda tibi.*]
Libri veteres, *Ambractiis, Ambrachia,*
Ambractis. Optime Vaticanus unus
Ambracias, Græco more. Horatius:

Quale portentum naque militaris

Damnia latu alit esculenti.

Ita in duobus veterrimis libris inveni
scriptum. egregie. *Vulgati Damnia in la-
tis.* Seneca Hercule OEtzo,

— se Rhodope tulit,

Te præcipuus Athos, te fera Caspias,

Qua virgata tibi præbuit ubera.

Sic & ibi optimus Medicus. ita *Appias*
via pro *Appia* non uno loco apud no-
strum. *Cephesias* ora lib. VII. Metam. Fe-
stus Avienus Descriptione Orbis,

— Eois

*Hadrias unda vadis largam procul ex-
ponit algam.*

Remedio Amoris noster,

*Quod se Phasiados iuverunt gramina
terra.*

Quomodo ex vestigiis antiquæ lectionis
videri scribendum illic monebitur. *A-
mazoniæ securis* nostro l. III. El. I. Pont.
ut videtur corrigendum. *Amathusias* re-
videns pro *Venere* Symmachus in versi-
bus à me emendatis ad l. x. Met. v. 558.
sic *Albias Cleopatra* Statio in silvis.

Albias Aufonius fugit *Cleopatra catmas.*
& *Albias Orithyia* Virgilio. *Nasamonias*
Arpe Silio lib. II.

Opposito procul insidiis Nasamonias Arpe
Corpore præcipuus latrans.

sic

Phœbus ab excelso, quantum patet, aspicit æquor: 165

Actiacum populi Leucadiumque vocant.

Hinc se Deucalion Pyrrhæ succensus amore

Misit, & illæso corpore preffit aquas.

Nec mora: versus Amor tetigit lentissima Pyrrhæ

Pectora; Deucalion igne levatus erat. 170

Hanc legem locus ille tenet. pete protinus altam

Leucada: nec faxo defiluisse time.

Ut

fic & *Sidonia* apud eundem lib. xiv. utrumque ex optimo codice. *Heinsius*.

165. *Phœbus*.] Ad templum Actiacum, quod in sinu Ambracio est, petra prærupta esse ferebatur: unde qui se demitterent in mare, amoris flamma leverentur. *Phœbus*.] Ex templo suo. *Actium*, à littore: Actiacum à promontorio. *Damii*.

166. *Actium populi*.] *Actiacum* Scaliger. ut & *Sarravianus*. *Infra*,
Cur tamen Actiacus miseram me mittis ad oras.

Ab Actio oppido tamen Ambracici sinus, quod Acte aliis dictum, etiam Actium deducitur. hinc *Ἀκταῖος Ἀμβρακίος καὶ Ἀκτιακός*, teste Stephano Byzantio. *Heinsius*. *Actiacum populi*.] Actiacum vocant populi, inquit, Leucadiumque. Hoc à vulgato nomine insulæ scilicet, illud ab antiquo. Quare Actiacum hoc loco gentiliter ac proprie accipiendum non appellative, ut *Dornitius* exponit pro littorali. *Micyll*.

169. *Nec mora versus amor fugit lentissima merfi Pectora*.] Sic *Naugerius*, *Scripti nostri*, *jussus amor tetigit lentissima Pyrrhæ*, vel *jussus amor*, vel *jussus amans*. *Pyrrhæ*, tamen omnes. *Scribo*,

Nec mora: versus amor tetigit lentissima Pyrrhæ

Pectora

versus amor, ut *Epistola Briseidis*,

Aus si versus ardor tuus est in tadia nostri.

Lentus proprie, qui tarde se promovet

sed & pro flexibili sumitur, & pro securo atque otioso, etiam pro frigido & remisso, quemadmodum hic loci *Glossæ Stephani*, *Lentus*, *ἔστωρ*, *ἀσπίς*, *Ἀργός*. *Lentus*, qui tarde irascitur, ubi de ira agitur. sic *Ep. Helenes*,

Tu fore tam lentum jussa Menelaon in ira? *Amor. lib. ii. El. ult.*

Lentus es, & pateris nulli patienda marito.

lib. iii. *El. vi.*

Ille habes & silices & durum in pectore ferrum.

Qui tenero lacrymas lentus in ore videt.

hoc est qui lacrymis non movetur. sic ibi verus codex. est autem convitium amatorium. ira *Penelope* initio *Epistolæ lentum* vocat *Ulysiem*. *Phyllis Demophoonti* *At tu lentus abes*. & nostra *Sappho Phaoni*, *Lento radi. tum*,

Hoc te, si sceres, lento, decebas opus

Ep. Herus.

Certe ego tuum ventos audirem lenta sonantes.

hoc est secura. & *Trist. ii.*

Scenica spectasti lentus adulteria.

quomodo illis locis est legendum. Vide *Notas ad Ep. xix. v. 81. & Rem. Amor. v. 774*. Hinc *relentescere*, *Remed. Amor.*

Neve relentescas saepe repulsus amor.

Heinsius. *Lentissima pectora*.] Quæ prius contemnebant amantem; id est, vicissim *Pyrrhæ* coepit amare *Deucalionem*, jam vacuum flamma, unde ipsa torquebatur. *Micyll*.

173. *Abiit*

Ut monuit; cum voce abiit. ego frigida surgo:

Nec gravidæ lacrymas continuere genæ.

Ibimus, ô Nymphæ, monstrataque saxa petemus. 175

Sit procul infans victus amore timor.

Quidquid erit. melius quam nunc erit. aura, subito.

Et mea non magnum corpora pondus habent.

Tu quoque, mollis Amor, pennas suppone cadenti:

Ne sim Leucadiæ mortua crimen aquæ. 180

Inde chelyn Phœbo communia munera ponam:

Et sub ea versus unus & alter erunt.

Grata lyram posui tibi, Phœbe, poëtria Sappho:

Convenit illa mihi, convenit illa tibi.

Cur tamen Actiæcas miseram me mittis ad oras, 185

Cum profugum possis ipse referre pedem?

Tu mihi Leucadia potes esse salubrior unda:

Et formâ & meritis tu mihi Phœbus eris.

An potes, ô scopulis undaque ferocior illa,

Si moriar, titulum mortis habere meæ? 190

At

175. *Abiit cum voce.*] Id est, filuit, nec postea ulquam apparuit. *Ego territa surgo.*] *Frigida* scripti nostri. unus *Pallida*. Heinsius.

176. *Timor.*] Desiçendi se de saxo.

177. *Quicquid erit.*] Non vult sibi ominari mortem, sed tamen eam postponit præsentî calamitatî. *Aura subito.*] Per aversionem misericordiam movet, cum & absentes appellat, & responsuros. *Subito.*] Corpus, cum demittitur.

178. *Et mea non magnum.*] Potero, inquit, sustineri: nam corpus leve est, & sum parva.

179. *Tu quoque mollis Amor.*] Cupidinem invocat, non tam nomen propitium, quam ad historiam alludens, de qua ante dictum est.

181. *Inde chelyn Phœbo.*] Chelyn citharam dixerunt: quoniam ex *χηλώνης*, id est, testudine primum eam formaverit Mercurius: unde & testudo dicitur. *Cor-*

monia.] Convenientia mihi & Phœbo.

182. *Unus & alter erit.*] *Erunt* bene Stravivianus. Heinsius.

183. *Grata lyram posuit.*] Posui maluerim, patet ex sequenti versu. & sic Farnesianus cum uno meo. *Idem. Grata.*] Quod tuo nomine servata est incolumis, & amore liberata vates tua. Lyram primus fecit Mercurius, Ea relata est in cœlum, mortuo Orpheo, favore Apollinis, quem plurimum apud inferos laudaverat: & voluntate Jovis, qui id concessit Calliope filiz, matri Orphæi. *Domit.*

186. *Possis inde referre pedem.*] *Ipsa* scripti. & recte. Non enim in Leucadiam Phaon: sed in Siciliam, profugerat. Heinsius.

188. *Et forma meritis.*] *Forma* Regius. *Lege, Et forma & meritis.* Vide notas Ep. VII. v. 5. Ep. Hypf.

Nec facio meritisque placet, sed carmine moris. Idem.

195. *Nunc*

At quanto melius jungi mea pectora tecum,
 Quam poterant faxis præcipitanda dari!
 Hæc sunt illa, Phaon, quæ tu laudare solebas;
 Vifaque sunt toties ingeniofa tibi.
 Nunc vellem facunda forent. dolor artibus obstat; 195
 Ingeniumque meis substitit omne malis.
 Non mihi respondent veteres in carmina vires.
 Plectra dolore tacent: muta dolore lyra est.
 Lesbides æquoreæ, nupturaque nuptaque proles;
 Lesbides, Æoliâ nomina dicta lyrâ; 200
 Lesbides, infamem quæ me fecistis amatae;
 Desinite ad citharas turba venire meas.
 Abstulit omne Phaon, quod vobis ante placebat.
 (Me miseram! dixi quam modo pæne, meus!)
 Efficite ut redeat: vates quoque vestra redibit. 205
 Ingenio vires ille dat, ille rapit.
 Ecquid ago precibus? pectusne agreste movetur?

An

195. *Nunc vellem facunda forem.*] *Forvent* rectius libri. *Idem.*

198. *Plectra dolore tacent.*] *Silenti* unus *Medicæus.* *Idem.*

200. *Æolia lyra.*] *Id est,* Lesbia. nam Lesbos insula Æolicarum ferme urbium metropolis.

201. *Lesbides infamem.*] Nunc concubinas suas appellat, *Telestippam*, *Megaram*, & *Atthidem*.

204. *Quam modo pene, meus?*] *Ut conjungas:* Quam pene dixi, *Meus Phaon.*

207. *Ecquid ago precibus? pectusne agreste movetur?*] *Scripti nostri magna ex parte* *Hæc quid ego, vel, Ecquid ego. Hæc quid ego an tres. Hæc ego quid unus. Lego,*

Sed quid ego hæc? precibus pectusne agreste movetur?
 noster *Epist. XIII.* quomodo illic legendum monui,

Sed quid ego hæc? lærum revocaminis omen abesto.
Statius Theb. VIII.

Sed quid ego hæc? I, Tartareas ulciscere sedes,

Tisiphone.

lib. XI.

— *quod innumero Lethææ examine gaudet*

Ripa, mea vires, mea lata insignia sed quid

Hæc ego?

Theb. IV.

Sed quid ego hæc? festosque optatis dormor undis?

Theb. I.

Sed quid ego? aut hodie spoliis gavisus abibis,

Quisquis es, his, aut me magni de stirpe creatum

O Ennos accipies.

Ausonius Præfatione septem sapientum

Sed ego quid isthæc? non hæc causa hæc prodiit.

Ennius apud Donatum,

Sed quid ego hæc animo lamentor?

& *idem alibi,*

Sed quid ego hæc memoro?

Virgil.

Sed

An riget? & Zephyri verba caduca ferunt?
 Qui mea verba ferunt, vellem tua vela referrent.
 Hoc te, si sciperes, lente, decebat opus. 210
 Sive redis, puppique tuæ votiva parantur
 Munera; quid laceras pectora nostra morâ?
 Solve ratem. Venus orta mari, mare præstet eunti.
 Aura dabit cursum. tu modo solve ratem.
 Ipse gubernabit residens in puppe Cupido: 215
 Ipse dabit tenerâ vela legetque manu.
 Sive juvat longe fugisse Pelasgida Sappho;
 Non tamen invenies, cur ego digna fugâ.
 [O saltem miseræ, crudelis, epistola dicat:
 Ut mihi Leucadiæ fata petantur aquæ.] 220

*Sed quid ego hac autem nequicquam in-
 grata revolve?*

Quomodo fere Apollonius lib. III.

Ἀλλὰ τίν τῶδ' τοι μεταμόνεια παρ' ἀγροῦ;

Similiter abruptum *Hac ego.* Vid. Ep. x.
 v. 37. Sarravianus,

*Hac quid ego? an precibus tibi pectus
 agreste moveatur?*

Forte,

*Ecquid, id, precibus tibi pectus agreste mo-
 vetur?*

ut alibi,

Ecquid id sylva crudelius, inquit, amavit?

Heinsius.

211. *Si redis.*] Id est, si cogitas de re-
 ditu. *Votiva munera.*] Soteria.

213. *Mare præstas amanti.*] *Emmi Ve-*

terum libronum plerique. duo præstas,
quod amplector. Heinsius.

217. *Pelasgida.*] Nam Pelasgi, per
 universam ferme Græciam vagi & erra-
 bundi, rem militarem exercebant. Lo-
 cis nonnullis dederunt nomina. *Invias.*]
 Seu tibi consilium est. *Pelasgida Sap-
 pho.*] Id est, Sappho Lesbiana.

219. *Hoc saltem misera.*] *O saltem*
cum scriptis. ut dictum ad Epistolam
 primam. Cæterum distichon hoc postre-
 mum pro legitimo Nasonis vix est ut a-
 gnoscam: nec satis assequor quid sibi
 velit. Heinsius.

220. *Fata.*] Miserabiliter fatum Leu-
 cadium, jam fatum & mortem suam ap-
 pellat: Et si Straboni credimus, inde se
 deiecit, *Doris.*

EPIST. HEROIDUM.
EPISTOLA XVI.
ARGUMENTUM.

Paris, qui alio nomine Alexander dictus est, ob Helenam sibi à Venere promissam, navigat Lacedæmonia: ubi à Menelao honorifice acceptus est. Menelaus, ad procurandam ab Atreo relictam hereditatem, in Cretam proficiscitur: atque interea, dum alias res agit, Helenam suam committit Paridis, serioque bonum hunc illi hospitem commendat. Paris amator, hanc oblatam sibi opportunitatem minime negligendam ratus, omnibus modis Helenam sollicitat, eidemque hac epistola artifice amoris sui astum significat, ab omnibus sese commendans virtutibus, quibus laudari amatores solent. Et, quia muliebrem esse sexum fragilem noverat, formæque gloria duci, nihil prætermittit Paris, quo conciliare sibi Helenæ animum possit, maritumque in contemptum ejus adducit. Suadet ergo fugam, quam facile tueri sese Trojanis viribus posse confirmat.

P A R I S H E L E N Æ.

Hanc tibi Priamides mitto, Ledaæ, salutem;
Quæ tribui solâ te mihi dante potest.
Eloquar? an flammæ non est opus indice notæ;
Et plus, quam vellem, jam meus extat amor?
Ille quidem malim lateat; dum tempora dentur
Lætitiæ mistos non habitura metus.
Sed male dissimulo. quis enim celaverit ignem,
Lumine qui semper proditur ipse suo?
Si tamen expectas, vocem quoque rebus ut addam;
Uror. habes animi nuncia verba mei.

Parce,

1. *Priamides.*] Ego Paris filius Priami. *Ledaæ.*] Helena filia Ledaæ.

3. *Non est opus indice.*] Quoniam per se amor indicatur, nec dissimulari potest.

4. *Plus quam vellem.*] Cum is esset, qui occultari non posset. *Ant. Extat.*] Eminent, apparet.

5. *Tempora.*] Opportunitates. *Hub. Dum tempora dentur lætitiæ.*] Tacere, inquit, amorem, utile est: quoniam tempora futura sunt, quæ omnem abjicient merum. Nam de Menelao innuit, multa enim fecerat ob amorem, quæ ille po-

tuisset animadvertere, antequam discesserat. *Ant.*

7. *Malæ.*] *Ægre.*

8. *Suo lumine.*] *Suo splendore.* *Hub.*

9. *Ut addam vocem rebus.*] Ut quid velim, aperte fatear. *Addam vocem rebus.*] Qui dicitur confessus Amor. *inf.* *¶. xi.*

Parce precor fasso.

Et Metam. 9. *¶. 517.*

Littera celatos arcana fatibitur ignes. & alibi.

10. *Uror.*] Tui amore ardeo.

11. *Fasso.*]

Parce, precor, falso: nec vultu cætera duro
 Perlege, sed formæ conveniente tuæ.
 Jamdudum gratum est, quod epistola nostra recepta
 Spem facit, hoc recipi me quoque posse modo.
 Quæ rata sint, nec te frustra promiserit, opto, 15
 Hoc mihi quæ suavit mater Amoris iter.
 Namque ego divino monitu, ne nescia pecces,
 Advehor: & cœpto non leve numen adest.
 Præmia magna quidem, sed non indebita posco.
 Pollicita est thalamo te Cytheræa meo. 20
 Hac duce Sigæo dubias à littore feci
 Longa Phereclæa per freta puppe vias.
 Illa dedit faciles auras, ventosque secundos.
 In mare nimirum jus habet orta mari.

Perstet:

11. Falso.] Mihi confesso amorem meum.

13. Quod epistola nostra recepta est.] Tò est una cum distinctione tollendum ex fide Puteanei & trium aliorum. Heinsius. Recepta.] Artificiose fingit epistolam hanc benigne esse acceptam: &, quod non debebat, sibi assumit.

14. Hoc modo.] Scil. quo epistola mea est recepta.

15. Quæ rata sit.] Sine bene Puteaneus. Trist. 1. El. VIII.

Quæ quoties rata sunt, tota mihi mem-
 ne tibi que

Gratuler.

& lib. III. El. VI.

Quæ si non rata sunt, aliam, quo longius
 absun

Quare (suburbana hac sit mihi str-
 ra) locum.

Ita illis locis est scribendum. Plura
 Fast. II. 7. 638. Heins.

17. Monitu divino.] Non sponte mea, sed Veneris susu & mandato. Hubert. Ne pecces nescia.] Ut scias, quæ auctoritate tuam culpam defendere possis. Ant.

19. Non indebita.] Quia sunt promissa

mihi ab ea, cui licuit promittere. Non indebita.] Virgil. 6. Æneid.

— da, non indebita posco

Regna meis satis.

21. Hac duce.] Suscepi hanc navigationem à Troja in Græciam. A littore Sigæo.] Trojano. nam Sigzum promontorium est Trojæ.

22. Phereclæa puppe.] De Phereclo hujus classis structore omnia ex antiquis obvia. At Puteaneus alique quidam, Feraclea. nonnulli, Phareclea. alii aliter. alter Palatinus, Phelactea. Forte Phalactea puppe. sic Lycophroni hæc classis φαλακραις ποδῖς. Phalactæ enim una ex quatuor partibus Idæ montis Stephanus: φαλακραι, ἀπὸ τῆς Ἰδῆς, ἧτις ἐκ ἰχθυοειδῶτος, διὰ τὴν χλοὰ καὶ τὸν πρὸς ἄλλον, ἀλλ' ἰσχυρῶς, καὶ πάντα δὲ τὰ ἰσχυρῶς μέγα δὲν ἐλέγγοτο φαλακραι. οἱ κ' ὅπου, φαλακραι. Λυκόφρων, Στεφάνον Κύβαν ἢ Φαλακράων κληδόν.

καὶ θαυμάσιος Φαλακραιῶς κβραι. καὶ ἰδιότρον. In Arondeliano codice legebatur, Farasta. cum glossa, à loco sic dicta. Heinsius.

24. Orta mari.] Venerem ex mari ortam, scribit Varro.

O

25. Per-

Perflet: &, ut pelagi, sic pectoris adjuvet æstum: 25

Deferat in portus & mea vota suos.

Attulimus flammæ, non hic invenimus, illas.

Hæ mihi tam longæ causæ fuere viæ.

Nam neque tristis hiems, neque nos huc appulit error.

Tænaris est classi terra petita meæ.

30

Nec me crede fretum merces portante carina

Findere. quas habeo, Dî tueantur, opes.

Nec venio Grajas veluti spectator ad urbes.

Oppida sunt regni divitiora mei.

Te peto; quam lecto pepigit Venus aurea nostro. 35

Te prius optavi, quam mihi nota fores.

Ante tuos animo vidi, quam lumine, vultus:

Prima fuit vultûs nuncia fama tui.

Nec tamen est mirum, si sicut oporteat, arcu

Missi-

25. *Perflet.*] A proposito non discedat. *Pelagi æstum.*] Amorem meum secundet, ut navigationem. *Adjuvet æstum.*] *Æstum* scripti. *Heinsius.*

26. *Mea vota.*] Quæ erant, ut Helena potiretur. *In portus suos.*] Ad optatum exitum.

27. *Flammæ.*] Amores ex Troja arulit. Trojæ te, inquit, amavi.

29. *Tristis hiems.*] Tempestas. *Virgil.* 1. *Æneid.*

Emissamque hycnem sensit Neptunus. Similiter & Græcis dicuntur τὴν χειμῶν ὁδὸν. *Virgil.* 4. *Æneid.* — *Dum pelago defavit hiems.* Et alibi.

30. *Tænaris terra.*] Laconiam significat, cujus promontorium est Tænarus.

Am. Petita.] Id est, Venit classis mea dedita opera in hanc terram propter te.

32. *Findere.*] Secare, scindere. sic & Græci. *Homer.* *Odyss.* γ. ῥ. 174.

— Καὶ ἰνὸν γὰρ πύλας τοῖς μέσσοις εἰς αἰῶνα

τίμνωται.

& *Odyss.* a. vers. 409.

— Καὶ δὲ τὸ δὲ λαῖτμα θνατὸν ἔσται ἰστίον.

Argon. *Apollon.* lib. 4. ῥ. 771. De

Iride.

— αὐτὴν δ' ἴρις ἀπ' ἐλύμπιοις
τοῖσιν.

τίμνωται τοὺς ἀμύμονας πτόλι.

Quod *Virgil.* exprimit s. *Æneid.*

Ingentemque fuga secuti sub nubibus arcum.

Et 4. *Æneid.*

— *Ventusque secabat*

Materno veniens ab avo.

Tueantur.] Servent.

33. *Nec veni Grajas.*] *Venio* scripti. Tò veluti suspectum est de mendo. *Heins.* *Spectator.*] Admirator, ut videam pulchras urbes Græciæ.

34. *Divitiora.*] Opulentiora. nam Asia ditissima est. *Moræ.* Et dices *Asia campos.*

35. *Amor.*] *Formosa.* *Pepigit.*] Promisit.

37. *Animo.*] Cogitatione, desiderio. *Quam lumine.*] Quam oculis corporis.

39. *Nec tamen est mirum.*] Vetus centum & quatuor sequentes absunt ab omnibus scriptis codicibus, uno Palatino, eoque recentiori, excepto. *Heins.* *Nec tamen est mirum.*] Ab hoc loco, versus qui proxime sequuntur centum & quatuor

Missilibus telis eminus ictus, amo.

40

Sic placuit fati: quæ ne convellere tentes,

Accipe cum vera dicta relata fide.

Matris adhuc utero, partu remorante, tenebar:

Jam gravidus justo pondere venter erat.

Illa sibi ingentem visa est sub imagine somni

45

Flammiferam pleno reddere ventre facem.

Territa confurgit; metuendaque noctis opacæ

Visa feni Priamo, vatibus ille, refert.

Arsuram Paridis vates canit Ilion igni.

Pectoris. ut nunc est, fax fuit illa mei.

50

Forma vigorque animi, quamvis de plebe videbar,

Indicium tectæ nobilitatis erant.

Est locus in mediæ nemorosæ vallibus Idæ

Deviis, & piceis ilicibusque frequens:

Qui nec ovis placidæ, nec amantis fæxa capellæ,

55

Nec patulo tardæ carpitur ore bovis.

Hinc

quatuor, hoc est, ad *¶* 143. in antiquissimis exemplaribus non haberi dicuntur: ideoque à plerisque pro Ovidianis non censentur & seorsim notantur. Ipsi etiam interpretes tanquam nothos, inexplicatos reliquere. Sed tamen ut ut hæc sunt, ne quid à quoquam in hoc opere desiderari possit, & ipsos versus, ut habentur, apposuimus: & quod alii in cæteris fecerunt, eisdem brevibus scholiis illustravimus. *Nec tamen est mirum.*] Digressio est, qua causam & originem sui amoris expositurus est. Repetit enim ab initio natales suos, deinde & sententiam latam de deabus: & postremo, quibus impulsus, expeditionem hanc suscepit. *Si sicut oporteat arcu.*] Hæc non sunt sana. Puto, *sicut oportuit altum.* ut agi oportuit. *Heinsius.*

40. *Telis arcu missilibus.*] Hoc est, arcu emissis.

41. *Sic placuit fati.*] Rejicit amorem suum in voluntatem deorum, & necessitatem fati: quo videlicet Helenam magis impellat.

46. *Flammiferam pleno reddere ventre facem.*] Nam visa est in somnis Hecuba parere sibi facem, qua tota Asia illustraretur. Nota est historia.

50. *Pectoris fax fuit.*] Hoc est, amorem meum significabat illa fax, de qua mater somniarat.

51. *Forma vigorque animi.*] Distichon hoc loco alienum videtur, quod in sequentem paginam rejicietur aptius, post illa,

Regius agnoscor per rata signa puer. qui versus est nonagesimus hujus epistolæ. *Heins.* *Quamvis de plebe videbar.*] Nam inter pastores educabatur. Priamus enim, postquam interpretationem vatum audierat, infantem natum exponi imperaverat. Sed ii, quibus negocium commissum erat, forma infantis commoti, clam educavere: atque ita inter pastores cautritus fuit; & pro pastoris filio habitus. *De plebe.*] Vide *¶* 357. h. ep. ubi causa additur quare Alexander dictus: nempe auxiliator. unde & Theocrit. *Idyll.* 1. *¶* 105. *Parin vocat Βουκόλον.*

O 2

57. Hinc

Hinc ego Dardaniæ muros excelsaque tecta,
Et freta prospiciens, arbore nixus eram.
Ecce pedum pulsu-visa est mihi terra moveri:

Vera loquar, veri vix habitura fidem.

60

Constitit ante oculos, actus velocibus alis,

Atlantis magni Pleionesque nepos.

Fas vidisse fuit; fas sit mihi visa referre:

Inque Dei digitis aurea virga fuit.

Tresque simul Divæ, Venus & cum Pallade Juno

65

Graminibus teneros imposuere pedes.

Obstupui, gelidusque comas crexerat horror.

Cum mihi, Pone metum, nuncius ales ait.

Arbi-

57. *Hinc ego Dardania muros.*] Dardaniæ muros improprie dixit, pro Troja, alia enim Dardania, alia Troja fuit.

59. *Ecce pedum pulsu.*] Ex ligno adventum deorum colligit.

60. *Vera loquar; vero vix habitura fidem.*] Scribendum *veram fidem* *aut veri fidem.* ut supra,

Accipe cum vera dicta relata fide.

AMOR. lib. II. EL. II.

Et veram falso crimine donne fidem.

Fast. III.

Fama nec à verâ diffides illa fide.

Sic locus uterque in antiquis codicibus legitur. Pont. lib. III. EL. VII.

Proximus hinc gradus est, bene deservare salutem;

Saque semel verâ scire perisse fide.

Trist. IV. EL. I.

Utque nec insidias, capitisque pericula narrem,

Vera quidem, vera sed graviora fide.

sic & ibi eleganter veteres libri, & apposite ad illa Paradis, de quibus nunc agimus. vulgo, *Vera quidem vidi.* Propt. lib. IV.

Vera sed invito contigit ista fides,
Petronius: *Iuras Eumolpus se mente simplicissima & vera fide in navigium comites induxisse.* Noster Met. III.

— adjuro, tam me sibi vera referre,
Quam veri majora fide.

Claudio, *Veri sera fides,* sic contra *falsa fides.* Met. xv.

— falsamque in imagine credens

Esse fidem. Heinsius.

62. *Atlantis magni, Pleionesque nepos.*] Intelligit Mercurium, cuius mater Maja fuit, filia Atlantis & Pleiones.

64. *Aurea virga.*] *Χρυσόραβος* Homer. Odyss. x. v. 331. Et Pind. Pyth. 4. Caduceum. *ῥαβδόντιον.* ideo & Caducifer. Metam. 2. v. 710. vide Virgil. 4. *Æneid.* ibique Serv.

Tum virgam capis, &c.

— ramum lætao vere madentem. Idem 5. *Æneid.* Et Stat. 2. Thebaid. *lætaum vimen.* vide & Pausan. Arcad. ubi & de animarum deductione.

67. *Gelidusque comas crexerat horror.*] *Malim arrextas.*] Virgil.

Arrextasque horrore. Heins.

68. *Nuncius ales.*] Mercurius, cui talia tribuntur. *Nuncius ales.*] Metam. 4. v. 665.

— pennis ligat ille resonantis

Parte ab utraque pedes, iploque accingitur unco,

Et liquidum motis talaribus aëra findit. Et Stat. Thebaid. 1. *Summa pedum prope plantaribus illigat alis:* ubi strenue imitatus Virgil. *Picta vincula planta.* Statius. 16. *Alata planta.* Virg. Hinc prov. *Talaria inducere:* fugam adornare: Cic. Ad Att. *Quare talaria induamus.*

69. Ar-

Arbiter es formæ: certamina siste Dearum;
 Vincere quæ formâ digna sit una duas. 70
 Neve recusarem, verbis Jovis imperat: & se
 Protinus ætheriâ tollit in astra via.
 Mens mea convaluit, subitoque audacia venit:
 Nec timui vultu quamque notare meo.
 Vincere erant omnes dignæ: judexque verebar 75
 Non omnes causam vincere posse suam.
 Sed tamen ex illis jam tunc magis una placebat:
 Hanc esse ut scires, unde movetur amor.
 Tantaque vincendi cura est; ingentibus ardent
 Judicium donis sollicitare meum: 80
 Regna Jovis conjux, virtutem filia jactat.
 Ipse potens dubito, fortis an, esse velim.
 Dulce Venus risit, Nec te, Pari, munera tangant;
 Utraque suspensi plena timoris, ait.
 Nos dabimus quod ames: & pulchræ filia Ledaë 85
 Ibit in amplexus, pulchrior ipsa, tuos.

Dixit:

69. *Arbiter es formæ.*] Hoc est, delectus es judex, qui de forma harum pronuncies, quarum sit pulcherrima. *Certamina siste dearum.*] Compose.

70. *Vincere quæ formæ, &c.*] Scilicet pronuncia.

74. *Quamque notare.*] Nihil enim, & quamque seorsim aspersisse, apud Lucianum fingitur.

75. *Judexque verber.* Non omnes causam vincere posse suam.] Scribe causâ suâ. Vincere enim causâ Latinum est, & temere causam, non vincere causam. Noster in Amoribus lib. III. EL. XIV.

Et si non causâ, judex vince tuo. sic & Vinci causâ. Art. Amer. lib. I.

Vincantur Parthi causâ, vincantur & armis.

Hoc autem vulg, trium Dearum causam longe optimam fuisse in hoc certamine de formæ principatu, ac proinde doluisse sibi, quod harum uni tantum palma esset deferenda

pulchritudinis. *Hæmulus.*

79. *Ingentibus ardent.*] Hoc est, vehementer cupiunt & student.

80. *Sollicitare.*] Id est, Labefactare, & corrumpere.

81. *Virtutem filia jactat.*] Pallas. *Virtutem jactat.*] Hoc est, fortitudinem, & virtutem bellicam. Est enim belli dea habita: unde & armata fingitur hasta & clypeo.

83. *Dulce Venus risit.*] Pro, suavisiter. *Tangant.*] Moveant. Nauc. Epid. 5. 2. Pl. 40.

— *istis adeo te teigistrigima minis.*

Et in Pleud. I. I. Pl. 118. Si neminem alium potero, tuum tangam patrem. item, tangere aliquem volo.

84. *Utraque munera.*] Hoc est, regna, quæ Juno promittit: & virtus bellica, quæ a Pallade proponitur.

85. *Pulchra filia Leda.*] Id est, Helena, Jovis & Ledaë filia.

86. *Pulchrior illa.*] Scil. matre sua.

O 3

87. Et

Dixit: & ex æquo donis formâque probatâ,
Victorem cœlo rettulit illa pedem.

Interea (credo, versis ad prospera fatis)

Regius agnoscor per rata signa puer.

90

Læta domus nato per tempora longa recepto.

Addit & ad festos hunc quoque Troja diem.

Utque ego te cupio, sic me cupiere puellæ.

Multarum votum sola tenere potes.

Nec tantum regum natæ petiere ducumque:

95

Sed Nymphis etiam curaque amorque fui.

At mihi cunctarum subeunt fastidia, postquam

Conjugii spes est, Tyndari, facta tui.

Te

87. *Et ex æquo donis, &c.*] Donis quod ad Paridem attinebat, cui Helena pro dono promittebatur, si Veneri victoriam dedisset. Forma autem, quantum ad Venerem attinebat, cuius formam præstare cæterarum pulchritudini, Paris sententia sua iudicarat. *Donis formæque probata.*] Concinnior erit lectio, si probatis, reponas: sic infra,

Collatis formâ Minolæus & armis.

Fest. III.

Bellice, depositis clypeo paulisper & hastâ,

Mars ades.

Heinsius.

88. *Victorem cœlo rettulit, &c.*] Hoc est, rexit in cœlum victrix, parta victoria.

89. *Versis ad prospera fatis.*] Diis jam meliora de me statuentibus.

90. *Regius agnoscor puer.*] Agnoscor esse filius Priami. *Per rata signa.*] Certis signis & indicis.

91. *Læta domus.*] Fuit scilicet. Domum autem intellige, regiam Priami. *Per tempora longa recepto.*] Logo, post tempora longa recepto. Heinsius.

92. *Addit & ad festos.*] Eumque diem quo agnitus fui, pro festo celebrant.

94. *Multarum votum sola, &c.*] Me, quem alix cupierant, tu sola sibi potes.

95. *Sed nymphis etiam, &c.*] Nam ab Oenone amatus est, dum in sylvis & inter pastores adhuc degeret.

96. *Curaque amorque fui.*] Post hunc versum Palatinus & veteres editiones addunt,

Quas super Oenonem facies mutarer in orbem.

Nec Priamo est ad te dignior ulla natus.

Quos Ovidianos esse versus non dubito, sed prior est mendosissimus, ac proinde uterque à nuperis editionibus iussus exulare, ni fallor, idque pessimo exemplo. Posteriori legendum a te. Noster alibi,

A Veneris facie non est prior ulla tuæque. Heinsius.

97. *At mihi cunctarum, &c.*] Id est, Cæteras omnes fastidiæ & contemnere coepi. *Fastidia.*] Plant. Mil. 4. 2. §f. 43.

— facie te fastidii plenam

Quasi non tibi.

Ter. Eia, et Elegans est. et fastidit. & in Milite. 4. 6. §f. 20.

Atque ejus elegantia meum exemplo speciem spernat.

Philippus, vendicatione gloria sua, tantarum artium fastidium agit; atque utrasque patiens dignatur estimat. Justin. lib. 8. c. 4. vide lib. 14. c. 2.

98. *Tyndari.*] Helena, Tyndari filia

101. Quid

Te vigilans oculis, animo te nocte videbam;
 Lumina cum placido victa sopore jacent. 100
 Quid facies præsens, quæ nondum visa placebas?
 Ardebam, quamvis hic procul ignis erat.
 Nec potui debere mihi spem longius istam,
 Cæruleâ peterem quin mea vota viâ.
 Troia cæduntur Phrygiâ pineta securi, 105
 Quæque erat æquoreis utilis arbor aquis:
 Ardua proceris spoliantur Gargara silvis:
 Innumerasque mihi longa dat Ida trabes.
 Fundatura citas flectuntur robora naves:
 Texitur & costis panda carina suis. 110
 Addimus antennas, & vela sequentia malos:
 Accipit & pictos puppis adunca Deos.
 Qua tamen ipse vehor, comitata Cupidine parvo,
 Sponsor conjugii stat Dea picta sui.

Impo-

101. *Quid facies præsens.*] Scribe, *faceres.* Jam enim viderat Helenam. *Heinsius.*

102. *Ardebam, quamvis hic procul ignis erat.*] Puto hinc *procul*, hoc est, procul à me. & *erat*, ut per ignem Helenam amores suos intelligat. *Amor. 11. El. xvi.*

At meus ignis abest. verbo peccavimus uno.

Quæ movet ardores est procul, ardor adest.

Epistola Leandri,

Ut procul aspexi lumen, Meus ignis in illo est;

Illam mentem dixi littora lumen habens. Virgilius,

At mihi sese offert ultro mens ignis A-myntæ.

Calpurn.

Nam Mæso Mævi, Lycida formosus Idas

Ignis erat. Idem.

103. *Nec potui debere mihi, &c.*] Nec potui spem istam amoris potiundi longius differre.

104. *Cærulea viâ.*] Quo minus per

mare navibus peterem. *Vota mea.*] Id est, te, quam cupiebam & amabam.

106. *Quæque erat arbor.*] Navibus fabricandis.

107. *Ardua Gargara.*] Gargara generaliter *τὰ ὄρη*, hoc est, summities montium, sive vertices dicuntur. Sed hoc loco de parte, sive colle Idæ montis accipiendum, quæ proprie hoc nomine appellatur: in cujus radicibus & oppidum ejusdem nominis fuit, cujus ager frugibus fertilis fuit. Dicta autem Gargara, à Gargaro Jovis & Larissæ filio: ut Suides. *Proceris sylvis.*] H. c. Arboribus.

109. *Fundatura citas naves robora.*] Hoc est, fundamenta datura navibus.

112. *Accipit & pictos puppis, &c.*] Puppis adunca, à forma dicitur. Pictos autem deos, intelligit imagines decorum, quibus naves insigniri solebant.

114. *Sponsor conjugii stat dea picta sui.*] *Tui Naugerius.* Sed nihil temere muto. *suum conjugium*, quod illa promiserat. *Heins.* *Sponsor conjugii.*] Sententia est: Dea quæ mihi conjugium tuum spondit, stat picta cum Cupidine parvo.

O 4

116. *Agæi*

Imposita est factæ postquam manus ultima classi; 115
 Protinus Ægæis ire lubebat aquis.
 Et pater & genitrix inhihent mea vota rogando;
 Propositumque piâ voce morantur iter.
 Et soror effusis, ut erat, Cassandra capillis,
 Cum vellent nostræ jam dare vela rates; 120
 Quo ruis? exclamat; referes incendia tecum.
 Quanta per has nescis flamma petatur aquas.
 Vera fuit vates; dictos invenimus ignes:
 Et ferus in molli pectore flagrat amor.
 Portubus egredior; ventisque ferentibus usus 125
 Applicor in terras, Oebali Nympha, tuas.
 Excipit hospitio vir me tuus. hoc quoque factum
 Non sine consilio numinibusque Deum.
 Ille quidem ostendit, quidquid Lacedæmone totâ
 Ostendi dignum conspicuumque fuit. 130
 Sed mihi laudatam cupienti cernere formam,
 Lumina, nil aliud, quo caperentur, erat.
 Ut vidi, obstupui; præcordiaque intima sensi
 Attonitus curis intumuisse novis.
 His similes vultus, quantum reminiscor, habebat, 135
 Venit in arbitrium cum Cytherêa meum.
 Si tu venisses pariter certamen in illud;

In

116. *Ægæis ire jubebar aquis.*] A quibus autem jubebatur? A parentibus certe inhibitam sequenti versu ait. Præter editiones *jubebar*. Scribe *lubebat* vel *juebat*. nam hæc duo verba sæpe confunduntur in libris vetustis. *Heins.* *Ægæis aquis.* [Hoc est, per Ægæum mare in Græciam ire jubebar, meis fati scilicet.

118. *Propositumque via voce morantur iter.*] Repone meo periculo pia voce. *Heinsius.*

119. *Et soror Cassandra.*] Hæc vates fuit: quod munus ab Apolline acceperat.

120. *Cum vellent nostræ jam dare vela rates.*] Illud *nostræ* friget hoc loco. Rectius legatur *propera*. Vel,

Cum vellem nostræ jam dare vela rati. *Heinsius.*

123. *Dictos invenimus ignes.*] Hoc est te, quæ me ardere facis.

124. *Et ferus in molli.*] Puto *En ferus*. *Heinsius.*

126. *Oebali Nympha.*] Oeбалidem vocat, ab avo Oebalo, Tyndari patre.

128. *Non sine consilio.*] *Virgil.* 4.

— *Dis equidem auspiciis reor, & In nome secunda*

Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.

134. *Attonitus curis intumuisse novis.*] Illud *intumuisse* huic loco alienum est. Forte *indoluisse*. Nam *Mycilli* illud *intumuisse* parum placet. *Heins.*

138. *Id.*

In dubium Veneris palma futura fuit.
 Magna quidem de te rumor præconia fecit,
 Nullaque de facie nescia terra tuâ est, 140
 Nec tibi par usquam Phrygiâ, nec Solis ab ortu
 Inter formosas altera nomen habet.
 Credis & hoc nobis? minor est tua gloria vero:
 Famaque de forma poene maligna tua est.
 Plus hic invenio, quam quod promiserit illa: 145
 Et tua materia gloria victa suâ est.
 Ergo arsit merito, qui noverat omnia, Theseus:
 Et visa es tanto digna rapina viro:
 More tuæ gentis nitida dum nuda palæstra
 Ludis; & es nudis foemina mista viris. 150

Quod

131. *In dubium.*] *In dubio* malis Mycillus. Ego ἀρχαῖον hunc non temere loco moveam, minime ignavis elegantiz studiosos auctores in cum casu quarto frequenter coniunxisse loco sexti exempla passim sunt obvia. *Idem.* *In dubium Veneris, &c.*] Sensus est: Si tu in iudicium cum Venere venisses, dubitasses, tibi an illi victoriam adjudicaret.

139. *Rumor, &c.* Hoc est, rumor, sive fama magnis te laudibus & præconiis celebravit.

141. *Nec tibi par usquam Phrygia.*] Lego *Phrygia*, hoc est in Phrygiâ. Ante *Phrygiam* legebatur. *usquam Phrygia* Naugerii conjectura est. Sed vix persuadet *usquam Phrygia*, ut *usquam locorum*, Latine posse dici. *Heinsius.* *Nec solis ab ortu, &c.*] Hoc est, & in toto Orientem nulla alia aequæ nomen habet, hoc est, celebratur, & in ore omnibus est, quoties de forma mentio fit, &c. hætenus. *Mycill.*

143. *Credis & hoc nobis?*] Nunc denuo veterum librorum opem advocamus: qui ab hoc versu denuo nobis adsunt. *Credis & hoc* tres scripti. *Barbentin.* *Credis ab hac.* Lego *Credo sed hoc.* *Heins.* *Credis & hoc.*] Extollit epus pul-

chritudinem, ut ita laudando eam alliciat ad amorem suum. Nulla enim est mulier, quæ laudibus suæ formæ non delectetur.

144. *Maligna.*] Detrectatrix: quia minus dicit, quam debet.

145. *Quam quod promiserat illa.*] *Promiserat* tres libri. *Heinsius.*

146. *Est victa sua materia.*] Id est, à pulchritudine tua, quæ est materia ipsius gloriæ. *Hub.*

147. *Qui noverat omnia Theseus.*] *Plutarchus* & *Diodorus* & puellam Helenam Theseo raptam fuisse scribunt, Castori & Polluci redditam. *Ant.*

148. *Es visa es.*] *Visa es* legendum ex scriptis nonnullis. *Heinsius.*

149. *Tua gentis.*] Id est, *Laconicæ.* Nam *Lacedæmonii* præcipue palæstra delectati sunt. *Nitida.*] Propterea quod corpora oleo ungebantur.

150. *Nudis foemina mista viris.*]

— Οὐδ' ἂν εἰ βάλουτο τις
 Σώφρονι γίνοντο Σπαρτιάδων κόρη,
 Ἀλξινίῳ(σ) ἔξερμύσαι δόμους,
 Γυμνοῖσι μὲν οἷς, καὶ τίπλους ἀντι-
 μύτοις
 Δρόμους παλαστὰς τ' ἐκ ἀνασχέτας ἰμοὶ
 Κοινὰς ἔχουσιν. *Pelcus Menelao.* *Eurip.*
Androm. v. 595. & seqq. vide & *Pro-*
 pert.

O 5

Quod rapuit, laudo : miror, quod reddidit unquam.

Tam bona constanter præda tenenda fuit.

Ante recessisset caput hoc cervice cruenta,

Quam tu de thalamis abstrahere meis.

Tene manus unquam nostræ dimittere vellent? 155

Tene meo pater vivus abire sinu?

Si reddenda fores, aliquid tamen ante tulissem :

Nec Venus ex toto nostra fuisset iners.

Vel mihi virginitas esset libata ; vel illud,

Quod poterat salva virginitate rapi. 160

Da modo te ; quæ sit Paridi constantia nosces.

Flamma rogi flammæ finiet una meas.

Præposui regnis ego te ; quæ maxima quondam

Pollicita est nobis nupta sororque Jovis.

Dum-

perit. lib. 9. eleg. 13. cuius hoc & principium.

Adula tua, Sparte, miramur jura palaestra,

Sed magis virginis tot bona gymnasi,
Quod non infames exerceat corpore lances,

Inter luctantes nudapuellæ viros.
& quæ seq. Et in Tragic. antiq.

Nihil horum simile apud Lacanas virgines,

Quas magis palastra, Evrota, sol, polvis, labor,

Militia in studio est. —

vide & Plutarch. in Lycurgo. & Thucyd. lib. 1. Alii hunc morem laudant, alii culpant.

155. Tene manus unquam nostræ dimittere vellent.] Dimittere ferrent scribam libenter, si per codices antiquos detur. Met. XIII. v. 460. ex optimis codicibus,

Scilicet aut ulli servire Polyxena ferrem.
Pro quo similiter vellem vulgo legebatur. Heinssus.

156. Virus.] Dum viverem.

157. Fores.] Id est, Fuisses propter necessitatem. Hüb. *Aliquid tulissem.*] Non te intratum, ut Theseus, remissem. Ant. *Aliquid tulissem.*] Vir-

gil. 4. Æneid.

— fuit aut tibi quidquam Dulce morum. & v. 28. Epist. seq.

— Ulterius nil habet ille mei.

158. Ex toto.] Penitus.

159. Vel tua virginitas.] Vel mihi Puteaneus & alii muki. Heinssus.

160. Salva virginitate.] Oscula intelligit, quæ etiam non repta virginitate ferri possunt.

161. Da modo te.] Eas in meam sententiam. Ant. *Da modo te.*] Præbete mihi. Fac mihi tui copiam. Verbum amatorum. sic infra v. 195. *Da modo te facilem.* Et Martial. lib. 7. Epigr. 30. & alibi. Item Sueton. in Julio, ex Cicero. *notum est, & quid ille tibi, & quid illi tu dederis.* Quæ sit Paridis constantia nosces.] Legendum Paridi. atque ita Barberianus. Heinssus.

162. Flamma rogi.] Id est, Amor meus sola morte finietur. Hüb.

163. Præposui regnis ego.] Electione suum amorem probat. Cum potuerim habere regna, tenui. Ant.

164. Pollicita est nobis.] Pollicita nobis Puteaneus. Heinssus. Pollicita est.] De judicio Paridis etiam Homer. hoc habet. Iliad. α. v. 28.

— Ἀλεξάνδρῳ ἱνὴν ἔταε.

O'c

Dumque tuo possem circumdare brachia collo, 165
 Contemta est virtus Pallade dante mihi.
 Nec piget; aut unquam stulte legisse videbor:
 Permanet in voto mens mea firma suo.
 Spem modo ne nostram fieri patiare caducam.
 Te precor, ô tanto digna labore peti. 570
 Non ego conjugium generosæ degener opto:
 Nec mea (crede mihi) turpiter uxor eris.
 Pliada, si quæras, in nostra gente Jovemque
 Invenies: medios ut taceamus avos.
 Sceptra parens Asiæ, qua nulla beatior ora, 175
 Fini-

Ος νίκιστος θαλεῖ ὅτι οἱ μέσσαυλον
 ἵκοντο,
 Τὴν δ' ἵκησ' ἢ οἱ πῆγε μαχλοσύνην
 ἀλογιστὴν.

166. *Contempta est virtus.*] Corporis, aut animi virtutem contempsi, ut te fini possem. *Dante.*] Virtutis optionem. *Ans.*

167. *Legisse stulte.*] Quod te potius, quam regna, vel virtutem elegerim.

Om Venus et Iuno Pallasque in valibus Ida

Corpora judicio suppositura meo.]

Hoc distichon à Puteaneo aliisque melioribus abest. In quorundam margine manu recentiori adscriptum legitur. Sed roscendum est. Cum enim judicium suum huculentis verbis paulo ante copiose recensuerit, quid opus ejusdem rei denovo meminisse? *Stultus elegisse videbor.*] *Legisse* Puteaneus & quinque alii. quod verum utique molliorem præstat. *Legere*, pro eligere. *factus* etiam tres codices. *Heinsius.*

168. *In suo voto.*] Ut te haberem conjugem.

169. *Caducam.*] Vanam.

170. *Deprecor.*] *Te precor* unus Vaticanus: recte. nisi quod legendum censeo, *Ne precor.* *Claudianus* bello Gildon.

Ne consanguineis certetur cominus armis:

Ne, precor.

Ita ibi ex vetustis exemplaribus esse reponendum monui. Respexit enim ad illa,

Ne pueri, ne tanta animis adsuescitis bello.

Statius Achilleide,

— *Ne solum Danaos admisso carinas, Ne, precor.*

quomodo & illic rescribo. nam scripti, *Deprecor.* Vulgati *Te precor.* Idem Theb. iv.

Ne termes annos nubemque hanc frontis opaca

Spernite; ne; mones.

Heinsius.

173. *Pleiada si quæras.*] *Pliada si quæras* Puteaneus. *Idem.* *Pliada.*] Sux genealogiz vetustatem reperit à Jove & Electra. Nam Jupiter concubuit cum Electra filia Atlantis, quæ fuit una ex septem Pleiadibus, quæ in cœlum inter stellas translatae sunt: & ex ea genuit Dardanum, à quo Trojani originem & nomen ducunt. *Pleiada*, id est, Electram: quæ ita dicta est, vel à Pleione matre, vel à πλῆω, Græce navigo: quia navigantes solent Pleiadas ipsas observare.

174. *Medios avos.*] Id est, qui sunt inter Jovem & nos. Intelligit Erichthonium, Troem, Ilium, Asiarum, Cypum, & reliquos.

175. *Ora.*] *Regio.* *Beatior.*] *Ditior.*

176. *Fin-*

Finibus immensis vix obeunda tenet.
 Innumeras urbes atque aurea tecta videbis:
 Quæque suos dicas templa decere Deos.
 Ilion aspicias, firmataque turribus altis
 Moenia, Phœbææ structa canore lyræ. 180
 Quid tibi de turba narrem numeroque virorum?
 Vix populum tellus sustinet illa suum.
 Occurrent denso tibi Troades agmine matres:
 Nec capient Phrygias atria nostra nurus.
 O quoties dices, Quam pauper Achaia nostra est! 185
 Una domus quasvis urbis habebit opes.
 Nec mihi fas fuerit Sparten contemnere vestram.
 In qua tu nata es, terra beata mihi est.
 Parca sed est Sparte: tu cultu divite digna es.
 Ad talem formam non facit iste locus. 190
 Hanc faciem largis sine fine paratibus uti,
 Deliciisque decet luxuriare novis.
 Cum videas cultum nostra de gente virorum;
 Qualem Dardanidas credis habere nurus?

Da

176. *Finibus immensis.*] Propter magnos fines, & ambitus. *Hüb.*

177. *Tecta.*] Ut barbarorum mos fuit, tecta auro ornare, quod sero ad Romanos pervenit. *Ant.*

180. *Lyra Phœbea.*] Quia Neptunus & Phœbus moenia illi condiderunt. Est autem illium, oppidum ipsius Trojæ maximum & celeberrimum. Troja est regio. *Hüb.* *Canore lyra.*] Quorum sacra in opus exilabant, Phœbo ad citharam carmina modulante.

182. *Ille tellus.*] Phrygia quæ adeo populosa est, ut vix teneat, quos habet mortales, id monstrat, posse se tutari Helenam contra Græcorum potentiam. *Ant.*

183. *Troades.*] Mulieres Throjanæ.

185. *Achaia.*] Græcia.

186. *Una domus quasvis.*] Quasvis Gortorphianus. probe. nisi quasvis malis. *Heinsius.*

187. *Nec mihi.*] Ne videatur sper-

nere Græciam, dicit se venerari plurimum Lacedæmonia, terram natalem ipsius Helenæ. *Sparten.*] Lacedæmonia.

189. *Parca.*] Non luxuriosa, neque sumptuosa, Parca Sparta.] Ex institutis Lycurgi: Justin. lib. 3. cap. 2. *Parfimoniam omnibus suasis, existimans, laborem militia, assidua frugalitatis consuetudine faciliorem fore. Auri argentique usum, velut omnium scelerum materiam, sustulit.* vide & Plutarch. in Lycurg. Tu cultu divite digna.] Digna es multi ex scriptis. *Heinsius.*

192. *Luxuriare.*] Abundare, assistere.

194. *Quales Dardanidas credis habere nurus.*] Qualem meliores cum primis editionibus. quare & superiori versu cultum lege cum tribus scriptis. Deinde Dardanidas multæ membranæ. vide Ep. viii. v. 66. *Heinsius.* *Qualem.*] Multo sumptuosiorum & splendidiorum. *Nurus.*] Puellas.

195. Fa-

Da modo te facilem : nec dedignare maritum, 195

Rure Therapneæ nata puella, Phrygem.

Phryx erat & nostro genitus de sanguine, qui nunc

Cum Dis potandas nectare miscet aquas.

Phryx erat Auroræ conjux. tamen abstulit illum

Extremum noctis quæ Dea finit iter. 200

Phryx etiam Anchises : volucrum cui mater Amorum

Gaudet in Idæis concubuisse jugis.

Nec, puto, collatis forma Menelaus & annis,

Judice te, nobis anteferendus erit.

Non dabimus certe socerum tibi clara fugantem 205

Lumina; qui trepidos à dape vertat equos.

Nec

195. *Facilem.*] Exorabilem, non durum.

196. *Rure Therapneæ.*] Therapneæ Laconiz oppidum est.

197. *Qui nunc cum diis potandas.*] Ganymedem intelligit. Hic filius fuit Trois, regis Trojanorum, amatus à Jove, & in formam aquilæ transfiguratus. Et pincerna Jovis est.

198. *Cum diis potando.*] Lege ex decem codicibus,

Cum diis potandas nectare miscet aquas.

Heinf. *Nectare miscet aquas.*] De fabul. Ganymed. inter alios habes hoc in Virgil. 5. *Æneid.*

Inextinctusque puer frondosa regius Ida —

— *quem propes ab Ida*

Sublimem pedibus vapnis Iovis armiger
inquit.

199. *Aurora conjux.*] Id est, Titos. Is frater fuit Laomedontis : qui ab Aurora amatus, ex ea genuit Memnonem, quem postea in auxilium Trojanorum misit.

200. *Qua fuit extremum iter noctis.*] Quia aurora tenet confinia lucis, quæ inchoat; & noctis, quam finit.

201. *Anchises.*] Is filius fuit Capys formosissimus, amatus à Venere. cum quo concubens in monte Ida, postea apud Samoëna fluvium genuit Æneam.

Anchises.] Virgil. 1. *Æneid.*

Tunc ille Æneas, quem Dardanio Anchisa

Alma Venus Phrygiæ genuit Samoentis
ad undas.

203. *Collatis forma Menelaus & armis.*] Et armis Puteaneus & alii quidam. de armis postea agitur,

Nec plus Atreides animi Menelaus habebit,

Quam Paris; aut armis anteferendus erit. Heinfius.

205. *Non dabimus.*] Ita laudat se, ut deprimat patrem Menelai. Dicit enim, se non habere patrem, qui sit futurus socer Helenæ, qui filios coxerit, & solem eo scelere fugaverit. *Fugantem.*] Vide Senec. *Thyest.*

Qua causa tuos limite certo

Dejecit equos, &c.

206. *Qui trepidos à dape vertat equos.*]

Lego, *cui trepidos Sol dape vertat equos.*

Non enim exprimit vulgata scriptura, cujus equi à dape vertantur. Nota est fabula. Propert.

Non fugis Ansonias Phæbe fugate dapes. Heinfius. *Trepidus.*] Vel territos, vel festinos. *A dape.*] A convivio suo scelerato. Dicit ergo : Non dabo tibi talem socerum, qualis fuit Atreus, qui humanas dapes fratri apponar.

207. *Non*

Nec pater est Priamo soceri de cæde cruentus;
 Et qui Myrtoas crimine signet aquas.
 Nec proavo Stygia nostro captantur in unda
 Poma, nec in mediis quæritur humor aquis. 210
 Quid tamen hoc refert, si te tenet ortus ab illis?
 Cogitur huic domui Jupiter esse focer.
 Heu facinus! totis indignus noctibus ille
 Te tenet; amplexu perfruiturque tuo.
 At mihi conspiceris positâ vix denique mensâ. 215
 Multaque, quæ lædant, hoc quoque tempus habet.
 Hostibus eveniant convivia talia nostris,
 Exuperio posito qualia sæpe mero.
 Poenitet hospitii, cum, me spectante, lacertos
 Imposuit collo rusticus iste tuo. 220
 Rumpor, & invideo (quid enim tamen omnia narrem?)
 Membra superjectâ cum tua veste foveat.
 Oscula cum verò coram non dura daretis;
 Ante oculos posui pocula sumpta meos.

Lumi-

207. *Nec pater est.*] Id est, nec pater Priami. avus meus, focerum suum interfecit, sicut Pelops avus Menelai. Diximus supra in epistola Hermiones, fabulam Oenomai patris Hippodamiae, quam Pelops cursu vicit. Is autem Pelops, ut regno foceri potiretur, eum interfecit.

208. *Et qui Myrtoas.*] Id est, Nec dabimus avum, qui aliquem in mare præcipitaverit: sicut Pelops Myrtilum aurigam Hippodamiae, quo favente eam vicerat, in mare præcipitavit, à quo mare Myrtoum dictum est.

209. *Nec proavo.*] Tantalus proavus Menelai & Pelopis pater.

211. *Si ortus.*] Id est, Si Menelaus natus ab illis.

212. *Cogitur.*] Nam si Helena, quæ est filia Jovis, sit ejus uxor, necessario Jupiter erit ejus focer.

216. *Hoc tempus.*] Mensæ & coenæ, quæ lædant.] Quæ displicent.

220. *Imposuit collo rusticus ille tuo.*]

Imposuit scripti quidam & primæ editiones. præterea rusticus iste Puteaneus. probe. nam Tò iste contentum præ se fert. sic Ajax lib. xiiii. Met. quoties loquitur de Ulyssæ, fere semper subiungit Tò iste. ubi plura. Heinssius.

221. *Quid nunc tamen omnia narrem.*] Prima editio, cum Puteaneo & aliis tribus, quid nam tamen. In Puteaneo tamen vetus lectio penitus abrasa. reliqui maxima ex parte, quid non tamen. quatuor, quid tamen omnia narrem, omissio τῶ νunc. Mentelanus & unus Vossii, quid enim non. Argentincnsis quid n. tamen. hoc est quid enim tamen. sequor. Nisi malis, quid n. tamen. Nam Jureti excerpta quid n. Idem.

222. *Superjecta veste.*] Theocrit. simile quid in Epithal. Helenæ. — ὁμοτὰς μιν ἀνδρῶτο χαλκίαν. Idyll. 18. v. 19. vide Amor. 1. Eleg. 5. v. 48.

223. *Non dura.* Mollia, & lasciva.

224. *Posui pocula ante oculos.*] Neviderem.

226. Cre-

Lumina demitto, cum te tenet arctius ille: 225

Crescit & invito lentus in ore cibus.

Sæpe dedi gemitus: & te, lasciva, notavi

In gemitu risum non tenuisse meo.

Sæpe mero volui flammam compescere: at illa

Crevit; & ebrietas ignis in igne fuit. 230

Multaque ne videam, versâ cervice recumbo.

Sed revocas oculos protinus ipsa meos.

Quid faciam dubito. dolor est meus illa videre.

Sed dolor à facie major abesse tuâ.

Qua licet & possum, luctor celare furorem: 235

Sed tamen apparet dissimulatus amor.

Nec tibi verba damus: sentis mea vulnera, sentis.

Atque utinam soli sint ea nota tibi!

Ah quoties lacrymis venientibus ora reflexi,

Ne causam fletûs quæreret ille mei! 240

Ah quoties aliquem narravi potus amorem,

Ad vultus referens singula verba tuos!

Indiciumque mei ficto sub nomine feci.

Ille ego, si nescis, verus amator eram.

Quin

226. *Crescit & invito lentus in ore cibus.*] Juvenalis,

— *Interque molares*

Difficili crescente cibo.

Heinzius. *Crescit in ore cibus.*] Videtur crescere, quia præ dolore comedere non possum.

227. *Notavi.*] Adverti. *Hub.*

229. *Flammam compescere.*] Contingere amotis æstum, insulo fortius mero.

230. *Ebrietas fuit ignis in igne.*] Accendit amoris insaniam. *Ant.*

231. *Cervice versa.*] Verso capite in aliam partem. *Hub.*

233. *Dolor est illa videre.*] Terent.

Quod tuo viro oculi doleant.

Et Plaut. *Mosselle.* 4. 2. *Pl.* 10.

Oculi dolent. si. cur. pl. quia sumus molestus.

Et *Afinar.* 5. 1. *Pl.* 4.

Pietas, pater, oculis dolorem prohibet.

quoniam ego istanc amo.

Nonquidnam hic, quod nalis, vides? Ter. *Eunuch.*

235. *Qua licet.*] Quatenus licet.

238. *Tibi soli.*] Ne alius advertat.

240. *Ille.*] Maritus tuus. *Hub.*

241. *O quoties aliquem narravi potus amorem.*] O quoties juvenum Putancus pro diversa lectione, quomodo & alii nonnulli. decem scripti, juvenum amores. Forte, alium amorem. Heinzius. *Amorem aliquem.*] Quo pacto multi amant, exposui. *Ant.*

242. *Referens.*] Convertens. *Ad tuos vultus.*] Ut intelligeres, me ea dicere propter te. *Hub.*

243. *Indiciumque mei.*] Me amare indicavi.

244. *Ille.*] Cujus amorem narrabam

245. *Vor-*

Quin etiam, ut possem verbis petulantius uti, 245
 Non semel ebrietas est simulata mihi.
 Proditâ sunt (memini) tunicâ tua pectora laxâ,
 Atque oculis aditum nudâ dedere meis;
 Pectora vel puris nivibus, vel lacte, tuamque
 Complexo matrem candidiora Jove. 250
 Dum stupeo visis, (nam pocula forte tenebam)
 Tortilis è digitis excidit ansa meis.
 Oscula si natæ dederas; ego protinus illa
 Hermiones tenero lætus ab ore tuli.
 Et modo cantabam veteres resupinus amores: 255
 Et modo per nutum signa tegenda dabam.
 Et comitum primas Clymen Æthramque tuarum
 Ausus cum blandis nuper adire sonis.
 Quæ mihi non aliud, quam formidare, locutæ,
 Orantis medias deferuere preces. 260
 Dî facerent, magni pretium certaminis esses;
 Teque suo victor posset habere toro.
 Ut tulit Hippomenes Schoeneïda præmia cursus,

Venit

245. *Verbis petulantibus uti.*] *Petulantius* Putaneus. & reliqui plerique. *Heinsius. Petulantius.*] Licentius, mudacius.

247. *Proditâ.*] *Aperta. Tunica laxa.*] Id est, veste laxata, & largius aperta.

253. *Natâ.*] Filiz tuz Hermiones.

255. *Modo.*] Interdum. *Hub. Væres amores.*] Veterum gesta in amore. *Ant.*

256. *Per nutum.*] Ut ipse in 1. Amorum: *Me spolia, nutusque meos, vultumque loquacem.*

257. *Primas.*] Id est, præcipuas, & tibi intimas. *Clymenen Æthramque.*] Septimius tradit, duas has Menelai affines fuisse relictas ad Helenæ custodiam. *Ant.*

258. *Ausus sum blandis*] *Cum blandis* Putaneus & reliqui. & superiori versu *Clymenen Æthramque.* *Heins.* *Adire.*] Alloqui.

159. *Quæ mihi nil aliud.*] *Non aliud* scripti & primæ editiones. *Heins.* *Quæ.*]

Comites tuz. Non locuta aliud.] Id est, nil aliud respondentes. *Quam formidare.*] *Quam se timere.*

260. *Deferuere medias preces.*] Id est, noluerunt audire meas preces.

261. *Pretium certaminis esses.*] Id est, ut proponeretur pretium ei, qui te aliquo magno certamine vincendo consequeretur.

262. *Deferuere preces.*] *Desistere* Barberinus & Vossianus. vide Notas sequenti epistola. *yl. 196. Heinsius.*

263. *Ut tulit.*] Sumit exempla quorundam, qui certantur pro amore: quos dicit se esse imitaturum. sicut Hippomenes non terribus conditione mortis, certamine cursus Atalantam meruit: ita & ipse idem facerem pro Helena. *Hub. Hippomenes.*] Onchesto Neptuni filio natus est Megareus, qui filium habuit Hippomenem. Is Atalantam Schoenei filiam cursu superasse traditur, à Venere adjutus, quæ illi tria poma ex hortis Hesperii-

Venit ut in Phrygios Hippodamia sinus;
 Ut ferus Alcides Acheloia cornua fregit,
 Dum petit amplexus, Deïanira, tuos;
 Nostra per has leges audacia fortiter isset:
 Teque mei scires esse laboris opus.
 Nunc mihi nil superest, nisi te, formosa, precari;
 Amplectique tuos, si patiare, pedes. 270
 O decus, ô præsens geminorum gloria fratrum;
 O Jove digna viro, ni Jove nata fores!
 Aut ego Sigêos repetam te conjuge portus:
 Aut ego Tænaria contegar exul humo.
 Non mea sunt summâ leviter districta sagittâ 275
 Pectora: descendit vulnus ad ossa meum.
 Hoc mihi, (nam repeto) fore ut à caeleste sagittâ
 Figar, erat verax vaticinata foror,
 Parce datum fatis, Helene, contemnere amorem:

Sic

speridum dedit: quibus projectis, puellæ
 cursum impeditur. Vide Ovid. lib. 10.
 Metam.

264. *In Phrygios sinus.*] De Pelope
 intelligit, qui cum ex Phrygia in Pelo-
 ponnesium navigaret uxorem Hippoda-
 miam Oenomai filiam duxit: quam tu-
 lit victoriæ præmium, ut diximus. *Ant.*
Hippodamia sinus.] Alii libri hunc ver-
 sum sic habent, *Qua prope cursu vicerat*
ante procos. sed frustra. *Heins.*

265. *Acheloia cornua.*] Sic & Virgil.
 lib. 1. Georg. v. 9. *Pocula Acheloia.* ubi
 vide Servium. De Acheloo vide Epist.
 Decim. v. 139. *Cornua Acheloia.*] Id
 est, cornua Acheloi, qui & ipse pro Deï-
 anira certavit. *Hub.*

267. *Audacia fortiter isset.*] Alii *vi-*
storia. Vossianus, *audacia fortior.* placet.
Heins.

268. *Opus.*] Præmium mez victoriæ.

269. *Nil superest.*] Quoniam certami-
 nis præmium esse non potes. *Ant.*

270. *Amplecti pedes.*] Quod precan-
 tes facere solent.

271. *Fratrum.*] Castoris & Pollu-
 cia,

273. *Sigêos.*] Trojanos. *Te conjuge.*]
 Te abducta mecum.

274. *Aut hic Tænaria.*] *Aut ego Tæna-*
ria sex libri. *Heinsius.* *Aut contegar.*] *Se-*
pelias. *Humo Tænaria.*] In hac tua terra
 Laconica. *Exul.*] Nunquam domum re-
 versurus.

275. *Distrita.*] Percussa. *Distrita.*]
 Virgil. 10. *Æneid.*

Tandem etiam magno strinxit de corpore
Turni.

Quæ est significatio levis vulneris. vide
 Serv.

276. *Vulnus.*] Amoris. *Ad ossa.*] In
 medullas.

277. *Hoc mihi nam repeto.*] *Rogolo*
 multi ex scriptis. Vide Notas ad Ep. V.
 vs. 113. *Hoc.*] Ostendit amorem suum
 esse fatalem, quem dicit prædictum tibi
 fuisse à Cassandra sorore sua divinati-
 ce. *Repeto.*] In memoriam reduco.

279. *Parce datum fatis.*] *Lego, ratum*
fatis. sic Cicero lib. VII. Ep. Famil. Gal-
 lo: *Qua emisse te rescribis, non solum mihi*
rata erunt, sed etiam grata. *Heins.* *Parce*
ratum fatis.] Arguit, amorem hunc ne-
 cessarium à fato.

Sic habeas faciles in tua vota Deos. 280
 Multa quidem subeunt : sed coram ut plura loquamur,
 Excipe me lecto nocte silente tuo.
 An pudet, & metuis Venerem temerare maritam
 Castaque legitimi fallere jura tori ?
 Ah nimium simplex, Helene, ne rustica dicam, 285
 Hanc faciem culpa posse carere putas !
 Aut faciem mutes, aut sis non dura, necesse est.
 Lis est cum formâ magna pudicitiae.
 Jupiter his gaudet, gaudet Venus aurea furtis.
 Hæc tibi nempe patrem furta dedere Jovem. 290
 Vix fieri, si sunt vires in semine avorum,
 Et Jovis & Ledaë filia, casta potes.
 Casta tamen tum sis, cum te mea Troja tenebit :
 Et tua sim, quæso, crimina solus ego.
 Nunc ea peccemus, quæ corrigat hora jugalis : 295
 Si modo promisit non mihi vana Venus.
 Sed tibi & hoc suadet rebus, non voce, maritus :
 Neve

280. *Faciles.*] Exorabiles, benignos.
In tua vota.] Ad ea, quæ optaveris.

281. *Subeunt.*] Succurrunt, veniunt
 in mentem, quæ possim scribere.

283. *An pudet ? an metuis ?*] Et metuis
 scripti. sic infra.

Si pudet, & metuis, ne me videre se-
cuta. Heinſius.

An pudet.] Excipere me lecto tuo.

284. *Legitimi.*] Menelai, quem legi-
 timum tibi putas.

285. *Simplex.*] Imprudens.

286. *Hanc.*] Talem, tam pulchram.
Posse carere putas.] Putes tres libri. Heinſ.
 288. *Lis est.*] Pudicitia & pulchritu-
 do non concordaret simul esse possunt.
 Juvenal. *Rara est adeo concordia forma,*
æque pudicitia.

289. *Furtis.*] Adulteriis. Hub.

290. *Hæc.*] Talia. *Iovem patrem tibi.*]
 Quia nisi mater tua, quæ uxor erat Tyn-
 dærei, cum Jove concubisset, non esset
 pater tuus.

291. *Vix fieri.* si sunt vires in semine
Amorum.] si sunt Puteaneus aliique tres.
 pro *Amorum*, decem libri, *avorum*, quod
 placet. ita etiam apud Persium,

— si testiculi una nulla paterni

Viveret in nobis. Heinſius.

Vix fieri.] Latenter ostendit, filios, filia-
 ve trahere mores à parentibus.

293. *Castâ tamen.*] Dicit : Nunc ve-
 lim fallas maritum tuum, sed cum eris
 mecum, sic casta & cum nullo pecces,
 nisi mecum.

295. *Ea peccemus.*] Ea committamus.
Qua hora jugalis corriget.] Id est, quæ
 postea emendabit matrimonium, & fa-
 ciet non esse peccatum. *Qua corriget hora*
jugalis.] Corriget multi ex scriptis. *Scrive-*
rianus & Moreti corrigat. bene. Heinſ.

297. *Sed tibi.*] Arguit commodita-
 tem, quam absentia mariti ei præstat.
Non voce.] Quia non dicit tibi, ut hoc
 facias : sed significat se esse contentum,
 cum me hic præsentem discesserit.

298. *Et*

Neve fui furtis hospitis obstet, abest.
 Non habuit tempus, quo Cressia regna videret,
 Aptius. ô mira calliditate virum! 300
 Ivit, &, Idæi mando tibi, dixit iturus,
 Curam pro nobis hospitis, uxor, agas.
 Negligis absentis (testor) mandata mariti:
 Cura tibi non est hospitis ulla tui.
 Hunc cine tu speres hominem sine pectore dotes 305
 Possè satis formæ, Tyndari, nosse tuæ?
 Falleris: ignorat. nec, si bona magna putaret
 Quæ tenet, externo crederet illa viro.
 Ut te nec mea vox, nec te meus incitet ardor;
 Cogimur ipsius commoditate frui. 310
 Aut erimus stulti, sic ut superemus & ipsum,
 Si tam securum tempus abibit iners.
 Pæne suis ad te manibus deducit amantem.

Uttere

298. *Est abest, &c.*] Id est, ne præsentia sua impediat amorem, & concubium meum tecum.

299. *Cressia.*] Cretenfia. Nam (ut dixi) Menelaus profectus fuerat in Cretam, quo tempore Paris in ejus domo hospitabatur.

300. *O mira calliditate.*] Pro, miræ calliditatis & astutiz. Et est ironia.

301. *Exit & Idæi.*] *Effet* Putaneus mendose. an pro *Hæst*? Multi codices *Fua & Idæi.* Sarravianus *Ibat.* Leidenfis, *Ibit.* *Ipsè abis* plerique scripti. duo *Ille qbit.* quæ ab interpolatoribus sunt. *Heinsius.*

302. *Curam agas.*] Quinque libri *habe.* sed male. Trist. lib. v. El. vii.

— *curamque futuro*

Nominis, melius quod latuisset, ago. Idem. *Hospitis Idæi.*] Parisi Trojani, ab Ida monte Phrygiæ. *Hab.* *Agas curam hospitis.*] Paridem cures. *Pro nobis.*] Loco nostro. *Aur.*

303. *Negligis.*] Quia ei non pares.

305. *Hunc cine tu speras.*] *Speres bene* Lovaniensis. *Heins.* *Sine pectore.*] Id est,

sine sapientia. *Sine pectore.*] Horat. de Tibull.

Tu nunc corpus eras sine pectore.

Et Ovid. Metam. lib. 13. v. 290.

— *rudis & sine pectore niles.*

Cui cor non sapit. Dotes.] Pretium, excellentiam.

306. *Tyndari.*] O Helena.

307. *Nam si bona magna putaret.*] *Nec si veteres.* *Heins.* *Magna bona.*] Scilicet pulchritudinem.

308. *Crederet.*] Committeret.

309. *Ut.*] *Quamvis.* *Mea vox.*] Licet nec verbis meis, nec vehementi meo erga te amore exciteris, tamen debes mihi morem gerere: quia simplex est, & stultus.

310. *Cogimur ipsius commoditate frui.*] *Malim commoditate viri.* *absentis commoditate viri* Gronovianus. probe etiam. *Heins.*

311. *Ut superemus & ipsum.*] Id est, ut simus etiam ipso stultiores.

312. *Iners.*] Id est, sine effectu amoris.

313. *Pæne suis manibus ad te deducit amantem.*

Utere non vafri simplicitate viri.
 Sola jaces viduo tam longâ nocte cubili : 315
 In viduo jacêo solus & ipse toro.
 Te mihi, meque tibi communia gaudia jungant.
 Candidior medio nox erit illa die.
 Tunc ego jurabo quævis tibi numina; meque
 Adstringam verbis in sacra jura tuis. 320
 Tunc ègo, si non est fallax fiducia nostri,
 Efficiam præfens, ut mea regna petas.
 Si pudet, & metuis, ne me videre secuta;
 Ipse reus sine te criminis hujus agar.
 Nam sequar Ægidæ factum, fratrumque tuorum. 325
 Exem-

amantem.] Scribe cum antiquis melioribus,

Para suis ad te manibus deducit amantem. Heinſius.

Amantem.] Mc. Penc.] Quod ſolent facere lenones & lenæ.

314. *Mandantis ſimplicitate viri.*] Non vafri Mentelianus. & ſic pro diverſa lectione Putæaneus. Confirmant iſta Heſenæ,

Simplicis maritur commoditate viri.
 ſic Art. Am. lib. 111.

Qua vaſer eludi poſſit ratione maritus.
Barberinianus non cauti viri. Ut Remed. Am.

Verbaque dens cauto qualibet arte viro.
 Met. 1x.

Non patris aſperitas, non cauti cura mariti.

contra lib. 11. Trift.

Verbaque des ſtulto callida nupta viro.

318. *Candidior.*] Id eſt, erit mihi ita jucunda, ut videatur eſſe lætior medio die.

320. *Adſtringam verbis in ſacra jura meis.*] Scripti plerique tua jura, tua jura, vel tua verba. In Putæaneo verus lectio erat eraſa. *verbis in ſacra jura tuis* videtur ſcribendum. certe in quinque ſcriptis legebatur, *verbis tuis, tuis verbis*, quia tu mihi præſcribes jurisjurandi formulam, qua tibi addicæ. hinc *jurare in alicuius verba*, ſacramentum alicui dicere. Par

huic jurisjurandi formula Amor. l. 111. El. 11.

Per Superos juro teſtes pompæque doctum,

Te dominum nobis tempus in omne peti:
 ſic Cydippe ſe adſtrinxit verbis Acontii in pomo lectis. Ipſe Acontius infra,

Te mihi compoſuiſi (ſi quid tamen egimus) à me

Adſtrinxis verbis ingeniſſus Amor.

Diſſatis ab eo ſeci ſponſalia verbis,

Conſultoque fui juris Amore vaſer.

de jure dixi Epiſtola 111. ſub finem poſſint tamen & ſacra jura ferri pro ſacrat. ut apud Virgilium,

Fas mihi Grajorum ſacrata reſolvere jura.

Heinſius. *In ſacra jura.*] Scil. matrimo-
 nii: id eſt, obligabo me futurum ſemper maritum tuum.

322. *Petas mearegna.*] Id eſt, venias in Trojam.

324. *Ipſe reus.*] Volo omnem culpam hujus facti in me transferri. *Reus ſine te criminis hujus era.*] Agar Voſſianus cum uno Medicæo. ſic Epiſtola Acontii,

Nunc reus infelix abſens agor.

Amor. l. El. 11.

Egit me lacrymis voce ſilente reum.
 Trift.

Et peragat populi publicus ore reus.

Atque ita paſſim. Vulgatam tamen haud damno. Heinſ.

325. *Sequar.*] Imitabor. *Ægidæ.*] The-

Exemplo tangi non propiore potes.
 Te rapuit Theſeus; geminas Leucippidas illi :
 Quartus in exemplis enumerabor ego.
 Troia claſſis adeſt, armis inſtructa viriſque.
 Jam facient celeres remus & aura vias. 330
 Ibis Dardanias ingens regina per urbes :
 Teque novam credet vulgus adeſſe Deam.
 Quaque feres greſſus : adolebunt cinnama flammæ
 Cæſaque ſanguineam victima planget humum,
 Dona pater fratresque, & cum genitrice ſorores, 335
 Iliadeſque omnes, totaque Troja, dabunt.
 Hei mihi ! pars à me vix dicitur ulla futuri.
 Plura feres, quam quæ littera noſtra refert.
 Nec tu rapta time. ne nos fera bella ſequantur;
 Concitet & vires Græcia magna ſuas. 340
 Tot prius abductis, ecquæ repetita per arma eſt?
 Crede mihi, vanos res habet iſta metus.
 Nomine ceperunt Aquilonis Erechthida Thraces :
 Et tuta à bello Biſtonis ora fuit.
 Phaſida puppe novâ vexit Pagafæus Iäſon : 345
 Laſa

Theſci. *Fratrum tuorum.*] Caſtoris & Pollucis.

326. *Propiare.*] Quam fratrum tuorum. *Tangi.*] Moveri, incitari.

327. *Illi.*] Caſtor & Pollux. *Geminas Leucippidas.*] Id eſt, duas filias Leucippidi, ſubandi, rapuerunt.

328. *In exemplis annumerabor ego.*] *Annunmerari exemplis* Latinum eſt. alterum *Latinitas* vix admittit. Subſcribo igitur ſex exemplaribus, quæ *annumerabor* præferunt. niſi malis,

Quartus ut exemplis annumeraretur ego.
 ſic Elegia de Nuce, *annumerare fructus colono.* Heinfius.

329. *Troia claſſis adeſt.*] Puteaneus, Gronovianus & unus Vatic. *Troia* vide Epift. 1. v. 28. *Idem.* *Troia.*] A facilitate. Dixit enim, ſe habere omnia parata. *Hub.*

334. *Plangit.*] Percutit, cum in terram cadet.

336. *Totaque Troja dabit.*] *Dabitur* Hefnienſis & unus Vaticanus. bene. Heinfius.

341. *Ecquæ eſt repetita per arma ?*] *Ecquæ repetita per arma eſt ?* unus Regius. quod utique minus durum. *Idem.*

343. *Aquilons.*] Boreæ. *Hub.* *Erechthidas.*] Thraces Erechthei Athenienſis regis filiam duce Borea rapuerunt, ex quibus nati ſunt Zetus & Calais : ut auctor eſt Diod.

344. *Biſthymis ora.*] Nec tamen Thracium Athenienſes bello moleſtarum, *Ant.*

345. *Phaſida.*] Theſſalicus. à Pagæſo ſinu, unde ſolvit navem. *Pagafæus Iäſon.*] *Pagafæus* bene Puteaneus & Saravianus. ſic noſter alibi ſæpe. *Heinfius.*

Læsa nec est Colchâ Thessala terra manu.
 Te quoque qui rapuit, rapuit Minoïda Theseus:
 Nulla tamen Minos Cretas ad arma vocat.
 Terror in his ipso major solet esse periclo:
 Quæque timere libet, pertimuisse pudet. 350
 Finge tamen, si vis, ingens consurgere bellum.
 Et mihi sunt vires: & mea tela nocent.
 Nec minor est Asiæ, quam vestræ copia terræ.
 Illa viris dives, dives abundat equis.
 Nec plus Atrides animi Menelaus habebit, 355
 Quam Paris; aut armis antefendus erit.
 Pæne puer cæsis abducta armenta recepi
 Hostibus: & causam nominis inde tuli.
 Pæne puer vario juvenes certamine vici.
 In quibus Ilioneus, Deiphobusque fuit. 360
 Neve putes, non me nisi cominus esse timendum:
 Figitur in jussu nostra sagitta loco.
 Num potes hæc illi primæ dare facta juventæ?
 Instruere Atriden num potes arte meâ?
 Omnia si dederis; nunquid dabis Hectora fratrem? 365

Unus

346. *Mann Colcha.*] Exercitu & viribus Colchorum.

347. *Minoïda.*] Ariadnen.

349. *Major periclo.*] Secundum eam sententiam: Pejor est bello timor ipse belli.

351. *Finge.*] Pone, fac.

353. *Copia.*] Multitudo visorum.

354. *Ille.*] Asia.

358. *Causam nominis.*] A robore enim & virtute corporis Alexander postea dictus est, quasi auxiliator vir, ἀντὶ τοῦ ἀνδρός, & ἀλτρυς, id est, auxiliator: quia hostibus armenta abducentibus (ut nunc refert) auxilium suis tulit, & armenta recuperavit.

359. *Vario certamine.*] In Ludis agonalibus. *Hub. Ilioneus Deiphobusque fuit.*] Ilioneus Phorbantis filius fuit: de quo Virgil. Deiphobus ex Priamo & Hecuba natus est. *Ant.*

361. *Nisi cominus.*] Id est, certamine, in quo prope, & manu solum pugnatur.

364. *Non potes arte mea.*] Num potes Puteaneus pro diversâ lectione. quomodo & precedenti versu puto reponendum. Sappho supra,

Num potes, o scopulis undaque ferocior illa,

Si moriar, vitulum mortis habere mea? Trist. lib. 1. El. 111. *Num potes avelli?* ut scribo. *Heins. Mea arte.*] Artem sagittandi & palæstram intelligit. *Ant.*

365. *Nunquam dabis Hectora fratrem!*] *Nunquid* Puteaneus & tres alii. Elegia de Nuce,

Non equidem irideo, nunquid tamen ulla feritur?

Fast. iv. initio.

Sancius an sarrus, nunquid tua signa reliqui?

Ita

Unus is innumeri militis instar habet.
 Quid valeam; nescis: & te mea robora fallunt.
 Ignoras, cui sis nupta futura viro.
 Aut igitur nullo belli repetere tumultu:
 Aut cedent Marti Dorica castra meo. 370
 Nec tamen indigner pro tanta sumere ferrum
 Conjuge. certamen præmia magna movent.
 Tu quoque, si de te totus contenderit orbis,
 Nomen ab æterna posteritate feres.
 Spe modo non timida, Dīs hinc egressa secundis, 375
 Exige cum plenā munera pacta fide.

Ita enim utroque loco ex optimis libris reponendum. Heinſius.

366. *Unus is innumeri militis instar eris.*] Longe elegantius in sex codicibus instar habet. Ep. Phyllidis,

Sed scelus hoc meriti pondus & instar habet.

Pont.

Instar & hanc vitam mortis habere puta.

Art. Am. 1.

— *Improbis meritis instar habet.*

lib. 11.

Hic ergo atque illis vigilatum carmen in ipſas

Forſitan exigui muneris instar habet. sic & ibi codices nonnulli. lib. 111.

Sed tamen Aetnae fulminis instar habet.

Atque ita alii auctores ex optimis frequenter. Idem.

369. *Aut igitur.*] Concludit episto-

lam, inferens ex ſupradictis, quod aut non reperetur bello: aut ſi repetita fuerit, defendetur. & ei erit maxima gloria, quod propter eam Europa & Aſia magno bello certaverit.

370. *Dorica.*] Græca. *Cedent.*] Vincentur.

371. *Nec tamen indigner pro tanta ſumere bellum Conjuge.*] *Sumere ferrum Puteaneus* & multi alii. Scribe præterea, *Nec tamen indigner.* Heinſius.

373. *Contenderis.*] *Certaverit.* De te.] Propter te.

375. *In modo.*] Id eſt, tantummodo. *Egreſſa hinc.*] Domo Menelai, & Lacedæmone.

376. *Exige.*] *Repoſce.* *Palla.*] *Pro-miſſa tibi à me.* *Cum fide plena.*] Id eſt, pleniffime, & ſine fraude, vel ſine dubitatione. *Hubertus.*

EPISTOLA XVII.

ARGUMENTUM.

Helena, lecta Paridis epistola quasi offensa, primum objurget eum. Deinde, ut pudorem tutetur, Paridis ſuaſiones infringere conatur; ita tamen, ne omnino illius amorem negligere videatur. Et ſic aperte oſtendit muliebre ingenium varium eſſe, atque mutabile: juxta illud Ovidii in *Arte amandi*: Forſitan & primo veniet tibi littera triftis, Quæque roget, ne ſe ſollicitare velis. Quod roget illa, timet: quod non rogat, optat ut inſteſ. Poſtremo, *Paridis voluptatem expletura*, ut honeſtius, ita tuius viſum eſt, ſi quid ſit, non litteris mandare, ſed per Chymenen & Æſtram, ſocias fuliffimas agere. Idque cum feciſſent, rebus compoſitis, unà Trojam abierunt. Multi hanc epistolam non eſſe Ovidii contendunt, ſed Sabini.

HELENA PARIDI.

Nunc oculos tua cum violarit epistola nostros;
Non rescribendi gloria visa levis.

Aufus es hospitii temeratis advena sacris

Legitimam nuptæ sollicitare fidem?

Scilicet idcirco ventosa per æquora vectum

Excepit portu Tænaris ora suo?

Nec tibi diversâ quamvis è gente venires,

Oppositas habuit regia nostra fores;

Esset ut officii merces injuria tanti?

Qui sic intrabas, hospes an hostis eras?

Nec dubito, quin hæc, cum sit tam justa, vocetur

Rustica judicio nostra querela tuo.

Rustica sim sane; dum non oblita pudoris :

Dumque tenor vitæ sit sine labe meæ.

Si non est ficto vultus mihi tristis in ore;

15
Nec

P Uteaneus margini adscriptos habet
hos versus initio Epistolæ,

*Si mihi qua legi, Pari, non legisse liceret,
Servarem numeros, sicut & ante,
probe. Heinsius.*

1. *Cum tua epistola.*] Qui conatus es
alienare me ab amore mariti, & ad
tuam sollicitare. *Violarit.*] Læserit.

2. *Non rescribendi.*] Gloria rescriben-
di est visa mihi non levis, id est, non
parva : id est, putavi magnam gloriam
mihi fore, rescribere tibi : quia affecisti
me magna injuria.

3. *Hospitii : sacris.*] Æschyl. Agamemn.
ff. 394.

Ησχυος ἔπιναν τράπεζαν κλοπαῖς
γυναικίς.

Temeratis.] Violatis. *Hub.* *Sacris temeratis.*] Hospitalitatis jura exprimit, quæ
sub Jovis tutela sunt. Veteres quamprim-
um hospites excipiebant, Jovi & diis
aliis sacra facere consueverunt.

4. *Sollicitare.*] Adulterio interpel-
lare. *Fidem legitimam.*] Lege & con-

jugli sponcione firmatam. *Ant.*

6. *Ora Tænaris.*] Portus Laconicus
ad Tænaron promontorium.

7. *Quamvis à gente venires.*] è gente
meliores. *Heinsius.*

8. *Oppositas fores.*] Clausum hospi-
tium.

9. *Esset merces.*] Id est, remuneratio
& præmium. *Tanti officii.*] Id est, Bene-
ficii accepti à nobis.

10. *Sic.*] Ea intentione, ut mihi inju-
riam faceres, & me abduceres. *Ant.*]
Quasi.

11. *Nec dubito.*] Id est, scio, licet ju-
ste de te conquerar, judicabis me tamen
rusticam, & rudem quæ conquerar.

13. *Sim.*] Concedentis est. *Dum.*]
Pro dummodo. *Hubertus.*

14. *Tenor.*] Continens vivendi ratio.
Sine labe.] Culpæ offensâ, aut nota infam-
iæ. *Ant.*

15. *Si non.*] Respondet ei parti, quam
dixit : *Vultu non cætera duro Perlege, sed
forme conveniente tue.*

16. *Nec*

Nec sedeo duris torva superciliis;
 Fama tamen clara est: & adhuc sine crimine lusi:
 Et laudem de me nullus adulter habet.
 Quo magis admiror, quæ sit fiducia cœpto;
 Spemque tori dederit quæ tibi causa mei. 20
 An, quia vim nobis Neptunius attulit heros:
 Rapta semel, videor bis quoque digna rapi?
 Crimen erat nostrum, si delinita fuissẽm.
 Cum sim rapta, meum quid nisi nolle fuit?
 Non tamen è facto fructum tulit ille petatum: 25
 Excepto redii passa timore nihil.
 Oscula luctanti tantummodo pauca protervus
 Abstulit: ulterius nil habet ille mei.
 Quæ tua nequitia est, non his contenta fuisset.
 Dî melius! similis non fuit ille tui. 30
 Reddidit intactam; minuitque modestia crimen:
 Et

16. *Nec sedeo.*] *Videor* Puteaneus pro diversa lectione & sex alii. quod placet. nam *sedere* quem hic locum habeat non video. Idem *vixi* pro *lusi* diversa itidem lectione sequenti versu. ut & alii multi. sed *lusi* præstat. quod verbum est amatorium, ut dicemus alibi. ita Græci suis *παίδων* & *ἀποδιδράξαν* utuntur. Ipsa Helene mox,

Lude sed occulte.

In Amoribus,

Ludent formosa: casta est quam nemo rogavit.

Propercius de Thaide,

In qua populus lusi *Erichonius*. Heins. *Torva.*] *Terribilis. Superciliis.*] Quibus ostenditur severitas, & superbia.

17. *Lusi.*] Id est, fui læta, & jocata sum: salva tamen pudicitia mea. *Lusi.*] Sic Ter. Eunuch.

— & quia confusilem luserat

Iam olim ille ludum.

18. *Laudem de me.*] Ut possit se iactare de concubitu meo.

21. *Vim nobis Neptunius intulit heros.*] *Attulit* Puteaneus cum prima editione & Scriptis plurimis. Art. Am. lib. 1. ex

codicibus scriptis:

Vim passa est Phæbe, vis est allata forori. Cicer. Philipp. 11. *Ut illa (credo) nefaria senatus consulta ferent, vim adfererent Senatui.* *Emilius Probus* vita Dionis, *Nam celeri rumore delato Dionii vim allatam multi concurrerant.* sic & adferre sibi manum, quod inferre alii. *Petronius,* *sicut eram sine gladio in lectulum decidi, & attulisset mihi damnatas manus.* quomodo & *Probus* vita *Timoleontis.* Heins. *Neptunius heros.*] Id est, *Theſcus* nepos *Neptuni.* *Attulit vim.*] Qui me rapuit per vim.

23. *Delinita.*] Id est, *Blanditiis capta,* & illeſta. *Erat nostrum crimen.*] Id est, fuisset mea culpa.

24. *Rapta.*] *Violenter abducta.* *Quid fuit mea.*] Id est, quid potuit imputari mihi. *Nisi nolle.*] Id est, quod nolui, & voluntas mea non adfuit.

25. *E facto.*] Id est, ex rapina. *Petatum.*] *Desideratum.*

30. *Dî melius.*] *Voluerunt & confuſuerunt mihi. Similitui.*] Ita *protervus* & *libidinosus* ut tu es.

31. *Reddidit intactam.*] *Nec defuerunt tamen,*

Et juvenem facti poenituisse patet.
 Theſea poenituit, Paris ut succederet illi;
 Ne quando nomen non fit in ore meum?
 Nec tamen irascor: (quis enim succenset amanti?) 35
 Si modo, quem præfers, non simulatur amor.
 Hoc quoque enim dubito. non quod fiducia deſit,
 Aut mea fit facies non bene nota mihi:
 Sed quia credulitas damno solet eſſe puellis;
 Verbaque dicuntur veſtra carere fide. 40
 At peccant aliæ; matronaque rara pudica eſt.
 Quid prohibet raris nomen ineſſe meum?
 Nam mea quod viſa eſt tibi mater idonea; cujus
 Exemplo flecti me quoque poſſe putes:
 Matris in admiſſo falſa ſub imagine luſæ 45

45
Error

tamen, qui Iphigeniam ex Helena Theſeique concubitu fuiſſe proſtatam aſſe-
 verant. Vide Antonium Liberalem
 Metamorphoſ. xxvii. & Pauſaniam in
 Corinthiacis. Heinfius. *Modestia.*] Ipſius
 Theſei. *Minuſque crimen.*] Culpam ra-
 pinæ.

33. *Theſea poenituit.*] Interrogative
 legendum eſt, quaſi dicat, an ideo poeni-
 titur, ut tu poſtea me raperes. *Hub.*

34. *Ne quando nomen.*] Ut ſemper
 ſiniſtro rumore in hominum ore verſet.
Ant. *Nomen non fit in ore meum.*] Scili-
 cet populi. *Heinf.*

35. *Nec tamen irascor.*] Ecce more
 muliebri jam incipit conciliari Paridi,
 & ei blandiri. *Quis.*] Niſi ſtultus &
 ſtulta. *Quis enim ſuccenſet amanti.*] Ira-
 ſcetur Scriverianus. Lego irascatur, ve-
 nuſta repetitione, de quo Ep. vi. v. 29.
 Statius Sylv. lib. iv. ad Julium Mene-
 cratem,

*Iraſcorque etiam, quantum irascuntur
 amantes.* Heinfius.

36. *Præfers.*] Oſtendis. *Non ſimula-
 tur.*] Id eſt, non eſt fictus.

39. *Credulitas.*] Facile credere. Mul-
 tz enim propter hoc ſæpe decipiuntur.
Carere fide.] Terent. *Fidelem haud ſerme
 mulieri invenias virum.*

41. *At peccant.*] Qui dixerat. *Lu eſt
 cum forma magna pudicitia:* dicit ſe velle
 eſſe inter raras, id eſt, inter eas, quæ ſer-
 vant pudicitiam.

42. *Quis prohibet.*] *Qui Putancus.*
 Scribe, *Quid prohibet.* vide Notas Ep. x.
 v. 88. *Heinf.*

43. *Nam mea.*] Quia Paris dixerat,
*Hac tibi nempe patrem furia dedere Io-
 vem:* ad hoc reſpondet, matrem poſſe
 excuſari, quia decepta ſit: ſe vero nullam
 poſſe habere excuſationem impruden-
 tiz. *Hubert.* *Idonea.*] Apta, digna. *Ter.*
Andr. 4. 5.

*Adeon, videmur vobis eſſe idonei,
 In quibus ſic illudatis.*

Plaut. *Aulul.* 2. 2. v. 74.

*Video hercle ego te me arbitrari, Euclio,
 hominem idoneum,*

— *Quem ſenectia aſe ludas facies, haud
 merito mea.*

Et Ter. *Heaut.* 4. 3.

— *dignam me putas, quam illudas.*

45. *Falſa ſub imagine.*] Falſa forma,
 ſpecie.

— *pulcræque Deamo ſub imagine ponit.*
Metam. 2. verſ. 806. *Et Virgil.* 7. *Æ-
 neid.*

— *curvam ſervatus ſub imagine ſalcem.*
Vide Clariff. *Gronov.* *Obſervat.* lib. 2.

c. 15.

Error inest: pluma tectus adulter erat.

Nil ego, si peccem, possum nescisse, nec ullus

Error, qui facti crimen obumbret, erit.

Illa bene erravit, vitiumque auctore redemit.

Felix in culpa quo Jove dicar ego?

50

Quod genus & proavos, & regia nomina jactas:

Clara fatis domus hæc nobilitate sua.

Jupiter ut foci proavus taceatur, & omne

Tantalidæ Pelopis Tyndareique decus;

Dat mihi Leda Jovem cycno decepta parentem;

55

Quæ falsam gremio credula fovit avem.

I nunc, & Phrygiæ latè primordia gentis,

Cumque suo Priamum Laomedonte refer.

Quos ego suspicio. sed, qui tibi gloria magna est

Quintus, is à nostro nomine primus erit.

60

Sceptrum

c. 15. *Sed falsa imagine.*] A Jove, qui falso se cygnum simulavit.

47. *Nil ego, si peccem, possum nescisse.*] *Possim duo codices. possum Argentinus. Heinsius.*

48. *Obumbret.*] Specioso aliquo nomine prætexat culpam.

50. *Felix in culpa quo Jove dicar ego.*] Sententia est: Mater vitium suum excusare potest magno nomine Jovis: ego vero, si peccem, quem Jovem habeam, quem prætereundum possum culpæ mez. *Felicem in culpa vocat, quæ culpam suam defendere possit. Micyl.*

51. *Es genus & proavos.*] *Quod genus* scribe ex codicibus sex aut septem, quo alii plures alludunt, in quibus *Quid genus.* Noster Met. ix.

Nam quod te jactas Alcmena matre creatum,

Isipiter aut falsus pater est, aut crimine verus.

& infra hæc eadem Epistola,

Quod bene te jactas & fortia falsa recenses,

A verbis facies diffidat illa suis.

quomodo illic ex fide optimorum codicum scribendum.

Lib. iv. Pont. El. 11. ex scriptis exemplaribus,

Scylla feris trunca quod latrat ab inguine monstris,

Hemiocha nautis plus nocuere rates.

Heinsius.

52. *Domus hac.*] Quæ te hospitio suscepit, quam tu contemnere videris. *Nobilitate.*] Antiquitate generis.

53. *Proavus foci.*] Id est, Atrei. Diximus supra.

54. *Tyndareique genus.*] *Dacus* Puteaneus. pro diversâ lectione. quod probum est. nam genus paulo ante præcesserat. Heinsius.

57. *I nunc.*] Quasi dicat, frustra jactas genus tuum.

58. *Priamo Laomedonta.*] *Priamum* *Laomedonte* Puteaneus & Leidenfis. Sequenti versu Tò est Gronovianus non agnoscit, ut omnia referantur ad Tò erit. Heinsius.

59. *Suspicio.*] Veneror. Sed qui tibi gloria etc.] Sed is quo tu potissimum gloriaris.

60. *A nostro sanguine primus erit.*] Namine Puteaneus & multi alii. quod verum est. nomen pro genere. qua de re non

Sceptra tuæ quamvis rear esse potentia Trojæ,
Non tamen hæc illis esse minora puto.

Si jam divitiis locus hic numeroque virorum
Vincitur: at certe barbara terra tua est.

Munera tanta quidem promittit epistola dives.

65

Ut possint ipsas illa movere Deas.

Sed si jam fines vellem transire pudoris;

Tu melior culpæ causa futurus eras.

Aut ego perpetuo famam sine labe tenebo;

Aut ego te potius quam tua dona sequar.

70

Utque ea non sperno; sic acceptissima semper

Mu-

nonnihil jam dictum est ad Epist. II.
v. 50. sic apud Virgilium lib. III. Georg.

— demissaque ab Iove gentis

Nomina Trojæque parens & Troia Cym-
thius auctor.

Idem eodem libro,

Neptunique ipsa deducat origine nomen.

Quomodo in veteritimo Pierii Valeria-
ni codice legebatur. Vulgati gentem. &
lib. XII.

Ille Talon Tanaimque naci sortemque
Cætegyrum

Tres uno congressus, & moxsum mittit
Onyten

Nomen Echionium.

ubi vetustissimus noster Medicæus No-
mine. quamquam & nomen recte se habet:
ut sit Græcismus, quomodo apud no-
strum in Fastis Grajus uterque genus, pro
genere. Heinsius.

61. Sceptra.] Responder ad id quod
dixerat: Sceptra parens Asia, qua nulla
potentior ora est, &c. Potentia Troja.]
Terra vel Troja Puteaneus. Heinsius.

62. Hæc.] Nostra Græcia. Hub.

65. Epistola dives.] Quæ divitiis pol-
licetur.

67. Fines pudoris.] Quibus termina-
tur honestum. Quanto præclarius Pene-
lope de suo Ulyssæ, quem absentem ca-
stè expectabat; Odyss. Σ. v. 253.

Ἐπὶ κείνῃ γ' ἔλθων τὸν ἑμὸν βίον ἀμ-
φιστολύσεις,

Μεῖζόν κε ἀλλ' εἴμ' ἑμὸν, καὶ κεί-
νον ἔτα.

68. Tu major culpa causa.] Tu melior
Puteaneus & alii quidam. sic alibi.

Causa mea est melior. Heinsius.

Tu melior causa.] Tua causa, non ob di-
vitiis flecterer.

71. Sic acceptissima semper Munera
sunt.] Acceptissima quondam Gottorpha-
nus, eleganter mehercules, pro quando-
que, aliquando, nonnunquam. ut in il-
lis Maronis,

Quondam etiam vultis redit in prælor-
dia virtus.

Idem Virgilius,

Qualis in Emboico Bajarum littore quon-
dam

Saxea pila cadit.

& in Georgicis lib. III.

Ut quondam in stipulis magnus sine viri-
bus ignis

Incaustum fuerit.

lib. IV.

Frigidus ut quondam silvis inermemuræ
Anser.

Noster lib. I. Art. Amat.

Scilicet ut pudor est quondam capissa
priorum,

Sic alio gratum est incipiente pati.

Ita veteres libri. lib. II. Trist. ut legen-
dum puto ex vestigiis membrarum,

Ipsa suo quondam pondere tota ruit.

Falt. II.

Sed

Munera sunt, auctor quæ pretiosa facit.
Plus multo est, quod amas; quod sum tibi causa laboris
Quod per tam longas spes tua venit aquas.
Illa quoque, apposita quæ nunc facis, improbe,
mensa, 75

(Quamvis experiar dissimulare) noto.
Cum modo me spectas oculis, lascive, protervis;
Quos vix instantes lumina nostra ferunt:
Et modo suspiras: modo pocula proxima nobis
Sumis; quaque bibi, tu quoque parte bibis. 80
Ah quoties digitis, quoties ego tecta notavi
Signa supercilio pæne loquente dari!
Et sæpe extimui, ne vir meus illa videret:
Non fatis occultis erubique notis.

Sæpe

*Sed tremet, ut quondam stabulis depre-
sa relictis*

Parva sub insecto cum jaces agna lupo.

Elegia in Mortem Drusi,

*Liquitur, ut quondam Zephyris et soli-
bus ista*

Solentur tenera vere repente nives.

Met. lib. VIII.

— sic rustica quondam

Fistula disparibus paulatim surgit arenis.
lib. IX.

*Ipsæ eror, gelido cœu quondam lamina
candens*

Tincta lacu stridet.

ita & olim. Fast. III.

— ut olim

Amisso dubia Rœge vagantur apes.

Plura loca ex aliis auctoribus poterant
adduci, nisi hæc sufficerent. Heinsius.
Auctor munera facit pretiosa.] Sic Ter.
Eunuch. 3. 1.

— Lata est, non tam ipso quidem

*Dono, quam ab te datum esse: id vero
serio*

Triumphat.

73. Plus multo quod amas.] Magis tuo
amore, quam divitiis ad amandum mo-
veor.

74. Spes tua.] Quæ est, ut me abducas
conjugem. Per longas aquas.] Ex Troja
per Hellespontum in Laconiam usque.

75. Illa quoque apposita.] Amoris si-
gna, quæ Paris dederat, recenset: ut à
causa arguat, se allici posse ad amandum.
Improbe.] Improbum dicimus, qui in pe-
tendo audacior. Improbe.] Utitur verbo
medix significationis: pro audaculo.
Æneid. 12. — improbus advena. Sic
improbus amor. 4. Æneid. Improbus anser.
Improbus anguis.] Georg. Labor impro-
bus. Georg. 1. pro indefesso, assiduo. Vi-
de epist. 12. v. 57.

77. Tu modo me spectas.] Scripti ple-
rique, Cum modo me spectes. Sed lege
Cum spectas. alioquin sequenti versu Su-
spires & sumas & bibas quoque sit emen-
dandum. Heinsius.

78. Instantes oculi.] In me defixi: &
quasi procantes. Virgil. 1. Æneid.

— Obviusque hæret defixus in uno.

79. Et modo suspiras.] Nam ipse dixit,
Sæpe dedi gemitus.

82. Supercilio pene loquente.] Id est, ita
declarante animum tuum, ac si locutus
esses.

13 Et sæpe extimui.] Malo Ut sæpe
extimui! Heinsius.

85. Eni-

Sæpe vel exiguo, vel longo murmure dixi,
Nil pudet hunc. nec vox hæc mea falsa fuit.

85

Orbe quoque in mensæ legi sub nomine nostro,
Quod deducta mero littera fecit, AMO.

Credere me tamen hoc oculo renuente negavi.

Hei mihi! jam didici, sic quoque posse loqui.

90

His ego blanditiis, si peccatura fuisset,

Flecterer: his poterant pectora nostra capi.

Est quoque (confiteor) facies tibi rara: potestque

Velle sub amplexus ire puella tuos.

Altera vel potius felix sine crimine fiat,

95

Quam cadat externo noster amore pudor.

Disce meo exemplo, formosis posse carere.

Est virtus placitis abstinuisse bonis.

Quam multos credas juvenes optare, quod optas,

Qui sapiant? oculos an Paris unus habes?

100

Non tu plus cernis. sed plus temerarius audes.

Nec tibi plus cordis, sed magis oris inest.

Tunc

85. *Exiguo murmure.*] Tenui & submissa voce, ne audiret. *Vel longo murmure dixi.*] *Vel nullo* Putaneus. sed nihil accedo. Fast. IV.

Mira canam: longo tremuit cum murmure tellus.

alibi,

Ex longum Getico murmur in ore fuit.

Heinsius.

86. *Hunc.*] Paridem.

87. *Nec vox fuit falsa.*] Id est, & vera dixi.

88. *Deducta.*] Expressa. Ovid.

Verba legas digitis, verba notata mero.

89. *Renuente.*] Nuru tibi respondente & negante.

90. *Sic quoque posse loqui.*] Sic ego Putaneus & Regius. Heinsius.

91. *Si fuisset peccatura.*] Id est, si voluisset fallere fidem conjugii.

93. *Rara.*] Cui similis vix alia reperitur. *Aut. Est quoque.*] Respondet ad id, quod dixit: *Nec puro collatus forma Memelæus & amnis, Indica se, no-*

bis antefereendus eris.

95. *Altera sed potius.*] *Vel potius* iidem. pro vel altera, quamvis altera & Tò vel miram habet hic ἡμῶν. quasi occulte innuat se invitâ alteram fore felicem. Heinsius. *Felix.*] Quæ habeat talem maritum, qualis tu es. *Altera.*] Quæ non sit nupta.

67. *Meo exemplo.*] Quæ licet non habeam matitum pulchrum: tamen eo sum contenta. *Hub.*

99. *Quam multos credis juvenes optasse, quod optas.*] *Credas* duo libri. bene. deinde optare est in scriptis plerisque melioribus. Heinsius. *Quod optas.*] Multi proci conspirant cum tuo desiderio, & formam meam expectant.

100. *Oculos an Paris unus habes.*] *An* *Pari* solus habet unus Vaticanus. Heinsius.

102. *Sed minus oris adest.*] *Magis oris* non pauci ex scriptis. sic Trist. lib. I.

— vel, si satis oris habebis, *OEdipodas facito Telegonidæ voces.*

& Amol. lib. II. El. I.

Ausim

Tunc ego te vellem celeri venisse carina,

Cum mea virginitas mille petita procis.

Si te vidissem, primus de mille fuisses.

105

Judicio veniam vir dabit ipse meo.

Ad possessa venis præceptaque gaudia ferus.

Spes tua lenta fuit: quod petis, alter habet.

Ut tamen optarem fieri tibi Troia conjux,

Invitam sic me nec Menelaus habet.

110

Define molle, precor, verbis convellere pectus:

Neve mihi, quam te dicis amare, noce.

Sed sine, quam tribuit sortem Fortuna, tueri:

Nec spoliū nostrī turpe pudoris habe.

At Venus hoc pacta est: & in altæ vallibus Idæ 115

Tres tibi se nudas exhibuere Deæ:

Una-

Ansus eram (memini) calastia dicere bella,

Coniugantemque Gygen, & satis oris erat.

sed es pro pudore hic sumitur diverso nonnihil sensu. *inest* etiam duo codices: quatuor alii habet. Idem. *Cordis.*] Intellectus. *Minus oris.*] Minus veseundat.

107. *Ad possessa.*] Ad ea gaudia, quæ aliorum sunt. *Præcepta.*] Occupata. *Præceptaque gaudia ferus.*] *Præceptaque* Puteaneus aliique non pauci ex præstantioribus. Elegia in Mortem Drusi.

Fingebat reducem, præceptaque mentis fovibus

Gaudia

nostræ Met. xi. ut scripti quidam,

Phabus, amant simulat, præceptaque gaudia sumit.

sic & Fastor. iv. ex optimis codicibus,

Tosta suis tellus præcipiturque fores.

Virgilius lib. x. ex longe veterrimo codice Medicæo,

Haud tamen audaci Turno fiducia cessit Littora præcipere, & venientes pollere terrâ.

si hæc præceperis æstas apud eundem in Bucolicis. Heinf. *Præceptaque gaudia.*]

Jam ante percepta. Item, animo præoccupare.

Vilberiam animo præceperant. Cæf.

— *Spe jam præcipit hostem. Virgil.*

109. *Ut tamen.*] Quamvis libenter fuisset ejus conjux, si venisset in tempore: tamen non est sic invita & male cum Menelao, ut nunc optet esse conjux Paridis. *Fieri tua Troica conjux.*] *Troica* Puteaneus, quatuor alii *Troia.* bene. dictum Epistola i. veterrima editio & tres scripti fieri tibi. etiam probe. *Heinsius.*

110. *Non Menelaus.*] *Nec Menelaus* Puteaneus & sex alii. *Idem.*

111. *Convellere.*] Commovere, labefactare. *Molle.*] Muliebre, & per consequens mutabile.

113. *Fortuna tueri.*] Vel natura Puteaneus. quomodo & alii complures. *Heinsius.*

116. *Exhibere Dea.*] *Exposcere* non minus eleganter Moreti alter. ut Art. Am. lib. iiii.

Nec tamen exposcas morsa deprendas amator

Pyxidas.

mox Tynderidos prior Moreti. sic. *Æolidos* & similia. Græco more. *Heinsius.*

118 *Tyr-*

Unaque cum regnum, belli daret altera laudem,
Tyndaridos conjux, tertia dixit, cris.

Credere vix equidem cælestia corpora possum
Arbitrio formam supposuisse tuo.

120

Utque sit hoc verum; certe pars altera ficta est,
Judicii pretium qua data dicor ego.

Non est tanta mihi fiducia corporis, ut me
Maxima teste Deâ dona fuisse putem.

Contenta est oculis hominum mea forma probari: 125
Laudatrix Venus est invidiosa mihi.

Sed nihil inficior: faveo quoque laudibus istis.

Nam mea vox quare, quod cupit, esse neget?
Nec tu succense nimium mihi creditus ægre.

Tarda solet magnis rebus inesse fides. 130
Prima mea est igitur Veneri placuisse voluptas:

Proxima, me visam præmia summa tibi:

Nec te Palladios, nec te Junonis honores
Auditis Helenæ præposuisse bonis.

Ergo

118. Tyndaridos.] Helenæ.

119. Cælestia numina possum.] Corpora scripti plerique, & primæ editiones. nos Met. xv.

— tantaque videbor

In quantum verti cælestia corpora debent.

Pont. II. El. VIII.

Felices illi, qui non simulacra, sed ipsos;

Quique deum coram corpora vera vident.

Virgilius,

Hac adeo ex illo mihi jam speranda fuerunt

Tempore, cum ferro cælestia corpora damens

Appetii.

Heinsius.

121. Utque sit hoc verum.] Esto, quod iudicaris de illarum forma.

122. Pretium iudicii.] Nego, Venerem præmium victoriæ tibi me proposuisse. Dicar ego.] Dicor meliores, & Non est tanta mihi fiducia pro mei proxi-

mo versu iidem. Val. Flaccus, lib. III.

— Nec parva mihi fiducia gentis.

Heinsius.

123. Fiducia corporis.] Formæ.

127. Sed nihil infirmo.] Glossa Putcani libri, id est, vituperio. libri multi infirmo. quomodo & Jureti Excerpta. infirmo Palatinus. an infirmulo scribendum? ut Epist. vi.

Criminibus falsis infirmulare virum.

& Amor. lib. II. El. VII.

Nunc temere infirmulas.

duo alii offendo. forte pro offendor. Unus Lovanienlis & Vaticanus cum Hafnienli inficior. etiam concinne. Heinf. Faveo.] Assentior & græcæ sunt mihi tuz laudes. Ant.

121. Quod cupit esse.] Scil. pulchra.

129. Nec in.] Quod iudicio Veneris ego sum existimata pulcherrima.

134. Auditis Helenes.] Helena scripti & veteres editiones. Heinf. Bonus auditis Helena.] Id est, Pulchritudini meæ, quam nunquam videras.

135. Ego

Ergo ego sum virtus? ego sum tibi nobile regnum? 135

Ferrea sim, si non hoc ego pectus amem.

Ferrea, crede mihi, non sum : sed amare repugno

Illum, quem fieri vix puto posse meum.

Quid bibulum curvo proscindere littus aratro,

Spemque sequi coner, quam locus ipse neget? 140

Sum rudis ad Veneris furtum : nullâque fidelem

(Dî mihi sunt testes) lusimus arte virum.

Nunc quoque, quod tacito mando mea verba libello,

Fungitur officio littera nostra novo.

Felices, quibus usus adest ! ego nescia rerum 145

Difficilem culpæ suspicor esse viam.

Ipse malo metus est. jam nunc confundor, & omnes

In nostris oculos vultibus esse reor.

Nec reor hoc falsò. sensi mala murmura vulgi :

Et

135. *Ego sum virtus, &c.*] Me pro virtute, me pro regno, quod à Junone promittebatur, accepisti.

136. *Ferrea.*] Dura, inhumana. Si non amem hoc pectus.] Id est, talem animum tuum. *Hab.*

136. *Sed amare recusæ.*] Puteaneus & reliqui majori ex parte repugno. Spartianus in Caracalla, Severus dicitur animo voluisse ut & hanc occideret, nisi repugnassent praefecti ejus & viri graves. sic contra, Vivere pugno Epistola Laodamiz. Fast. 11.

Et solida ramos figere pugnat humo.

In lbide,

Naufragii tabulas pugnat habere mei.

Rem. Am.

Pugnat in adversas ire natator aquas.

Met. v.

Natator ille quidem, pugnatque resurgere saepe.

Quicquid turbant veteres libri iis locis.

Adi. Notae Fast. 111. v. 307. *Heins.*

138. *Vix pote.*] Dubio sermone usa est, ne omnino amantem excludere videretur, demum in illius sententiam concessura. *Aut.*

140. *Locus ipse neget.*] Neget duo scri-

pti. & mox sunt testes plurimi, non sunt. Similis diversitas Met. ix.

— omnia feci

(Sunt mihi Dî testes) ut tandem sanior esset. *Heinsius.*

Quam locus ipse neget?] Nulla enim spes segetis à bibulo litoro. Virgil. 4. *Aeneid.*

— Cui litius arandum.

Sic etiam video exiguum spem, nec commodum amoris tui exitum.

141. *Veneris furtum.*] Vide Epistol. Leandri v. 54.

142. *Lusimus.*] Decepimus.

143. *Nunc quoque.*] Dicit se nunquam ante scripisse ad alium. *Tacito libello.*] Secretæ epistolæ. *Novo.*] Inusitato.

145. *Usus.*] Id est, Experimenta, & exercitatio. *Nescia.*] Imperita.

147. *Ipse meus est malo.*] Id est, Timor jam nocet mihi. *Lam nunc.*] Antequam peccem.

148. *Omnes oculos esse in nostris vultibus.*] Et dicere: Hæc est, quæ maxime decepit, quæ est adultera.

149. *Mala murmura.*] Rumorem levum. Etiam pro secundo fremitu Virgil. 5.

— magnoque virum se murmuris tollis.

Q

151. *Nisi*

Et quasdam voces rettulit Æthra mihi. 150
 At tu dissimula : nisi si desistere mavis.
 Sed cur desistas? dissimulare potes.
 Lude, sed occulte. major, non maxima nobis
 Est data libertas, quod Menelaus abest.
 Ille quidem procul est, ita re cogente, profectus. 155
 Magna fuit subitæ justaque causâ viæ.
 Aut mihi sic visum est. ego, cum dubitaret an iret,
 Quamprimum, dixi, fac rediturus eas.
 Omine lætatus dedit oscula : Resque, domusque,
 Et tibi sit curæ Troicus hospes, ait. 160
 Vix tenui risum. quem dum compescere luctor,
 Nil illi potui dicere, præter, Erit.
 Vela quidem Creten ventis dedit ille secundis.
 Sed tu non ideo cuncta licere puta.
 Sic meus hinc vir abest, ut me custodiat absens. 165
 An nescis longas Regibus esse manus?
 Fama quoque est oneri. nam quo constantius ore

Lau-

151. *Nisi si desistere mavis.*] Libri veteres magna ex parte *nistm.* alii, *nisi te*, *si non*, *nisi me*, *nisi jam*. &c. familia. At Putaneus vulgatis accedit. recte. Vide Notas ad Epist. IV. M. III. Heins.

153. *Non maxima.*] Quoniam quamvis absit, non tamen omnia audere licet, Custodem sibi appositum significat. *Ans.*

156. *Magna causa.*] Ea erat, ut dividerentur in Creta Atrei bona.

157. *At mihi sic visum est.*] *At mihi sic visum est* plerique scripserunt. Putaneus & Leidenlis, *Aut mihi sic visum est.* vere, quod & Douze ardebat. simile mendum insedit codices Valerii Flacci libro 1. quod miror vitis eruditiss non animadversum,

At quibus arvarum studium atque insantis aratri,

Hos stimulant, magnaque ratem per lustra viasque

Visi laude canunt manifesto in lumine Fanni.

sic scribe. Perperam *inssi* nunc circumfertur. Virgiliana illa respexit ex lib. 1v.

— ipse deum manifesto in lumine vidi. Heinsius.

160. *Et tibi sit cura.*] Smt unus Farnesianus. puro etiam *Troius hospes.* vide Notas ad Ep. 1. *Idem. Sit tibi cura.*] Et hoc est, quod dicit, *Curam pro nobis hospitii uxor agas.*

164. *Sed tu non ideo.*] Adeo Putaneus. Heinsius.

166. *An nescis longas regibus esse manus.*] Paroemium Græcum, *Μακρὰν τρυφήν χεῖρας.* vide Apostolium. *Idem.*

167. *Fama quoque.*] Dicit se etiam terri metu infamiz : ne dicatur adultera, quod derelicto marito legitimo, secuta sit amatorem. *Est oneri.*] Id est, Affert onus & difficultatem. *Vestro ore.*] Id est, Verbis omnium virorum. *Inssis eo.*] Quanto enim aliqua mulier magis laudatur, tanto magis de ea timendum est. *Ans.*

169. *Que*

Laudamur vestro, justius ille timet.
 Quæ juvat, ut nunc est, eadem mihi gloria damno est:
 Et melius famæ verba dedisse foret. 170
 Nec, quod abest, hic me tecum mirare relictam:
 Moribus & vitæ credidit ille meæ.
 De facie metuit, vitæ confidit: & illum
 Securum probitas, forma timere facit.
 Tempora ne pereant ultro data præcipis; utque 175
 Simplicis utamur commoditate viri.
 Et libet, & timeo; nec adhuc exacta voluntas
 Est satis. in dubio pectora nostra labant.
 Et vir abest nobis; & tu sine conjuge dormis;
 Inque vicem tua me, te mea forma capit: 180
 Et longæ noctes: & jam sermone coimus:
 Et tu (me miseram!) blandus: & una domus.

Et

169. *Quæ juvat.*] Latenter inquit, quod libenter peccaret, si auderet. *Nunc est.*] Id est, honesta, ut nunc est. *Est mihi damno.*] Quia injicit mihi ruborem faciendi quod à me petis.

170. *Et melius foret.*] Id est, Utilius mihi esset. *Dedisse verba famæ.*] Id est, Decepisse ipsam famam: & me non esse talem, qualem fama prædicat. *Verba dedisse fuit.*] Nonnulli foret. Heinſ.

173. *De facie metuit.*] Id est, Pulchritudo mea facit illum suspicari de me: sed vita cognita honesta jubet confidere.

175. *Tempora ne pereant.*] Ad id quod dixerat Paris: *Cogimur ipsius commoditate frui.* *Hub. Præcipis.*] Suades ob temporis opportunitatem. *Ant.*

177. *Exacta voluntas.*] Plerique voluptas cum putaneo frustra. Heinſius.

178. *In dubio pectora nostra labant.*] In bivio videtur scripsisse Ovidius. Remedio Amoris,

Ut tunc in bivio distineatur Amor.

Val. Flaccus libro v. vs. 394.

Quem petis Eeten: genitor meus: ipsaque juxta

Mania. Et ut bivias possu discernere calles,

Hac adeo duce carpe viam.

ita torus locus castigandus. Nam Carionis liber vivos calles. Vulgati veros. Festus Avienus Orbis descriptione,

Hac Asia dixeret fores: hinc ore quod illo

Porta, quasi & longas bivium discedas in oras.

Ita & illic ex veteri codice scribendum. Sic portarum in bivio apud Statium Thebaidos i. & bivio fauces Virgilio. Videtur autem adagium hoc Ovidianum alludere ad bivium Pythagoricæ literæ vitæ humanam complexum. quo & respexit Persius istis,

Cumque iter ambiguum est, & vita nescius error,

Diducit trepidas ramosa in compita mentes.

Heinſius.

179. *Et vir abest.*] Commoditates repetit ex sententia Paridis: ut facile ostendat, se ituram in ejus sententiam. *Ant. Abest nobis.*] Similem elegantiam sæpe in Comicis invenies. Ubi nobis *Æschinus* fuer. Ter. & alibi.

180. *Invicem.*] Vicissim: id est, Tu me amas, & ego te.

Q 2

183. *Et*

Et peream, si non invitant omnia culpam.

Nescio quo tardor sed tamen ipsa metu.

Quod male persuades, utinam bene cogere possis! 185

Vi mea rusticitas excutienda fuit.

Utilis interdum est ipsis injuriâ passis.

Sic certe felix esse coacta velim.

Dum novus est, potius cœpto pugnemus amori :

Flamma recens parva sparsa resedit aqua. 190

Certus in hospitibus non est amor. errat, ut ipsi :

Cumque nihil speres firmius esse, fuit.

Hypsipyle testis, testis Minoia virgo est ;

In non exhibitis utraque quæsta toris.

Tu

183. *Et peream, si non invitent.*] *Invitant* scripti. præterea Gronovianus *Ut peream*. quomodo Catullus,

Impiter ut Chalybes omnes genus pereas.

& Claudianus,

Ut pereat, quicumque tuis conflixerit armis? Heinsius.

185. *Quod male persuades.*] *Bene* Argentinus, non *male*. ut jam se quodammodo persuasam esse agnoscat. *Idem.* *Persuades.*] Tua epistola, & rationibus adscriptis. *Hmb. Male.*] Non honeste, vel vix. *Bene.*] Honestatis specie.

186. *Sic mea rusticitas excutienda foret.*] *Puteaneus Vinea.* & *fuit.* *Barberinianus & Argentinus, Ut fuit.* *Scripti plerique Ut foret.* Adde unam litteram *Puteaneæ* lectioni, & habebis veteram scripturam hoc modo.

Vi mea rusticitas excutienda fuit.

Simile mendum ablatum est mea opera ex lib. vi. Met. sub finem. Ubi Boreas,

Apta mihi vis est, vi tristia nubila pello, Vi freta concutio, nodasque robera verto, Induroque nives, & terras grandine pulso.

Ita enim iste locus constituendus, qui vulgo mendosissimus circumferitur : vide quæ illic notamus. *Heinsf. Rusticitas.*] Timiditas, & in amore diffcultas.

187. *Utilis.*] Quoniam culpam dilgere possunt. *Ant.*

188. *Ego velim coacta esse felix.*] *Id* est, *Cogeret* habere ea bona, quæ mihi promittis; & per te mihi contingere possunt. *Felix ipsa coacta forem.*] *Felix* esse primæ editiones & scripti plerique. *Heinsius.*

182. *Dum novus est.*] Nunc hortatur, ut potius desistat ab amore, dum nondum est vehementer auctus.

190. *Sparsa resedit aqua.*] *Residis* putro. *Heinsius.*

192. *Cumque nihil speres firmius esse, fugis.*] *Fuit* *Puteaneus* argute. ut *fuit* tunc esse opponatur, præteritum præsentis lib. 111. *Artis* ex veteri codice,

Simplicitas nudis illa fuit. mure aurea Roma

Edomitis magnas possides orbis opes.

Tibullus:

Sive erimus, seu nos fata fuisse volent. esse pro vivere, fuisse pro vixisse. *Auctor Elegix in obitum Mæcenatis,*

Mollibus ex oculis aliquis tibi decidit humer,

Cum decar subita voces fuisse tibi.

Idem.

193. *Minoia virgo.*] *Ariadna* filia *Minois.* *Hmb. Hypsipyle testis.*] *Jason* *Hypsipylem* reliquit, *Theſeus* *Ariadnam.* *Ant.*

194. *In non exhibitis utraque junctæ thoris.*] *Excerpta Scaligeri & quatuor* ex nostris *strane paita.* nonnulli *victæ,* vel,

Tu quoque dilectam multos, infide, per annos 195

Diceris Oenonen destituisse tuam.

Nec tamen ipse negas; & nobis omnia de te

Quærere, si nescis, maxima cura fuit.

Adde quod, ut cupias constans in amore manere,

Non potes. expediunt jam tua vela Phryges. 200

Dum loqueris mecum, dum nox sperata paratur,

Qui ferat in patriam, jam tibi ventus erit.

Curfibus in mediis novitatis plena relinques

Gau-

vel, *juxta, iuxta, iuxta, iuxta*. Putea-
neus, Argentinus & quatuor alii, *utra-*
que iuxta. proxime ad verum. Scriben-
dum nempe, *utraq; iuxta*. vide No-
tas Epistola XIV. VI. 91. *questia* quomo-
do Ante Amat.

Quodque prius questia est, ipse querere facit.

similando inter ultimam præcedentis
vocis syllabam, & primam proxime le-
quentis, frequentissimam errori libra-
rius occasionem dedit. sic apud Tibul-
lum emendavimus locum insignem
lib. III. El. III.

*Aut si fata negant reditum tristeque
sorores*

*Stamina quæ ducunt, quæque futura
cantus.*

scriptum nempe fuerat *futura* nunc ab-
sorpta priore syllaba posterioris verbi,
pro *futura* cantus. hinc nomen barbarum
istud enatum, quo ne Accius quidem
Pacuviusque, credo, forent usi. Viros
tamen maximos approbatores invenit,
Scaligerum præcipue. At Paræz non la-
nificæ tantum, sed & fatidicæ, quales
Catullus Thetidis epithalamio eas in-
duxit, apud quem,

Veridicos Parca caperunt edere cantus.

& paulo post,

Talia præstantes quendam felicia Pelas

*Carmina diviso cecinerunt omine Par-
ca.*

Quæ unice Tibulliani loci restitutio-
nem confirmant. plura illic ad recti, sed
& apud alios scriptores. Heinsius. Non
exhibuit.] Innuptis nuptiis. Quam

dederunt fidem, non præstiterunt.

Nec se legitimos exhibere viros.

Exhibita estque Thesis,

Et potitur votis.

Metam. XI. VI. 265.

195. *Tu quoque.*] Qui mihi tot tan-
taque promittis.

196. *Oenonen deseruisset tuam.*] Desti-
tuisse meliores libri. Oenone:

*Nunc tibi conveniunt, quæ te per aperta
sequantur,*

*Æquora, legitimos destituantque
viros.*

Epist. Hypsipyles,

*Utque ego destituor conjux materque
duorum.*

Atiadnes,

Destituor rapidis prada cibusque feris.
Pont. I. El. V. quomodo & illic veteres
libri,

At nostram cuncti destituere fugam.

Ep. Paridis,

Orantis medias destituere preces.

ita & illic quidam codices. Heinsius.
Oenonem.] Uxorem tuam, ut vidimus
in epistola ipsius Oenones ad Paridem.

199. *Adde.*] Adducit allam ratio-
nem: quia comites Paridis instabant, ut
jamjam discederet.

200. *Expediunt jam tua vela Phryges.*]
Expediunt primæ editiones & scripti ple-
rique. Lege,

Expediunt jam sua vela Phryges.

Heinsius.

201. *Nox sperata.*] Quia mecum fu-
turus es.

203. *Curfibus in mediis.*] In medio,
inquit,

Gaudia : cum ventis noster abibit amor.
 An sequar, ut suades; laudataque Pergamavisam; 205
 Pronurus & magni Laomedontis ero?
 Non ita contemno volucris præconia Famæ,
 Ut probris terras impleat illa meis.
 Quid de me Sparte poterit, quid Achaia tota,
 Quid gentes Asiae, quid tua Troja loqui? 210
 Quid Priamus de me, Priami quid sentiet uxor;
 Totque tui fratres, Dardanidesque nurus?
 Tu quoque, qui poteris tibi me sperare fidelem,
 Et non exemplis anxius esse tuis?
 Quicumque Iliacos intraverit advena portus,
 215
 Is tibi solliciti causa timoris erit.
 Ipse mihi quoties iratus, Adultera, dices!
 Oblitus nostro crimen inesse tuum.
 Delicti fies idem reprehensor & auctor.
 Terra, precor, vultus obruat ante meos. 220

At

inquit, amoris gaudio. *Ant. Plena novitatis.*] Id est, tantummodo incepta.
 204. *Abibit.*] Tecum: & oblivisceris mei.

206. *Pronurus.*] Nurus ad patrem mariti refertur, pronurus ad avum: sicut nunc ad Laomedonta avum Paridis.

209. *Sparte.*] Lacedæmon. *Achaia.*] Peloponnesus, vel Græcia. *Quid poterit loqui de me.*] Nisi me esse adulteram.

211. *Priami quid sentiet uxor.*] Sentiat rectius sex libri. At Mentelianus cum excerptis Doussæ, censet. vide Epist. v. §l. 95. *Heins.*

212. *Dardaniaque nurus.*] *Dardanidesque meliores.* dictum Epist. VIII. §l. 64. *Falt. 1.*

Es jam Dardanides tangens hac littora puppes.

sic veteres libri. Remed. Amor.

Argolides cuperent fuisse Capharea puppes.

etiam ex Membranis. & Art. Amatorum lib. 1.

Persidas induxit Cecropidasque rates.
Heinsius.

214. *Exemplis tuis.*] Quod Deiphobus deinde evenit. Virgil. 6. *Æneid.*

Scilicet id magnum sperans fore munus amanti,

Es famam extinguere veterum sic posse malorum.

216. *Causa timoris.*] Quia putabis eum venisse eodem animo, quo tu huc venisti.

218. *Oblitus nostro, &c.*] Id est, oblitus, quod non potes maledicere mihi quin maledicas tibi ipsi. *Inesse.*] Coniunctum esse.

219. *Delicti fies idem.*] Fies tu idem Intimelianus codex. Eriges sensum, si scripseris,

Delicti ut fias idem reprehensor & autor?

tanquam sit cum indignatione quærentis. *Heinsius.*

220. *Terra precor.*] *Procul* Puteaneus & alii nonnulli. sed perperam. *Idem.* *Terra obruat.*] Sic Dido, 4. *Æneid.* impie dejerat.

Sed mihi vel tellus optem prius, &c.
Obruat.] Est imprecatio muliebris.

223. *Tex-*

At fruar Iliacis opibus, cultuque beato:

Donaque promissis uberiora feram.

Purpura nempe mihi, pretiosaque texta dabuntur:

Congestoque auri pondere dives ero.

Da veniam fallæ; non sunt tua munera tanti.

225

Nescio quo tellus me tenet ista modo.

Quis mihi, si lædar, Phrygiis succurrat in oris?

Unde petam fratres, unde parentis opem?

Omnia Medæ fallax promisit Iason:

Pulsa est Æsoniâ num minus illa domo?

230

Non erat Æetes, ad quem despecta rediret:

Non Ipsæa parens, Chalciopeque soror.

Tale nihil timeo; sed nec Medea timebat.

Fallitur augurio spes bona sæpe suo.

Omnibus invenies, quæ nunc jactantur in alto,

235

Na-

223. *Texta.*] Hoc vocabulum late patet præter communem significatio- nem. Virgil. 8.

— *clypei non encravabile textum.*

Et Stat. Thebaid. 5.

— *spualentia texta*

Thoracum. —

& alibi.

— *clypei penetrabile textum.*

Et Lucret. 5.

— *tertium tria texta.*

nempe cælum, terra, maria.

225. *Tanti.*] Ut velim hinc disce- dere.

226. *Quo modo.*] Qua dulcedine. Quisque enim patriæ consuetudine te- netur. *Ans. Me tenet ista modo.*] Ipsa Puteaneus, alique hæc pauci. *Heins.*

227. *Succurret in oris.*] *Succurrat* tres scripti. *Idem.*

228. *Unde petam fratris.*] *Fratres* me- liora exemplaria. *Idem.*

230. *Non minus illa domo.*] Num mi- nus Puteaneus, vide notas in Epist. xi. p. 19. *Idem.*

231. *Æetes.*] Pater ejus.

232. *Non Ipsæa parens.*] Nemo quod sciam veterum dat Ipsæam Medæa ma-

trēm. Puteaneus à manu prima *Ipsa*. Alii *Ipsæa*, *Ipsæa*, *Texæa*, *Impea*, *Illæa*, *Gipsea*, *Ipsæque*, erat ipsa vel ipse. & si- milia. Omnino scribendum est *Idya*. Hesioidus Theogonia,

Διότης δ' υἱὸς φασσιμύροτος Ἡ-
λίοιο

Κύβη ^{Ἰδύα} Ὀκεανοῖο τελευτήσῃ ποτα-
μοῖο

Γῆμα, Σιών βελήσιν, Ἰδυίαν καλ-
λιπάρην.

Ita Apollonius quoque Rhodius, & Sophocles apud Scholiasten Apollo- nii. Neque aliter eam vocant Apollo- donus & Cicero libro III. de natura Deorum, etiam Hyginus Fab. xrv. apud eundem tamen initio operis Medea *Ida* & *Clytia* filia dicitur. Sed *Idya* reponendum. *Idyam* Absyrtō matrem dat Tzetzes in Lycophronem, cum eum Apollonius ex Asterodā con- cubinā progenerat asseveret. Quan- quam Diodorus Siculus lib. III. ex Hecate fratris filia Medeam & Chal- ciopen progenitas *Æetæ* addimet. *Hein- sius.*

234. *Spei fallitur.*] Hinc Eurip. Sup- plic. ἑλπίς γὰρ ἐστὶ μάταιον. v. 479.

Q 4

236. In

Navibus à portu lene fuisse fretum.

Fax quoque me terret : quam se peperisse cruentam

Ante diem partûs est tua vîsa parens.

Et vatum timeo monitus ; quos igne Pelasgo

Ilion arsuram præmonuisse ferunt.

240

Utque favet Cytherêa tibi, quia vicit, habetque

Parta per arbitrium bina tropæa tuum ;

Sic illas vereor, quæ, si tua gloria vera est,

Judice te causâ non tenuere duæ.

Nec dubito, quin, te si prosequar, arma parentur. 245

Ibit per gladios (hei mihi!) noster amor.

An fera Centauris indicere bella coëgit

Atracis Hæmonios Hippodamia viros?

Tu fore tam justa lentum Menelaon in ira,

Et geminos fratres, Tyndareumque putas? 250

Quod bene te jactas, & fortia facta recensēs,

A ver-

236. *In portu lene fuisse fretum.*] *A* portu scripti. *Heinsf. Lenc.*] Tranquillum. *Ant.*

237. *Fax quoque.*] Dixit se etiam terri somnio Hecubæ, quæ pridie quam pareret Paridem, somniaverat se parere facem : dicit se timere, ne incendium Trojanum subsequatur, ut vates prædicunt.

240. *Ilion arsuram.*] *Arsuram* Intimeliamus. Vide notas Ep. 1. §. 48. *Heinsius.*

242. *Bina tropæa.*] Junone & Pallade. *Hub.*

243. *Sic illas timeo.*] Vereor libri veteres. mox *prosequar* pro *persequar* Putaneus & alii. *Heinsius.*

243. *Nec dubito.*] Respondet ad id quod dixerat ; *Nec in rapta time, ne nos fera bella sequantur, &c.*

248. *Atracis.*] Hippodamiam Atracis fluvii filiam intelligit, quam Pithous Ixionis ex Dia filius duxit uxorem. Nuptiz in Pelio Thessalix monte gestæ sunt. Centauri qui aderant, cum foeminis vim parassent, Thefei Hecubæ

lisque viribus trucidati, & in fugam acti sunt. *Æmonios.*] Nestorem, Theseum, Pithoum, & Herculem significat, & Lapithas, qui Centauros superarunt.

249. *Tu fore tam lentum justa Menelaon in ira.* Putaneus, *An fore tam justa lentum Menelaon in ira.*

ubi *ultra* pro vindicta sumitur. quod alibi mihi non recordor esse lectum. *Heinsf. Justa Menelaon in ira.*] Homer. II. γ. §. 23. & seqq.

ὦς ἐχθρὸν Μενέλαον, Ἀλέξανδρον
Θουρίδην

Ὁφθαλμοῖσιν ἰδὼν. φάτο γὰρ, τί
παύσαις ἀλείψῃ.

251. *Quod bene te jactas, & fortia facta loquaris.*] *Jactas* scripti fere omnes. deinde quidam etiam *recensēs* pro *loquaris*. recte. monui supra v. 51. *mox,*

A verbis facies diffidet illa suis,
non tuis Putaneus cum prima editione & aliis nonnullis scriptis. Epistola Hypermnestræ,

*Hæc ego : damque queror lacrymas sua
verba sequuntur.*

lib.

A verbis facies diffidet ista suis.

Apta magis Veneri; quam sint tua corpora Marti.

Bella gerant fortes: tu, Pari, semper ama.

Hectora, quem laudas, pro te pugnare iubeto; 255

Militia est operis altera digna tuis.

His ego, si sciperem, pauloque audacior essem,

Ute.

lib. VIII. Met. sub finem.

— *nunc pars caret altera telo*

Erant, ut ipse vides, gemmas sua verba secuti.

Ita scribo ex veteri codice. lib. IX. item sub finem.

— *miserere tuarum,*

Anxiosque iura, lacryma sua verba secuta.

Sic & ibi scribendum. Elegia in mortem Drusi:

Hac & plura refert: lacryma sua verba sequuntur.

Ep. XX. ex optimis libris.

Et liceat lacrymis addere verba suis.

vulgari. meis. Epistola VI. ut restituendum puto,

Implesti lacrymis talia verba suis.

Trist. I. El. III.

Miscuit hac lacrymis tristitia dicta suis.

sic & ibi veteres libri.

Fast. II.

Adde preces posuisti & sua verba sociis.

lib. IV.

— *supra nova vellera corpus*

Ponit adorato per sua verba Deo.

Ep. Medez,

Auspicus es o, iusto desunt sua verba dolori,

Auspicus es Aesonia dicere cade domo.

Met. X.

Tendit omnis matrem: nec habet sua verba dolores.

sic sua pagina Fast. III.

Itur ad Argos. qui sua sua pagina dicat.

sua vina, Met. VII. per seque vident sua crescere vina, quomodo illic codices nonnulli. Epistola Aconthi,

Cur suis a tanto crimine fructus abest?

sic supra Pl. 200. sua vela ex antiquis

libris. Met. XI. *vultum sua salva secuta est.* Plurimus est in hac locutione notiter, si attendas. alibi plura notamus. Heinsius.

252. *Ista facies.*] Quae amorem, non bellum patz se fert. Ant.

253. *Quam suis tua corpora Marti.*] Sine prima editio & multi ex scriptis. Heinsius.

254. *Tu Pari semper ama.*] Sic Idas sociis, Argon. 3. Pl. 562.

Εἴροτι. μὴδ' ὕμμις πολυμήνια ἔργα μέλοιτο,

Παρθενίδας δὲ λήϊστον ἀνάλκιδας ἡπείροπυον.

sic impia Tullia de suo Marito: Halicar. lib. 4. *Ἰσοφειδὴς, καὶ ἰδὲν ἵχων ἀνδρῶν ἀνίγ.* Cic. Attic. lib. I. ep. 13. *Quam ignavum; ac sine animo miles.* ubi plura

Homericis invenies, — *qui sponsora saluti* — *Miles eget.* Lucan. 9. Quod

deinde eadem Helena suo Paridi obganit: lib. 6. Iliad. Qui non intelligat

quid sit *χόλος, νέμεις, αἰσχρὸν ἀνδρῶπων.* ubi artificium Homeri, & argu-

tiam Helenae adverte.

256. *Militia altera.*] Quo videtur aludere Propert. I. 6.

Multi longinquo petiere in amore libenter,

In quorum numero me quoque terra regat.

Non ego sum laudi, non natus idoneus armis.

Hanc me militiam fata subire volunt.

257. *His ego, si sciperem.*] Colligit jam epistolam, ita ut plus spei, quam

timoris relinquat. *His.*] Quae pollicetur, & tui corporis dotibus. *Si sciperem.*] De se notat, quod rudis sit & timida. Ant.

Uterer. utetur, si qua puella sapit.
 Aut ego deposito faciam fortasse pudore;
 Et dabo conjunctas tempore victa manus. 260
 Quod petis, ut furtim praesentes plura loquamur;
 Scimus quid captes, colloquiumque voces.
 Sed nimium properas; & adhuc tua messis in herbâ est.
 Hæc mora sit voto forsân amica tuo.
 Hactenus arcanum furtivæ conscia mentis 265
 Littera jam lasso pollice sistat opus.
 Cætera per focias Clymenen Æthramque loquamur,
 Quæ mihi sunt comites consiliumque duæ.

259. *Deposito faciam fortasse timore.*]
Pudore veteres. Fast. vi.

Hac posui p̄tima pudoris erit.
 In Priapeis:

Sed cum tu posito Deus pudore.

Matthialis lib. iiii.

*Sed jam deposito post vina rosasque pu-
 dore.*

*pro faciam venisse sapiam Regius cum
 uno Farnesiano. Heinsius.*

260. *Conjunctas.*] *Confectas manus:*
submissa: Metam. 5. v. 214. & 235.

261. *Præsentis ista loquamur.*] *Plura*
prima editio cum tribus scriptis Refer
ad illa Paridis,

— sed coram ut plura loquamur,

Excipe me læto nocte silente tuo.

Heinsius.

262. *Voces colloquium.*] *Quia vis col-*
loquium tuum esse concubitum. Hone-

stius locutus est, quam si rem apertè di-
xisset.

265. *Furtivæ conscia mentis Littera.*]
Malim nuntia. vide Notas Arte Am.
lib. 1. v. 438. Heinsius.

266. *Opus arcanum.*] *Officium scri-*
bendo secreta.

267. *Clymenen Æthramque.*] *Priorem*
aliter vocat Hyginus cap. 92. de judi-
cio Paridis. Alexander Veneris impul-
sit Helenam à Lacedæmone ab hospite
Meneleo Trojam abduxit, eamque in
conjugio habuit cum ancillis duabus
Æthra & Phisæide, quas Castor & Pol-
lux captivas ei assignaverunt, aliquando
reginas. Giosan.

268. *Comites consiliumque.*] *Quas ha-*
beo comites, & mei consilii participes.
Suadet his arcana committi debere,
quum hæ sint quibus credi possit. Ans.

EPISTOLA XVIII.

ARGUMENTUM.

Hellepontiacum mare septem tantum stadiis Europam ab Asia dividit. Sestos in Europa, Herus patria: Et Abydos in Asia, ex qua fuit Leander, adversa urbes sunt. Cum autem Leander Abydenus Sestiam puellam Hero misero deperiret, per Hellepontium noctu ad eam natans consueverat. Sed maris tempestate interclusus, jam prateritis septem diebus, ad amicam Hero, per audacem nauasam ea tempestate Seston navigantem, hanc epistolam misit: in qua primum amorem suum firmum Et stabilem esse ostendit. Deinde queritur, quod natandi facultas ob ferrentissimum maris astitum ei sit ablata. Demum vero pollicetur se brevi venturum: Et quamvis mare non fuerit tranquillum, se tamen periculis potius vitam suam commissurum, quam illius jucundissimo conspectu atque colloquio cariturum.

LEANDER HERONI.

Mittit Abydenus, quam mallet ferre; salutem,
Si cadat ira maris, Sesta puella, tibi.

Si mihi Di faciles & sunt in amore secundi;

Invitis oculis hæc mea verba leges.

Sed non sunt faciles. nam cur mea vota morentur, 5
Cur-

1. *Mittit Abydenus.*] Ex Abydo Leander.

2. *Si cadat unda maris.*] Dilationis causam ipsum principium indicat. Si non essent procellæ, ferrem, non mitterem salutem. *Sesta puella tibi.*] Malim Sesti. si per libros antiquos liceat. sic in Epistola Sapphus, Lesbii puella. *Sestias* certe Hero Statio vocatur. Theb. vi.

— *sedes anxia turris suprema*

Sestias in speculis.

Mulzo quoque Σαῦδος Ἡρώ. Superiori etiam versu malis rectius legas, ut τῷ cadat respondeat. Ceterum hi duo versus manu recentiori in Puteaneo legantur, pro quibus excerpta Doussæ,

Quam cuperem solias, Hero, tibi ferre per undas,

Accipe Leandri, dum venti ipse, manum.

Heinsius.

3. *Si mihi Di faciles Et sunt.*] Libri quinque *Sins mihi.* tum alii multi *Et sunt*

in amore. quidam *vel sint*, aut *vel sunt*. Barberinianus *Sic mihi Di faciles.* probe. dummodo sequenti versu, *ut mea verba rescribas pro hac mea.*

Sic mihi Di faciles, sic sint in amore secundi

Invitis oculis ut mea verba leges.

Heins. *Si mihi dii faciles.*] Di non modo ad Venerem, Cupidinemque referri puto, ut alii existimarunt: verum etiam ad Neptuni & maris numina, quos procellas fecisse queritur. Ant.

4. *Invitis oculis.*] Quoniam me, quam epistolam videre maluisses.

5. *Cur mea vota morantur.*] Morentur quatuor codices non contemnendæ notæ. & tum sequenti versu *patiantur* quoque sit scribendum. quomodo unus Regius. Petavianus nec *patiantur*. nota aqua pro nota Moreti codex. dubia prima editio. infra,

— *Quod dubia sepe penditis aqua.* Heinsius.

Currere me notâ nec patiantur aquâ?
 Ipsa vides coelum pice nigrius; & freta ventis
 Turbida, perque cavas vix adeunda rates.
 Unus, & hic audax, à quo tibi littera nostra
 Redditur, è portu navita movit iter. 10
 Ascensurus eram: nisi quod, cum vincula proræ
 Solveret, in speculis omnis Abydos erat.
 Non poteram celare meos, velut ante, parentes:
 Quemque tegi volumus, non latuisset amor.
 Protinus hæc scribens, Felix, i, littera, dixi: 15
 Jam tibi formosam porriget illa manum.
 Forsitan admotis etiam tangere labellis;
 Rumpere dum niveo vincula dente volet.
 Talibus exiguo dictis mihi murmure verbis,
 Cætera cum chartâ dextra locuta mea est. 20
 Ah quanto mallet, quam scriberet, illa nataret,
 Meque per assuetas sedula ferret aquas!
 Aptior illa quidem placido dare verbera ponto.
 Est tamen & sensûs apta ministra mei.
 Septima nox agitur, spatium mihi longius anno, 25
 Sollicitum raucis ut mare fervet aquis.

His

6. *Currere.*] Natate. Nota.] Assueta
 Hüb.

8. *Perque cavas vix adeunda rates.*]
Adeunda quinque scripti. duo *obseunda*
 quod verum est. sic Epistola Paridis,
Sceptra parens Asia, qua nulla beatior
ora est,

Finibus immensis vix obseunda tenet.
 Heins. *Obseunda.*] Naviganda: tanto mi-
 nus natari potest.

19. *A portu navita fecit iter.*] *E portu*
 potiores, ut & *maris iter*, quos secutus
 sum. quoniam Propertii ista succur-
 runt,

Primus et invito gurgite feci iter.
 proximo versu cum vincula non damus iu-
 dem Heinsius.

11. *Ascensurus.*] Respondet obje-
 ctioni, quare, non ascenderit cum illo
 nauta; propter multitudinem spectan-

tium, cum navis à littore discedebat.

12. *Omnis Abydos.*] Id est, omnes
 Abydeni. *Era in speculis.*] Id est, in
 loco unde spectabat discessum navis.

18. *Rumpere vincula.*] Linum inci-
 dere.

20. *Locuta cum charta.*] Id est, Cz-
 tera scripti.

21. *Ah quanto mallet.*] At quanto
 prima editio & septem scripti. Heinsius.

23. *Aptior dare verbera ponto.*] Id est,
 magis apta est, natando percutere undas
 tranquillæ maris, quam scribere.

24. *Apta ministra mei sensus.*] Id est,
 & tamen optime exprimit, & litteris no-
 tat, quod in animo habeo. *Sensus.*] Vo-
 luntatis, animi.

26. *Ut mare fervet aquis.*] Sic melio-
 res libri. Frustra Arondelianus quo mare,
 alii, quod mors. Noster alibi:

-U9

His ego si vidi mulcentem pectora somnum
 Noctibus; insani sit mora longa freti.
 Rupe sedens aliqua spectro tua littora tristis:
 Et quo non possum corpore, mente feror.
 Lumina quin etiam summâ vigilantia turre,
 Aut videt, aut acies nostra videre putat.
 Ter mihi deposita est in sicca vestis arena.
 Ter grave tentavi carpere nudus iter.
 Obstitit inceptis tumidum juvenilibus æquor:
 Merfit & adversis ora natantis aquis.
 At tu de rapidis immanifueiffime ventis,

30

35

Quid

*Ut somnus in Ponto ter frigore constitit
 Iſter.*

Anthonius Epistolavi. ad Theonem,
Tertia filipedes renouavit Luna juven-
cos,

Ut fugias noſtram, dulcis amico, do-
num.

Sic veterimus codex Voſſianus, vulgo,
Dum fugias. Heinſius. *Fervor.*] *Movenur,*
æſtuz. *Raucis.*] *Murmurantibus.*

27. *His ego.*] Jurat Leander, ſe non
 dormiſſe his ſeptem noctibus. *Si vidi*
somnum.] *Ter.* *Heut.* 3. 1.

Somnum hercle ego hac nocte oculis non
vidi meis.

28. *Mora freti insani ſa longa.*] Id eſt,
 precor diu duret tempeſtas maris, quod
 minime velim.

31. *Lumina vigilantia.*] Incenſam fa-
 cem intelligit, quam in ſumma turri
 Hero tenebat, ut ad illam Leander na-
 tatum dirigeret. *Ant.* *Lumina.*]

— *Κρυφαὶ ἐπιμέλματα λύχρον ὀφεί-*
των. Lege elegantiffimum Muſæi hac de
 re carmen: unde hæc pleraque deſumpta
 ſunt.

32. *Ant videre putat.*] Simile quid
 Virgil. 6. *Æneid.*

— *qualem primo qui ſurgere menſe*

Aut videt, aut vidiffi putat per nimbila
lunam.

— *Fulcor dulcis.*

Sen. Herc. Furente. qualem vocant κα-

ταλάδα. Hoc tamen propriè viderur
 ſpectare ad lucem malignam, qua de re
 alibi.

35. *Inceptis juvenilibus.*] Quæ matu-
 rioris ætatis non tentaffent. Sunt enim
 juvenes audaciores, quoniam minoris
 prudentiæ. *Ant.* *Inceptis juvenilibus.*]
 Sic de Phaerhonte dixit lib. 2. *Metam.*
 v. 151.

Occupat ille levem juvenili corpore curram
Sed:

— *Solita gravitate carebat.*

Quod referimus ad imprudentiam Ju-
 venilem.

Ætas prima parum rebus matura geren-
dis.

Conſulis in longum provida cura ſe-
ſum.

Hinc Pind. Pyth. 2.

— *βυλαὶ*

Δὲ ἀρεσύντεις, ἀνιδντον ὁμοί

Εἴσ' ὅ παρ' ἑστί.

& Homer. *Odyſſ.* β. vſ. 16. de *Ægy-*
ptio.

— *ὅς καὶ μυρία ἦδ' ἄ.*

Et *Iliad.* γ. vſ. 108.

Αἰεὶ δ' ὀπλοτέρων ἀνδρῶν φρήτες
ἡρῶνται.

Οἷς δ' ὁ γίγαντος μὲν τῶν, ἀμα
πρὸς αὐτὸν καὶ ὁπίσσω

Λύσσει, ὅπως ἔχ' ἀμσα μὲν ἀμφο-
τέρωσι γύνεται.

38. *Certa*

Quid mecum certâ praelia mente geris?
 In me, si nescis, Borea, non æquora, sævis.
 Quid faceres, esset ni tibi notus amor? 40
 Tam gelidus cum sis, non te tamen, improbe, quondam
 Ignibus Actæis incaluisse negas.
 Gaudia rapturo si quis tibi claudere vellet
 Aërios aditus, quo paterere modo?
 Parce, precor; facilemque move moderatius auram. 45
 Imperet Hippotades sic tibi triste nihil.
 Vana peto, precibusque meis obmurmurat ipse:
 Quasque quatit, nulla parte coërcet aquas.
 Nunc daret audaces utinam mihi Dædalus alas!
 Icarium quamvis hic prope littus adest. 50
 Quidquid erit, patiar: liceat modo corpus in auras
 Tolle-

38. *Certa mente.*] Id est, animo de-
 liberato.

39. *Non aquora sævis.*] Vetus lectio
 deleta penitus in Puteaneo. Opinor nec
 in aquora fuisse, quomodo quinque scri-
 pti. Heins.

41. *Tam gelidus cum sis.*] *Quod sis*
 Puteaneus & num pro non, ut per inter-
 rogationem hæc dicantur. Idem.

43. *Gaudia rapturo.*] *Laturus Grono-*
vianus, qualiter Met. ix.

Pro Venus, & tenera volucer cum ma-
tre Cupido,

Gaudia quanta tuli!

Amor. lib. ii. El. iii. ex veteri libro.

Mentus nec Veneris gaudia ferre potes.

El. ix.

Sperando certe gaudia magna feram.

Rem. Am.

Protinus ex facili gaudia ferre licet.

& mox,

Illam Plifthenio gaudia ferre thoro.

quibus locis gaudia pro re Venerea su-
 muntur. quomodo passim apud no-
 strum aliosque. Epistola Paridis,

Te mihi, meque tibi communia gaudia
jungant.

& lib. i. Art. Amat.

— cum quo sua gaudia jungas,

Invenit in media sæmina piscis aqua.

Rutilius tamen Itinerario, vulgatam
 tuetur, de Jove,

Qualis Agenorei rapturus gaudia furti
Per frusa virginum sollicitavit o-
mnis.

Deinde pro claudere aërios aditus, vete-
 res editiones rumpere. sic Art. Am. lib. i.
 Non medium rupisset iter. & lib. ii.

Qua licet, inventis aëra rumpe meis.
 Idem.

45. *Move moderatius auram.*] *Mode-*
ratus Latine vix est. quare emenda
 cum Puteaneo & sex aliis, *moderatius.*
 lib. i. Met.

— moderatius oro

Curre, fugamque inhibe: moderatius
insequar ipse.

ubi pari modo peccabatur. Idem.

48. *Coërcet.*] Mulcet, placat. *Quatit.*]
 Commoveret. Hüb.

49. *Dædalus.*] Qui fabricatis sibi &
 Icaro filio alas, Minois iram effugit.
 Ant.

50. *Icarium quamvis, &c.*] Quasi
 dicat, quod potest me admonere, pe-
 riculosum esse, credere se aëri, & vo-
 lare. Hüb. *Hic prope littus adest.*] Hinc
 quatuor libri. Fontenue. Heinsius.

52. Pe-

Tollere; quod dubia sæpe pendit aqua.
 Interea, dum cuncta negant ventique fretumque,
 Mente agito furti tempora prima mei.
 Nox erat incipiens (namque est meminisse voluptas) 55
 Cum foribus patriis egrediebar amans.
 Nec mora: deposito pariter cum veste timore,
 Jactabam liquido brachia lenta mari.
 Luna ferè tremulum præbebat lumen eunti,

Ut

52. *Pendit dubia aqua.*] Difficuler fluctuavit, jactatum undis majoribus. Virgil. 1. Æneid.

Hi summo in fluctu pendit.

Qui itidem laborabant. Et v. 150. infra. Vel hæsit obnitentibus fluctibus, & retentum est: uti navis iniquum acta in locum: Virgil. 5. Æneid.

— *saxis in procurrentibus hæsit*

— *illiæque protra pendit.*

cui contrarium, — *fidere terra.* Virgil. 7. Æneid. & suo niti pondere. Quid autem sit, *Dumosa pendere procul de rupe* — Virgil. Eclog. 1. (ubi Servius, quia cum pascuntur pendens, quod rem non satis expedit:) facile est intelligere ex illo Mart. 13. 99.

Pendentem summa capream de rupe videtis,

Casuram speres.

53. *Dum cuncta negant.*] Vota negant Vossianus. Heinl. *Cuncta.*] Et volatum, & natatum. Ant.

54. *Furti.*] Rapti amplexus, & oculi. Quod *furtum Veneris* vocat. Epist. Helen. v. 141. — *νευπορευτον λείχῳ.* Eurip. Ion. v. 1470. & in Troad. v. 252. — *λείχῳ πάντα νυμφεύτρια.* unde *σκότῳ* Homer. Iliad. ζ. v. 24. dicitur spurcius. *ὅς ἐξ ἀδελφῆτος γάμου.* Vide Epist. Canac. v. 38.

55. *Nox incipiens.*] Vespera. sic & de anni temp. Salsuff. Nova æstas, adulta, præceps. Et Virgil. 3. Prima æstas, pro vere. sic, Nox præceps, vel præcipitans; cum inclinæ ad diuiculum.

58. *Brachia lenta.*] Lenta, reducta, more remorum. Virgil. 3. Æneid.

— *Trinacria lentandus in unda.*

Et Senec. Agam. 2. 3. v. 438.

Properas juvenis omnis adductus. f. mol

Lentare remos. —

Et Catull. Argon.

— *lentos incurvant gurgite remos.*

Quod ex Argon. Apollon. 2. v. 593.

— *ἰαλὸν ἄμωτον δὲ ναῦας*

H' ὕπῳ καμπύλα τόξα, βλαζοπάτων ἡρώων.

sic & Stæ. ad arcum hoc retulit. 1. Thebaid. v. 18. à fin.

— *longeque feros lentandus in hostes Arcus.*

Et deinde,

Alti Gortymia lentam

Cornua.

59. *Luna mihi tremulum lumen præbebat eunti.*] Luna fere Putaneus & alii multi. quomodo sæpe Ovidius. Infra Epistola Herus. Annuit illa fere. Amor. libro 1. El. v.

Quale ferè sylva lumen habere solent.

Rem. Am.

Temporis ars medicina fere est. data tempore profuit,

Et data non apto tempore vana nocent.

Ita vetustissimus liber. Vulgati, *Temporibus medicina valet.* Elegia de Nucc.

Si reus ille fere est, de quo videria lucro

Esse potest.

Utitur & Pastorum lib. 111. bis. & in Tristibus sæpe. Met. 111.

Arcas adeest ter quinque fere natalibus albu.

Ita

Ut comes in nostras officiosa vias. 60
 Hanc ego suspiciens, Faveas, Dea candida, dixi;
 Et subeant animo Latmia saxa tuo.
 Non finat Endymion te pectoris esse severi.
 Flecte, precor, vultus ad mea furta tuos.
 Tu, Dea, mortalem cœlo delapsa petebas. 65
 Vera loqui liceat; quam sequor, ipsa Dea est.
 Neu referam mores coelesti pectore dignos;
 Forma nisi in veras non cadit illa Deas.
 A Veneris facie non est prior ulla tuâque.
 Neve meis credas vocibus, ipsa vides. 70
 Quanto, cum fulges radiis argentea puris,
 Concedunt flammis sidera cuncta tuis;
 Tanto formosis formosior omnibus illa est;
 Si dubitas, cæcum, Cynthia, lumen habes.

Hæc

Ita & illic ex antiquis membranis scribendum. ubi plura. *præbebat lumen etiam scripti. Heinf. Tremulum.*] Propter motum aquæ.

61. *Faveas ô candida dixi.*] *Dea candida meliores libri cum primus editio-nibus. Heinfins.*

62. *Latmia saxa.*] Recordare ô Luna Latmii montis, ubi cum Endymione concubuisse diceris. *Hub.*

63. *Non finit Endymion.*] *Sinat prima editio, & duo scripti. bene. & mox non cadat unus Patav. Heinfins.*

64. *Tuos vultus.*] Lumina cuncti ministras. *Ant.*

67. *Neu referam.*] Ut taceam mores, quos hæc mea puella habet divinos: talis pulchritudo non posset ei contingere, nisi esset dea.

70. *Ipsa vide.*] *Vides rectius octo codices. Heinfins.*

71. *Quantum cum radiis fulges argentea puris.*] *Præstantiores fuges radiis. Præterea Quanto scribendum, quod Tò Tanto sequens requirit. atque ita Junianus liber cum Scriveriano altero. Est autem ea vox sæpius corrupta apud nostrum. Art. Am. 11.*

Forma bonum fragile est, quantoque accedit ad annos,

Fit minor.

ita unus Vaticanus. Remedio Amoris, *Sed quanto minus ire vales, magis ire memento.*

ubi quando perperam legebatur. Met. VII.

— nec non & cætera tanto

Sylva sub hac omnis, quanto fuit herba sub omni.

lib. XIII.

— quanto dux militis major,

Tanto ego te supero.

Sic & illis locis optimæ membranæ. argenteam autem lunam & Sappho vocavit. Julianus Epistola XIX. *Σαπφὼ ἡ καλὴ τὴν σελήνην ἀργυρίαν φασί.* Idem *Radiis puris.*] Cum non tenetur in nimbo. Nec lux sit maligna. Quæ Homero κακὴ σκοτομένης. Odyss. ξ. v. 457. Et Græci τὸ καθαρόν, pro claro. Theocr. Idyll. 24. v. 39. — *καθαρὰς ἀστὲς ἡγάρσιν.*

72. *Concedunt flammis tuis.*] Vincuntur tuo splendore.

74. *Cynthia.*] O Luna, nam & Diana eadem est quæ Cynthia dicitur, à Cynthia monte Delii. *Hub.*

76. Cr

Hæc ego, vel certe non his diversa, locutus

75

Per mihi cedentes nocte ferebar aquas.

Unda repercussæ radiabar imagine Lunæ,

Et nitor in tacita nocte diurnus erat:

Nullaque vox, nostras nullum veniebat ad aures,

Præter dimotæ corpore murmur aquæ.

80

Alcyones solæ memores Cæycis amati

Nescio quid visæ sunt mihi dulce queri.

Jamque fatigatis humero sub utroque lacertis,

Fortiter in summas erigor altus aquas.

Ut procul aspexi lumen, Meus ignis in illo est;

85

Illa meum, dixi, littora lumen habent.

Et subito lassis vires rediere lacertis:

Visaque, quam fuerat, mollior unda mihi.

Frigora ne possim gelidi sentire profundi,

Qui calet in cupido pectore, præstat amor.

90

Quo magis accedo, propioraque littora fiunt,

Quoque minus restat; plus libet ire mihi.

Cum

76. *Cedentes mihi.*] Dantes locum corpori meo.

77. *Repercussæ.*] Rejeçtz, ietz. Virgil. 8. v. 22.

Sicut aqua tremulum labris tibi lumen animis

Sole repercussum, ut radiantis imagine luna.

Quocesspexi Ovid in Metam. 4. v. 348.

Non aliter, quam cum puro nitidissimus orbe

Opposita speculi referitur imagine Phœbus.

His addamus pulchrum illud Plutarchi, de genio Socræ. τὸ δὲ φθαεῖς λαφθὲν, οὗ πολλοὶ ἦν παλῦντες, ἐν τῷ εἶναι νομίζουσιν αὐτῶν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἐσθόπεροις τὰ φασμάτωα καὶ ἀνταύγια. Unde vides qua ratione Virgil. usus sit ista similitudine de labris. Vide Epist. seq. v. 173. quo etiam hoc referendum.

79. *Nullaque vox usquam nostras veniebat ad aures.*] *Nullaque vox usquam;*

nullum veniebat ad aures Puteaneus & multi alii. At Regius unus etiam non male,

Nullaque vox nostras, nullum veniebat ad aures. Heinsius.

Nulla vox.] Silentium noctis. Quæ de re vide Metam. 7. v. 184. & seqq.

81. *Alcyones solæ.*] Id est, solummodo audiebam Alcyones volucres, quæ videbantur dulci voce querelam effundere: quæ tranquillitatem promittunt, maxime cum nidificant. *Memores Cæycis amati.*] Tangit fabulam, quam Ovid. lib. 11. Metamorph. describit.

85. *Lumen.*] Quod in turri eminebat.

86. *Lumen meum.*] Meos amores, vitam & lucem.

88. *Mollior.*] Ad notandum facilitat.

90. *Qui calet.*] Quæ Puteaneus; & à manu secunda Quæ Barberinianus, Quod Heinsius.

92. *Minus restat.*] Scilicet, ad perveniendum ad litus, Plus libet.] Plus animi est mihi.

R.

93. Cer-

Cum vero possum cerni quoque; protinus addis

Spectatrix animos, ut valeamque facis.

Tunc etiam nando dominæ placuisse laboro, 95

Atque oculis jacto brachia nostra tuis.

Te tua vix prohibet nutrix descendere in altum.

Hoc quoque enim vidi: nec mihi verba dabas.

Nec tamen effecit, quamvis retinebat euntem,

Ne fieret prima pes tuus udus aqua. 100

Excipis amplexu, feliciaque oscula jungis:

Oscula (Di magni!) trans mare digna peti.

Eque tuis demtos humeris mihi tradis amictus:

Et madidam siccas æquoris imbre cæmam.

Cætera nox & nos, & turris conscia novit, 105

Quodque mihi lumen per vada monstrat iter.

Nec magis illius numerari gaudia noctis;

Hellepontiaci quam maris alga potest.

Quo brevius spatium nobis ad furta dabatur,

Hoc magis est cautum, ne foret illud iners. 110

Jamque, fugatura Tithoni conjuge noctem,

Præviis Auroræ Lucifer ortus erat.

Oscula congerimus properata sine ordine raptim,

Et

93. Cerni.] Videri à te.

95. Tunc etiam.] Nunc etiam Putaneus. Heinfs.

96. Jacto.] Cum arte & ostentatione moveo, & ostento.

97. Descendere in altum.] Ut curas mihi obviam.

102. Oscula dis magnis trans mare digna peti.] Scribe cum Putaneo & Sarraviano, Di magni. Amor. lib. 11. El. ult.

Oscula (Di magni!) qualia quotque dabas!

Fast. vi.

Quam bene, Di magni, pigna coccidisset in illa!

Catullus,

Di magni horribilem & sacrum libellum!

&c

Di magni sallicippium disertum.

quam veram esse istius loci lectionem ex Senecæ Sazforis patet, quicquid alii dissentiant. Similiter di boni & di immortales apud Comicos & oratores, etiam Di simpliciter. Petronius,

Qualis nox fuit illa Di deaque!

Noster Met. xii.

Ille quidem majora fide (Di!) gessit, & orbem

Implevit meritis.

quomodo ibi scribendum. tum Fast. v. ex conjectura,

Notis id frater. pietas, Di, qualis in illo est!

Heinsius.

102. Deque tuis demtos.] Eque tuis scripti. Idem.

111. Conjuge Tithoni.] Id est, Aurora uxore Tithoni.

114. Par-

Et querimur parvas noctibus esse moras.

Atque ita, cunctatus monitum nutricis amaræ, 115

Frigida deserta littora turre peto.

Digredimur flentes: repetoque ego virginis æquor,

Respiciens dominam, dum licet, ulque meam.

Si qua fides vero est; veniens huc esse natator;

Cum redeo, videor naufragus esse mihi. 120

Hoc quoque si credas; ad te via prona videtur:

A te cum redeo, clivus inertis aquæ.

Invitus repeto patriam: quis credere possit?

Invitus certe nunc moror urbe mea.

Hei mihi! cur animo juncti, secernimur undis? 125

Unaque mens, tellus non habet una duos?

Vel tua me Sestos, vel te mea sumat Abydos:

Tam tua terra mihi, quam tibi nostra placet.

Cur ego confundor, quoties confunditur æquor?

Cur mihi causa levis ventus obesse potest? 130

Jam nostros curvi norunt delphines amores:

Ignotum nec me piscibus esse reor.

Jam

114. *Parvas moras esse noctibus.*] Noctes esse breves.

115. *Atque ita cunctatus monitum nutricis amaro.*] *Cunctatus* scripti plerique. *cunctatus monitum* Puccancus; quidam *amaro*. Scribo, *cunctatus monitum nutricis amaro*, vel, *monitum nutricis amara*. Videantur quæ de hoc loquendi modo ad Claudianum notavi lib. II. de Consulari Stilichonis p. 284. Vulgatum tamen scripturam hoc loco defendi posse non negam. Hein.

117. *Æquor virginis.*] Ab Helle puellâ, quæ in mare delapsa, ei nomen dedit.

121. *Hoc quoque si credis.*] Si credas duo Forte,

Hinc quoque, (vix credas) ad te via prona videtur. Hein.

Prona.] Facilis natatu. *Prona.*] Minime laboriosa, declivis. Virgil. 5.

— *venisquis vocatis* — *prona* . *potis*

maria. ubi vide Serv. qui tamen non satisfacit.

122. *Clivus inertis aquæ.*] Obstantis & inviz, instar clivi. Quod Virgilius explicat 1. *Æn.* — *Insequitur cumulo præruptus aqua mons.* Quod Homericum est: ibi de undis majoribus: hic affectum denotat amatoris. *Inertis.*] Immobiles.

123. *Invitus patriam repeto. quis credere possit.*] *Repeto patriam & possit ex scriptis.* Hein. *Quis credere possit.*] Naturaliter enim omnes libenter redimus in patriam.

124. *Nunc.*] Cum ad te natare non possum. Hubert.

129. *Cur confundor.*] Cur perturbor, & moveor animo? *Quoties æquor confunditur.*] Quoties mare perturbatur: quod non fieret, si essemus in eadem terra.

Jam patet attritus solitarum limes aquarum;

Non aliter, multâ quam via pressa rotâ,
Quod mihi non esset, nisi sic iter, ante querebar: 135

At nunc per ventos hoc quoque deesse queror.

Fluctibus immodicis Athamantidos æquora canent,

Vixque manet portu tuta carina suo.

Hoc mare, cum primum de virgine nomina mersâ,

Quæ tenet, est nactum, tale fuisse puto. 140

Et satis amisâ locus hic infamis ab Helle est:

Utque mihi parcat, crimine nomen habet.

Invideo Phryxo; quem per freta tristitia tutum

Aurea lanigero vellere vexit ovis.

Nec tamen officium pecoris navisve requiro: 145

Dummodo, quas findam corpore, dentur aquæ.

Arte ego nullâ: fiat modo copia nandi,

Idem

135. *Quod mihi non esset, nisi sic, iterare querebar.*] *Itera* vetus liber Puteaneus reliquis ejus verbi literis deletis, & recentiori manu superscriptum *re. iter* ante prius fuisse suspicor. quomodo codex Moreti. idque verum esse existimo. quatuor intrare. alter Moreti *iterata. iter à te Patavinus.* Regius *iterare. Quid (Vel Qui) nisi sic iterare mihi non esse querebar.* Posses & legi, *iter ire.* ut Remed. Amoris,

Quare novem cur una vices iter irit, & audi.

fi sana illa scriptura. vide Notas ad Ep. VII. §. 40. Heinſius. *Quod mihi non esset, &c.*] Ego ante querebar, quod non possem ad te venire. Hub.

137. *Æquora Athamantidos.*] Athamantis filia fuit Helles quæ Helleſpon- to nomen dedit. *Canent.* [Procellis as- fiduis spuma operiuntur. *Ant.*

141. *Est satis amisâ.*] Scripti, *Est satis amisâ locus hic infamis ab Helle est.* Heinſius.

142. *Parcat mihi.*] Me non submergat, *Habet crimine.*] Habet infamiam; & ex culpa sortitum est nomen. *Namen.*] Quia appellatur Helleſpontus.

Nomine crimen habet.] *Crimine* nomen quique scripti cum prima editione, quod magis aridet. Heinſ.

145. *Nec tamen requiro officium pecoris aut navis.*] Non tamen quæro vel arietem, ut habuit Phryxus: vel navem aliquam. *Dummodo possim.*] *Naturo.*

147. *Arte ego nulla.*] *Pax* si nulla maris quatuor libri. totidem, *Parte querar nulla.* nonnulli *queror.* duo *Parte moror nulla.* prima editio *Arce queror nulla.* septem *Parte ego nulla.* Forte, *Pace ego nulla.* noster alibi,

Si pacem nullam pontus mihi præstat eunti,

Irrita Neptuno cur ego dona se- ram?

infra,

Pace brevi nobis opus est, dum trans- feror illuc.

epistola Hærus,

Opus tamen est fractis vicina pacis in undis. Heinſius.

Arte ego nulla.] Sc. nautica, ad notanda sidera, Helicon, Arcton, &c. ad tua enim lumina meum natatum dirigo. sic infra, §. 155. *Est aliud tamen multis mihi certius istis.* *Modo* copietur

Idem navigium, navita, vector, ero.
 Nec sequar aut Helicen, aut, qua Tyros utitur, Arcton:
 Publica non curat sidera noster amor. 150
 Andromedan alius spectet, claramve Coronam,
 Quæque micat gelido Parrhæsis Urfa polo.
 At mihi, quod Perseus & cum Jove Liber amarunt,
 Indicium dubiæ non placet esse viæ.
 Est aliud lumen multo mihi certius istis; 155
 Non erit in tenebris quo duce noster amor.
 Hoc ego dum spectem, Colchos, & in ultima Ponti,
 Quaque viam fecit Thessala pinus, eam:

Et

tur maris, & pax sit. *¶* l. 205. Servat enim suos amores. *¶* l. 167.

149. *Nec sequar.*] *Sequitur* Putaneus cum multis aliis. idem *Tyros* pro *Tyrrus*. & *Andromedan* mox. ut & tres alii. quomodo variis apud nostrum locis optimi codices. nam *Andromedan* vix dicebant. sic *Art.* *Am.* lib. 1.

Andromedan Perseus nigris portavit ab Indis.

Met. iv.

Præstat Andromedan & tanti premia falsi

Indata capis.

sic & apud Horatium lib. iii. Od. xxix. prisca exemplaria. plura alibi hanc in rem. *Heinsius.* *Nec sequar.*] Dixit se tantum spectaturum lumen sui amoris. *Helicen.*] Ursum majorem dicit, quam fabulæ ferunt, ex Callistone à Jove compressa, postquam Arcadia filium peperit, factam. nam ex puella formosissima à Junone in ursum est conversa Ad harum observationem nautæ navigare solent. Sed Græci observant *Helicen*; Phœnices vero *Cynosuram*, quam dicimus minorem ursum: de quibus ipse Ovidius in *Trist.* *Hab. Tyrrus.*] Phœnix nauta. *Arcton.*] Minorem ursum, quam *Cynosuram* appellat. *Ant.*

Magna, minorque fera quarum vegetal-tera Grajas:

Altera Sidonias utraque sicca rates.

151. *Andromedan.*] Hanc *Cephei* fi-

liam fuisse tradunt, & in coelum relatum Persei gratia, quam secuta est. *Ant.*] Ad *Ægyptios* respicit, qui navigantes *Andromedan* observant. *Claramve coronam.*] *Ariadne* coronam in coelum translata diximus: quam *Cretenses* velut sidus peculiare sequuntur.

152. *Parrhæsis Urfa.*] Majorem ursum, quæ fuit *Arcadia*, intelligit, *Callisto* nominatam, *Lycaonis* filiam. *Polo gelido.*] *Septentrionem* intelligit, in quo hæc fulgent sidera circa axem.

153. *At mihi quod Perseus.*] Quam quatuor scripti. *Lege quas.* *Heinsius.* *Perseus.*] *Andromedan* significat, quam amasse *Perseum*, & à *Ceto* liberasse, scribit *Tragicus.* *Cum Jove.*] Ea est *Callisto*, quam amavit *Jupiter.* *Liber.*] *Bacchus* in coelum retulit cum corona *Ariadnen.*

154. *Non placet indicium.*] *More* aliorum nautarum hæc sidera in cursu non servo. *Ant.*

156. *Non eris in tenebris.*] *Non erat in tenebris* *Putaneus.* Forte, *Non erat in tenebris.* *Non errat tenebris* alter *Moreti.* *Heinsius.* *Quo duce.*] Quo regente me.

157. *Colchos atque ultima Ponti.*] *Est in ultima Ponti* *Putaneus.* & ad ultima quinque alii. *Heins.*

158. *Thessala puppis.*] *Putaneus* & alii meliores magno numero, *Thessala pinus.* bene, *Status Theb.* iii.

— primâ cum pube viventem
 B 1 Semi

Et juvenem possim superare Palæmona nando,
 Miraque quem subito reddidit herba Deum. 160
 Sæpe per assiduos languent mihi brachia motus,
 Vixque per immensas fessa trahuntur aquas.
 His ego cum dixi, Pretium non vile laboris
 Jam dominæ vobis colla tenenda dabo:
 Protinus illa valent, atque ad sua præmia tendunt; 165
 Ut celer Elêo carcere missus equus.
 Ipse meos igitur servo, quibus uror, amores:

Te-

*Semideos inter pinus mo. Thessala reges
 Ducerat.*
 Idem Achilleide,
*Olim equidem Argolicas pinus cum
 Thessala reges,
 Huc venerat, juvenem Alciden et
 Thesea vidi.*
 Eidem quoque Theb. V. Pelias pinus di-
 citur. Seneca Medea,
*Bene dissipati fœdera mundi
 Traxit in unum Thessala pinus.*
 noster Epistolavi.

*Quid mihi cum Minyis? quid cum Tri-
 tonide pinis?*
 Vertice Peliaso prognata pinus Catullo.
 Alii tamen Argo fagineam faciunt. Id.
Pinus Thessala.] Navis Jasonis. *Fœtis
 iter.*] Per Scyllam, & Charybdim, per
 Symplegadas, &c.
 160. Miraque quem subito reddidit
herba deum.] Lego subitum deum. sic
subitum frigus lib. I. Fast. *subita fœga*
 lib. II. *subiti foci* lib. VI.

Traditur hac subitis colla dedisse fœcis.
 Ep. Briseidis,
 — *Ossa subito male testæ sepulcro.*
subitus libellus in Ibide. *subito sunt scri-
 pta libello.* Fast. IV.

Nullaque sunt subito signa relicta viro.
 sic scribo. vulgo, viri. Met. XIV.

*Si volucrum qua sit subitarum forma re-
 quiris.*
 Ita illic etiam veteres membranz.
 Trist. II.

*Fecit amor subitas volucres cum conjuge
 Regem.*
 In mortem Drusi.

O Enidem subito concinnifluis aves.
 In Ibide,
*Quam cui sunt subita frater et uxor
 aves.*

Fast. III.
*Eccæ libris subitas pisces Tyrrenaque
 monstra*

Dicere.
 lib. III. Art. Am.
*Quasque fuisset ubi canas à virgine ju-
 ves,*

*Spargentur subita per caput omne
 coma.*

sic & ibi scribendum. pluribus in re-
 vi haud est opus. Heins. *Quem herba mi-
 ra reddidit Deum.*] Glaucum significat,
 qui cum piscator esset apud Anthedo-
 nem Euboicam, & pisces in litore po-
 sitos gustata quadam herba in mare re-
 siliisse vidisset, & ipse ejus herbæ viâ
 experti decrevit, qua gustata, statim in
 mare se præcipitavit, & Deus factus est.
 vide Ovid. 7. Metam. Dicit igitur Leander,
 dummodo spectet amicam suam, se
 posse superare nando Palæmona &
 Glaucum, deos maris.

161. *Languent mea brachia motus.*]
Languent mihi bene liber Leidenfis.
 Heinsius.

166. *Ut celer.*] Sicut equus in O-
 lympiaco certamine celeriter ex carce-
 ribus exit. *Elêo carcere.*] Elis & Pîsâ,
 urbes Arcadiæ, ubi hæc certamina ce-
 lebrabantur. *Hub. Carcer.*] Pro carceri-
 bus. Virg. 5. — *rumque effusi carceris
 curru.*

167. *Servo.*] Tanquam sidera. *Servo*]
 Obser-

Teque, magis cœlo digna puella, sequor.
 Digna quidem cœlo, sed adhuc tellure morare:
 Aut dic ad Superos & mihi quâ sit iter. 170
 Hic es, & exiguum misero contingis amanti:
 Cumque meâ sunt turbida mente freta.
 Quid mihi, quòd lato non separor æquore, prodest?
 Num minus hoc nobis tam brevis obstat aqua?
 An malim dubito toto procul orbe remotus 175
 Cum domina longè spem quoque habere mea.
 Quo propius nunc es, flamma propiore caleſco:
 Et res non ſemper, ſpes mihi ſemper adest.
 Pæne manu, quod amo, (tanta eſt vicinia) tango:
 Sæpe ſed (heu!) lacrymas hoc mihi pæne movet. 180
 Velle quid eſt aliud fugientia prendere poma,
 Spemque ſuo refuſgi fluminis ore ſequi?
 Ergo ego te nunquam, niſi cum volet unda, tenebo?
 Et me felicem nulla videbit hyems?

Cum-

Obſervo. Etiam pro cuſtodio, obtineo.
 Virgil. 2 Æneid. Obſedere ſortes, has
 ſervans agmine denſo. Cæſ. 5. Bel. Gal.
 Caſſivellaunus itinera noſtra ſervabat. Vi-
 de & Eleg. 13. lib. 1. Amor. ꝑſ. xi.
 Sic &, ſervare flamina. Virgil. 6. Quod
 & Græcis familiare. φυλάττειν πλά-
 γας. Lucian. in fabuloſ. παρὲς καὶ
 Γαλάς.

169. Sed adhuc tellure morare.] Mo-
 raris Puteaneus & alii multi. tres mo-
 raris. unus morari. Heinſius.

170. Hinc mihi qua ſit iter.] Et mihi
 Puteaneus cum tribus aliis bene. Lego,
 Aut duc, ad ſuperos & mihi qua ſit
 iter. Idem.

171. Hic es & exiguum miſero contin-
 gis amanti.] Hic eſt exigue Puteaneus,
 pro Hic es & exigue: ſed exiguum re-
 ctiſ. exigue ſex libri alii codices ali-
 ter. ſed nihil in iis, quod ad bonita-
 tem lectionis vulgaræ accedat. Idem.
 Contingis mihi amanti.] Raro poſſum re-
 cum eſſe. Hæb. Hic es, & exiguum mi-
 ſero.] Non es in cœlis, aut tam longe

remota, & tamen exiguum contingis.
 Miſyl.

172. Cumque mea ſunt turbida mente
 freta.] Ipſe turbor, cum turbatur ma-
 re.

174. Non minus hac.] Num Putea-
 neus. Vide Notas Epift. xi. ꝑſ. 19. u-
 nus Medicæus & fragmentum Farnesia-
 num Non minus hoc. Lego, Non minus
 hoc & pro Num ſequenti verſu An ma-
 lim cum magna ſcriptorum parte. Hein-
 ſius.

176. Spem quoque habere meam.] Do-
 mina mea octo codices. Idem. Habere
 ſpem meam longe cum domina.] Quia pa-
 tientius ferrem, ſi non poſſem ad eam
 venire.

180. Hoc.] Ita eſſe propinquos, &
 non poſſe ſimul eſſe.

181. Velle quid eſt aliud.] Comparat
 ſe Tantalò, qui in mediis aquis apud in-
 ſeros ſemper ſitit. Quid eſt aliud.] Mihi
 idem accidit, qui propinquus amicæ
 meæ ſum, & ea tamen carco.

184. Nulla hyems.] Nulla tempeſtas.
 R 4 Vido

Cumque minus firmum nil sit, quam ventus & unda,

In ventis & aquâ spes mea semper erit?

Æstus adhuc tamen est. quid cum mihi læserit æquor

Plias & Arctophylax Oleniumque pecus?

Aut ego non novi, quam sit temerarius; aut me

In freta non cautus tum quoque mittet Amor. 190

Neve putes id me, quod abest, promittere tempus:

Pignora polliciti non tibi tarda dabo.

Sit tumidum paucis etiam nunc noctibus æquor;

Ire per invitas experiemur aquas.

Aut mihi continget felix audacia salvo: 195

Aut mors solliciti finis amoris erit.

Optabo tamen, ut partes expellar in illas;

Et teneant portus naufraga membra tuos.

Flebis enim, tactuque meum dignabere corpus:

Et, Mortis, dices, huic ego causa fui. 200

Scilicet interitûs offenderis omine nostri:

Litte-

Videbit me felicem.] Sinet me cum amica mea esse.

187. *Cum læserit.*] Perturbaverit, & commoverit. *Hub.*

188. *Pleias.*] Pleiades septem sunt, quæ ortu & occasu pluvias & tempestates faciunt. *Oleniumque pecus.*] Capram Amalthæam, & hoedos intelligit, quos auriga humeris gestat. *Ant. Arctophylax.*] Stella est, quæ & Bootes dicitur, id est, bybulcus: quæ & tempestuosa est. Latine potest dici custos ursæ, quod Virg. ostendit lib. 1. Georg. Præterea tam sunt præfuri sidera nobis, Hæderumque dies servandi, &c. Dicit igitur Leander; Si nunc ita turbatur mare, quid erit cum accesserint etiam sidera, quæ naturæ suæ inducunt tempestates. *Hub.*

189. *Aut ego non novi, quam sit temerarius.*] Quam sit cum Scriveriano & uno Fatjesii legendum. de Amore sermo est. Amor. lib. 1, Ep. 11. ad Cupidinem,

Tum quoque non paucas, si te bene navi-
mus, uret,

Sequenti etiam versu non cautum tres libri. bene. *Heinsius.*

190. *Tunc.*] Cum supradicta sidera commovebunt mare. *Hub.*

191. *Promittere tempus.*] Non putes, me tranquillum tempus expectaturum. *Ant.*

192. *Pignora.*] Certa signa.

193. *Sit tumidum paucis, &c.*] Id est, etiamsi aliquot noctes duret hæc tempestas, ego experiar tamen venire invitis aquis. *Hub.*

195. *Aut mihi continget.*] Contigerit alter Moreti. *Heinsius.*

197. *Optabo tamen ut partes.*] Et tamen optabo ut partes, unus Patavinus. recte, si Tò ut tollatur. Tres alii, *Optabo tantum partes expellar in illas.* Idem. *Expellar.*] A fluctibus projiciat. *Illas.*] Ubi tu eris. *Hub.*

198. *Naufraga membra.*] Me naufragum & submersum.

200. *Causa mortis.*] Quia propter amorem meum aulius est tam turbidum mare ingredi.

203. *De-*

Litteraque invisa est hac mea parte tibi.
 Defino; parce queri. sed & ut mare finiat iram,
 Accedant, quæso, fac tua vota meis.
 Pace brevi nobis opus est; dum transferor isto: 205
 Cum tua contigero littora, persistet hiems.
 Illic est aptum nostræ navale carinæ:
 Et melius nulla stat mea puppis aqua.
 Illic me claudat Boreas; ubi dulce morari.
 Tunc piger ad nandum, tunc ego cautus ero. 210
 Nec faciam surdis convivia fluctibus ulla:
 Triste nataturo nec querar esse fretum.
 Me pariter venti teneant, pariterque lacerti;
 Per causas istic impediaturque duas.
 Cum patietur hiems, remis ego corporis utar. 215
 Lumen in aspectu tu modo semper habe.
 Interea pro me pernoctet epistola tecum;
 Quam precor ut minima prosequar ipse mora.

203. *Defino parte queri.*] Prima editio & tres scripti. *Defino. parce queri.* Puteaneus *defino parte.* Scribe *Defino. parce queri.* quod & nobilissimo Doussæ in mentem venerat. deinde, sed & ut mare finiat cum eodem Puteaneo & decem aliis reponit: Heins.

205. *Pace brevi.*] Exigui temporis tranquillitate. *Dum transferor istuc.*] *Istuc* tres. totidem *illuc.* Sed *isto* Puteaneus. bene. sic Trist. lib. v. El. 1.

Cui scribam decem. cui mistam, queris, isto.

Ita scribendum. vulgati *istos*, nempe versus. lib. vii. Met.

Collis apex mediis subjectis imminet arvis, Toller eo; capioque novi spectacula cursum.

Ita venustissimi libri, vulgati *Toller in hunc.* Heins.

206. *Perflet.*] Invalescet tempestas. *Ant. Perflet.*] Perflet. Virgil. 1. Æneid.

— & terras turbine perflant.

207. *Illic est aptum.*] *Istic* Puteaneus, ut & alii multi. quomodo iidem mox denovo. Heinsius.

210. *Causas.*] Quia non discedam à te, ut committam me periculis.

211. *Nec faciam convivia fluctibus.*] Id est, non inculabo fluctus.

212. *Triste.*] Asperum, adversum. *Nataturo.*] Mihi.

213. *Me pariter venti teneant, tenerique lacerti.*] Quatuor libri, pariterque *lacerti*, Forte, teneantque *lacerti*. vide Notas Epistola vi. Pl. 29, Heins.

214. *Per duas causas.*] Per ventos, & lacertos tuos.

214. *Remis corporis.*] Id est, brachiis loco remorum,

215. *In aspectu.*] In turri, ut possit à me aspicere.

218. *Persequar ipse mora.*] *Prosequar* Puteaneus & alii ex melioribus. Heins.

EPISTOLA XIX.

ARGUMENTUM.

Hero, accepta Leandri epistola, respondet: id agens: ut se ardentem redamare significet, & ad mutuos amplexus amatorem vocat. Desidiam vero interdum accusat: ut ostendas, quam sincero & continuo amore semper eum amet. Aliquando mari irascitur. Nonnunquam timet, ne Leander aliò suum animum transtulerit. Verum, statim amoris suspicionem in amantium consuetudinem, qui omnia timent, rejicit, & conjecturas minuit, Denique suadet, ut non nisi tranquillo freto se committat.

HERO LEANDRO.

QUam mihi misisti verbis, Leandre, salutem,
Ut possim missam rebus habere; veni.

Longa mora est nobis omnis, quæ gaudia differt.

Da veniam falsæ; non patienter amo.

Urimur igne pari: sed sum tibi viribus impar. 5

Fortius ingenium suspicor esse viris.

Ut corpus, teneris ita mens infirma puellis.

Deficiam; parvi temporis adde moram.

Vos, modo venando, modo rus geniale colendo,

Ponitis in varia tempora longa mora. 10

Aut fora vos retinent, aut unctæ dona palæstræ:

Flectitis aut fræno colla sequacis equi.

Nunc

QUAM mihi misisti, &c.] Priori epistolæ simile est principium, utraque enim salute missa, expositoque desiderio amantis, favorem conciliat. Desiderium à temporis momento. Mora quamvis exigua, longa mihi videtur.

Ans. 3. *Omnis mora.*] Etiam brevissima. Horatius:

Ut nox longa quibus moritur amica.

4. *Falsæ.*] Itidem Metam. xi. v. 265.

Confessamque amplectitur heros.

Et ibid. 9. v. 639.

— Jamque palam est demens, inconfessamque facitur

Spem Veneris. —

Et deinde.

En ego confiteor, tua sum.

5. *Viribus.*] Robore animi, ad resistendum amori. *Hub.*

7. *Ut corpus.*] Ratio physica. Dicit enim, ex imbecillitate corporis, imbecillitatem quoque animi argui. Sic *mens infirma.*] Ita *mens* Puteaneus, & ex melioribus alii nonnulli. Sequenti versu *Deficiat* puro legendum pro *Deficiam.* vide *Notas* ad Epist. v. 150. *Henf.*

9. *Geniale.*] Amorem, plenum voluptatis. Nam *Genius* Deus est naturæ: cui voluptati operam dantes, indulgere dicuntur. *Virgilius:*

Invitat genialis hyems. Hub.

11. *Dona.*] *Palmæ. Palæstra mella.*] Qui certabant palæstra, oleo perfundebantur. *Ans.*

12. *Colla fugacis equi.*] *Sequacis equi* Pu-

Nunc volucrem laqueo, nunc piscem ducitis hamo.

Diluitur posito serior hora mero.

His mihi submotæ, vel si minus acriter urar, 15

Quod faciam, superest, præter amare, nihil.

Quod superest, facio : teque, ô mea sola voluptas,

Plus quoque, quam reddi quod mihi possit, amo.

Aut ego cum cara de te nutrice fufurro;

Quæque tuum miror causa moretur iter: 20

Aut mare prospiciens, odiosa concita vento

Corripio verbis æquora pæne tuis:

Aut ubi sævitix paulum gravis unda remisit:

Possè quidem, sed te nolle venire, queror.

Dumque queror, lacrymæ per amantia lumina manant

Pollice quas tremulo conscia ficeat anus.

Sæpe tui specto si sint in littore passus:

Impo-

Puteaneus & alii non pauci. dictum ad Epist. IV. v. 46.

14. *Humili submotis.*] *Submota* Put. & Arg. recte. *Idem. Hi summotæ.*] Cum hæc studia mihi non sint. *Ant.*

17. *Mæ sola voluptas.*] Primâ editio & tres scripti, *mi sola.* ἀρχαῖος. pro mea. aut pro mihi ut sit Græcismus. Sic apud Tragicos, ὦ τίχων μοι, ὦ γέρας μοι. & similia. Tibullus lib. I. El. VI.

Vide diu, mi dulcis annis. proprios ego tacum.

Sis modo fas annos conternisse velim.

sic scribere. inepte vulgo contribuisse. *Idem* lib. I. El. IV.

Aut operi insuetas atternisse manus. Heinsius.

18. *Plus quoque quam credi.*] *Quam reddi* Putaneus & Basileensis. venuste. sic lib. I. Artis Amatorix.

Ut puto non poteris ipsa referre vicem. hoc est, non poteris paria facere amando. *Amor.* lib. I. El. VI.

Redde vicem meritis. *Idem.*

19. *Sufurro.*] *Clam demisseque loquor.*

22. *Corripio verbis æquora pene tuis.*]

Male alii *sape meis.* Respicit enim ad expositulationem Leandri, quam supra vidimus. *Heins.* *Corripio.*] Incusio ac detestor. *Penetus.*] *Isdem* quibus tu quoque corripis.

26. *Conscia ficeat anus.*] *Loventius* *Cræcia.* cum Glossa, id est de Creta. Sed legendum puto *Trecia.* sic lib. II. Art. Amat. pro *Mars Trecem occupat,* male *Cretem* scribebatur ante. *Amor.* lib. I. El. XIV. *Trecia Bacche.* quomodo optimus codex. vulgati *Tracia.* & lib. IV. Trist. El. I. *Treia tela* ex fide codicum scriptorum. *Meta.* VI. ex vestigiis veterum librorum.

Non secus exarsit conspota virgine Thre-
cus

sic infra hac Epistola v. 100.

— & impar

Dicitur Abydeno Thracia puella thore. ut & illic esse scribendum mox videbimus. *Threcin Borea* in *Diris* Catonis veterimus codex *Petavianus.* à *Thracia* aut *Thrace,* *Thrax* & *Thracus,* & *Threcus,* & *Thracius,* & *Threcius,* & addito i, *Threicius.* vide *Stephanum,* qui valde truncatus est, in *Ἐπεὶ.* *conscia meritis* *Remed.* Am. 637. *Heinsius.*

28. No-

Impositas tanquam servet arena notas.
 Utque rogem de te & scribam tibi, si quis Abydo
 Venerit, aut quaero, si quis Abydon eat. 30
 Quid referam, quoties dem vestibus oscula, quas tu
 Hellepontica ponis iturus aqua?
 Sic ubi lux acta est, & noctis amicior hora
 Exhibuit pulso sidera clara die;
 Protinus in summo vigilantia lumina tecto 35
 Ponimus, assuetæ signa notamque viae.
 Tortaque versato ducentes flamina fuso
 Fœminea tardas fallimus arte moras.
 Quid loquar interea tam longo tempore, quæris?
 Nil, nisi Leandri nomen, in ore meo est. 40
 Jamne putes exisse domo mea gaudia, nutrix?
 An vigilant omnes? & timet ille suos?

Jam-

28. *Notas.*] Signa, vestigia pedum. *Hub.*

29. *Utque rogem de te & scribam tibi.*] Versus paulo durior. Libri sex *Tò & non* apocunt. unus Ambrosianus, *ut scribam.* Puto legendum hoc modo totum distichon.

Utque rogem de te quæramque, tunc si quis Abydo

Venerit: aut scribam, si quis Abydon eat. Deinde sequens distichon huic est præponendum. epistola Penelopes similia habes.

Quisquis ad hac vertis peregrinam littera puppim,

Ille mihi de te multa rogatus abit.

Quamque tibi reddas, si te modo viderit usquam,

Tradatur huic digitis charta notata necis. Heinsius.

31. *Quoties de vestibus oscula.*] De vestibus Putean. Lege *dem.* atque ita sex scripti. sic apud Val. Flaccum simili errore legitur *Definite amplexus,* cum reponendum sit, *Dem. finite.* lib. 2v. v. 634. Fast. v.

Voxque fuit, Mœrus: meritis de sanguine parvas.

veteres libri nonnulli *de sanguine.* Quod est *dem.* Idem.

32. *Helleponticâ ponis iturus aquâ.*] *Helleponticam aquam* Farnesianus unus & Oxoniensis. vide *Notas* Epist. vii. v. 140. Idem.

33. *Sic ubi lux acta est.*] *Falsa est* Puteaneus & novem alii. nil mutuo. Idem mox pulso die. Idem.

35. *In summa turri.*] *In summo tecto* Puteaneus & Moreti codex. Idem.

37. *Torta flamina.*] *Fila,* quæ nendo torquentur. *Hub.*

41. *Jamne putes.*] *Putes complures scripti.* ut & tribus abhinc versibus, *Pallade jam pingui tingere membra putes.*

Ubi vel contra codicum fidem *tingere* reponendum contendo. Sic in *Catalectis* Pithœi Avienus *Epigrammate,*

Tunc oleo corpus fingo, molliquo palæstra. Plura de hoc verbo Epist. xx. v. 134. dicuntur. Heins. *Jamne putes.*] Verba Herus ad nutricem.

42. *Times suos.*] Ne videant cum exiitum domo.

43. *De-*

Jamne suas humeris illum deponere vestes;
 Pallade jam pingui tingere membra putes?
 Annuit illa ferè : non nostra quod oscula curet; 45
 Sed movet obrepens somnus anile caput.
 Postque moræ minimum, Jam certe navigat, inquam;
 Lentaque dimotis brachia jactat aquis.
 Paucaque cum tacta perfeci stamina tela,
 An medio possis quærimus esse freto. 50
 Et modo prospicimus : timida modo voce precamur,
 Ut tibi det faciles utilis aura vias.
 Auribus interdum voces captamus, & omnem
 Adventûs strepitum credimus esse tui.
 Sic ubi deceptæ pars est mihi maxima noctis 55
 Acta; subit furtim lumina fessa sopor.
 Forsitan invitus, mecum tamen, improbe, dormis :
 Et, quanquam non vis ipse venire, venis.
 Nam modo te videor prope jam spectare natantem :
 Brachia nunc humeris humida ferre meis. 60
 Nunc dare, quæ soleo, madidis velamina membris :
 Pectora nunc juncto nostra fovere sinu.
 Multaque præterea, linguæ reticenda modestæ;

Quæ

43. *Deponere vestes.*] Exuere se, ut naret. *Hub.*

44. *Pallade.*] Olivo, cujus tutelam habet Pallas. Nazares oleo imbuuntur, ne aquarum frigiditate laesi nervi rigescant.

46. *Movet caput anile.*] Facit eam annere. Dormientes enim, aut jam proni in somnum, ita solent movere caput, ut videantur annere loquentibus. *Hub.*

49. *Paucaque cum tacta perfeci stamina tela.*] Quid *tacta* terra hic sibi velit non satis assequor. Jureti Excerpta, unus Ambrosianus & Gottorphanus *tela* egregie. Sed & *tracta* pro *tacta* videtur reponendum. *Trahere telam*, ut *trahere lanam* & *trahere pensa*, sic *facere telam* pro *lanam facere*, unde *lanificium*. Met. vi.

— tibi fama peritur

Inter mortales facienda maxima tela :

Ita scribunt meliores libri. non *lane*, quod est in vulgaris. *Heins.*

51. *Prospicimus.*] E specula.

53. *Auribus interdum voces.*] *Incertas* voces Puteaneus. ut Deianira, *Ancipor infelix incerta mormora fama.* *Heinsius.*

57. *Invitus.*] Quia licet non venire decreveris, somnia te mihi reduxerunt. *Ant.*

58. *Et quanvis.*] *Quanquam* idem cum aliis octo. *Heins.*

61. *Velamina.*] Vestes, quibus tua foveas membra. *Ant.*

62. *Pectora nunc juncto nostra fovere som.*] *Vestra* malim cum Scriveriano & Juniano. *Heins.*

63. *Lingua reticenda modesta.*] *Modesta* Puteaneus & Mentelianus. *lingua modesta* duo alii. quod verum est. *Idem.*

65. 26

Quæ fecisse juvat, facta referre pudet.

Me miseram! brevis est hæc & non vera voluptas. 65

Nam tu cum somno semper abire soles.

Firmius ô cupidi tandem coëamus amantes:

Nec careant verâ gaudia nostra fide.

Cur ego tot viduas exegi frigida noctes?

Cur toties à me, lente natator, abes? 70

Est mare (confiteor) nondum tractabile nanti:

Nocte sed hesternâ lenior aura fuit.

Cur ea præterita est? cur non ventura timebas?

Tam bona cur periit, nec tibi rapta via est?

Protinus ut similis detur tibi copia cursûs; 75
Hoc

65. *Me miseram!*] Distichon hoc spectrum est. *Idem. Hæc.*] Quæ somno percipitur.

70. *Lente natator.*] *Morator* vel *nator* *Putaneus*. *Moreti codex viator. toties abes*, ut apud Propertium,

Cum toties absis, si potes esse meus.

Heinsius.

72. *Lenior aura.*] *Mollior* duo libri. ad *Epist.* III. v. 42. & *Fast.* II. v. 148. mox *præteritis* quatuor scripsi. *Idem.*

73. *Cur est præterita.*] Quare non ea usus es nocte, in qua fuit aura lenior? *Hub.* *Cur non ventura timebas.*] Ventos, & tempestatem graviozem. Videtur aludere ad illud *Virgil.* *Venturi prælia venti.* Et noster *Metam.* XI. vers. 477. — totaque malo. — *Carbasa deducis, venientesque excipis auras.* Et 2. *Amor.* v. 41. *Ipsa reges, Zephyri veniant in linthea soli.*

74. *Nec tibi capta via est.*] *Rapta* *Putaneus* & decem alii cum prima editione. Optime *Seneca Agamemnone*, *Rapienda rebus in malis præceps via est.* *Statius Theb.* 1.

Arripis exemplo Mælea de valla resurgens

Notum iter ad Thebas.

Val. Flaccus lib. II.

— *ad Scythici Tirythiens ostia ponti*
Raptas iter.

sic *rapere horam* *Horatio lib.* III. *Od.* IX. ex veteri codice. & *rapere occasionem* eisdem *Epod.* XIII, & *limis oculis aliquid rapere* pro *raptim legere*, *Sat.* v. lib. II. & *rapere Venere* lib. I. *Sat.* III. sic *rapere consilia* pro *festinanter capere*, *Capitolino in Maximo & Balbido.* sic quoque *rapere vestes* pro *festinanter parare* eisdem. *Val. Flacco lib.* III.

Dat pallas auro æque ardetes murice vestes

Quas raptis tela festina vocantibus Ausprij

Hypsipyle : galeam dilectaque cingula Regi

Injicit.

ita repono. nam *Carionis liber telis festina.* vulgati *telis formosa.* priscæ editiones *furtiva* vel *fortuna.* *Virgiliana illa* *emulatus est* ex libro VII. apud quem *Euryali mater,*

— *non vulnera laui.*

Veste regens, tibi quam noctes festina disque

Urgebam.

festina tela, ut *festinus voti pater* apud *Statium Theb.* v. & contra *tardus fuga* de cervo apud ipsum *Valerium* hoc eodem libro. Plura de isto loquendi modo ad lib. VII. *Met.* v. 436. *perperam etiam dilectaque regi cingula* in *Valerio* legebatur. *Heinsius.*

77. *At*

Hoc melior certè, quo prior, illa fuit.
 At cito mutata est jactati forma profundi:
 Tempore, cum properas, sæpe minore venis.
 Hic, puto, deprensus nil, quod querereris, haberes;
 Meque tibi amplexo nulla noceret hiems. 80
 Certe ego tum ventos audirem lenta sonantes,
 Et nunquam placidas esse precarer aquas.
 Quid tamen evenit, cur sis metuentior undæ?
 Contentumque prius, nunc vereare, fretum?
 Nam memini, cum te sævum veniente minaxque 85
 Non minus, aut multo non minus, æquor erat.
 Cum tibi clamabam, Sic tu temerarius esto,
 Ne miseræ virtus sit tua flenda mihi.
 Unde novus timor hic? quóque illa audacia fugit?
 Magnus ubi est spretis ille natator aquis; 90
 Sis tamen hoc potius, quam quod prius esse solebas:
 Et

77. *At cito.*] Parumper inquis, duravit illa lenitas anxæ & maris, quæ fuit nocte præterita.

78. *Tempore.*] Cum vis venire, sæpe venis breviori tempore.

79. *Deprehensus.*] Tempestate detentus, ne posses redire. Nam deprehendi proprie dicuntur nautæ tempestate oppressi.

81. *Ventos audirem lata sonantes.*] Puteaneus & Leidenfis lenta recte. vide Notas Epist. xv. ff. 169. Amor. lib. III. El. xi. ut & illic forte scribendum,

Iam mea votivâ puppis redimitâ coronâ,
Lenta tumescens aquoris audit aquas.

Lenta apposite. quia desierat amare. Elegia in Mortem Dnusi, (ut quidem & illic legendum)

Consistam, lentisque oculis latisque videbo
Strata per obscuras corpora nuda vias.

Trist. lib. II. loco itidem emendando,
Luminibusque tuis, totus quibus viscer
orbis,

Scenica spectasti lentus adulteria.
 lib. III. Art. Amat.

Hæc Venus è templis multo radiantibus
auro

Lenta videt lites Appiadesque via.
 sic optimus liber Regius. Martial. l. II.
Tu spectas hyemem succincti lentus amici.
 notum illud,

— *Tu, Tityre, lentus in umbra*
Formosam resonare doces Amaryllida
sylvas.

noster Art. lib. I.

Tu modo Pompeiâ lentus spatiare sub
umbra.

Heinsius.

84. *Contemptum.*] A te non formidatum. Prius.] Ante, cum ad me sæpe natares,

88. *Virtus tua metuenda mihi.*] Animi plenissime magni. Θυμοληδης. Eschyl. ad Theb. v. 644. Καρδιας πλὴς. Et Hom. γ. v. 9. Ἐν θυμῷ μεμαϊότες. Quod ad bellatores. Et Iliad. ζ. v. 407. Δαιμόνιος, φθισοὶ σὲ τὸ σὸν μίγ'. &c. quæ seqq. Sed Leander hanc militiam non exercebat.

90. *Ille natator.*] Ille Leander, qui non timebat maris pericula.

91. *Sis tamen hoc.*] Scil. timidus. *Quam*
quod soles esse.] Audax.

92. *Pla-*

Et facias placidum per mare tutus iter:
 Dum modo sis idem : dum sic, ut scribis, amemur:
 Flammaque non fiat frigidus illa cinis.
 Non ego tam ventos timeo mea vota morantes, 95
 Quam similis vento ne tuus erret amor :
 Ne non sim tanti, superentque pericula causam:
 Et videar merces esse labore minor.
 Interdum metuo, patria ne lædar, & impar
 Ducar Abydeno Thressia puella toro. 100
 Ferre tamen possum patientius omnia; quam si
 Otia nescio qua pellice captus agas:
 In tua si veniant alieni colla lacerti:
 Sitque novus nostri finis amoris amor.
 Ah potius peream, quam crimine vulnerer isto: 105
 Fataque sint culpâ nostra priora tuâ!
 Nec quia venturi dederis mihi signa doloris,
 Hæc loquor; aut famâ sollicitata novâ.

Omnia

92. *Placidum.*] Tranquillum.
 93. *Dummodo sis idem.*] Dummodo
 perseveres in amore nostro.

94. *Illâ flamma.*] Ille ignis tui amoris.
Non fiat frigidus cinis.] Non extinguatur.

96. *Similis vento.*] Inconstans. Erret.] Vagetur, & à me ad aliam transeat.

97. *Superent causam.*] Id est, Pluris facias pericula quam me, quæ sum causa periculorum.

100. *Ducar Abydeno Sestâ puella viro.*]
Abydeno toro Puteaneus & alii ex melioribus plures. solenni errore. sic Remed. Amor.

Illam Phlisthenio gaudia ferre viro.
 & lib. 1. Artis Amor.

Scyrias Hamonio junctâ puella viro.
 Cum toro sit scribendum. Amor. lib. 1. El. 1x. ex scriptis codicibus,

Quos patiæ duces annos in milite forti,
Hoc petis in socio bella puella toro.
 Epistola Hermiones,

— *Nec turpe marito est,*
Aspera pro caro bella tulisse toro.
 Quibus locis pari modo peccatur. atque

ita alibi quoque. Caterum pro *Sestâ* unus Medicæus *Cressa*. Argentinus & Basileensis *Cressa*. unus Moreti *Festa*. Puteaneus *Thressâ*. optime. Diximus supra. Certe Thressis despectæ, ut ex Græcorum patet commentariis. Atque ita Themistocli objectum quod è Thressia prognatus esset. ut liquet ex Emilio Probo. Timothei quoque ducis celeberrimi matrem Thressiam fuisse & quidem metetricem notat Athenæus lib. 111. ac propterea illum fuisse irrisum. Hinc & apud Valerium Flaccum libro 111. Zethes & Calais *Thracia proles* per contemptum ab Jafone vocantur.

Nunc Parthamides, nunc dux mihi
Thracia proles :

Aspera nunc pavidos contra ruit agna
leones.

pro *Ducar* excerpta Vossii *Ducar*. quod etiam arridet. de eo plura notis in Metamorphoses. Heinsius.

106. *Fata nostra.*] Nostra mors. Sine priora tua culpa.] Utinam moriar priusquam hoc facias.

108. *Ans sollicitata.*] Id est, incitata. 109. *Se-*

Omnia sed vereor: (quis enim securus amavit?)

Cogit & absentes plura timere locus.

110

Felices illas, sua quas præsentia nosse

Crimina vera jubet, falsa timere vetat!

Nos tam vana movet, quam facta injuria fallit:

Incitat & morsus error uterque pares.

O utinam venias! aut ut ventusve paterve,

115

Causaque sit certe foemina nulla moræ!

Quod si quam sciero; moriar (mihi crede) dolendo.

Jamdudum peccas, si mea fata petis.

Sed neque peccabis, frustraquo ego terreor istis:

Quoque minus venias, invida pugnat hiems.

120

Me miseram! quanto planguntur littora fluctu!

Et latet obscurâ condita nube dies!

Forsthan ad pontum mater pia venerit Helles,

Mersaque roratis nata fleatur aquis:

An mare ab inviso privignæ nomine dictum

125

Vexat in æquoream versa noverca Deam?

Non favet, ut nunc est, teneris locus iste puellis.

Hac

109. *Securus.*] *Res est solliciti plena timoris amor.* Hub.

110. *Locus.*] *Distantia nostra auget timorem.* Ant.

111. *Felices illas.*] *Alias alter Lovanienfis.* Heinsius.

112. *Crimina vera juvat, falsa timere vetat.*] *Crimina vera jubet scribendum. idque ex auctoritate decem librorum. neque aliter in codice suo magnus Scaliger castigat.* Idem.

115. *Uterque error.*] *Ignorantiæ si ve falsæ, si ve veræ injuriæ. Pares morsus.*] *Pares curas, & cruciatus animo meo.*

115. *Ant hic ventusve paterve.*] *Ant m. Puteaneus cum aliis multis.* Heins.

116. *Causaque sit tanta foemina nulla moræ.*] *Certe moræ plerique veteres cum Puteanco, bene. Remed. Am. v. 112. dictum. sic contra certâ fugâ. Rem. A-mor.*

Ille dedit certâ lintea plena fugâ. Idem.

117. *Quod si quam sciero.*] *Si resciero Puteaneus. Idem.*

118. *Jamdudum.*] *Valde. Vel jamdiu, ex quo negligis ad me natâre. Petis.*] *Quæris. Mea fata.*] *Meam mortem.* Hub.

119. *Istis.*] *His suspitionibus.*

120. *Pugnat hiems.*] *Obstat tempestas.* Ant.

122. *Et latet.*] *Ut latet forte legendum. Heins. Latet condita nube.*] *Virgilius. Eripimus subito nubes cælumque, dicimusque Tenebrarum ex oculis.*

123. *Forsthan.*] *Dicit, hanc tempestatem forsthan motam esse à Nephele, matre Helles, quæ venerit ad mare, ut fleat filiam suam.*

126. *Vexat.*] *Vexat scribendum postulânt superiora. nisi pro Ant præcedenti verdu An legas cum Puteanco. idque præstat. Heins. Noverca.*] *Ino.*

127. *Ut nunc est.*] *Phrasis Terentianâ. Iste locus.*] *Hic Hellespontus. Ut nunc est.*] *Ita tumidus.*

S

131. *Lat-*

Et quarum memini nomina lecta mihi.
 Has certe pluresque canunt, Neptune, poëtae
 Molle latus lateri composuisse tuo.

Cur igitur toties vires expertus amoris,
 Affluetum nobis turbine claudis iter?

140

Parce ferox; latoque mari tua praelia misce.

Seducit terras hæc brevis unda duas.

Te decet aut magnas magnum jactare carinas;

Aut etiam totis classibus esse trucem.

Turpe Deo pelagi, juvenem terrere natantem: 145

Gloriaque est itagno quolibet ista minor.

Nobilis ille quidem est, & clarus origine: sed non

A tibi suspecto ducit Ulyssæ genus.

Da

136. Et quarum.] Quarum nomina memini esse lecta mihi. Nam alias amavit Neptunus, & compressit.

138. Latus lateri composuisse tuo.] Composuisse Puccianus & alii majori ex parte cum prima editione. & recte. quidam supposuisse & continuisse. Propertius, *Virginum Primo composuisse latus.*

Virgilius,

Componens manibusque manus atque oribus ora. Heinſius.

140. Turbine claudi iter.] Turbide duo scripti. *Idem.*

142. Seducit.] In diversa. Quod vulgo perperam, pro quo Terentius, abducit, deducit. *Adelph. 3. 3.*

Id miſero reſtus mihi mali, ſiſſillam poteſt.
Qui alicujus rei eſt, etiam ad nequitiam abducere.

Et Cicero lib. x. ad Famil. Epist. 23. *Qui quidem cum in fraudem ſe deducitum videtur.* Seducere autem, ſecum ducere. *Ter. Hecyl. 1. 2.*

Post Pamphilus me ſolum ſeducit foras.
 Et Plax. *Aulul. 2. 1. ſſ. 14.*

Et nunc ego ſecreto te huc foras ſeduci.

Et Phadr. *Fab. x. lib. 3. ſſ. xi.*

Seducit in ſecratum à liberto ſuo.

142. Seducit.] Separat. *Dnas lortai.*] Afiam & Europam. *Hubert.*

146. Iſta gloriaque.] Quam quæris in hoc brevi mari turbando.

147. Illo.] Leander.

148. Sed non traxit genus ab Ulyſſe ſuſpecto tibi.] Id eſt, inimico, propterea quod ſcelere Ulyſſis potuit Palamedes nepos Neptuni. *Hub.* Sed non à tibi ſuſpecto ducit Ulyſſe genus.] Ad Polyphemum referenda ſunt hæc, cujus gratia Neptunus Ulyſſi inſenſus erat. Excceverat enim illum Ulyſſes, cum exprobratione ea, ut diceret, neque patrem Neptunum auxiliaturum illi eſſe, aut oculum reſtituturum. *Micyll.* Duxit Ulyſſe genus.] Duxit meliores. *Heinſius.* Suſpecto Ulyſſe.] *Horn. Odyſſ. 1. ſſ. 522.*

Ὡς ἐν ὀφθαλμοῖς γ' ἰστέται ὁδὸν οἴχθων.

Cui reſpondet Luciani Neptunus in ſatbulos.

Θάρσσε δὲ τίκνον, ἀμυνόμεαι γὰρ αὐτῶν,

Ὡς μάθης, ὅτι εἰ καὶ πύρσιν μοι ὀφθαλμῶν

ἰδοῦσαι ἀδύνατοι, τὰ γούνη τῶν πλείστων

τὸ σῶζειν αὐτὰς, καὶ ἀπολλύτας ἐν ἐμοῖς

Πρόσσει. πλεί δὲ ἴτα.

Lycoph. Caſſand. hoc monſtrum vocat. *τυφλωδὸν δάκτυλόν.* Vide Theocrit. *Id. 6.*

§ 2

49. Dnas]

Da veniam, servaque duos. natat ille: sed isdem

Corpus Leandri, spes mea, pendet aquis. 150

Sternuit & lumen: posito nam scribimus illo.

Sternuit; & nobis prospera signadedit.

Ecce merum nutrix faustos instillat in ignes:

Crasque erimus plures, inquit, & ipsa bibit.

Effic nos plures evicta per æquora lapsus, 155

O penitus toto corde recepte mihi.

In tua castra redi, socii desertor Amoris.

Ponuntur medio cur mea membra toro?

Quod timeas, non est. auso Venus ipsa favebit:

Sternet & æquoreas æquore nata vias. 160

Ire libet medias ipsi mihi sæpe per undas:

Sed solet hoc maribus tutius esse fretum.

Nam cur, hoc vestis Phryxo Phryxique sorore,

Sola dedit vastis foemina nomen aquis?

Forsthan ad reditum metuas ne tempora desint, 165

Aut

149. Duos.] Leandrum & me.

150. Spes mea pendet.] Id est, sumus in eodem periculo.

151. Posito nam scribimus illo.] Scribimus ad lumen lucernæ.

152. Sternuit & lumen.] Id est, lucerna fecit crepitum & stridorem. Interea lumen.] Sternuit & lumen Puteaneus. ut & proximo versu. Sed ita ut utroque loco Sternuit esset repositum. quomodo primæ editiones, & plurimi ex scriptis, perperam. sic apud Propertium,

— argutus stetit omen Amor.

Sternuit alter Moreti recte posteriori versu. Heinſius.

153. Ecce.] Dicit, nutricem, quasi libaminis, & auspicii causa, injicere vinum in ignem.

154. Cras erimus plures.] Crasque meliores. Heinſius. Plures.] Quia accedet Leander.

155. Lapsus.] Tu celeriter progressus. Per æquora evicta.] Tuis lacertis superata. Æquora evicta.] Infra v. 181.

— sumidarum victor aquarum.

Quod Virg. explicat 5. Æneid.

Nec nos obviti contra, nec tendere tantum Sufficimus.

Et alibi.

— Evictum classibus æquor.

— & fontem superare Timævi. 1. Æneid.

156. Recepte meo corde.] Id est, infixæ animo meo. Toto corde recepte.] Virgil. 4. Æneid. — harent infixi pectore vulnus.

160. Æquora nata.] Hinc dicta ἀποδιδῆναι, ἐνταῦθα ἀποδοῖσθαι. Theocr. in Theog. Sed Eurip. Helen. ἀπὸ τῆς ἀποδοῦναι ἀποδιδῆναι deducit.

161. Ire liber.] Dicit, hoc mare nimis periculosum puellis: quod patuit ex Helle submersa.

163. Nam cur huc vestis.] Hoc plerique scripti. hac. Puteaneus. Heinſ. Nam cur.] Cur enim, inquit, cum Phryxus & Helle per hoc mare veherentur, sola Helle cecidit, & Phryxus evasit incolamnis?

165. Forsthan ad reditum metuis ne tempora desint.] Metuas bene Puteaneus & Regius. Deinde tempora desint idem Puteaneus cum multis aliis. Heinſius.

166. Et

Aut gemini nequeas ferre laboris onus.
 At nos diverſi medium coëamus in æquor:
 Obviaque in ſummis oſcula demus aquis:
 Atque ita quiſque ſuas iterum redeamus ad urbes.
 Exiguum, ſed plus, quam nihil, illud erit. 170
 Vel pudor hic utinam, qui nos clam cogit amare,
 Vel timidus famæ cedere vellet amor!
 Nunc male res junctæ calor & reverentia pugnant.
 Quid ſequar in dubio eſt. hæc decet; ille juvat.
 Ut ſemel intravit Colchos Pagafæus Iäſon; 175
 Impoſitam celeri Phafida puppe tulit.
 Ut ſemel Idæus Lacedæmona venit adulter;
 Cum præda rediit protinus ille ſua.
 Tu, quam ſæpe petis quod amas, tam ſæpe relinquis:
 Et quoties grave fit puppibus ire, natas. 180
 Sic tamen, ô juvenis tumidarum victor aquarum,
 Sic

166. *Es nequeas gemini.*] *Aut gemini nequeas* plerique codices, etiam meliores. *Idem. Gemini laboris.*] Eundi & redeundi.

172. *Timidus fama.*] Ex corculo Latinitatis. *Temperans fama.* Ter. *Nullius timidus Dei.* Metam. de Cyclope. *Nimius vini.* Ovid. *Præceptum.* Virgil.

173. *Res male junctæ.*] Quia ſunt contrariæ. *Pugnant.*] Sunt inter ſe adverſæ. *Calor & reverentia pugnant.*] Argon. Apollon. 3. v. 755.

Ἡ εἰς αἷς τις το δόμοις ἐνπάλλεται αἶγλη

τ' δατ' ἐξαΐουσα, τὸ δὲ νῆον ἂν λίαντι

Ἡ δὲ πρὶν γαυλῶν ἀχχεται. ἡ δ' ἴθθα καὶ ἴθθα

Ὡς αἰὲς ἐροφίλῳ, ἡ τινέσσεται αἰέσσουσα,

Ὡς δὲ καὶ ἐν-εἴθετοι κίαρ ἐλαλίζιτο κέρως.

Id quod Virgil. 8. *Æneid.* præclare eſt imitatus. Vide epiſt. præced. v. 77.

— *incerta tanta eſt diſcordia mentis.* Metam. x. v. 631.

— *Hinc amor, hinc timor eſt.* Ep. 12.

— *alindque cupido.*

— *Mens aliud ſuadet.* Metam. 7. verſ. 20.

174. *In dubio eſt, quid ſequar.*] An obſequar pudori, an amori.

175. *Ut ſemel.*] Dicit, quod optaret fieri de ſe à Leandro, quod factum eſt à Jalone de Medea: qui, ut in Colchos delatus eſt, eam abduxit. *Pagafæus.*] A Pagafa, oppido Theſſaliæ. *Pagafæus Iäſon.*] *Pagareos* Puteaneus, quod eſt. *Pagafæos* Græca enunciatione, ut ſæpe alibi. *Heinfius.*

176. *Phafida.*] Medeam, à Phafide Colchorum fluvio.

177. *Adulter Idæus.*] Paris Trojanus, ab Ida, monte Phrygiæ.

178. *Cum ſua præda.*] Cum Helena.

179. *Quam petis.*] Id eſt, me ad quam ſæpe venis.

180. *Es quoties grave ſit.*] Grave ſit ex ſcriptis multi. ut alibi,

— *leve ſit, quod bene fertur, onus.*

Heinf. *Quoties ſit grave puppibus.*] Quoties eſt periculolum navibus.

Sic facito spernas, ut vereare, fretum.
 Arte laboratæ merguntur ab æquore puppes:
 Tu tua plus remis brachia posse putes?
 Quod cupis, hoc nautæ metuunt, Leandre, natare. 185
 Exitus hic fractis puppibus esse solet.
 Me miseram! cupio non persuadere, quod hortor:
 Sisque, precor, monitis fortior ipse meis.
 Dummodo pervenias, excussa que sæpe per undas
 Injicias humeris brachia lassa meis. 190
 Sed mihi, cæruleas quoties obvertor ad undas,
 Nescio quæ pavidum frigora pectus habent.
 Nec minus hesternæ confundor imagine noctis,
 Quamvis est sacris illa piata meis.
 Namque sub Auroram, jam dormitante lucerna, 195
 (Somnia quo cerni tempore vera solent)
 Stamina de digitis cecidere sopore remissis:

Col-

183. Vincuntur ab æquore puppes.] Merguntur. Putaneus cum aliis plurimis. Heins.

184. Posses putas.] Putas duo scripti. Idem.

187. Cupio non persuadere quod hortor.] Opto alii. Idem.

191. Sed mihi] Dicit, se terreti, quoties aspicit mare ita turbatum. Hüb.

192. Nescio quid pavidum frigore pectus habet.] Putabam aliquando habet. Nunc accedo duodecim scriptis codicibus, qui legunt,

Nescio quæ pavidum frigora pectus habent. ut jam monui ad Epist. XII. v. 170. alii codices habet. Fast. 1.

Mens abis & morior quoties pugnantis imago

Me subis, & gelidum pectora frigus habet.

ubi habent in scriptis nonnullis. Sed tum frigora pectus sit legendum. alii codices hoc loco,

Nescio quod pavidum pectora frigus habent.

Argentinus,

— pavidum pectore frigus habet.

forte. pro pavidam pectore vel pavidam pectore. Heinsius.

196. Somnia quo cerni.] Quia videlicet stomachus non sit vino ciboque distentus. Somnia.] Vide Macrobi. lib. 1. c. 3. in Somn. Scip. ubi quinque somniorum nomina. Quæ & item in 2. Idyll. Mosch. De geminis somni portis multi multa. Homer. Odysl. t. v. 562.

Δοιαὶ γὰρ τε πύλαι ἀμεινῶν εἰσὶν οὐρανῶν.

Αἱ μὲν γὰρ ἀπὸ δαίμονος ἑστῶσιν, αἱ δ' ἐκ θεῶν. &c.

ubi vide Eustath. Quod Virgil. ita reddit 8. Æncid.

Sunt gemina somni porta: quarum altera fertur

Cornu; qua veris facilis datur exitus umbris.

Alteram candens perfecta nitens elephanto. &c.

Nec tu sperne piis convenientia somnia portis. Propert. 4. 7. Vide & Lucian. Gall. in somn. ubi hæc more suo ridet.

197. Stamina de digitis cecidere.] Virgil. 1X.

Excussi manibus radii, revolutaque pensa.

198. Fe-

Collaque pulvino nostra ferenda dedi.
 Hic ego ventosas nantem delphina per undas
 Cernere non dubiâ sum mihi visa fide. 200
 Quem, postquam bibulis illisit fluctus arenis,
 Unda simul miserum vitæque descruit.
 Quidquid id est, timeo. nec tu mea somnia ride:
 Nec nisi tranquillo brachia crede mari.
 Si tibi non parcis, dilectæ parce puellæ: 205
 Quæ nunquam, nisi te sospite, sospes erit.
 Spes tamen est fractis vicinæ pacis in undis.
 Tum placidas tuto pectore finde vias.
 Interea, nanti quoniam freta pervia non sunt,
 Leniat invisas littera missa moras. 210

198. *Ferenda.*] *Sustinenda. Ant.*

199. *Nantem Delphina.*] A delphino recte sumpsit auspiciū: quoniam homini amicus est. *Ant. Delphina.*] Virgil. 5. *Æneid.*

Delphinum similes: qui per maria humida nando

Carpathium Libycumque secant. —

Virgil. 1. 1.

Delphinumque modo demersu æquora rostris.

200. *Non dubia fide.*] Id est, manifeste.

206. *Sospes erit.*] Ero Puteaneus & tres alii ex melioribus. *Hainf.*

301. *Tu placidas toto pectore finde vias.*] Tunc quatuor scripti, totidem *Tum*, utrumque bene. sex *toto pectore.* &

hoc probe. *Scrivenerius placitas aquas.* quod etiam aridet. sic *placita bona.* Ep. *Helenz.* *placita puella* lib. 1. *Art. Am.* ex antiquis libris V. 37. ubi plura. *placita forma Art. Am.* 111. & *Fast.* 11. *placitus vultus Medic. Faciei.* *placita quies Fast.* 1. v. 205. ex scriptis. & *placitus Numicus* ex conjectura *Fast.* 111. v. 653. sic & *placitas terras Val. Flaccus.* l. V. v. 72. dixit, — & jam

Puppe sedens placitas dimiserat anchora terras.

ubi simili modo peccatur. ut & lib. 1. v. 265. *placito si currere fluctus Pelea vultis,* ait. hoc est, vobis placito. Deos enim alloquitur, quomodo lib. 11. de *Jasone,* *placitosque Deis ne deserat altus.*

EPIST. HEROIDUM
EPISTOLA XX.
ARGUMENTUM.

Profectus ad sacra Diana Acontius qua in Delo, insula maris Aegei, omnium Cycladum clarissima, frequenti virginum conventu celebrabantur, in amorem Cydippes, puella nobilis, adolescens exarsit. Sed cum illam ob generis imparitatem non auderet sollicitare, novam commentus fraudem, in pulcherrimo pomio scripsit duos hosce versus: Juro tibi sane per mystica sacra Dianæ, Me tibi venturam comitem, sponsamque futuram. atque illud ad pedes puella projecit: qua fraudis inscia, cum imprudens legeret, paciscitur cum Acontio. Nam, quæ ante deos in templo Delia Diana diceretur, rata esse, lex erat. Cum autem paulo post pater, hujusce rei inscius, illam alii desponderet, subita febris correpta est. Quare hac epistola Acontius conatur eidem persuadere, hunc morbum à Diana immissum esse: propterea quod non impletet, quæ dea præsentem promississet.

ACONTIUS CYDIPPÆ.

Pone metum: nihil hic iterum jurabis amanti.

Promissam fatis est te semel esse mihi.

Perlege: discedat sic corpore languor ab isto,

Qui meus est, ulla parte dolente, dolor.

Quid pudor ora subit? nam, sicut in æde Dianæ, 5

Suspisor ingenuas erubuisse genas.

Conjugium pactamque fidem, non crimina, posco:

Debitus ut conjux, non ut adulter, amo.

Verba licet repetas, quæ demtus ab arbore foetus

Per-

Prisca editiones & codices nonnulli manu exarati hoc distichon in fronte hujus Epistolæ exhibent,

Accipe, Cydippe, despolii nomen Acontis,

Illius in pomio qui tibi verba dedit.

Est autem hæc epistola fœde depravata plurimis in locis. *Heins.*

1. *Pone metum.*] *Omni fraudis suspicionem amota perlegas licet hanc epistolam.*

Ἡ τινὲς τὴν δόλον ἀλλὰ οὐκ οἶσας. —

Hom. Odyss. x. v. 380.

Quid est, quod morbis? ne tibi lectus malitiam apud me suadeat,

Plaut. Bacchid. 1. v. 20.

3. *Discedat sis.*] *Scil. si legeris, Languor.*] *Morbus. Isto.*] *Tuo. Hæc.*

4. *Qui meus est ulla parte dolere dolor.*] *Dolore* Putaneus & alii nonnulli. *tres libri dolente.* Forte,

Qui meus est, ulla parte dolente, dolor. *Heinsius, Ulla parte dolente.*] *Si quid tibi doleat, id mihi quoque ægrè sit.*

5. *Quid pudor ora subit.*] *Ante subit* Putaneus alique codices magno numero. *Scribe. Quid? pudor ante subit?* ut apud Claudianum,

Quid seror? audebit tacitum conscendere classem?

vulgatam tamen lectionem non sollicitum temere, *Heinsius.*

8. *Debitus.*] *Ex pacto legimus. Hubertus,*

9. *Fœtus ab arbore demtus.*] *Virgil. 6. Ausri*

Pertulit ad castas, me jaciente, manus; 10
 Invenies illic id te spondere, quod opto,
 Te potius, virgo, quam meminisse Deam.
 Nunc quoque idem timeo: sed idem tamen acrius illud
 Assumfit vires; auctaque flamma morâ est.
 Quique fuit nunquam parvus; nunc tempore longo, 15
 Et spe, quam dederas tu mihi, crevit amor.
 Spem mihi tu dederas: meus hic tibi credidit ardor.
 Non potes hoc factum teste negare Deâ.
 Adfuit, & præsens, ut erat, tua verba notavit:
 Et visa est motâ dicta probasse comâ. 20
 Deceptam dicas nostra te fraude licebit:
 Dum fraudis nostræ causâ feratur amor.
 Fraus mea quid petiit, nisi uti tibi jungerer uni?
 Id me, quod quereris, conciliare potest.

Non

*Auricomas quam quis decerpserit arbore
 fatus.*

Et deinde,

— *croceo fatus teretes circumdare truncos.* ubi vide Scrv.

11. *Illic.*] In pomo. *Id quod opto.*] Conjugium significat. *Ans.* Spondere.] Libentius lego, ut est in aliis lib. *jurasse.* Ciofan: *Quod opto.*] Malo *optem.* Heinfs.

12. *Te potius meminisse.*] Scil. te futuram sponsam meam: quod velim te potius meminisse. *Quam deam.*] Scil. Dianam, quæ memor illius promissionis, quam non præstas, immittit tibi morbum.

15. *Vel tempore longo.*] *Nec tempore* Putaneus aliique plurimi. quinque *tam tempore.* lege jam *tempore longo.* nisi malis *nunc tempore,* quomodo Moreti coddex cum uno Ambrosiano. unus, *nec tempore parvo.* unus *itidem,* ne *tempore longo.* alius, *non tempore longo.* Heinfsius.

16. *Ex spe.*] Putaneus & decem alii, *Et spe.* quidam cum prima editione *Es spem.* plures *Es spes.* Leidensis *Is spe.* crevis etiam pro *crescit* Putaneus & decem alii. *Idem.*

17. *Meus ardor credidit hoc.*] *Id est,*

amor fecit, ut tibi hoc crederem, quod promissisti.

18. *Non potes hoc factum.*] Forte *pactum.* ut & paulo post,

Sis fraus huic nomen pacti.
 supra *pactam fidem* appellat. infra,
 — *recitetur formula pacti,* Heinfsius.

19. *Præsens ut erat.*] *Erat* Putaneus & Patavinus. Atque ita forsan epistola sequenti sit scribendum,

Sicut erat, properans verba imperfecta relinquo.

De hoc loquendi modo vide Notas in Met. x. v. 7. *Idem.*

20. *Motâ dictâ tulisse comâ,*] *Notasse* multi ex scriptis. Gronovianus, Oxoniensis & Leidensis *probasse.* quod verum est. Fast. 11. de Lucretia.

Illâ jacens ad verba oculos sine lumine movit,

Visâque concussa dictâ probare comâ. *Idem.*

23. *Nisi mi tibi jungerer uni.*] Scripti plerique cum primis editionibus *nisi quod.* Forte, *nisi quo.* *Idem.*

24. *Id me quod quereris conciliare potest.*] *Potes* multi ex scriptis. Aut Distichon hoc valde fit mendosum oportet;

S 5 aut

- Non ego naturâ, nec sum tam callidus usu: 25
 Solertem tu me, (crede) puella, facis.
 Te mihi compositis (si quid tamen egimus) à me
 Adstrinxit verbis ingeniosus Amor.
 Dictatis ab eo feci sponsalia verbis:
 Consultoque fui juris amore vaser. 30
 Sit fraus huic nomen factò, dicarque dolosus:
 (Si tamen est, quod ames velle tenere, dolus.)
 En iterum scribo, mittoque rogantia verba.
 Altera fraus hæc est: quodque queraris, habes.
 Si noceo quod amo; fateor, sine fine nocebo; 35
 Teque petam: caveas tu licet ipsa peti.
 Per gladios alii placitas rapuere puellas:
 Scripta mihi caute littera crimen erit?
 Dî faciant, possim plures imponere nodos!
 Ut tua sit nulla libera parte fides. 40
 Mille doli restant: clivo sudamus in imo.
 Ardor inexpertum nil finet esse meus.
 Sit dubium, possisne capi; captabere certe.
 Exitus in Dîs est: sed capiere tamen.

Ut

aut Ovidianæ non est venæ. Forte,

Metibi, quod quereris, conciliare potest.
 Idem. *Conciliare.*] Συναρσενος κίπριν.
 Æschyl. Prometh. Συναρσενίσας. Arg.
 Apoll. 4. v. 419. Σύλλογον προτινάμει.
 Herod. 8. *Ut semel es flavo conciliata viro.*
 Catal. Eleg. 4. *Concilio tibi, ô juvenis,*
sororem. Petron. Hinc conciliatrix, vox
 lenocinii.

25. *Callidus usu.*] *Arte* quidam. Ar-
 gentinus *astu.* Heinsius.

27. *Si quid tamen egimus arte.*] *Egimus*
arte duo libri. *egimus à me* Puteaneus.
hoc est à me compositis. Idem.

29. *Sponsalia.*] Solemnia verba nup-
 tiarum. Nam secundum Jurisconsultos,
 Sponsalia sunt mentio & repromissio
 futurarum nuptiarum. *Ab eo.*] Ab
 amore.

32. *Sitamen.*] Cum potius sit victus,

quam dolus, velle tenere, quod amas.

36. *Teque petam caveas tu licet, ipsa*
petam.] Inconcinna hoc loco repetitio.
usque petam duo libri. quatuor alii, *ipsa*
peti. recte. posset & legi, *Teque, peti ca-*
vendas tu licet, usque petam. Nam Argenti-
 nus, *Teque pete.* Heinsius.

39. *Dî faciant, possim plures imponere*
nodos.] *Plures possim tibi ponere nodos* Mo-
 reti codex venuste. Ep. Phædræ tamen,
Imposuit nodos cui Venus ipsa suos.
 Idem. *Ponere nodos.*] Ad fidem tuam
 adstringendam.

41. *Nullo modi restant. clivo sudamus*
in uno.] *Doli meliores cum Puteaneo.*
 idem *clivo imo* cum tribus aliis. optime.
 Remedio Amoris,
Principio curvi noster anhelat equus.
 Heinsius.

44. *Exitus in dis.*] *In dubio est* Got-
 tor-

Ut partem effugias, non omnia retia falles : 45
 Quæ tibi, quam credis, plura tetendit Amor.
 Si non proficiant artes, veniemus ad arma;
 Inque tui cupido rapta ferere sinu.
 Non sum, qui solem Paridis reprehendere factum :
 Nec quenquam; qui, vir possit ut esse, fuit. 50
 Nos quoque : sed taceo. mors hujus pæna rapinæ
 Ut sit, erit quam te non habuisse, minor.
 Aut esses formosa minus, peterere modeste.
 Audaces facie cogimur esse tua.
 Tu facis hoc, oculique tui; quibus ignea cedunt 55
 Sidera; qui flammæ causa fuere meæ.
 Hoc flavi faciunt crines, & eburnea cervix;
 Quæque precor veniant in mea colla manus:
 Et decor, & vultus sine rusticitate pudentes:
 Et, Thetidi quales vix rear esse, pedes. 60
 Cætera si possem laudare, beatior essem:
 Nec dubito, totum quin sibi par sit opus.

Hac

torphianus. nil muta. Pindarus,
 Νῦν δ' ἄλπομαι μὲν, ἐν θεῶν γὰρ μὲν τί-
 λῳ. Heinsius.

In Dis.] Εἰ θεῶν γένεσι κῆνται. Horn.
 45. Non omnia retia falles.] Ita te cir-
 cumcludam, ut elabi nunquam amorem
 meum queas: quasi certa quadam inda-
 gine. Virgil. — saltusque indagine cin-
 gunt. Et Cæsar 8. de bell. Gall. Campum,
 silvis undique impeditis, & altissimo
 flumine, velut indagine munitum.

46. Quam credis plura.] Credas scribe.
 sic Ep. Hems,

Plus quoque, quam credi quod mihi pos-
 sit, amo.
 mox proficiant multi ex scriptis. Heinsius.

48. Inque tui cupido rapta ferere sinu.]
 Inque tui cupidus, vel Inque meo cupido
 Puteanus. Lege, Inque meo cupidi sum.
 & vidi quæ noto ad Epist. V. v. 45. meo
 cupido etiam prima editio, & ex melio-
 ribus scriptis decem. Alii complures
 mei cupido. Idem.

51. Nos quoque.] Rapiemus te.
 53. Aut esses formosa minus.] Si esses
 minus pulchra, modestius te peterem.

55. Quibus ignea cedunt.] Malo ce-
 dent. ut,

Cedant carminibus reges regumque
 triumphis. Heinl.

58. Quæque precor.] Quasque prima
 editio cum plurimis scriptis. Idem.

59. Pudentes sine rusticitate.] Id est,
 pudorem ingenuum, & liberalem.

60. Et Thetidis quales vix rear esse po-
 des.] Rear prima editio, Puteaneus, &
 alii complures bene. Lege etiam The-
 tidi. nam in Gottorphanio Thetidem vel
 Veneri. hinc ἀργυρόρεζα Thetis Home-
 ro dicta. Heinl. Quales vix rear esse pedes
 Thetidis.] Id est, candidissimos. Nam ab
 Homero ἀργυρόρεζα dicitur. Fuit au-
 tem filia Nerei, mater Achillis, uxor
 Oceani.

62. Nec dubito totum quin tua pars sit
 opus.] Tui pars prima editio, quatuor
 scripti

Hac ego compulsus, non est mirabile, forma,

Si pignus volui vocis habere tuæ.

Denique, dum captam tu te cogare fateri,

65

Insidiis esto capta puella meis.

Invidiam patiar : passio sua præmia dentur.

Cur suus à tanto crimine fructus abest?

Hesionen Telamon, Briseïda cepit Achilles:

Utraque victorem victa secuta suum.

70

Quamlibet accuses, & sis irata licebit;

Irata liceat dum mihi posse frui.

Iidem qui facimus, factam tenuabimus iram:

Copia placandæ sit modo parva tui.

Ante tuos flentem liceat consistere vultus:

75

Et liceat lacrymis addere verba suis.

Utque

scripti tibi par. Gortorphanus & prior
Moreti pro diversâ lectione sibi par.
quomodo jampridem esse rescribendum
divinaram. Amor. 11. El.

— tumulus pro corpore parvus,
Quo lapis exiguus par sibi carmen habet.
Met. lib. xii. ex vestigiis veterum libro-
rum,

Hac illi mensura viro respondit, & hac
est

Par sibi Pelides.

Trist. iv. El. vi,

Tristior est etiam præsens arumna priori,
Ut sit enim sibi par, crevit & aucta
mora est.

Trist. v. El. ult.

Nam tua, dum stetit, turpi sine crimine
mansit,

Et Famae probitas irreprehensa fuit.

Par eadem nostra nunc est sibi facta ruina.
Ita versus isti mendosissimi sunt corri-
gendi. Martialis, lib. ix. Epigr. ultimo.

Qua nova tam similes genuit sibi Leda
Lacones.

ubi similes tibi perperam legitur, & La-
cones. Heinsius.

64. Pignus tua vocis.] Fidem, & spon-
sionem à te factam.

69. Hesionen Telamon.] Hesione Lao-

medontis filia Telamoni data est, quo-
niam primus Pergama conscendit. Bri-
seïda cepit.] Cum Lymessum expugna-
set. Ant.

70. Utraque victorem nempe sacra vi-
rum.] Villa sacra Gortorphanus &
unus Ambrosianus argute. Propert.
lib. 111.

Vicit victorem candida forma virum.
Met. 111.

Dum spatium victor victi consideras
hostis.

Fast. 111.

Nondum tradideras villas victoribus
artes

Gracia.

quo Juvenalis respiciunt illa,

Gracia capta ferum victorem cepit.

Ep. viii.

Hinc victor victo nempe pendendus eras.

Amor. i. El. i.

Qua vicit victos protegit ille manu.

Præterea victorem suum, prima editio,
cum primo Mediceo. male. ut ex Pro-
pertii loco jam vidimus. Heinsius.

74. Placanda tui.] Meliores cum Pu-
teaneo placandi. recte. Alterum Latine
vix dicitur. Idem.

76. Et

Utque solent famuli, cum verbera sæva verentur,
Tendere submissas ad tua crura manus.
Ignoras tua jura. voca. cur arguor absens?
Jamdudum dominæ more venire jube. 80
Ipse meos scindas licet imperiosa capillos,
Oraque sint digitis livida facta tuis:
Omnia perpetiar: tantum fortasse timebo,
Corpore lædatur ne manus ista meo.
Sed neque compedibus, nec me compesce catenis: 85
Servabor firmo vinctus amore tui.
Cum bene se quantumque volet satiaverit ira;
Ipse tibi dices, Quam patienter amat!
Ipse tibi dices, ubi videris omnia ferre;
Tam bene qui servit, serviat iste mihi. 90
Nunc reus infelix absens agor: & mea, cum sit
Optima, non ullo causa tuente perit.
Hoc quoque, quod jus est, sit scriptum injuria nostrum:

Quod

76. *Et licet lacrymis addere verba meis.*]
Suis Puteaneus cum Lovanienſi & alexo
Moreti. probe. vide Notas Epistola xvii.
v. 252. Trist. iiii. Eleg. iiii. ut scriben-
dum puro.

Deque suis lacrymis humida fersa dato.
Sed licet quoque Lovanienſis. Idem.

78. *Tendere submissas in tua crura ma-*
nus.] *Ad tua meliores.* quidam etiam
sub tua. Amor. lib. i. El. ii.

Perrigimus villas ad tua crura manus.
ut quidem vetus illic membrana exhi-
bet. *Idem.*

82. *Oraque sunt digitis livida nostra tuis.*]
Livida facta probe libri duodecim. *aspera*
facta duo alii. Epistola OEonones,
Oraque sunt digitis aspera facta meis.
sic frigida facta & saucia facta Ep. Hyper-
metestiz. Am. i. El. vi.

Vida sit ut lacrymis janna facta meis.
quare & l. iiii. Fast. forte scribendum,

Factaque cum fueris rure his uida seges.
Cum *Tallaque* illic legatur. *pallida facta*
Remedio Amoris. *arida facta* Hyphisy-
les Epistola, & Trist. iiii. El. xiv. & Ele-

gia de Nuce obvia facta Fast. ii. *languida*
facta Fast. iiii. & v. *rubida facta* Pont. i.
El. i. & *saxea facta* de Niobe El. ii. *bar-*
bara facta Ep. Medez & Trist. v. El. vii.
dura facta Trist. v. El. x. *humida facta*
Trist. iv. El. i. Pont. i. El. x. *facta beata*
bis apud Propertium. *candida facta* gelu
Trist. iiii. El. x. *via per factas candida sa-*
thianives Art. Am. ii. & sic sepe. *Idem.*

87. *Cum bene se, quantumque volet.*]
Malo voles. Idem.

92. *Optima.*] Quoniam pro conjugio
pugnat.

93. *Hoc quod amor jussit, scriptum est*
injuria nostra.] *Hoc quoque quod... jussit,*
scriptum injuria nostrum Puteaneus. *Hoc*
quoque quod jussit scriptum est injuria no-
stri, vel nostra vel nostrum plerique. *Hoc*
quoque quod, vis si prima editio & qua-
tuor scripti. Lovanienſis *Hoc quod opus*
jussit. Puro,

Hoc quoque, cum jus sit, sit scriptum in-
juriam nostrum.

vel quid simile. Sed totum distichon
opinor esse adulterinum. *Heinsius.*

94. *Quid*

Quod de me solo nempe queraris, habes.
 Non meruit falli mecum quoque Delia. si non 95
 Vis mihi promissum reddere, redde Deæ.
 Aduit; & vidit, cum tu decepta rubebas:
 Et vocem memori condidit aure tuam.
 Omina re careant. nihil est violentius illa,
 Cum sua, quod nolim, numina læsa videt. 100
 [Testis erit Calydonis aper. nam scimus, ut illo
 Sit magis in natum sæva reperta parens.]
 Testis & Actæon, quondam fera creditus illis,
 Ipse dedit leto cum quibus ante feras.
 Quæque superba parens, saxo per corpus oborto, 105
 Nunc quoque Mygdonia flebilis adstat humo.
 Hei mihi, Cydippe! timeo tibi dicere verum;
 Ne videar causa falsa monere mea:
 Dicendum tamen est: hoc est (mihi crede) quod ægra
 Ipso nubendi tempore sæpe jaces. 110
 Con-

94. *Quod de me solum.*] Solo Puteaneus
 & alii multi ex melioribus. *Idem.*

95. *Non meritis falli.*] Malo Num.
 Heinſius. *Delia.*] Diana, à Delo insula,
 in qua & nata est, & colebatur præcipue.

97. *Decepta.*] Verbis in pomis scriptis
 capta. *Ant.*

98. *Vocem tuam.*] Jurantis.

100. *Cursu sua qua non vult.*] *Quod no-*
lim Puteaneus & tres alii. quidam, *quod*
non vult, *quod nollem*, *quod nolis*, & simi-

lia. *Heinſius.*
 101. *Testis erit Calydonis aper. nam*
scimus ut illo.] In Puteaneo codice nihil
 vereris lectionis apparebat præter hæc
Testis erit..... lydon... ap. vulgata lectio-
 ne manu recentiori substituta. pro *nam*
scimus ut illo Sarravianus & alii nonnulli
sic scimus ut illo. nos scimus Moreti. *sc* *sci-*
mus alii nonnulli. vel *si scimus* ut Argen-
 tipius. *scit scimus ut illa.* Mihi & hoc di-
 stichon adulterinum videtur. Scholia-
 stes aliquis exemplum apri Calydonii
 reliquis duobus de Actæone & Niobe
 addiderat. ex eo schotio distichon post-

ea est constatum, barbarum sane & in-
 fultum. *Idem.*

103. *Testis & Actæon.*] Is filius fuit
 Aristæi & Autonoeis, filiz Capmi. Scri-
 bitur hæc fabula plene ab Ovid. l. 3. Me-
 tam. *Creditus fera.*] Creditus cervus.
Illis.] Scilicet canibus, vel sociis suis.
Actæon.] Dominumque canes egere suum.
 v. 754. Et Eurip. Bacch. v. 1290.

Οὐρανὸν περὶ Ἀλκίονα δόλῳ καὶ νόμῳ.
Canes famelici in Dominum afferunt
dentes. Consule Mythol.

105. *Quæque superba parens.*] Nioben
 significat, Tantali filiam: quæ cum ex
 Amphione Jovis & Antiopes filio, li-
 beros quatuordecim genuisset, se Lato-
 næ fecunditate præposuit. Vide Ovid.
 lib. 6. Metam.

106. *Adstet flebilis.*] Flet etiam nunc
 in saxum versa. Nam ex eo saxo in me-
 moriam lachrymarum, adhuc aqua sca-
 turire traditur. *Ant. Mygdonia.*] Regio
 est minoris Asiæ, quæ & Bithynia dici-
 tur.

108. *Mæca causa.*] Propter me.

111. *Ne*

Consulit ipsa tibi; neu sis perjura laborat:

Et salvam salva te cupit esse fide.

Inde fit, ut, quoties existere perfida tentas,

Peccatum toties corrigat illa tuum.

Parce movere feros animosæ virginis arcus.

115

Mitis adhuc fieri, si patiare, potest.

Parce, precor, teneros corrumpere febribus artus.

Servetur facies ista fruenda mihi.

Serventur vultus ad nostra incendia nati:

Quique subest niveo lætus in ore rubor.

120

Hostibus è si quis, ne fias nostra, repugnat;

Sic fit, ut invalida te solet esse mihi.

Torqueor ex æquo, vel te nubente vel ægrâ;

Dicere nec possum, quid minus ipse velim.

Maceror interdum, quod sim tibi causa dolendi: 125

Teque mea lædi calliditate puto.

In caput hæc nostrum dominæ perjuria quæso

Eveniant: poenâ tuta sit illa meâ.

Ne tamen ignorem, quid agas; ad limina crebro

Anxius huc illuc dissimulanter eo.

130

Sub-

111. *Nesit perjuræ.*] Ne vires fidem, quam dedisti.

113. *Existere perfida tentas.*] Puteaneus exi re quatuor scripti *obfistere*. *confistere* Vossianus. unus Farnesianus *resistere*. Jureti excerpta, hæc fallere. Heinsius.

120. *Niveo lætis in ore rubor.*] *Lætus* quatuor scripti. *Idem*. *Lævis rubor.*] Quem Virgil. *Purpureum* vocat.

— *Isomenque juvenis purpureum.*

Æneid. 4. Et genæ dicuntur lucere. Florere. Sic & Græci.

Λάμπει δ' ἐν τὴν πορφυρίας παύσει φῶς ἰπάρει.

Athen. 13. c. 8. ex Phrynicho.

Et tinctus viola pallor amaranthæ.

121. *Hostibus & si quis.*] *Hostibus* & Basilensis. *Hostibus* ex duo aliis. Forte *Hostibus*, & Heins.

124. *Dicere nec possum quid minus esse velim.*] *Quid minus ipse velim* Puteaneus & alii ex melioribus. *possum* præterea legendum. *Idem*.

125. *Causa doloris.*] *Dolendi* meliores. *Idem*.

127. *In quo caput nostrum.*] *In caput nostrum* Puteaneus. Alii *multi*, *In caput & nostrum*. *Lego*, *In caput & nostrum*, nam in uno Farnesiano hoc *nostrum*. Gottorphanus *hæc nostrum*. in quas voces Tò & sæpe degeneravit, ut ad Epistolam primam monuimus. Græca imprecatio, apud quos frequenter occurrit, Aristophanem præsertim, sic καὶ ἀλλήτοι. sic, *Transfere pericula in caput suum*. apud Val. Maximum lib. 11. c. 14. posset & restitui, *Di capiti nostro*. ut in Amoribus.

Eveniant capiti vota sinistra meo. *Idem*,

131. *Fa-*

Subsequor ancillam furtim famulumve, requirens
 Profuerint somni quid tibi, quidve cibi.
 Me miserum ! quod non medicorum iussa ministro,
 Effingoque manus, infideoque toro.
 Et rursus miserum ! quod, me procul inde remoto, 135
 Quem minime vellem, forsitan alter adest.
 Ille manus istas effingit, & affidet ægræ,
 Invisus Superis, cum Superisque mihi.
 Dumque suo tentat salientem pollice venam ;
 Candida per causam brachia sæpe tenet : 140
 Contrectatque sinus, & forsitan oscula jungit.
 Officio merces plenior ista suo est.

Quis

131. *Famulumque requirens.*] Alii requiro. Idem.

134. *Adstringoque manus.*] Effingoque Putaneus & alii magno numero. cum prima editione. eleganter. & sic paulo post, *Ille manus istas effingit.* cum iisdem codicibus. est autem *effingere*, demulcere, leviter tergere. ut apud Ciceronem pro Sextio, *Sanguinem spongiis effingere.* Afranius,

Accedo ad te, & tibi cervicem fingam limco.

atque ita legendum ex codicibus scriptis. Elegia in mortem Drusi,

Nunc ego te infelix summatum tenoque tuorque,

Effingoque manus, oraque ad ora fero.

Falt. v.

Ille manus ægras manibus fingeat amicis.

lib. 11.

Et fingit lingua corpora bina sua,
quæ expressit ex istis Virgilianis de eadem re,

— *illam tereti cervice reflexam*

Mulcere alternos, & corpora fingere lingua.

Ubi Servius, *Fingere*, id est tergere. Cicero in *Sestiana* ; *Spongiis sanguis effungebatur.* id est tergebatur. *Fingere* tamen & formare aliquid & ad integram faciem arte perducere significat. inde fictores dicuntur qui imagines vel signa ex ære vel cerâ faciunt.

Claudian. in Rufin.

— *linguisque triforcis*

Mollia lambentes finxerunt membra cerastes.

Apud Plaut. Amphitryone Sosia facete,
Illic homo me interpolabit, meumque os
fingeret denuo.

sic Met. 14. fabula Thisbes in nonnullis melioris notæ codicibus scriptum offendi,

— *gelidis in vultibus oscula fingens.*

sic Epistola Herus v. 44. *Fingere oleo corpus.* ut illic scribendum monuimus. *affideoque thoro* etiam in uno Regio. quod sequentia confirmant. & id proprie medicorum. Horat. lib. 1. Sat. 1.

Aut alius casus te lecto adfixit. habes, qui

Affideat, fomenta parat.

Cydicpe infra de amante,

Affides ille quidem, quantum permittitur ipsi. Idem.

135. *Quod me procul inde removi.*] Remoto Putaneus cum tribus aliis. recte. malum etiam, *Tot rursus miserum !* Idem.

140. *Candida per causam brachia sæpe tenet.*] Trist. 11.

Per causam meminit se tetigisse manum. Idem.

142. *Ista merces.*] Scilicet jungendi oscula. *Est plenior suo officio.*] Quia cum sit medicus, hæc non sunt ejus officia, *illa suo est.*] *Ista scripti, Heinsius.*

143. Ne

Quis tibi permisit nostras præcidere messes?

Ad sepem alterius quis tibi fecit iter?

Iste sinus meus est: mea turpiter oscula sumis. 145

A mihi promisso corpore tolle manus.

Improbe, tolle manus. quam tangis, nostra futura est.

Postmodo si facias istud, adulter eris.

Elige de vacuis, quam non sibi vindicet alter.

Si nescis, dominum res habet ista suum. 150

Nec mihi credideris: recitetur formula pacti.

Neu falsam dicas esse; face ipsa legat.

Alterius thalamo, tibi nos, tibi dicimus; exi.

Quid facis hic? exi. non vacat iste torus.

Nam quod habes & tu humani verba altera pacti; 155

Non erit idcirco par tua causa meæ.

Hæc mihi se pepigit: pater hanc tibi, primus ab illâ:

Sed propior certe, quam pater, ipsa sibi est.

Promisit pater hanc: hæc adjuravit amanti.

Ille

143. *Nostras præcipere messes.*] Sic Puteanus cum aliis nonnullis. ut & primæ editiones. Vulgati *decipere*. tres *scripti*, *præcipere*. multi, *percipere*. Stroz-
zæ codex *percipere*. Lege, *præcidere* cum altero Moreti. *cadere* dixit Elegia de Nuce,

Si licet hoc, oleas distingite; cadite messes.

nam *fructus præcipere* aliud est. de quo Remed. Amor. v. 103. *Idem.*

144. *Ad spes alterius quis tibi fecit iter?*] *Ad sepem alterius* codex unus Mediceus cum prima editione. optime. persistit enim in metaphora. sic lib. III. *Artis*,

Te semper noris, tibi semper inhæreas uni;
Cingenda est altis sepihus ista seges.
hinc & apud Virgil. in Georgicis, *segeti præcidere sepem.* *Ad spes alterius* Patavicus & Arondelianus, proxime ad verum. *Idem.*

151. *Nec mihi credideris.*] Malo, *Ne mihi.* nam in uno Regio erat Nr. *Idem.*

156. *Par.*] Quoniam tuam huma-

nium est pactum, meum vero divinum. *Ans.*

159. *Hæc & iuravit amanti.*] Regius *sed & hæc.* præstat tamen, quod editiones nonnullas occupat, *adjuravit.* Noster Metam. lib. III.

Per tibi nunc ipsam (neque enim præstator illo

Est Deus) adjuro: tam me tibi verare

ferre,

Quam veri majora fida.

Terentius Andria:

Per omnes tibi adjuro Deos.

Capitolinus in Gordiano, *De quibus adjurare soletis, ne quis ante rem completam quicquam vel audiat vel intelligat.* Sævus ad illa Virgilii lib. XII.

Adjuro Strygi caput implacabile fontis.

Pro, juro. nam prothesis est. *Quidam tamen volumus juro dici tunc debere, cum confirmamus aliquid, aut promittimus. ut, juro me facturum. adjuro vero cum negamus. Adjuro me non posse, Adjuro me non fecisse.* Terentius, *Adjuras se non posse apud vos Pamphila absente perdurare.* Potest tamen
T. ad

Ille homines, hæc est testificata Deam. 160
 Hic metuit mendax, timet hæc perjura vocari.
 Num dubites, hic sit major, an ille metus?
 Denique, ut amborum conferre pericula possis,
 Respice ad eventus: hæc cubat, ille valet.
 Nos quoque dissimili certamina mente subimus. 165
 Nec spes par nobis, nec timor æquus adest.
 Tu petis ex tuto: gravior mihi morte repulsa est:
 Idque ego jam, quod tu forsan amabis, amo.
 Si tibi justitiæ, si recti cura fuisset;
 Cedere debueras ignibus ipse meis. 170
 Nunc quoniam ferus hic pro causa pugnat iniqua;
 Ad quid, Cydippe, littera nostra redit?
 Hic facit ut jaceas, & sis suspecta Dianæ.
 Hunc tu, si sapias, limen adire vetes.
 Hoc faciente subis tam sæva pericula vitæ. 175
 Atque utinam pro te, qui movet illa, cadat!
 Quem si reppuleris, nec, quem Dea damnat, amaris;
 Et tu continuo, certe ego salvus ero.
 Siste metum, virgo, stabili potiere salute.
 Fac modo polliciti conscia templa colas. 180
 Nec bove mactato cælestia numina gaudent;
 Sed, quæ præstanda est & sine teste, fide.

Ut

et ad valde significare, ut sit, Adjuro, valde juro. sic & apud Statium Theb. vii. hostesque propinques Adjurat. pro jura esse propinquos. Heinsius.

161. *Hæc et perjura vocari.] Duo libri, timet hæc perjura. mox Num dubites bene Oxoniensis. Heinsius.*

164. *Cubat.] Decumbit. Tenetur febris, lecto affixa.*

165. *Dissimili certamina mente subimus.] Marte præstiterit. Heinsius.*

170. *Cedere ignibus meis.] Non occupare meos amores, qui fuerunt priores tuis.*

171. *Nunc quoniam ferus hic.] Nunc ferus hic quoniam. concinnius legatur. Heinsius. Iniqua.] In qua jus nullum habet. Hüb.*

174. *Hunc tu, si sapias.] Hic deficiebat codex Puteaneus, cæteris ablatis usque ad Elegiam secundam lib. i. Amorum. Heinsius.*

176. *Quis movet.] In te Dianæ iram concitat.*

177. *Reppuleris.] Rejeceris. Repudaveris.*

178. *Et tu continuo.] Malim, et tu. Heinsius.*

181. *Non bove mactato.] Nec scripti plerique. Idem.*

182. *Præstanda fide.] Sic Medea Argon. 4. 1402.*

*Διόσχοτος οὐρανίας τι καὶ ἰγνα, δέσ-
 οται ἰππύων.*

182-

Ut valeant aliæ, ferrum patientur & ignes:

Fert aliis tristem succus amarus opem.

Nil opus est istis; tantum perjuria vita:

185

Teque simul serva, meque, datamque fidem.

Præteritæ veniam dabit ignorantia culpæ:

Exciderint animo fœdera læta tuo.

Admonita es modo voce mea, modo cassibus istis;

Quos quoties tentas fallere, ferre soles.

190

His quoque vitatis, in partu nempe rogabis,

Ut tibi luciferas offerat illa manus.

Au-

ἵνασιν, νίμωσιν τε θεῶν.

χαλεπὸν δὲ λαβεῖν θάδν ἀνδρ' ἰπτόρων. &c.

memorabiles versiculi à Polybio adducti lib. 4. Et Pausan. in Messenic. Et Thucyd. lib. 5. ἀλλὰ δὲ ἡμῖν. &c. διαλαὸς καὶ ἀδύλαος. Sine teste.] Sine arbitro, & conficio. Ille dolet verè, qui sine teste dolet. — Juro, sed Juppiter audis, etiam! Pers. Sat. 5. Et Juven. Sat. 8.

— Sidera testes — Intendunt oculos.

Item & Græci, ἰνυτὸς ὄμμα.

183. Ferrum patientur & ignes.] Tres libri patientur. Junianus & Scrozza patientur. recte. Heins. Ferrum patientur, & ignes.] Urendo & secando curentur.

184. Fert aliis tristem succus amarus opem.] Medicam opem Ambrosianus unus & Gottorphanus. ut Amor. 11. El. 1x.

Confessum medica postmodo juveni ope.

Rem. Am.

Carminis & medica, Phæbe, repertor opis.

Triest. v. El. vii.

Promissam medica non tulit artis opem.

Pont. 111. El. 1v.

Ad medicam dubius confugit ager opem. lib. 1v. El. 1.

Lenito medicam vulnere sensu opem.

Heins. Succus amarus.] Medicina ex succo amararum herbarum. Hüb.

185. Istis.] Aut igne, aut ferro, aut poculo.

188. Exciderint animo fœdera nostra

tuo.] Fœdera læta scripti fere omnes. & recte. deinde Exciderint, quod in tribus inveni, etiam amplector. nisi Exciderint quis malit. de quo Epist. vii. vers. 166. Heinsius.

189. Modo cassibus istis.] Cassibus scribendum. quod Regius & Moretanus meliores confirmant. sic apud Tibullum,

Jam mihi tenduntur casses, noster Art. Amat. 111.

— novus viso casse resistes amans.

lib. 1. Non bene de laxi cassibus exis aper. Idem.

191. In partu nempe vocabis.] Regabis cum scriptis. Idem.

192. Luciferas offerat illa manus.] Offerat libri meliores. quidam offerat proxime ad verum. sic lib. 1. Artis, offerre aures.

Neve aliquis verbis odiosas offerat aures. Ita enim veterrimi codices illic agnoscunt. at & Pont. 1v. El. xiii.

Materiam nostris offerat ingenis.

luciferas autem manus hic dixit, ut aequos luciferos epistola Canaces,

Paraque luciferos luna movebat equos.

Numus apud me argenteus Julia Pix, DIANÆ LUCIFERÆ inscriptum habet,

cum emblemate Dianæ tædam gerentis. Item alius ejusdem, Julia LUNA LUCIFERA. Luna biga boum vecta. Sic &

Diana φωσφορος apud Græcos dicta.

Idem.

T 2

193. Au-

Audiet; &, repetens quæ sint audita, requirere

Ipsa, tibi de quo conjuge partus eat.

Promittes votum; scit te promittere falsò

195

Jurabis; scit te fallere posse Deos.

Non agitur de me: cura majore laboro.

Anxia sunt vitæ pectora nostra tuæ.

Cur modo te dubiam pavidi flevire parentes,

Ignaros culpæ quos facis esse tuæ?

200

Et cur ignorent? matri licet omnia narres.

Nil tua, Cydippe, facta ruboris habent.

Ordine fac referas, ut sis mihi cognita primum,

Sacra pharetrata dum facis ipsa Deæ.

Ut, te conspecta, subito (si forte notasti)

205

Restiterim fixis in tua membra genis:

Ut, te dum nimium miror, (nota certa furoris)

Deciderint humero pallia lapsa meo.

Post-

193. *Audiet hæc repetens quæ sunt audita.*] *Quæ sunt scripti. Et repetens etiam bene prima editio. Idem.*

196. *Jurabis.*] *Id est, Si jurabis. Dicit post fallere deos.*] *Sicut semel fefellit. Hüb.*

200. *Ignaros culpa quos facis esse tuæ.*] *Cur licet jureri excerpta, cum Menteliano & uno Mediceo. duo alii, quos licet. Scribe, quos liquet. Sequenti versu ignorent pro ignorant meliores. Heins.*

202. *Facta pudoris habent.*] *Ruboris ex iisdem scriptis reponendum. Sabini Demophoon,*

O tibi quantus eris facti rubor!

Amor. III. El. XIV.

Illic nec tunicam tibi sit posuisse rubori.

ita optimus liber. ut & Artis lib. III.

Latinius Endymion non est tibi, Læta, rubori.

& eodem libro ex præstantissimis membranis.

Nec rubor est emisse palam. Idem.

Nil ruboris facta tua habent.] *Οὐκ ἐν αἰσχύνῃ τὸ ὀδ. Eurip. in Phœniss.*

204. *Sacra pharetrata dum facis ipsa dea.*] *Τὸ ἴσα ὀσιόσιον cum sit hoc loco,*

vix dubitem Ovidium scripsisse, ade dea cognatio nimirum literarum in utraque voce effecit ut alterutram oscitantes librarii omiserint, quod & alibi factum. Epist. XIV. ex veteri libro,

Et fecer armatas accipit ade natus, nam & illic ipse est in vulgatis. Fast. VI.

Sed superinjectis quis latet ade togis. Ubi similiter ipse legebatur. Heinsius. Dea pharetrata.] *Dianæ. Ant.*

207. *Es te dum nimium miror.*] *Ut te recte Mentelianus, Arondelianus, & Basilienfis. pro nota certa furoris malim quoque stuporis. Epistola Patidis,*

Dum stupor visus (nam pocula forte tenueram)

Tortilis è digitis excidit ansa meis.

Heinsius.

201. *Deciderint humero pallia lapsa meo.*] *Reciderint excerpta Juræti. probe. ut monitum jam à nobis Ep. XIV. v. 46. & sic videretur legendum lib. III. Fast.*

Ignibus Iliacis aderam; cum lapsa capillis

Recidis ante sacros lænea vitæ focos.

Nam Deficis inveni in quibusdam libris. Heins. Deciderint pallia.] *Stuporis indicium est. Ant. Deciderint pallia.*] *Ter-*

Eu-

Postmodo nescio qua venisse volubile malum,
 Verba ferens doctis insidiosa notis. 210
 Quod pia sit lectum sancta præsentè Diana,
 Esse tuam victam numine teste fidem.
 Ne tamen ignoret quæ sit sententia scripto;
 Lecta tibi quondam nunc quoque verba refer.
 Nube, precor, dicet, cui te bona numina jungunt: 215
 Quem fore jurasti, sit gener ille mihi.
 Quisquis is est, placeat; quoniam placet ante Dianæ.
 Talis erit mater, si modo mater erit.
 Sic tamen & quærat, qui sim quantusque, jubeto:
 Inveniet vobis consuluisse Deam. 220
 Insula Coryciis quondam celeberrima Nymphis
 Cingitur Ægeo nomine Cæa mari.
 Illa mihi patria est. nec, si generosa probâris
 Nomina, despectis arguor ortus avis.
 Sunt & opes nobis: sunt & sine crimine mores: 225
 Am-

EuBuch. 4. 6.

Th. Fac, animo hac præsentè dicas. Chr. faciam. T. attolle pallium.

Petii, hinc ipsi opus parvum est.

209. Postmodo.] Scilicet referas. Malum volubile.] Pomum rotundum. Volubile malum.] Item Metam. x. ff. 667. — aurumque volubile tollit. pro aureo pomo. Et Virgil. Æneid. vii. — volubile buxum. pro turbine. Nescio qua.] scilicet parte templi. Hub.

210. Verba ferens doctis insidiosa notis.] Sic & membranz, quotquot à me inspe-ctæ sunt. Scribe nihilominus doctis notis. quam emendationem pluribus adstruximus. Not. ad l. vi. Faf. v. 649. Heinſius. Doctis notis.] Literis callide scriptis.

212. Esse tuam.] Esse reor Jureti excerpta. Heinſ.

213. Scripti sententia qua fit.] Qua fit sententia scripto eadem Jureti excerpta, re-ctius. Idem.

215. Dicet.] Mater tua. Cui.] Scilicet mihi.

218. Si modo mater erit.] Si vere

te, & materno affectu amabit.

219. Si tamen & quærat qui sim qualif-que, videto.] Scripti nonnulli sed tamen in-quirat. Argentinenſis, Si tamen & quæ-rit qui sim. jubeto etiam est in nonnullis. Scribe,

Sed tamen inquirat qui sim qualifque ju-beto:

Inveniet &c.

nam inveniet pro inveniet quoque exſtat in nonnullis. Posset etiam, Sic tamen inquirat, quod tres codices præferunt. & qui sim quantusque cum Jureti excerptis. Ep. OEnones,

Nendum tantus eras, cum te contenta marito

Edita de magno flumine Nympha fui.

Heinſius.

222. Namine Cæa mari.] Lege Cæa. tam hic, quam Met. x. xxi. enim est Græcis. pro Coryciis Nymphis male Cary-ſtiis reponit Ortelius Thesauſo Geogra-phico in Cæs. sunt enim quas noster Co-rycidas lib. i. Met. vocat, & Parnassi in-colas facit. Heinſius.

T 3

228. Ju-

Amplius utque nihil, me tibi jungit amor.
 Appeteres talem vel non jurata maritum:
 Juratæ vel non talis habendus erat.
 Hæc tibi me in somnis jaculatrix scribere Phœbe,
 Hæc tibi me vigilans scribere jussit Amor. 230
 E quibus alterius mihi jam nocuere sagittæ:
 Alterius noceant ne tibi tela, cave.
 Juncta salus nostra est: miserere meique tuique.
 Quid dubitas unam ferre duobus opem?
 Quod si contigerit, cum jam data signa sonabunt, 235
 Tinctaque votivo sanguine Delos erit;
 Aurea ponetur mali felicitis imago,
 Clausaque versiculis scripta duobus erit:
 Effigie pomi testatur Acontius hujus,
 Quæ fuerint in eo scripta, fuisse rata. 240
 Longior infirmum ne lasset epistola corpus,
 Clausaque consueto sit tibi sine; vale.

228. *Jurata vel non talis habendus erat.*
 Forte,
Vel non jurata talis emendus erat.
 In Amoribus,
Sic non emptam vellet, emendus erat.
 Possit & amandus legi. Idem.

235. *Cum jam data signa sonabunt.* Dicit, quando celebrabuntur festa Dianæ in Delo, & offerentur ei sacrificia votiua: tunc Acontius suspendet in templo deæ effigiem pomi aurei, in quo duobus versiculis testificabitur, Cydippen servasse, quæ in eo pomo scripta legerat: & juraverat. *Cum data signa sonabunt.* Quia sonitu tubarum vocabantur ad sacrificia.

236. *Delos.* Insula, ubi colitur Diana. *Hub. Sanguine votivo.* Mactatæ erunt hostiæ, quas pro te & tuo conjugio vovi.

240. *Qua fuerint.* Fuerant septem codices. *Lege fuerint.* Art. Am. III. ex veteri libro,

Cura ducum fuerunt olim regumque potiora.

de quo Epist. VII. v. 166.

242. *Clausaque consueto sit tibi sine, vale.* Scribe consueto sibi sine. in Tristibus:

Jam mihi fata liquet, captos servantis cursus,

Per sibi consuetas semper itura vias.

Error passim obviis. ut jam supra monuimus hac epistola ubi sibi par, pro tibi reponendum. Pont. lib. III. El. I.

Sint utinam mites solito sibi more.

quæ etiam in vulgatis libris sunt corrupta. Plures hujus notæ mendas alibi castigamus non parvo numero.

CYDIPPE ACONTIO.
EPISTOLA XXI.

295

ARGUMENTUM.

Cum intellexisset Cydippe, hanc sibi febrem Diana indignatione contigisse, in Acontii vota contra paternam voluntatem concedere maluit, quam diutius torqueri. In primis respondet, se non ausam fuisse mentem suam clare exprimere: ne, ut in pomo, iterum juraret. Deinde, narrando quomodo insidiosum illud pomum acceperit, in ipsum Acontium invehitur.

CYDIPPE ACONTIO.

Pertimui, scriptumque tuum sine murmure legi:
Juraret ne quos inscia lingua Deos.

Et, puto, captasses iterum: nisi, ut ipse fateris,
Promissam scires me satis esse semel.

Nec lectura fui: sed, si tibi dura fuisset,
Aucta foret sævæ forsitan ira Deæ.

Omnia cum faciam, cum dem pia thura Dianæ;
Illa tamen iusta plus tibi parte favet.

Utque cupis credi, memori te vindicat ira.

Talis in Hippolyto vox fuit illa suo.

At melius virgo favisset virginis annis;

Quos vereor paucos ne velit esse mihi.

5

10

Lan-

QUædam exemplaria hic demum munificæ sunt de alieno, dum initium nobis hujus epistolæ hoc modo obtundunt,

Littera pervenit tua, quo consuevis, Acontii,

Et pæne est oculis insidiata meis.

Heinsius.

1. *Sine murmure.*] Tacite, sine ullo vocis sono.

2. *Insicia.*] Imprudens.

7. *Omnia cum faciam.*] Scil. sacra. Metam. 6. *Sacra Jovi facturus erat.* sic dicitur, *Facere sacrificium. Facere sacra publica.* Cicet. *Facere vitulâ.* scil. sacra. Virgil. Etiam verbum anaxiorum: Quod ab aliis satis inculcatum est. *Cum faciam omnia.*] In honorem Dianæ.

10. *Talis in Hippolyto.*] Non tantum fuit Hippolyto suo, quem etiam, secun-

dum quosdam, per Æsculapium à morte ad vitam revocavit, ut Virgil. scripsit. *Talis in Hippolyto.*] Sic Virgil. 2. Æneid.

Talis in hoste fuit Priamo.

Ubi vide Serv. Qui tamen non placet. Verbum enim *sum*, suadet ablativum, ideoque Archaïsmos hic non habet locum. Non enim hic sumitur *Tò in*, pro erga.

11. *Metus.*] Justius. *Virga.*] Ipsa Diana virgo. *Favisset annis virginis.*] Mei Cydippes, quæ etiam sum virgo.

12. *Quos vereor.*] Codices omnes post hunc versum deficiunt præter Sarra- vianum, Medicum, & unum ex meis recentiorem, quem à Luca Langerman- no donum habui. Arondelianus quoque reliquos hujus epistolæ versus majori ex parte in calcem voluminis post Sapphus epistolam rejecerat. *Heinsius.*

T 4

13. Lan-

Languor enim causis non apparentibus hæret.

Adjuvor & nullâ fessa medentis ope. (15

Quam tibi nunc gracilem vix hæc rescribere, quamque

Pallida vix cubito membra levare putas?

Huc timor accedit, ne quis nisi conscia nutrix

Colloquii nobis sentiat esse vices.

Ante fores sedet hæc: quid agamque rogantibus intus,

Ut possim tutò scribere, Dormit, ait. 20

Mox ubi secreti longi causâ optima somnus

Credibilis tardâ desinit esse morâ,

Jamque venire videt quos non admittere durum est;

Excreat; & fictâ dat mihi signa notâ;

Sicut eram, properans verba imperfecta relinquo: 25

Et tegitur trepido littera cauta sinu.

Inde meos digitos iterum repetita fatigat.

Quantus sit nobis, aspice ipse, labor.

Quâ peream, si dignus eras, ut vera loquamur:

Sed

13. *Languor enim causis non apparentibus hæret.*] Hoc est, morbus ipse hæret, sive durat: cum tamen nullæ ejus causæ appareant.

14. *Fessa.*] Defecta viribus, exhausta vi morbi. Sic Virgil. 1. *Æneid.*

— *Cerealiaque arma*

Expediunt, fessi verum.

Ubi. *Serv. Pennia & tempestatibus fatigati.* Etiam ad inanimata. Virg. 5.

Quoque magis fessas optem dimittere naves.

id est, Quassatas fluctibus, & convulsas. *Fessa.*] Morbo exhausta.

17. *Nunc timor accedit.*] Malim *Hub.* ut lib. 111. *Huc pudor accessit.* Heinsius.

18. *Colloquique vices.*] Virgil. 6. *Hæc vice sermonum* — Et alibi, *Inque vicem distis.*

19. *Quid agamque rogantibus inter.*] Scribo, intus, Columella præfatione *Rei Rusticæ*, *Neque enim roganti quid agatur intus, servi respondere dignantur.* Juv. Sat. 111.

Aique obiter legat aut scribes vel dormiet intus,

noster,

Formaque non taciti funeris instar erat. sic & sæpe alibi. *Heinsius.*

21. *Mox ubi secreti longe.*] Longi *Mediceus* cum præfata editione bene. *Idem.*

23. *Quos non admittere durum est.*] Cave tutum est reponas. *Tibullus,*

Illam quidem tam multa negat: sed credere durum est.

Sic etiam de me pernegat usque viro. *Idem.*

24. *Ficta dat mihi signa nota.*] Malim *testa*, ut epistola *Heleneæ.*

— *quoties ego testa notavi signa supercilio pane loquente dari!* *furtivas notas dixit Amor.* lib. 1. *El. 1v.* *Idem.*

26. *Littera cauta,*] Testa & abscondita.

27. *Fatigat.*] Scribendo.

28. *Quantus sis nobis.*] Sit recte meus codex & *Arondelianus.* *Heinsius.*

29. *Qua peream.*] *Qua scripti.* *Qua dignus,* scilicet *litterâ.* Posset & *Qua legi.*

Sed melior iusto, quamque mereris, ego. 30
 Ergo te propter toties incerta salutis
 Commentis poenas doque dedique tuis?
 Hæc nobis formæ te laudatore superbæ
 Contingit merces? & placuisse nocet?
 Si tibi deformis, quod mallet, visa fuisset? 35
 Culpatum nulla corpus egeret ope.
 Nunc laudata gemo : nunc me certamine vestro
 Proditis; & proprio vulneror ipsa bono.
 Dum neque tu cedis, nec se putat ille secundum ;
 Tu votis obstas illius, ille tuis. 40
 Ipsa, velut navis, jactor; quam certus in altum
 Propellit Boreas, æstus & unda refert.
 Cumque dies caris optata parentibus instat,
 Immodicus pariter corporis ardor inest:
 Et mihi conjugii tempus crudelis ad ipsum 45
 Persephone nostras pulsat acerba fores.
 Jam pudet: & timeo, quamvis mihi conscia non sim,
 Offensos videar ne meruisse Deos.

Acci-

gi. labore videlicet. *Idem. Qua peream, si dignus eras.*] Si mereris: sive, si dignus es, ut tua causa sustineam.

30. *Quamque mereris ero.*] Imo ego, atque ita Naugerius. sic Amor. lib. 1. El. vii.

Ille Deam primus perculis, alter ego.
 Heinsius.

37. *Nunc laudata gemo.*] Nunc ægra, varieque affecta sum, propterea quod vos me laudatis: hoc est, quia formosa habeor, & à vobis ambior. *Certamine vestro.*] Quod de me geritis. *Ut*rumque autem procum notat: cum alter tantum in culpa sit, cui juraverat scilicet.

38. *Proditis.*] Sic Ter. Adelph. 4. 5. *Prodidisti te, & illam miseram, & genus, quod quidem in te fuit.*

& Heautont. 4. 1.

Nempe anus illi prodita abs te filia est planissime.

& alibi. *Proprio bono.*] Forma bona.

Forma bonum fragile est.

39. *Dum neque tu cedis,*] Dum neuter alteri cedit, & interim tu fidem datam urges: quæ res tantum nocet mihi.

43. *Dies optata.*] Dies nuptialis.

44. *Immodicus corporis ardor.*] Id est, tunc maxime ex febre laboro.

45. *Et mihi.*] Scripti cum priscis editionibus *Nec mihi vel Nunc.* Forte *En mihi.* Heins. *Et mihi conjugii tempus, crudelis, &c.*] Ipsa mors in foribus, sive in lumine tunc maxime est, quando nuptias celebrare debeo.

46. *Persephone pulsât fores.*] Eurip. Herc. Fur. v. 481.

Νύμφας μὲν ἡμῖν κῆρας ἀντίδωκε ἔχουσιν.

Et Electr. v. 1143.

— ποσῇ

Πολυγῖστα: νυμφεύσου δὲ καὶ ἄλλοι δόμοις.

T 5

51. No-

Accidere hoc aliquis casu contendit : & alter
 Acceptum Superis hunc negat esse virum. 50
 Neve nihil credas in te quoque dicere famam,
 Facta beneficiis pars putat ista tuis.
 Causa latet: mala nostra patent. vos pace movetis
 Aspera submotâ praelia: plector ego.
 Dicam nunc, solitoque tibi me decipe more : 55
 Quid facies odio, sic ubi amore nocēs?
 Si lædis, quod amas, hostem sapienter amabis.
 Me, precor, ut serves, perdere velle velis.
 Aut tibi jam nulla est sperata cura puellæ,
 Quam ferus indignâ tabe perire sinis; 60
 Aut Dea si frustra pro me tibi sæva rogatur,
 Quid mihi te jactas? gratia nulla tua est.
 Elige quidingas. non vis placare Dianam;
 Immemor es nostri: non potes; illa tui est.
 Vel nunquam malle, vel non mihi tempore in illo 65
 Effet in Ægæis cognita Delos aquis.
 Tunc mea difficili deducta est æquore navis,
 Et fuit ad coeptas hora sinistra vias.

51. *Neve mihi credas.*] Omnino scribendum,

Neve nihil credas in te quoque dicere famam. Heins.

52. *Facta beneficiis pars putat ista meis.*] *Ista tuis* bene scripti cum editionibus vetustis. Idem.

54. *Aspera praelia.*] Contentio pro nuptiis. *Plector ego.*] A dea scilicet, quæ fidem à me exigit, ut quidem tu, Acontii, sentis.

55. *Dicam jam nunc solitoque tibi ne despice more.*] *Me decipe veteres libri* Forte,

I jam nunc, solitoque tibi me decipe more.

vel, *I nunc, i, solitoque.* dictum Ep. IV. p. 127. Heinsius.

58. *Me precor ut serves, perdere velle, velis.*] Hoc est, quando nocēs iis quos amas, diversisque affectus & effectus

Quo habes: quæso ut me oderis, & perdere cupias: & sic servabis. *Perdere velle velis.*] Locus manifeste corruptus. Tò velle perperam ex *velis* proxime sequenti inculcatum, cum ultimam duas syllabas in *perdere* librarius geminare neglexisset.

Me, precor; ut serves, perdere, dure, velis. Heinsius.

60. *Quam ferus indignâ tabe.*] Scribendum *tabe.* dictum Epistola Decianira. p. 145. Idem. *Indigna tabe.*] Mortuum, si-ve febrem suam intelligit.

62. *Quid mihi te jactas?*] Scilicet habere te deam propitiam & faventem.

63. *Quidingas.*] Utrum facias. *Nem vis placare.*] Dilemma est. Aut potes placare deam, & non vis: immemor es ergo mei. Aut vis placare, & non potes: immemor ergo illa tui est, hoc est, te non curat, nec tanti facit: quanti tu te fieri ab illa jactas.

70. *Pilla*

Quo pede processi! quo me pede limine movi!
 Picta citæ tetigi quo pede texta ratis! 70
 Bis tamen adverso redierunt carbasæ vento.
 Mentior ah demens! ille secundus erat.
 Ille secundus erat, qui me referebat euntem;
 Quique parum felix impediēbat iter.
 Atque utinam constans contra mea vela fuisset! 75
 Sed stultum est venti de levitate queri.
 Mota loci famâ properabam visere Delon;
 Et facere ignava puppe videbar iter.
 Quam sæpe, ut tardis, feci convitia remis;
 Quæstaque sum vento lintea parca dari! 80
 Et jam transieram Myconon, jam Tenon & Andron:
 Inque meis oculis candida Delos erat.
 Quam procul ut vidi, Quid me fugis, insula, dixi?
 Labe-

70. *Picta mea tetigi.*] *Picta citæ* libri veteres. probe. *Heinsius.*

76. *Sed stultum est venti.*] Versus suspectus. *Idem.*

78. *Ignava puppe.*] Similiter Virgil. 5. *Æneid.*

— sed pondere pinus

Tarda tenet.

79. *Quam sæpe ut tardis.*] *Hæc tardis* malo. *Heinsius.*

80. *Lintea parca dare.*] Imo *dari*. *Id.* *Lintea parca.*] Vela non plena.

81. *Et jam transieram Myconon.*] Scribe *Myconon* cum prima editione codex Medicus *Micon*. similis error etiam admissus lib. VII. Met. ubi,

*Hinc humilem Myconon cretosaque rura
 Cimo.*

pro *Myconon* nunc legitur. Petronius in fragmentis de Delo,

Hæc alta Gyro ligavit, illæ

Constanti Mycono dedit tenendam.

sic scribendum. *Myconos* enim non *Mycone* dicta hæc insula. Statius Achilleide manifeste.

— placet ire per altæ

*Cycladas. hinc spreta Myconos humilif-
 que Seriphos.*

idem Theb. III.

— ipsa tua *Mycono Gyaroque* revelli
Dele times.

ut legunt veterrima exemplaria. Apud Virgilium quoque *Æneid. III.*

Mycono celsa Gyaroque revinxit, habent optimi codices. ubi Servium quoque in hac voce ter quaterve emenda, & Hyginum Fab. CCXXXVI. ubi *Mycon* pro *Myconos* nunc legitur. Ab hac insula Adagium natum, *Πάλυρα ὠρὸς αἰῶν Μύκονος*. Vide Stephanum, Strabonem, ac cæteros Geographos. *Heins.* *Myconon.*] Una ex Cycladibus, memorabilis calvastris, qui inde *Myconii* dicuntur. *Tenon & Andron.*] Tenos insula est, una ex Cycladibus, ut Plin. & alia à Tenedo, quæ est e regione Trojæ. Andros item una ex Cycladibus.

82. *Candida Delos.*] Videtur ad nomen alludere. Significat enim *δῖα* Manifestum, clarum: qualia quæ candida sunt, esse solent. *Candida Delos.*] Non adeo ob candorem, quam quod diu latuit, & postea apparuit: vel propter manifesta oracula. vide Serv. 3. *Æneid.*

84. *Labe-*

Laberis in magno nunquid, ut ante, mari?
 Institeram terræ, cum jam prope luce peracta 85
 Demere purpureis Sol juga vellet equis:
 Quos idem solitos postquam revocavit ad ortus,
 Comuntur nostræ matre jubente comæ.
 Ipsa dedit gemmas digitis, & crinibus aurum:
 Et vestes humeris induit ipsa meis. 90
 Protinus egressæ Superis, quibus insula sacra est,
 Flava salutatis thura merumque damus.
 Dumque parens aras votivo sanguine tingit,
 Festaque fumosis ingerit exta focis;
 Sedula me nutrix alias quoque ducit in ædes, 95
 Erramusque vago per loca sacra pede.
 Et modo porticibus spatior, modo munera regum
 Miror: & in cunctis stantia signa locis.
 Miror & innumeris structam de cornibus aram,
 Et de qua pariens arbore nixa Dea est. 100
 Et quæ præterea (neque enim meminive libetve,
 Quidquid ibi vidi, dicere) Delos habet.
 Forsitán hæc spectans, à te spectabar, Aconti;
 Visaque simplicitas est mea posse capi.
 In templum redeo gradibus sublime Dianæ. 105
 Tu-

84. *Laberis in magno mari.*] Hoc est, fluctuans, & inconstans es, neque uno loco persistis: quoniam te consequi nequeo. *Laberis ut ante.*] Virgil. 3. *Æneid.*

Quam pius arcitenens, oras & littora circum

Errantem, Myconem celsa, Gyaraque revinxit,

Immotamque celi dedit & continere ventos.

Quod tamen ad terræ motum refertur. vide Serv. hic.

87. *Quod idem solitos postquam, &c.*] Postero die.

94. *Festaque fumosis ingerit exta focis.*] *Sellæque* scribendum, ni fallor. Fast. IV.

Sellæque fumosis exta dedere focis. Heinsius.

95. *Alias ades.*] In plurali significat domum, pro templis, significat plura templa.

97. *Munera regum.*] Donaria, quæ diis ibi oblata erant à regibus.

98. *Stantia fg.*] Statuas & effigies deorum.

99. *Miror & innumeris structam de cornibus aram.*] De hac ara est apud Callimachum in hymno Apollinis, quam Apollo ipse construxisse dicitur, cornua ex venatione suppeditante Diana.

100. *Et de qua pariens arbore.*] Pariens Latona innixa est oleæ ac palmæ. Sic 6. Metam. idem poëta.

106. Tu-

Tutior hoc ecquis debuit esse locus?
 Mittitur ante pedes malum cum carmine tali.
 Hei mihi! juravi nunc quoque pæne tibi.
 Sustulit hoc nutrix, mirataque, Perlege, dixit.
 Infidias legi, magne poëta tuas. 110
 Nomine conjugii dicto, confusa pudore
 Sensi me totis erubuisse genis:
 Luminaque in gremio veluti defixa tenebam;
 Lumina propositi facta ministra tui.
 Improbe, quid gaudes? aut quæ tibi gloria parta est? 115
 Quidve vir elusa virgine laudis habes?
 Non ego constiteram sumta peltata securi;
 Qualis in Iliaco Penthesilea solo.
 Nullus Amazonio cælatus balteus auro,
 Sicut ab Hippolyte, præda relata tibi est. 120
 Verba, quid exultas, tua si mihi verba dederunt;
 Sumque parum prudens capta puella dolis?
 Cydippe pomum, pomum Schoeneïda cepit.

Tu

106. *Tutior hoc ecquis debuit esse locus.*] Hoc ad Acontium, quem dicit in templo non debuisse sibi insidiari.

107. *Cum carmine tali.*] Græcum fuisse apparet carmen illud: sed quale, hætenus nemo tradidit, quia ipsa fabula alias nusquam clare aut plene tractata extat.

110. *Infidias legi.*] Versus suspectus. Heinſius.

114. *Lumina propositi facta ministra.*] Quia nisi aspexisset pomum, non legisset, & non iurasset.

117. *Sumta peltata secure.*] Securi veteres, Heinſius. *Peltata.*] Pelta armata. Fuit autem pelta scutum, quo peculiariter Amazones utebantur. *Peltata.*] Virgil. 1. *Æneid.*

Ducis Amazonidum lunatis agmina pelvis

Penthesilea furens.

Ubi formam quoque peltarum vides.

118. *Qualis in Iliaco Penthesilea solo.*] Penthesilea Amazonum regina fuit,

quam Achilles postea occidit: idemque, occisam, lachrymis & luctu profecturus est.

119. *Nullus Amazonio cælatus balteus auro.*] Inter labores, quos Herculi Eurystheus imperavit, etiam ille fuit, ut baltheum Amazonis Hippolytæ ad se referret. qua ex re illaro Amazonibus bello, isque acie profligatis, victam Hippolytem cum baltheo cepit: Dicit ergo Cydippe: Non tibi spoliū aut præda aliqua expectanda fuit, quemadmodum Achilli à Penthesilea, aut Herculi ab Hippolyte.

120. *Sicut ab Hippolytâ.*] Idem Hippolyte. Heinſius.

122. *Sumque parum prudens capta puella dolis.*] Rectius opinor fore *doli. parum prudens doli*, ut paulo post, *prudens animi sententia.* Epistola OENONIS, *prudens artis.* Idem.

123. *Pomum Schoeneïda cepit.*] Atalantam Schoenei filiam: quæ cum procos suos certamine cursus provocaret, ab Hip-

Tu nunc Hippomenes scilicet alter eris.
 At fuerat melius, (si te puer iste tenebat, 125
 Quem tu nescio quas dicis habere faces,)
 More bonis solito spem non corrumpere fraude.
 Exoranda tibi, non capienda fui.
 Cur, cum me peteres, ea non profitenda putabas,
 Propter quæ nobis ipse petendus eras? 130
 Cogere cur potius, quam persuadere volebas,
 Si poteram audita conditione capi?
 Quid tibi nunc prodest jurandi formula juris,
 Linguaque præsentem testificata Deam?
 Quæ jurat, mens est: nil conjuravimus illa. 135
 Illa fidem dictis addere sola potest.
 Consilium prudensque animi sententia jurat,
 Et nisi judicii vincula nulla valent.
 Si tibi conjugium volui promittere nostrum;
 Exige polliciti debita jura tori: 140
 Sed si nil dedimus, præter sine pectore vocem;
 Verba

Hippomene victa est, objectu pomorum aureorum, quæ à Venere acceperat: ut idem poeta in *Metamorph. lib. 10.* tradit.

105. *Puer iste.*] Cupidinem intelligit, quem ut virgo, ignorare se fingit.

127. *More solito bonis.*] Ea via & ratione, qua boni ac honesti solent. *Spem non corrumpere fraude.*] Spem quam habebas, corrumpere ac perdere ista fraude ac fallacia pomi.

128. *Capienda.*] Decipienda, & circumvenienda fraude.

132. *Si poteram audita conditione capi?*] Hoc est, si tua talia erant, ut iis merito capi & allici possem.

133. *Jurandi formula juris.*] Consultorum verbis utitur: pro, quid tibi prodest iurandum, quod verbis pomilectis ibi feci.

135. *Quæ jurat, mens est.*] Alludit ad vulgatum versum Euripidis.

Η' γὰρ σὸ' ὁμιόμεν', ἢ δὲ φρὸν ἀμύμαλον.

137. *Animi sententia jurat.*] Sic Cic. 1. de Offic. Quod enim ita juratum est, ut mens deferentis conciperet, fieri oportere, id observandum est. Id est, verbis conceptis: cum ex animi sententia quis jurarit. Plaut. Pseud. 1. 3. v. 119. CA. Nempe conceptis verbis. BA. Etiam consultis. Et in *Afinar.* 3. 2. v. 16. Ubi verbis conceptis sciens libenter perjuraris. Et Petron. Tergit puer oculos suos, conceptissimisque verbis juravit. Et Hercul. Eur. v. 926. — ipse concipiam preces — Iove meque dignas. Et Juven. Satyr. 6. — dictaque verba — Protulit, ut mos est, et aperta palluit agna.

139. *Volui promittere nostrum.*] Valui veteres male. Heinsius.

141. *Sine pectore vocem.*] Sic Virgilius dixit: *Dat sine mentis sonum:* id est, verba absque iudicio, & certa voluntate prolata.

142. *Vrr-*

Verba suis frustra viribus orba tenes.
 Non ego juravi: legi jurantia verba.
 Vir mihi non isto more legendus eras.
 Decipe sic alias: succedat epistola pomo. 145
 Si valet hoc; magnas divitis aufer opes.
 Fac jurent Reges sua se tibi regna datu-
 Sitque tuum, toto quicquid in orbe placet.
 Major es hac ipsa multo (mihi crede) Diana,
 Si tua tam præfens littera numen habet. 150
 Cum tamen hæc dixi, cum me tibi firma negavi,
 Cum bene promissi causa peracta mei est;
 Confiteor, timeo sævæ Latoïdos iram:
 Et corpus lædi suspicor inde meum.
 Nam quare, quoties socialia sacra parantur, 155
 Nupturæ toties languida membra cadunt?
 Ter mihi jam veniens positas Hymenæus ad aras
 Fugit; & è thalami limine terga dedit.
 Vixque manu pigrâ toties infusa resurgunt
 Lumina: vix moto corripit igne faces. 160
 Sæpe coronatis stillant unguenta capillis,
 Et trahitur multo splendida palla croco.
 Cum tetigit limen, lacrymas mortisque timorem
 Cernit; & à cultu multa remota suo.

Pro-

142. Verba suis viribus orba.] Verba irrita.

144. Vir mihi non isto more legendus eras.] Puro potendus. quia volui percer-
 serat. sic infra,

Arta nec est dicere ista petenda mea.
 alibi,

Quid petitur tanto, nisi turpis adultera
 bello?

Sed legendus forte pro eligendus. Ep.
 Pæd.

Nec piget, aut nunquam fuisse legisse vi-
 debor. Heinl.

146. Divitis aufer opes.] Malim dici-
 bus aufer. Idem.

153. Latoïdos.] Dianæ, filix Latonæ.

157. Postas Hymenæus ad aures.] Ad
 aras scribendum. Heinl.

160. Vix moto corripit igne faces.]
 Hypallage: pro, vix corripit ignem mo-
 ta, hoc est, agitata face.

162. Splendida palla croco.] Virg. Æ-
 neid. 1.

Pallasque, & pictum croceo velamen
 acantho.

Fautor. 1.

Nec fuerant rubro cognita sula croco.

Pindar. Olymp. 6. — d δὲ παρὶν ἵμπε-
 ρον — ζῶσαν καταβρυχέμενα. & alibi.
 Æschyl. Pers. γενεὴ κακῶν Τραγ. chil.
 8. 248. — γενεὴ κακῶν διὰ δὲ
 λαμπρῶν.

165. Pro-

Projicit ipse suas deducta fronte coronas, 165

Spiffaque de nitidis tergit amoma comis.

Et pudet in tristi lætum consurgere turba:

Quique erat in palla, transit in ora rubor.

At mihi (væ miseræ!) torrentur febribus artus:

Et gravius iusto pallia pondus habent. 170

Nostrique plorantes video super ora parentes:

Et, face pro thalami, fax mihi mortis adest.

Parce laboranti, pietâ Dea læta pharetrâ;

Daque salutiferam jam mihi fratris opem.

Turpe tibi est, illum causas depellere leti; 175

Te contra titulum mortis habere meæ.

Nunquid, in umbroso cum velles fonte lavari,

Imprudens vultus ad tua labra tuli?

Præteriine tuas de tot cœlestibus aras?

Atque tua est nostrâ spreta parente parens? 180

Nil ego peccavi, nisi quod perjuria legi;

Inque parum fausto carmine docta fui.

Tu

165. Projicit ipse suas deducta fronte coronas.] Lege, adducta fronte. hoc est contracta & rugosa fronte, quod mor-tis signum est, & à sequenti proxime hexametro confirmatur. Seneca E-pist. IVIII, itaque & vultum adducet ad tristitiam, & inhorrescet ad subita, & caligabit, si vastam altitudinem despexerit. adducere & ducere frontem modus lo-quendi elegans. ducere vultum dixit in Tristibus,

— vultum
Ducis, & uxorem te pudet esse meam.
Martialis,

Qui ducis vultus, & non legis ista li-benter.

Juvenalis Sat. XIII.

— densissima ruga
Cognitur in fronte, velut acri ducta
Falemo.

trahere vultum noster in Amotibus,
Cum bene vir traxit vultum, rugasque
cegit.
sic frontem astringere & contra solvere

frontem Martiali l. XI. Ep. XL. Ep. CXXXII
Heinsius.

174. Daque salutiferam fratris opem.] Opem Apollinis, hoc est medicam: quoniam deus medicinz Apollo.

177. Nunquid in umbroso, &c.] Arguit ab immerito, & exemplo. quasi dicat, ego non merui, cur me necidares: neque enim ut Actæon te aspexi, cum velles lavare.

179. Præteriine tuas.] Cœcis, cum cæteris diis primitias offerret, imprudens Dianam præteriit. Quare irata dea, aprum immisit ei, qui totum Calydonium agrum vastavit.

180. Atque tua est nostrâ spreta parente parens.] De Niobe intelligit, quæ cum Latonæ sese prætulisset ob fecunditatem prolis, Apollo & Diana contumeliam matris ulciscētes, totam stirpem Niobis extinxerunt sagittis.

182. Inque parum fausto carmine docta fui.] Capia sui videtur restituendum, ut hæc ipsa Cydippe paulo ante,

Visa-

Tu quoque pro nobis, si non mentiris amorem,
 Thura feras. profint, quæ nocuere, manus.
 Cur, quæ succenſet, quod adhuc tibi pacta puella 185
 Non tua fit, fieri ne tua poſſit, agit?
 Omnia de viva tibi ſunt ſperanda. quid aufert
 Sæva mihi vitam, ſpem tibi Diva mei?
 Nec tu credideris illum, cui deſtinor uxor,
 Ægra ſuperpoſitâ membra fovere manu. 190
 Affidet ille quidem, quantum permittitur ipſi:
 Sed meminit noſtrum virginis eſſe torum.
 Jam quoque neſcio quid de me ſenſiſſe videtur.
 Nam lacrymæ cauſâ ſæpe latente cadunt.
 Et minus audacter blanditur, & oſcula rara 195
 Accipit, & timido me vocat ore ſuam.
 Nec miror ſenſiſſe, notis cum prodar apertis.
 In dextrum verſor, cum venit ille, latus.
 Nec loquor, & teſto ſimulatur lumine ſomnus;
 Captantem tactus rejicioque manu. 200

Inge-

Viſaque ſimplicitas eſt mea poſſe capi.

&c.

Suamque parum prudens capta puella dolis.
 Artis Amatoriz libro I.

Littera Cydippen panno perlata ſeſellit,
Inſciaque eſt verbis capta puella ſuis.

Sed & Acontius ſupra,

Denique dum captam tu te cogare fateri,
Inſidiis eſto capta puella meis.

Luſa fui quoque non inconcinnum videatur:
ut alibi,

Laudetur in noſtris inſita nulla jocis.

Aut, ſi mavis propius inſiſti antiquæ ſcripturæ, *dacta* fui reponere. quod fere tantumdem eſt. pro luſa aut illeſta. de quo loquendi modo jam nonnihil obſervavimus ad Metamorph. lib. VIII. v. 123. ſic Horatius libro ſumante duci pro capi Sat. VII. lib. II. ſic & duci dactodine natalis ſoli noſter Pont. I. El. IV. & duci cantibus ac carminibus. de qua locutione diximus lib. XI. Met. initio. Heinſius.

186. Non tua ſu.] Scribe ſu. quod

Tò fieri proxime ſubſequens requirit. et repetitio arguta proſus nat. *ἐκκευγμένη.*

Idem.

191. *Quantum permittitur ipſi.*] Mar-

lim. ægra. ſuperiori epiſtolâ.

Ille manus illas effingit & affidet ægra.

Idem.

192. *Sed meminit &c.*] Hoc eſt, facit ea, quæ conveniunt apud torum virginis. Sinit me hæcenus illibatam.

193. *Et quoque neſcio quid.*] Parmenſis editio, *Et quoque jam neſcio quid.* Lege, *jam quoque neſcio quid.* & de te pro de me. Heinſius.

199. *Et teſto ſimulatur lumine ſomnus.*] Clauſis oculis.

200. *Ejicioque manu.*] Lege, *rejicioque.* Paſt. I.

Territa conſurgit Nymphe; manibusque Priapum

Rejicit.

lib. I. Amor.

Rejice liberos illius ore cibus.

Heinſius.

V

201. Me-

Ingenit, & tacito fuspirat pectore: meque

Offensam, quamvis non mereatur, habet.

Hei mihi, quod gaudes, & te juvat ista voluptas!

Hei mihi, quod sensus sum tibi fassa meos!

Si mihi lingua foret; tu nostra justius ira, 205

Qui mihi tendebas retia, dignus eras.

Scribis, ut invalidum liceat tibi visere corpus.

Es procul à nobis: & tamen inde nocet.

Mirabar, quare tibi nomen Acontius esset:

Quod faciat longe vulnus, acumen habes. 210

Certe ego convalui nondum de vulnere tali;

Ut jaculo, scriptis eminus icta tuis.

Quid tamen huc venias? anne ut miserabile corpus,
Inge-

201. Meque offensam.] Imo, me quod offensam. Idem.

203. Si mihi quod gaudes, & te juvat ista voluptas.] Hei mihi tam hoc quam proxime sequenti versu pro si mihi Gronovius probe reponit. Sed nondum integer aut sanus est locus. Corrige igitur,

Hei mihi, quod gaudes, & te juvat ista similitudo! Idem.

205. Si mihi lingua foret.] Locus corruptus. Si me digna forem argute idem elegantissimus Gronovius. Parmensis editio At mihi lingua foret. Idem.

209. Mirabar quare tibi nomen Acontius, &c.] Etymologia. Est enim idem ἀκόντιον, quod jaculum. Ergo à longinquo inquit, vulnus facis, & laxis: quia etiam nomen tale habes, quo id significatur.

210. Quod faciat longè vulnus.] Virgil.

longe fallente sagitta.

Et Silius XI. qui ubique Virgilii vestigia legit.

Spargere tela manu passim fallentia —

Et Lucan. VIII. qui item Principem Poëtar. imitatur.

Illita tela dolis, nec Martem cornibus inquam

Ansa pati virtus, sed longè tendere nervos,

Et quo ferre velint permittere vulnera venis.

sic & Græci. Eurip. Herc. fur. v. 198.

Ἐκείνῳ δ' ἀφ' ὧν πολέμους ἀμύνονται, Τυφλοῖς ὀφίωντας ἐπιδάσας τοξοῖμασιν.

Et Æschil. in Prometh. v. 685.

Ἐκείνοις τὸ ξοῖσι ἐξηρητημένοι.

Succinchi. Virgil. Hinc & Apollo Homero ἐκκρόλῃ.

213. Sane miserabile corpus.] Scribe. anne ut miserabile corpus. Sic apud Martialem lib. v. Ep. ult. Sane pro Atine nunc legitur. qui nævus totum ferme epigrammati acumen interverterat. Restituamus lepidissimum carmen, antequam manum de hac tabula tollimus, & Gallam Martialis Nasonianis Heroisin addamus.

Saturnalia transiere tota;

Nec minuscula parva, nec minora

Misisti mihi, Galla, quam solebas.

At, ne sic abeat meus December,

Scis certe, puto, vestra jam venire

Saturnalia, Martias Kalendas.

Tunc reddam tibi, Galla, quod dedisti.

Omnia jam optime se habent. prioribus versibus tangit Galle avaritiam, quæ cum solens parva semper miserit mu-

Ingenii videas bina tropæa tui.
 Concidimus macie; color est sine sanguine: qualem 215
 In pomo refero mente fuisse tuo.
 Candida nec misto sublucent ora rubore.
 Forma novi talis marmoris esse solet.
 Argenti color est inter convivia talis,
 Quod tactum gelidæ frigore pallet aquæ. 220
 Si me nunc videas, visam prius esse negabis:
 Arte nec est, dices, ista petenda mea:
 Promissique fidem, ne sim tibi juncta, remittes;
 Et cupies illud non meminisse Deam.
 Forsitan & facies, jurem ut contraria rursus, 225
 Quæque legam, mittes altera verba mihi.
 Sed tamen aspiceres vellem, prout ipse rogabas,
 Et discas sponsæ languida membra tuæ.
 Durius & ferro cum sit tibi pectus, Aconti;
 Tu veniam nostris vocibus ipse petas. 230
 Ne tamen ignores, ope qua revalescere possim:
 Quæritur à Delphis fata canente Deo.

Is

munuscula, nunc mittat nulla. Perperam
 legebatur, *quæ solebas*. Deinde *Sane pro At*
ne frigidissime profecto. Alludit ad for-
 mulam minantium, *Non sic abibit*. Ne,
 inquit, impune feras indonata mihi hæc
 transiisse Saturnalia, at proximis Kalen-
 dis Martiis istam ego liberalitatem tuam
 pari parsimonia probe ulciscar. *Heinsius*.

214. *Bina tropæa*.] Alterum, quod me
 scripto decepisti: alterum, quod nunc
 tua causa, fidei, ut tu jactas, non serva-
 ræ, pœnam patior. Dicitur autem tro-
 pæum, signum victoriæ, sive hostis pro-
 fligati, ἀπὸ τῆς τροπῆς, hoc est, à con-
 versione & fuga hostium.

216. *Refero mente*.] Repeto animo:
 in memoria habeo.

217. *Candida ora misto rubore*.] Virgil.
Quale menis addunt ebori decus, aut
ubi flavo
Argentum, Parinsive lapis circumdatur
auro.

Et alibi.

*Qualu gemma micat fulcrum quæ divi-
 dit aurum.*

218. *Novi marmoris*.] Nuper politi,
 aut secti.

223. *Ne sim tibi victa remittes*.] Lege
vincta, ut supra,

Esse tuam vinctam nominet iste fidem.
 codex etiam Mediceus *juncta*, bene. su-
 periori epistolâ,

Nube, precor, dicet, cuncte bona nomina
jungunt. *Heinsius*.

229. *Durius & ferro cum sit tibi pectus*,
Aconti.] Nisi fallor, ab auctore scrip-
 tum fuerat,

Durius ut ferro jam sit tibi pectus, A-
conti.

Quem loquendi modum lib. 1. Pont. EL.
 VII. v. 50. Nasoni quoque reddidimus,
 & pluribus illic adstruximus. quæ adean-
 tur. *Idem*.

232. *Quæritur à Delphis fata canen-*
 V 2 11

Is quoque nescio quam nunc, ut vaga fama susurrat,
 Neglectam queritur testis habere fidem.
 Hoc Deus & vates, hoc & mea carmina dicunt. 235
 At defunt voto carmina nulla tuo.
 Unde tibi favor hic? nisi quod nova forte reperta est,
 Quæ capiat magnos littera lecta Deos.
 Tequo tenente Deos, numen sequor ipsa Deorum:
 Doque libens victas in tua vota manus. 240
 Fassaque sum matri deceptæ fœdera linguæ,
 Lumina fixa tenens plena pudoris humo.
 Cætera cura tua est. plus hoc quoque virgine factum,
 Non timuit tecum quod mea charta loqui.
 Jam satis invalidos calamo lassavimus artus, 245
 Et manus officium longius ægra negat.
 Quid, nisi, quod cupio me jam conjungere tecum,
 Restat, ut ascribat littera nostra? Vale.

te Deo.] Consultitur Apollo, qui Delphis reddit oracula.

233. *Et quoque.*] *Is quoque recte Mediceus.* Heins. *Vaga fama susurrat.*] Virgil. 4. *Æneid.*

Parva metu primo, mox sese attollit in aëras.

Et Ter. Andr. 4. 5. *Jam susurrari audio.* Levis, & incipiens rumor; vox populi: qui mox deinde crebrescit, clarescit, &

— *Vires acquirit eundo.*

239. *Teque tenente deos.*] Est conclusio epistolæ. Quando igitur, inquit, tu deos ita tenes, hoc est, propitios habes, & faventes, ego quoque numen deorum tuorum sequor. Perinde ut ille apud Virgil. ait: *Nate dea, quo fata trahunt, retrahimisque sequamur. Numen*

sequor ipsa deorum.] Vetus liber, *pach.* Puto, *partes sequor.* Heins.

241. *Fassaque sum matri.*] Matri omnem rem exposui, ut tu monuisti. *Decepta fœdera linguæ.*] Quomodo à re decepta sum, & quid tibi promiserim.

242. *Lumina fixa tenet.*] Scribo, *Lumina fixa tenens plena pudoris humi.* Heinsius.

243. *Cætera cura tua est.*] Cætera tibi permitto, tuæque curæ mando: ut videas, quo pacto tibi has nuptias conficias. *Plus hoc quoque virgine factum.*] Ego etiam hoc, ultra quam virginem decet, feci, quod per litteras tecum collocuta sum.

247. *Quid nisi, quod cupio.*] Puto, *cum cupiam.* Heinsius.

P. OVIDII NASONIS AMORUM LIBER I.

EPIGRAMMA.

Q*ui modo Nasonis fueramus quinque libelli,
Tres sumus: hoc illi prætulit auctor opus.
Ut jam nulla tibi nos sit legisse voluptas;
At levior demtis pœna duobus erit.*

ELE-

Q*ui modo Nasonis.]* Duo hæc priora disticha non ad Elegiam primam, cui perperam hætenus adnectuntur, sunt referenda, sed Epigramma per se consociunt: quod secundæ Amorum editioni Naso duxerat præfigendum. Idque Mario Nigro in mentem quoque venisse serus animadverti, ac postea Mycillo; qui Nigrum laude debita fraudare non debuit. Politianus etiam in suo exemplari lineâ inductâ hos versus à sequentibus dividendos videri designavit. Sed & in Arondeliano codice, recenti quidem illo, sic tamen scriptus nonnunquam emendatissimas exhibente, quem vir eximius ac celeberrimus Franciscus Junius cum aliis quibusdam Britannicis utendum mihi concessit, liquido separatim à prima elegia hoc ipsum epigramma spectabatur. At in vetustissimo Regiæ Bibliothecæ fragmento unius pagellæ, quod Artis Amorum & Remediorum libris adhaerebat, à primâ quidem Elegiâ, ut fieri oportuit, non legebatur divulsam hoc Epigramma, debere nihilominus divelli apparebat ex ipso Titulo, quem hoc modo prodebat codex ille, P. OVIDII NASONIS LIBER PRIMUS REMEDIORUM EXPLICIT. INCIPIT EJUSDEM AMORUM LIBER PRIMUS. EPIGRAMMA IPSIUS. Huc denique alludit codex Patricii Junii, cujus in fronte, INCIPIUNT EPIGRAMMATA AMORUM. *Heinsius. Qui*

modo Nasonis fueramus quinque libelli.] Non sine consilio amores scripturus poëta, hac prima elegia, amoris vim ac potentiam maximam exprimit. Ostendit enim, se olim Heroica componere coepisse, sed amoris impatientia imperfectum opus reliquisse, & ad scribendos elegos confugisse. *Qui modo Nasonis fueramus quinque.]* Per hæc quatuor carmina colligimus, Nasonem quondam quinque de Amoribus volumina luisse: quæ postea diligentius recognita, in tria hæc redegit. Quem numerum etiam in Artibus posuit, ad puellam quam instruit, dicens: *Deve tribus libris, titulus quæ signat Amorem, Elige quod docili mollior ore legas. Modo.]* Nuper. *Nasonis.]* Cognomen est: Publius enim est prænomen, Ovidius proprium nomen.

2. *Hoc illi prætulit auctor opus.]* Hos treis libellos magis probat auctor, quam illos quinque. *Auctor.]* Ovidius. *Auctor* non solum dicitur, qui facit: sed etiam, qui jubet aliquid faciendum. *Prætulit.]* Præposuit. *Hoc opus.]* Redactum in tria volumina. *Illi.]* Operi quod in quinque libellos erat digestum.

3. *Ut jam nulla tibi non sit legisse voluptas.]* Ut jam multa tibi non sit unus Palatinus, alii aliter. Fragmentum Regium, Jureti ac Puteani excerpta cum codice Neapolitano, nulla tibi nos sit legisse voluptas. Nihil verius. Id ipsum Mario etiam Nigro ac Mycillo venerat in mentem

tem. Neque aliter videri sibi castigandum per literas me monuit vir officiosissimus Bern. Rotterdorphius. *Heins. Ut nulla sit voluptas legisse nos.*] Quare ut nulla jam voluptate nos legas, at neque poena, sive molestia magna afficeris legendo, quando pauciores quam antea sumus. Nam quæ sine voluptate, hoc est, inviti facimus, quo ea plura ac longiora sunt, eo magis nos gravant. Cæterum & illud movere oportet, quatuor priores hos versus non ad elegiam ipsam proprie pertinere, sed esse veluti titulum

totius operis, sive epigramma. *Mic.*

4. *Mr.] Saltem. Pama.]* Malorum enim poetarum libelli, legentium animos non parvo afficiunt supplicio: sicut etiam malorum carminum recitatores, miseros enecant auditores. *Pama.]* Idcoque Horat. in fin. art. Poët.

Indolentum, doctumque fugas recitator accersit.

Quem verò arripuit, tenet occiditque legendo,

Non missura citem, nisi plena cruoris, birudo.

ELEGIA I.

Quod à Cupidine pro bellis amores scribere coactus sit.



Roma gravi numero violentaque bella parabam

Edere, materia conveniente modis:

Par erat inferior versus: risisse Cupido.

Dicitur, atque unum surripuisse pedem.

Quis tibi, sæve puer, dedit hoc in carmina juris? §

Pieri-

A Roma gravi numero.] Inquit Ovidius suaviter quidem: Cum jam bella heroico versu scribere coepissem, Cupido risit: & eque secundo versu, qui erat primo similis, unum pedem sublegit. ita ex Heroico & Hexametro, Pentameter Elegiacus est factus. *Arma, &c.]* Etsi quæcunque bella intelligi possint, tamen melius est, ut Gigantomachiam, seu Titanographiam intelligamus: quam se scribere coepisse, ostendit Naso El. 1. lib. 2. *Gravi numero.]* Heroico versu, quo duces & bella cantantur. *Numero.]* Metro. *Gravi.]* Grandiloquo, & auctoritatis pleno, quo gravia & magna referuntur.

2. *Materia conveniente.]* Argumento congruo & apto modis. *Materia* dicitur ea, in qua aliquod opus versatur: ut Homerii Iliados, materia erit Trojanum bellum. *Modis.]* Modulationibus metrorum. *Materia.]* Horat. Art. Poët.

Summis materiam vestris, qui scribitis, aquam.

Viribus. —

3. *Par erat inferior versus.]* Nunc modos & numeros, quibus conveniens erat bellica materia, ostendit. Similis, inquit, erat primo secundus versus: senis enim pedibus & ipse curgebat. *Inferior.]* Secundus. *Risist.]* Quod bella scribere coepissem.

4. *Surripuisse.]* Furtim eripuisse, ac furatus esse.

5. *Quis tibi sæve puer dedit hoc in carmina juris.]* Neque enim Cupido, sed Apollo & Musæ poetis præsunt. *Sæve puer.]* Crudelis amor. *Dedit hoc in carmina juris.]* In carmina optime fragmentum Regium. *Habere jus in aliquem dicimur, in aliquo minus Latinum est.* Nostrer infra Eleg. VII.

In dominam jus mihi majus erit?

Ep. IV.

Regnat, & in dominos jus habet ille deus. Met. XIV.

*— noc majus in aquora Trion
Jus habet.*

fic

Pieridum vates, non tua turba, sumus.
 Quid, si præripiat flavæ Venus arma Minervæ,
 Ventilet accensas flava Minerva faces?
 Quis probet in sylvis Cererem regnare jugosis?
 Lege pharetratæ virginis arva coli?

10
 Cri-

sic & ibi ex membranis reponendum.
 lib. vi. Fast.

In portus nato jus erit omne tuo.
 Seneca O Edipo,

Ius habet in fluctus magni puer advena ponti.

Publius Syrus,
Fortuna jus in hominis mores non habet.
 Auctor Octaviz,

— *quis jus in nos*
Fortuna dedit, restat Superes.
 noster infra lib. II. El. IV. ex veteri co-
 dice,

*Nam desunt vires in me mihi jusque re-
 gendum.*

Lucanus lib. VI.
 — *hoc juris in omnes*

Est illis Superes.
 lib. VIII.

— *hoc juris habebat*
In tantum Fortuna caput!
 lib. IX.

— *quod jus habuisset in ipsam*
Ulla lues?

Stattius Theb. V.
*In famulam jus esse ratus dominoque
 ducique.*

Juvenalis Sat. II.
 — *nil animis in corpora juris*
Natura indulget. Heinsius.

6. *Pierides.*] Musæ dicuntur, à regio-
 ne Piera, sive monte Pierio. Sunt enim
 multipliciter à locis & fontibus cogno-
 minatz, ut Pegasides, Olympiades, The-
 spiades, Heliconiades, Libetrides, &
 Pimpeides. *Tua turba sumus.*] Codex
 Regius *turma*. unus Palatinus & Vatica-
 nus *membra*. etiam probe. ut in Tristi-
 bus,

Et domus & fida dulcia membra domus.
 Heinsius.

7. *Quid si præripiat flava Venus arma*
Minerva.] Quid, inquit, si mutatis offi-

ciis Venus Minervæ arma, Minerva Ve-
 neris faces possideat? Quid si in sylvas
 & montes Ceres migret, & Dianæ co-
 lenda arva relinquat? &c. Unusquisque
 enim officio suo contentus esse debet.
Arma Minerva.] Armis & ipsa Minerva
 præest, quod è vertice Jovis armata
 protuluisse dicatur. Hanc Cicero belli
 inventricem & principem fuisse asserit.
 Hoc autem antiquitus Palladi est da-
 tum: quia non minus consilio, quam
 viribus bellis victoria acquiritur. Ar-
 ma igitur, id est, ægida, hastam, & scu-
 tum. *Flava.*] Flavam dicit Minervam,
 aut à capillorum colore, quorum pul-
 chritudine censetur. Sic etiam apud poë-
 tas flavum Ganymedem, apud Horatium
 flavam Phyllida appellari autumo. *Venus.*
] Amoris mater. *Venus arma Minerva.*
] Iliad. s. v. 348. Diomedes Veneri,
 cujus dextram lancea perstrinxerat.

Εἰς, ὅς, ὁ γὰρ, πρὸς, καὶ δι-
 οτι

Ἡ ἔχ' ἄλλῃ, ὅτι γυναῖκα ἀνδρα-
 δας ἡπεροπύει.

8. *Ventilet.*] Moveat, ut ventum fa-
 ciat, quo magis accendantur. *Faces.*]
 Quibus amantum corda incenduntur.
 Faculæ enim & sagittæ, sunt Cupidinis
 arma quibus & urat, & vulneret. *Ac-
 censas.*] Ut accendantur: ut est apud Vir-
 gil. *Submersasque obrute puppes.* *Ventiles*
faces.] Eleg. seq. v. XI.

Vidi ego jallatas moia facie crescere flamma.

9. *Cererem.*] Frugum deam. *Sylvis*
jugosis.] Quæ jugis & collibus sunt in-
 sitæ: his enim Diana maxime gaudet

10. *Coli.*] Aræris exerceri, arari. *Le-
 ge.*] Jussis præceptis, quæ de colenda ter-
 ra non Diana tradidit, sed ipsa Ceres,
 quæ prima frumentum reperit. *Phare-
 trata.*] Pharetra accincta: est n. vena-

Crinibus insignem quis acuta cuspide Phœbum
 Instruat, Aëniâ Marte movente lyram?
 Sunt tibi magna, puer, nimiumque potentia regna,
 Cur opus affectas, ambitiose, novum?
 An, quod ubique, tuum? tua sunt Heliconia Tempe? 15
 Vix etiam Phœbo jam lyra tuta sua est?
 Cum bene surrexit versu nova pagina primo;
 Attenuat nervos protinus ille meos.

Nec

trix. *Virginis.*] Dianæ, quæ perpetua virginitate frui voluit.

11. *Cuspide.*] Hasta, quæ Mars in bello utitur. *Phœbum.*] Per epitheton Apollo Phœbus dicitur, à specie & nitore. Græci enim *φαιβος*, purum & splendendum dicunt. *Insignem crinibus.*] Conspicuum capillorum pulchritudine: quibus Apollo & Bacchus sunt insignes.

12. *Instruat.*] Armet. *Lyram Aëniâ.*] Id est, Musicam: nam Musæ à poetis Aonides vocitantur. Aonia enim, quæ & Boeotia dicta est, tota Musis consecrata erat.

13. *Sunt tibi magna puer, nimiumque potentia regna.*] Nimirum potentissima sunt Cupidinis regna: quando nec quicquam illius sagittas vitare potest: citius ferius, omnes fere ille vincit. Hinc Ovid. alibi: *Regnat, & in dominos jus habet ille deos.* *Nimium potentia regna.*] Quam illi potentiam ipsa quoque Mater attribuit. Virgil. 1.

Nate, mea vires, mea magna potentia, solus,

Nate, parvis summi qui tela Typhœa terminus.

14. *Cur opus affectas ambitiose novum.*] Affectas, curiose nimium appetis. *Affectas.*] Plaut. Menæchm. 4. 3. vers. 12. — *video quam rem agis* — ut me defraudes, ad eam rem affectas viam. & alibi. Quod Terent. etiam in suos convertit usus, in Heautont. — *ad dominos qui affectant viam.* Et in Phœm. *Hi gladiatorio animo ad me affectant viam.* Id est, intendunt viam, ut *Serapion* ad illud Virgil. 3. *Verum ubi nulla deperdis* — *eram affectare potestas.* Qua de re etiam

alibi plura sunt dicenda. *Ambitiose.*] Qui nimium honores cupit, *ambitiosus* dicitur. *Opus.*] Poeticum. *Novum.*] Tibi non usitatum.

15. *An, quod ubique, tuum est?*] Num ubique regnas, & in omnia jus habes? *Tua sunt Heliconia tempe?*] Possidesne etiam ea loca, quæ Apollini & Musis sunt consecrata? *Tempe Heliconia.*] Amœna Musarum vireta, quæ in Helicone sunt, qui mons Boeotiz altissimus, ad Aquilonem, non procul à Parnasso distans, Musis est sacer. Hinc Heliconiades Musæ sunt cognominatæ. *Tempe.*] Amœnissimus est Thessaliæ locus, quinque millibus passuum in longitudinem porrectus. Ab eo amœnissima quæque loca *Tempe* vocitantur.

17. *Cum hæc. &c.*] Cum, inquit, feliciter coepissem primo versu, nec mihi spiritus deesset in bellis scribendis, Cupido vires meas minuit. *Surrexit bene.*] Qui enim grandia bene canunt, ut Homerus, Virgilius, Valerius Flaccus, & alii, vehementi spiritu insurgere dicuntur. Aut. *Surrexit,* id est, incepit.

18. *Attenuat nervos protinus ille meos.*] Proximus ille Fragmentum Regium cum Scaligeri, & Puteani excerptis ac altero codice regio. Foræ, proximus inde. Pentametrum designat. Heins. *Protinus.*] Statim post primum versum, ne ulterius sic procedam. *Attenuat.*] Minuit. *Meos nervos.*] Meas vires in scribendo. In nervis enim animalium vires consistunt. Sic Cicero vestigalia, scilicet publicæ nervos appellat. Non tamen absurda erit interpretatio, si per nervos cytharæ accipies, in qua nervi, id est, chordæ intenduntur:

Nec mihi materia est numeris levioribus apta,
 Aut puer, aut longas comta puella comas. 20
 Questus eram; pharetrâ cum protinus ille solutâ
 Legit in exitium spicula facta meum:
 Lunavitque genu sinuosum fortiter arcum:
 Quodque canas, vates, accipe, dixit, opus.
 Me miserum! certas habuit puer ille sagittas. 25
 Uror; & in vacuo pectore regnat Amor.
 Sex mihi surgat opus numeris; in quinque residat.
 Ferrea cum vestris bella valete modis.
 Cingere littoreâ flaventia tempora myrto,

Musa,

tur: ut dicat Ovidius, suæ lyre sublimem sonum ab Amore tenuari.

19. *Nec mihi materia, &c.*] Sic inceptum opus perficere nec possum, spiritu deficiente: nec argumentum, quod elegiaco carmine exornem, habeo ullum; tum enim nec puerum nec puellam aliquam amabat, ut ipse ait.

20. *Puer.*] Qualis Virgilii Alexis, Horatii Ligutinus. *Comta comas.*] Comptas habens comas. *Comta comas.*] Virgil. 3. *Æneid.*

— *Iliades crinem de more soluta. & sæpe.*

21. *Questus eram.*] Quod pueri culpa, bella quæ capenda sumpteram, relinquere coactus fuerim: nec mihi elegis materia apta suppeteret. *Questus eram.*] Simillimo usus exordio est Anacreon, festivus senex, Epigr. 1. sic λέγει. Ad quem videtur respexisse Ovid.

23. *Lunavit.*] Suaviter dixit, pro, incurvavit, ut intenderet. *Fortiter.*] Summa vi. *Sinuosum.*] Flexuosum, incurvum. *Lunavit.*] Quod Virgil. præclare explicat xi. *Æneid.* loquitur autem de Diana.

— *cornuque insensa tetendit,*

*Et duxit longè, donec curvata coirent
 Inter se capita, & manibus jam teneret
 aequis,*

Lava aciem ferri, dextra nervoque populi.

24. *Quodque canas.*] Hoc poetæ dicens Cupido, in eum amoris sagittas

emittit. *Hoc opus.*] Hoc argumentum, hanc materiam, de qua numeris levioribus canere poteris: id est, amoris vulnera. *Vates.*] O Naso poeta.

25. *Certas.*] Certæ sagittæ Cupidis dicuntur quia nunquam fallunt, semper destinatum feriunt.

26. *Uror.*] Incendor amoris facibus. *Vacuo.*] Antea scilicet libero, & amoris incendio carente.

27. *Sex mihi, &c.*] Volo, inquit, nunc, quando amor me sollicitat, & materiam large mihi dedit, elegiaco carmine amores scribere, non bella.

28. *Bella ferrea.*] Fortia aspera, crudelia, in quibus ferro pugnatur. *Valete.*] Hinc facessite, abire, recedite. Est autem hic imprecationis verbum: ut apud Terent. in And. *Valeant, qui inter nos discidium volunt. Cum vestris modis.*] Cum vestris numeris. *Modis.*] Hinc modulari. Virgil. Eclog. Daphn.

Carmina descripsi, & modulans alterna notavi: ubi vide Serv.

29. *Cingere littorea, &c.*] Musam suam alloquitur poeta, dicens, ut myrtea corona velit coronari, quæ levioribus poetis datur: non laurea, quæ epicis, id est, heroici poetæ donantur. Ordo & sensus est: O Musa emodulanda à me per undenos pedes, cingere tempora tua flaventia myrto littorea. *Tempora flaventia.*] Flavi enim crines dantur Musis. *Myrto.*] Myrtea corona: ut

V 5

ama-

Musa, per undenos emodulanda pedes.

30

amatoria canens. Poëta enim elegiographi, aut etiam lyrici, myrto coronabantur, quia Veneri myrtus est dicata. Aut quia odorifera est, & odoribus Venus delectatur.

30. *Musa.*] Erato. Namque hic nomen amoris habet, ut dixit Naso: & Elegiographis poëtis præest, sicut He-

roicis Calliope. *Pedes undenos.*] Elego carmine. Si quis enim hexametrum & pentametrum in pedes resolvat, undecim erunt. Notanda est autem Poëtae facundia, qui tam lepide, tam ventrسته variatis verbis & dicendi figura, eundem sensum exprimit.

ELEGIA II.

*Quod primo amore correptus, in triumphum duci
se à Cupidine patiatur.*

E Sse quid hoc dicam, quod tam mihi dura videntur
Strata, neque in lecto pallia nostra sedent?

Et vacuus somno noctem, quam longa, peregi;

Lassaque versati corporis ossa dolent?

Nam puto sentirem, si quo tentarer amore.

An subit, & tacitâ callidus arte nocet?

Sic erat. hæserunt tenues in corde sagittæ:

Et possessa ferus pectora versat Amor.

Ce-

E Sse quid hoc dicam.] Quid esse causæ dicam, inquit Poëta, rudis adhuc, & cyro in amatoris castris, quod strata, quæ alioqui sunt mollia, mihi tam dura & aspera videntur.

2. *Strata.*] Quæ jacentibus substernuntur, strata appellantur. *Pallia.*] Vestes, stragula, quibus lecti cooperiuntur.

3. *Et vacuus somno noctem.*] Vacuam primus Medicæus. parum refert. *Heinsius*

4. *Lassaque versati, &c.*] Qui somno fixi non potest, membra huc & illuc versat: nunc pronus nunc resupinus jaceens. Id præsertim amantibus evenit.

5. *Nam puto sentirem, si &c.*] Non poterat prima fronte amorem agnoscere poëta, quem antea nunquam noverat. *Tentarer.*] Sollicitarer.

6. *An subit?*] An occupat nostra corda furtim? *Arte.*] Dolo. *Tacita.*] Occulta, latente. *Virgil. Occultum inspicere*

ignem, fallasque veneno. Ciofanius ex libb. antiquis legendum esse contendit. *testa.* *Tacitâ callidus arte nocet.*] *Testâ arte* major librorum pars. quod perperam Ciofanio probatur. Vide notas nostras ad v. 20. Epist. IV. Fragmentum Regium *testa.* Forſitan pro *caca arte.* de quo Met. 1. v. 489. nonnihil dixi. sic *cacum vulnus* & ejusmodi plura ubique obvia. *Heinsius.*

7. *Sic erat.*] Erit Fragmentum Regium. *Idem. Sic erat.*] Furtim in minimum meum irrepserat Cupido. *Hæserunt.*] Fixæ erant. *Virg. Hæret lateri lectæ arundo.*

8. *Possessa.*] Antea enim dixerat, — *in vacuo pectore regnat amor.* Sic Horat. *Et venit in vacuum.* — A Jure-Consult. desumtum. *Versat.*] Cic. Cat. Maj. in pr. *Qua nunc te coquit & versat sub pectore fixa.* Id est, violenter & arbitrato suo vertit, agit.

9. G.

Cedimus? an subitum luctando accendimus ignem?

Cedamus. leve fit, quod bene fertur, onus. 10

Vidi ego iactatas motâ face crescere flammâs:

Et vidi nullo concutiente mori.

Verbera plura ferunt, quam quos juvat usus aratri,

Detrectant pressi dum juga prima boves.

Asper equus duris contunditur ora lupatis. 15

Frena minus sentit, quisquis ad arma facit:

Acrius invitos, multoque ferocius urget,

Quam qui servitium ferre fatentur, amor.

En ego confiteor: tua sum nova præda Cupido.

Por-

9. *Cedimus? an subitum, &c.*] Utrum, inquit, melius est, amori cedere, an repugnando magis illum accendere.

10. *Cedamus, leve fit.*] *Cedimus, ut leve sis* duo codices. totidem & *leve fit*. Puto,

Cedimus en. leve fit, quod bene fertur onus.

Remed. Amor.

Cedimus en. medio jam licet amne bibas. quomodo & illic cenfeo scribendum. *Heinsius. Cedamus.*] Jam post dubitationem bonum esse cedere judicavit. *Levius*, inquit, fit onus, si patienter fertur. Sic Horat. *Levius sit patientia, quicquid Corrigere est nefas. Bene.*] Id est, Patienter.

11. *Vidi ego iactatas.*] Sic amor multo acrius eos urget, qui repugnant, quam qui cedunt. *Iactatas.*] Concussas. *Crescere.*] Augeri. *Mota face crescere flammâs.*] Motu flavescere unus Palatinus & Vaticanus. quod Gebhardo in Crepundii arsit. *Glaferianus motu concrecere.* *Fruterius ex Prisciano, motu flamme-scere.* quomodo & unus Moreti cum excerptis Douzæ. Nonnulli *mota face surgere.* At vulgata scriptura bene se habet, quam & Seneca in Controversiis agnoscit. *Heinsius.*

12. *Mori.*] Id est, Extingui. *Mori.*] Sic vivere dicitur ardere, lucere. Prop. 4. 3. v. 50.

Hanc Venus, ut vivat, ventilat ipsa facem.

13. *Usus.*] Arandi consuetudo.

14. *Detrectant.*] Repellunt, recusant. *Prima juga.*] Quibus antea non affluet.

15. *Asper.*] Ferus, indomitus, quales sunt pulli. *Contunditur ora.*] Dura lupata aspero equo ora contundunt, frangunt, rumpunt. *Lupatis.*] Frenis. Sunt autem lupata asperiora frena, à lupinis dentibus sic dicta qui inæquales sunt.

16. *Quisquis ad arma facit.*] Quisquis bello est aptus, nec frena recusat.

17. *Acrius invitos multoque ferocius urget.*] Urit malim. ut Epist. Herus, — *Vel si minus acriter urar.*

lib. 11. Amor. Eleg. ult.

Quod licet, ingratum est: quod non licet, acrius urit.

sic lib. 111. El.

— *Hic ille est,*

Quem ferus urit amor. multi codices *urget* habent. Art. 111.

— *Nec amor nos urit habendi.*

ubi similis diversitas. & Medic. Fac.

Sic potius nos urit amor.

ubi etiam *urget* vulgo, *Heinsius. Invitos.*] Amorem recusantes.

18. *Ferre servitium.*] Amantes enim non sunt sui juris. *Acrius invitos.*] *Tibull. eleg. 8. lib. 1. Deus crudelius urit, Quos videt invitos succubuisse sibi.*

19. *En ego confiteor.*] Confessus amor. vide Ep. 19. v. 4.

20. Per-

Porrigimus victas ad tua jura manus. 20
 Nil opus est bello: pacem veniamque rogamus.
 Nec tibi laus, armis victus inermis, ero.
 Necte comam myrto? maternas junge columbas.
 Qui deceat, currum vitricus ipse dabit.
 Inque dato curru, populo clamante triumphum, 25
 Stabis; & adjunctas arte movebis aves.
 Ducentur juvenes capti, captæque puellæ.
 Hæc tibi magnificus pompa triumphus erit.
 Ipse ego præda recens factum modo vulnus habebo:
 Et nova captivâ vincula mente feram. 30
 Mens

20. *Porrigimus victas ad tua vincula manus.*] *Ad tua jura scripti plerique. quatuor ad tua jussa. minus bene. Propterea,*

Ecce jaces, supplicoque venis ad jura puella.

Idem,
Et trahis adductum sub sua jura virum.
 Sabini Paris,

Dammatusque tibi me sub sua jura Claudio

Pertrahis.
 contra *injicere manus in jura.* Epistola
 Hermiones,

Injice non timidas in tua jura manus.
 Am. 11. El. v.

Injiciam dominas in mea jura manus.
 Ep. Med.

Clamarem, Mens est, injiceremque manus.
 infra, El. 1v.

Et dicam, Mæa sunt, injiciamque manus.
 Plura dixi ad Epist. 111. v. ult. et unus
 Medicæus, *ad tua crura*, ut Epistola A-
 contii,

Tendere solamissas ad tua crura manus.
vinctas etiam manus tres scripti. Heinsius.

21. *Nil opus est bello.*] In me: quia me
 tibi dedo.

23. *Necte comam.*] Nunc describit
 poeta, qualis futura sit Cupidinis triumphantis forma. Noli, inquit, ô Cupido,
 amplius in eos quos vicisti, sævire: quin-
 immo præpara te triumpho. *Necte gri-*

tur.] Id est, Implica: impedi comam,
 caput tuum. *Maternas columbas.*] Matru-
 tuz Veneri consecratas.

24. *Qui deceat currum.*] *Qui deceat currum*
scripti. Heinf. Qui deceat currum
vitricus ipse dabit.] A Marte currum acci-
 pias. Ut militum animos Cupidini de-
 ditos monstraret. Unde non temere an-
 tiqui fabulati sunt, Venerem Marti fuisse
 conjunctam.

25. *Adjunctas.*] Currui alligatas. *Ar-*
te movebis.] Arte reges. *Aves.*] Colum-
 bas. Sed ne quis rideat poetam, quod
 robustissimos Martis currus ab imbelli-
 bus columbis tractum iri dicat, scias,
 non sine consilio hoc factum: voluit
 enim ostendere, Amoris vires licet par-
 vulus sit puer, maximas esse, ut supra
 dixit.

28. *Hæc tibi magnificus pompa, &c.*]
 Pompa Græcum est vocabulum. dicunt
 enim Græci *πομπή*, & significat pro-
 prie in triumpho, solemnem appa-
 ratum & ostentationem. Hæc pompa igitur,
 id est, hæc series & ordo proceden-
 tium captivorum, erit tibi celeberrimus
 triumphus.

29. *Ipse ego præda recens.*] Novus ca-
 ptivus. *Factum.*] A te illatum.

30. *Vincula.*] Vincti enim captivi du-
 cebantur in triumphis. *Captiva mente.*]
 Nam Cupido non corpus, sed animum
 capit.

31. *Mæ-*

Mens Bona ducetur manibus post terga retortis,
 Et Pudor, & castris quidquid Amoris obest.
 Omnia te metuent: ad te sua brachia tendens
 Vulgus, Iô, magnâ voce, Triumphe, canet.
 Blanditiæ comites tibi erunt, Errorque, Furorque, 35
 Assiduè partes turba secuta tuas.
 His tu militibus superas hominesque Deosque:
 Hæc tibi si demas commoda, nudus eris.
 Læta triumphanti de summo mater Olympo
 Plaudet; & appositas sparget in ora rosas. 40
 Tu,

31. *Manibus post terga revinctis.*] Alii ligatis. et Fragmentum Regium, cum nonnullis scriptis editisque, *retortis*. Quomodo Virgilius, & nosse alibi loquuntur. *Heins.* *Manibus retortis.* Id est, *Revinctis*. Sed dam *retortis* dixit, maiorem vim exprimit.

32. *Castris.*] Nam, ut inferius dicit, *Militia omnis amans*, et habet sua castra *Capido*. *Quicquid obest.*] Ut pudor & similia.

33. *Ad te sua brachia tendens.*] Fragmentum Regium ad te sua brachia tendens *Vulgus*, quod sequor. bene etiam unus Moreti *Vulgus canent*. Est autem Tibull. pentameter. apud quem habes,

Miles, iô, magna voce, Triumphe, canet. *Heins.* *Omnia te metuent.*] Plus dixit genere neutro, quam si masculino, *Omnes dixisset*. *Sua brachia tendens.*] Ut se viduum ostendat, aut tibi applaudat. Tendere enim brachia ad aliquem, est dedicationis indicium facere. *Brachia tendens.*] Virgil. xi.

Oramus pacem, et dexteras tendamus inermes.

Sic & Græci, *χαῖρας ἀνταρχώμενοι*. Halic. 3. quod fiebat *ἐν τῇ βαλλίᾳ*.

34. *Vulgus.*] Populus, plebs. *Io triumpho.*] Hæc vox erat clamantium militum per urbem, cum redeuntes in Capitolium imperatorem prosequerentur. *Io*, quando pro Inachi filia ponitur: primam syllabam producit: quando autem est interiectio eandem corripit.

35. *Blanditiæ comites tibi erunt.*] Te veluti milites triumphantem imperatorem comitabuntur. & recte: blanditiæ enim & illecebræ amorem maxime triumunt. *Blanditiæ comites.*] Comites hi videntur provenire ex Veneris cingulo. *Iliad.* ε. v. 216.

Εἶθ' ἴνι μὲν φιλότιος, ἐν δ' ἱερῷ, ἐν δ' ἱερῷ;

Πάρεστι, ἢ τ' ἱλαΐα νόον κῆρα περ φρονέοντα,

Hæc sunt veneficia illa, & illecebræ, quibus vacuum pectus, tanquam vinculo quodam adstringitur. Quod Plautus videtur significare in Bacchid. i. 2. *ψ. 28.*

Opfragatum pectus.

Comites verò blanditiæ sunt.

— *Venustas, gaudium,*

Jocus, ludus, sermo, suavis suavitatis, *ibid.* *ψ. 7.*

Cum tanta pompa. *ψ. 6. ibid.*

Terrorque, furorque.] Scribe, *errorque*, cum prima editione. *error* enim & *furor* pro amore passim apud poetas. de quo dicendum infra ad Eleg. x. *Heinsius.*

36. *Tuas partes.*] Tuas incepta, tua castra.

37. *His militibus.*] Scilicet blanditiis, errore, & furore.

38. *Læta.*] Quod te triumphantem videtur. Aut perpetuum Veneris est epitheton. *Hom.* ἀφροδίτην φιλομενεία, id est, Venerem amantem nîsum. *Triumphanti.*] Tibi *Mater.*] Venus.

40. *In ora.*] Scil. tua *Rosas.*] Est enim rosæ flos propter pulchritudinem & sua-

Tu, pennas gemma, gemma variante capillos,
Ibis in auratis aureus ipse rotis.

Tum quoque non paucos (si te bene novimus) ures:

Tum quoque præteriens vulnera multa dabis.

Non possunt (licet ipse velis) cessare sagittæ.

45

Fervida vicino flamma vapore nocet.

Talis erat domitâ Bacchus Gangetide terrâ.

Tu gravis alitibus; tigribus ille fuit.

Ergo, ego cum possim sacri pars esse triumphi,

Parce tuas in me perdere, victor, opes.

50

Aspice cognati felicia Cæsaris arma.

Qua

suavem odorem Veneri sacer. Et fleur
rosâ brevi viget, ita & Veneræ voluptas.

41. Tu penna pulchros gemina variantes
capillos.] Fragmentum Regium & Neapolitanus codex cum excerptis Scaligeri.

Tu pennas gemma, gemma variante capillos.

quam veram esse scripturam ne dubita.
Remed. Amor.

Hæc ego. movit Amor gemmatas aureus
alas,

Et mihi, Propositum perfice, dixit, opus.
ubi aureum vocat Amorem, quomodo
& hic verû proximo. ita ἄρα χρυσο-
χατράς Anacreonti dictus. posset & va-
riate legi non insolenti Græcismo. Hein-
s. Gemma.] Dominic. Marius gemina, id est,
duplici oenfer legendum. nam Gemina
penna: Idem est quod Maro dixit, Pari-
bus alis. Variante.] Distinguente: Alatus
autem Cupido pingitur, ad ostenden-
dam amantium levitatem & mirabilita-
tem: ut supra diximus de eodem puero.

42. Aureus.] Pulcher. Rotis.] Curru.

43. Non possunt.] Ostendit quam fa-
cile & prout sit, in amorem prolabi.

46. Fervida.] Et si, inquit facularum
rtuarum ignis hominum cordibus non
applicetur, vicino tamen vapore urit.
Vapores.] Calore. Vapores.] Igneo afflatus.
Virgil. 5. Æneid.

— lentissimæ carinas

Est vapor.

47. Talis erat.] Cupidini blanditur

Poëta. Talis inquit, ô Cupido, tui trium-
phantis est species, qualis fuit Liberi pa-
tris, qui orbem fere terrarum peragra-
vit, quam plurimas nationes subegit,
Indos denique debellavit, & primus
omnium triumphavit, vectus Indico
elephanto. Domita.] Debellata. Terra
Gangetide.] Id est, Terra Indica à Gange
maximo Indis fluvio. Bacchus domita
Gangetide terra.] Metam. 4. v. 20.

— Oriens tibi victus, adusque

Decolor extremo quâ cingitur India
Gange. & quæ seqq.

Et de Pontu 4. epist. 8. v. 61.

Sic victor laudem superatis Liber ab Indis,

Alcidæ læpæ traxit ab Oechalia.

Et Fastr. 3. v. 465.

Interea Liber depexas criminibus Indos

Vincit, & Eo dives ab orbe venit.

48. Tu gravis.] In omnibus, inquit,
eris Baccho similis, hoc excepto, quod
tu columbis, ille tigribus est invecus.

49. Ergo cum possim.] Ergo ego cum pos-
sim septem codices. quomodo noster
sapenumero alibi. Heinssus. Ergo.] Huc
omnia quæ dixerat, tendebant, ut ven-
iam à Cupidine impetraret.

50. Parce.] Noli. Ops.] Vires. Per-
dere.] Male consumere. Victores enim
eas vires perdere dicuntur, quæ in victos
exercentur.

51. Affice.] Hæc in Cæsaris Augusti
gratiam dicit. Cognati.] Consanguinei.
A Venerè enim genus duces gens Julia
cre-

Qua vicit, victos protegit ille manu.

credebatur. Quod Horatius & Virgil. tangunt, per Iulium Sidus, per Dionazum Cæsarem, &c. *Arma falicia.*]

Quæ felicitas sequitur. Clementissimus fuisse perhibetur Octavius Augustus.

ELEGIA III.

Ad amicam.

Iusta precor: quæ me nuper prædata puella est,
Aut amet, aut faciat cur ego semper amem.
Ah nimium volui! tantum patiatum amari.

Audierit nostras tot Cytheræa preces.

Accipe, per longos tibi qui deserviat annos:

Accipe, qui purâ norit amare fide.

Si me non veterum commendant magna parentum

Nomina; nec nostri sanguinis auctor eques;

Nec meus innumeris renovatur campus aratris;

Tem-

1. *Iusta precor, quæ me.*] Bono usus est ordine Poëta. nam cum supra se Cupidinis captivum ostendisset, nunc ad puellam scribit, cuius amore correptus est, eam obsecrans; ut amata redamare velit, aut saltem se amari patiatum: dicitque, id se propter fidem & poeticam artem, quam callet, ac mores ingenuos mereri. *Iusta precor.*] Causam petitionis ostendit, dicens. *Prædata est.*] Cepit.

2. *Aut faciat cur.*] Suicopiam mihi faciat, quæ erit causa, ut eam semper amem.

3. *Ah nimium volui.*] Vovi putabam, nil temere tamen mutandum. *Heinsius.*

5. *Deserviat.*] Quia, ut in præced. Epist. *¶ l. 18.*

Acies invitas, multoque ferocius urget,

Quam qui servitium ferre satamur, amor.

9. *Fide pura.*] Id est, Simplici, uncorrupta. Est autem perpetuum fidei epitheton. *Pura.*] Hinc apud Romanos fidei sacrificantes, albo panno caput

velabant. Bene à fide se commendat Poëta. nam ut Propertius inquit, *Multum in amore fides, multum constantia prædest.*

7. *Magna nomina.*] Qualia sunt, regis, dictatoris, consulis, magistri equitum, & similia. *Commendant.*] Probant, decorant.

8. *Si nostri sanguinis auctor eques.*] Rectius alii nec nostri. *Heinsius.* *Nec nostri, &c.*] Dominici. Marcus legend. censet, *Si nostri sanguinis auctor eques.* Et dicit eum equestri familia natum fuisse, quod & ipse pluribus in locis asserit: ut in *Trist.* lib. 4. ubi ait, *Si quid id est, usque à prævix vetus ordinis heres.* Non modo fortuna munde saltus eques. Et in lib. de Ponto: *Si genus exaltas, equites ab origine prima, Usque per innumeros inveniemur avos.* Scirentia tamen auctoris alio ducit. ut Nobiliss. & accuratiss. *Heins.* censet. *Nomina magna.*] Quæ & Virgil. *Laomina magna.*

9. *Nec meus.*] Et si multa jugera non possideo. *Meus campus.*] Sua rura intelligit, quæ in Pelignis habuit.

10. *Tem-*

Temperat & sumtus parvus uterque parens; 10
 At Phœbus, comitesque novem, vitisque repertor,
 Hoc faciant: &, me qui tibi donat, Amor:
 Et nulli cessura fides; sine crimine mores;
 Nudaque simplicitas, purpureusque pudor.
 Non mihi mille placent: non sum desultor Amoris. 15
 Tu mihi (si qua fides) cura perennis eris.
 Tecum, quos dederint annos mihi fila fororum,
 Vivere contingat: teque dolente mori.
 Te mihi materiem felicem in carmina præbe;
 Provenient causâ carmina digna suâ.

Car-

10. *Temperat & sumtus.*] Malim, si per scriptos codices liceat, *sumtu*, ut *sumptu* pro *sumtui* dicatur *ἀπὸ τοῦ*, aut præpositio subintelligatur. *Heins.* *Temperat & sumtus.*] Parce impensas facit.

12. *Hoc faciunt.*] *Faciunt* scripti nonnulli. hoc est commendat. quod præstat. *Puteaneus.*

Hoc faciunt, ut, me qui tibi donat, Amor. *Heins.*

Hoc faciunt.] Id est, Me commendant. *Er.*] *Ordo* est: Et amor, qui donat me tibi. *Hoc*, supple, *facit*: id est, me commendat, quia te vehementer amo.

13. *Et non cessuri nisi dis sine crimine mores.*] *Puteaneus.*

Et nulli censura & dis sine crimine mores.

Neapolitanus & alii quinque,

Et nulli cessura fides; sine crimine mores.

quod admittendum reor. *Heins.*

14. *Nudaque.*] Non sum, inquit, verus, veterator, fallax, duplex. bilinguis: verum contrasimplex, apertus. *Nuda.*] *Pura*, & est proprium simplicitatis epitheton.

15. *Non sum desultor Amoris.*] *Desultor* optime *Puteaneus* & *Arondelianus*, cum ejusdem *Puteani*, *Jureti* ac *Scaligeri* excerptis. Atque ita *Carrio* in *Emendationibus* restituendum monuit. sex alii *desusor*. *Neapolitanus* *simulator*.

frustra. Nec pro vulgata lectione ista *Hæris* faciunt,

Ad tua castra redi, socii desertor Amoris.

desertor enim *amoris* est, qui non amat, *desultor*, qui amat inconstanter, nunc hanc nunc illam secutus. *Heinsius.* *Non sum desultor amoris.*] Ea omnia à se removeret *Poëta*, quibus maxime offenduntur in amore puellæ. *Desultor.*] Qui fortunati est oppidi similis, nec potest suam rem obtinere solus, sine multis foeminis. *Non desultor.*] *Ἀταύροτος*. *Æschyl.* *Agam.*

17. *Quos dederint annos mihi fila fororum.*] Legi olim placebat, *nerint annos*, ut apud *Martial.* l. i. Ep. xxcviii.

Cum mihi supremos Lachesis perneverit annos.

sed aliter scripti codices, quibus accedo. *Heinsius.* *Sororum.*] *Parcarum*: quas sorores *Lanificas* & *Martialis* appellat. Tres autem esse perhibent, unam, quæ *Clotho* appellata, vitam hanc ordiatur: alteram, quæ *Contextat*, & *Lachesis* dicitur, tertiam, quæ *rumpat* ac *finiat*, & *Atropos* nominatur.

18. *Contingat.*] *Optantis* est. *Teque dolente mori.*] *Codex Regius* *te moriente mori*, argute. *Scripterat* puto *nofter*, *teque obvenite mori.* *Heinsius.*

19. *Te mihi materiem.*] *Materiem* meliores. *Idem.*

21. Car-

Carmine nomen habent exterrita cornibus Iō,

Et quam flumineâ lufit adulter ave:

Quæque super pontum simulato vecta juvenco,
Virgineâ tenuit cornua vara manu.

Nos quoque per totum pariter cantabimur orbem: 25

Junctaque semper erunt nomina nostra tuis.

21. *Carmine nomen habet.*] Scribe habent cum tribus codicibus, ut versui consulatur. Puteaneus mendose, *Carmine nomen habent.* quod & alios codices occupavit. *Idem.* *Carmine nomen.*] Quemadmodum, inquit, poetarum carminibus celebres sunt Iō, Leda, & Europa: ita & tu meo carmine celebraberis, eoque pacto ego ac tu immortalitatem consequemur. *Id.*] Hanc Inachi Argivorum fluminis filiam Jupiter amavit. *Exterrita cornibus.*] Ovid. in *Epist.* *Hypermnestæ,* *Territaque est forma, territa voce sua.*

22. *Quam.*] Ledam dicit, Tyndari regis conjugem, cum qua sub cyni forma Jupiter concubuisse dicitur: eamque ovum peperisse fabulantur Poëtæ, unde nati sunt Castor & Pollux. *Lufit.*] Delusit, decipit, fefellit. *Adulter.*] Jupiter. *Ave flumineâ.*] Id est, cygno, qui flumine gaudet.

23. *Quæque super pontum.*] Europa, Agenoris Phœnicium regis filia, quam Jupiter in taurum versus rapuit, ac in Cretam transportavit. *Simulato juvenco.*]

Falso bove: sub ejus forma Jupiter latebat. *Falsa, simulata.*

24. *Virgineâ tenuit cornua falsa manu.*] *Cornua vara* idem Carrio in *Emendationibus.* quomodo Puteaneus & Neapolitanus ex nostris. Arondelianus *vara.* duo alii *curva.* excerpta Doula præssa. *perperam.* *Metamorph.* lib. xii.

Cornua vara bovm multo rubefacta cruce.

quomodo illic quoque scribendum ex vestigiis veterum librorum. lib. iii. de Jove in bovem mutato,

Cornua vara quidem, sed qua contendere posses

Falsa manu.

ita scribo. parva nunc ibi legitur. Claudianus bello Getico,

Vara per obscuras apparent cornua frontis.

noſt rara, quod est in vulgatis. Vide Nonnium in *Obvayare,* & quæ noto Met. xi. §. 83. *Heinsius.*

25. *Pariter cantabimur.*] Simul celebres erimus.

26. *Nomina nostra.*] Noſtræ laudes.

ELEGIA IV.

Amicam, quâ arte, quibusve nutibus in cœna præſente viro uti debeat, admonet.

VIR tuus est epulas nobis aditurus easdem.
Ultima cœna tuo fit precor illa viro.

Ergo

1. *Epulas nobiscum aditurus easdem.*] *Nobis aditurus easdem* Puteaneus & Mentelianus recte, ut jam monui ad Claudianum. qui pari Græcismo eadem *ſerari,* pro, eadem quæ ſoror, dixit.

Ambrosianus *tuus* & Moretantes, nobis epulas. quod tantundem est. noſter Met. xiii.

Et nunc ille eadem nobis jûratus in arma. Lucretius lib. iii.

X

quo

Ergo ego dilectam tantum conviva puellam

Aspiciam? tangi quem juvet, alter erit?

Alteriusque sinus apte subiecta fovebis?

Injiciet collo, cum volet, ille manum?

Desine mirari, posito quod candida vino

Atracis ambiguos traxit in arma viros.

Nec mihi filva domus, nec equo mea membra cohærent:

Vix à te videor posse tenere manus.

Quæ tibi sint facienda tamen, cognosce: nec Euris

Da mea, nec tepidis verba ferenda Notis.

Ante veni, quam vir. nec quid, si veneris ante,

Possit agi, video: sed tamen ante veni.

Cum premit ille torum, vultu comes ipsa modesto

Ibis,

— quorum unus Homerus
Sceptra potius eadem aliis sopitus quiete
est.

eadem qua alii quiete sopitus. & l. i. i.

Atque animalibus sunt mortalibus una
eademque.

Cicero Varroni lib. ix. Ep. Famil. Erant
enim nobis perirati, quasi quicquam de
nostra salute decrevissemus, quod non idem
illis censuissemus. Ammianus lib. xxvi.
Arbationis domum, cui antea tanquam
eadem sibi sententi, parcebat ut propria,
jussit exinaniri. sic & simul nobis Trist. v.
El. x.

Quippe simul nobis habitat discrimine
nullo

Barbarus.

quod non est mutandum. Contra alias
nobis epulas aditurus dixere. quomodo Ho-
ratiu8,

Ne quis sese alius Lysippo duceret are.
hoc est præter Lysippum. Plautus, qui
querit alia his, malum videtur querere.
Sallustius. aliud bello malle. Phædrus
lib. i. i. i. quod si accusator alius Sejano foret.
alius quam Sejanus. Hein8.

3. Ergo.] Hæc particula indignationi
est accommodata. Conviva.] Non ut a-
mator.

5. Alteriusque sinus apte subiecta fo-

vebis.] Sic meliores constanter. Alii
magno numero, sinu dextram subiecta.
sinus dextram Farnesianus. sinum dextra
Regius. Alterius capram dextram unus
Vaticanus. alius cum Arondeliano,
Alteriusque apte dextram. unus Medi-
cæus,

Alteriusque sinu dextram submixta.

Ulcus opinor subesse. Hein8.

7. Desine mirari.] Sensus est: Quod
in convivio Centauri Hippodames pul-
chritudine mori, eam rapiendi causa ad
arma venerint, non est mirandum. nam
& ego, qui non ita efferus sum ut Cen-
tauri, vix possum me continere, quin in
te manus injiciam. Candida.] Pulchra.

8. Atracis.] Hippodame Atracis fluvij
filia, quæ Pirithoo Ixionis ex Deidamia
filio nupsit. vide Metam. lib. 12. Est
autem hic Atracis patronymicum, ut
Tyndaris. Viros ambiguos.] Id est, du-
plices, bimbres. Centauros dicit.
Traxit.] Pulchritudine sua.

9. Nec mihi.] Non sum, inquit, Cen-
taurus. Nec equo mea membra cohærent.]
Centauri enim ex superiore parte sunt
homines, inferiore equi.

15. Cum premit ille torum.] Premit
Puteaneus, & succurrit mox pro succur-
ret. & Verba teget pro leget. quomodo
& Nea-

Ibis, ut accumbas; clam mihi tange pedem.
 Me specta, nutusque meos, vultumque loquacem:
 Excipe furtivas, & refer ipsa, notas.
 Verba supercilii sine voce loquentia dicam:
 Verba leges digitis, verba notata mero. 20
 Cum tibi succurrit Veneris lascivâ nostræ;
 Purpureas tenero pollice tange genas.
 Si quid erit, de me tacitâ quod mente queraris;
 Pendeat extrema mollis ab aure manus:
 Cum tibi, quæ faciam, mea lux, dicamve, placebunt; 25
 Versetur digitis annulus usque tuis.
 Tange manu mensam, quo tangunt more precantes;
 Optabis merito cum mala multa viro.
 Quod tibi miscuerit, sapias, bibat ipse iubeto:
 Tu puerum leviter posce, quod ipsa velis. 30
 Quæ tu reddideris, ego primus pocula sumam:

Et

& Neapolitanus & optimus Palatinus. Forte regens. cæterum sub iis quæ sequuntur, *Ibis ut accumbas* mendum lætetur. *Heinsius.* Cum premet ille.] Matitius rursus. *Torrem.*] Lectulum in quo discumbitur.

17. *Vultum loquacem.*] Qui loquentis officio fungetur.

18. *Notas.*] Signa quibus sensus suos invicem exprimunt amantes sine voce.

19. *Verba supercilii sine voce loquentia dicam.*] *Ducam* opinor *Nasone* scripsisse, cæsi pro vulgata scriptura membranz omnes stant. sic *longas in fletum ducere voces* *Virgilio.* *Horatius Arte,*

Respicere exemplar vitæ morumque iubebo

Doctum imitatore, & vivas hinc ducere voces.

pari modo *trahere verba, voces, sermonem* dicebant. *Heins.* *Verba supercilii.*] Sic in 1. de *Arte*, *Multa supercilio, multa loquere notis.*

20. *Verba leges digitis.*] Amantes enim transversis digitis, literas formant: quibus sine voce loquuntur.

23. *Tale quod meritis loquaris.*] *Quo-*

varis excerpta Scalligeri & Puteani, cum Neapolitano & aliis quatuor. Plinius lib. xi. cap. xiv. Est in aure imâ memoria locus, quam tangeres antestamur. *Heinsius.*

27. *Tange manu mensam.*] *Mensam* *Lipius* lib. ii. *Elect.* cap. vi. *perperam.* *Seneca Controvers.* lib. ix. *In convivio constitit catenatus, qui cum languentes Pratoris oculos aspexit, existimans ipsum Pratoris beneficio dimitti, gratias isti agere, & utrisque manibus mensam tenens, Di, inquit, immortales tibi parem gratiam referant.* *Idem.* *Tangunt quo more precantes.*] Antiqui non existimabant profuturam orationem solum, nisi precantes tenerent aras inanibus. *Virgil.* in sexto, *Talibus orabat digitis, arasque tenebat.*

30. *Puerum.*] *Pincernam, ministrum.* *Leviter.*] Ne vir sentiat te illius manu temperatum poculum sprevisse, & aliud à ministro petere. *Quod ipsa vult.*] *Velis* octo libris. *Heinsius.*

31. *Quæ tu reddideris.*] Aux ministro, aux in mensa, ubi fuerant, reposueris.

X 2

33. *Quæ*

Et qua tu biberis, hac ego parte bibam.
 Si tibi forte dabit, quos prægustaverit ipse,
 Rejice libatos illius ore cibos.

Nec premat impositis finito tua colla lacertis: 35

Mite nec in rigido pectore pone caput.

Nec sinus admittat digitos, habilesve papillæ.

Oscula præcipue nulla dedisse velis.

Oscula si dederis, fiam manifestus amator:

Et dicam, Mea sunt: injiciamque manus. 40

Hæc tamen aspiciam: sed quæ bene pallia celant,

Illæ mihi cæci causâ timoris erunt.

Nec femori committe femur, nec crure cohære:

Nec tenerum duro cum pede junge pedem.

Multa miser timeo. quia feci multa proterve: 45

Exemplique metu torqueor ipse mei.

Sæpe mihi, dominæque meæ properata voluptas,

Veste sub injectâ dulce peregit opus.

Hoc

33. Quos prægustaverit ipse.] Quod Puteaneus cum aliis nonnullis. Heins.

35. Nec premat indignis finitro tua colla lacertis.] Non moverem controversiam huic lectioni, nisi variarent codices, quorum pars magna, Nec premat ille suis. meliores tamen, Nec premas impositis. recte. Ep. Paridis,

Paritet hospitii, cum me spectante lacertos

Imponit collo ruficulus ille tuo.

infra lib. 11. El. xvi.

Tu nostris niveos humeris impone lacertos. sic Fast. 11.

Posuisti nrgetur pectora palmis.

Idem.

36. Mite.] Placidum caput tuum. Rigido.] Immiti, aspero mariti tui.

38. Dedisse velis.] Velim; Neapolitanus & Sarravianus, quod placet. mox manum Puteaneus & Arondelianus pro manus. Heinsius.

40. Et dicam, mea sunt.] Hæc oscula. Injiciamque manus.] Tanquam in mea jura.

41. Hæc tamen.] Quamvis, inquit,

hæc quæ supra dixi, me offendant, tamen ea æquo animo patiar, dummodo non tangatur linea, quæ in amore est quinta & ultima.

42. Caci timoris.] Id est, præcipitis, maximi. Domit. Illa mihi caci causâ timoris.] Ego Cecum timorem accipio, pro occulto & latente. Micyll.

43. Nec crure cohære.] Crura quatuor libri. ut sit Græcismus quo plures alii alludunt, in quibus crura coërce. Heins. Committe.] Contere, compone.

45. Proterve.] Lascive, petulanter.

46. Torqueor ipse mei.] Esse mei Puteaneus. Scribe ecce. Heinsius.

47. Properata.] Timebat enim ne deprehenderetur.

48. Veste sub injecta.] Superjecta prima editio, cum excerptis Puteani & Sciligeri, atque ita unus Farnesianus. Ep. Paridis,

Membra superjectâ cum tua veste fovet. sic superinjecta toga Fast. vi. & superinjecta terra Fast. v. libro tamen Artis Amatoris secundo,

Parf-

Hoc tu non facies : sed ne fecisse puteris ,

Conscia de gremio pallia deme tuo.

50

Vir bibat usque roga : precibus tamen oscula desint.

Dumque bibit, furtim (si potes) adde merum.

Si bene compositus somno vinoque jacebit ;

Consilium nobis resque locusque dabunt.

Cum surges abitura domum, surgemus & omnes ;

In medium turbæ fac memor agmen eas.

Agmine me invenies aut invenieris in illo.

Quidquid ibi poteris tangere, tange mei.

Me miserum ! paucas monui quod profit in horas.

Separor à domina nocte jubente meâ.

60

Noctē vir includet : lacrymis ego mœstus obortis,

Qua licet, ad sævas prosequar usque fores.

Oscula jam fumet : jam non tantum oscula fumet.

Quod mihi das furtim, jure coacta dabis.

Verum invita dato (potes hoc) similisque coactæ :

Blanditiæ taceant ; sitque maligna Venus.

Si mea vota valent, illum quoque nil juvet opto :

Sin minus ; at certe te juvet inde nihil.

Sed quæcunque tamen noctem fortuna sequatur ;

Cras mihi constanti voce dedisse nega.

70

E L E-

Parsque sub injectâ veste pudenda latet.
 quanquam & illic *superjecta* duo codices
 præferunt, sed illi non magnæ auctorita-
 tis. *Heinsf. Veste subinjecta.*] *Vesticontuber-*
num. *Petron. Vide Epist. Her. 16. §f. 222.*

49. *Puteris.*] *Credaris.*

50. *Conscia de tergo.*] *Malim gremio cum*
quinque scriptis. *Heinsius. Pallia,*] *Vestes.*
Deme.] *Detrahe.*

52. *Dumque bibit.*] *Bibit Putoaneus &*
multi alii. *Heinsf. Adde merum.*] *Ut me-*
racius bibat, & deinde altius dormiat.

53. *Bene compositus.*] *Bene curatus, qui*
se molliter & laute curaverit. *Compositus*
vino.] *Depositus.* *Plaut.*

54. *Resque locisque.*] *Id est, loci & rei*
ocasio. *Consilium.*] *Quomodo venero*
furto operam dare possumus.

57. *Invenieris.*] *A me scilicet.*

59. *Paucas quod profit in horas.*] *Pau-*
cas quoque profit in horas *Puteaneus. Le-*
ge quo profit. *Heinsius.*

61. *Includet.*] *Velut feram.* *Inclu-*
det.] *Ter. Phorm. 5. 1.*

Conclusam hic habeo uxorem sævam.

62. *Prosequar usque fores.*] *Prosequar*
meliores. pro ad sævas fores. *Arondelia-*
nus ad versas. Forte ad surdas, de quo
paulo post El. vi. §f. 62. *Heinsius.*

66. *Blanditiæ taceant.*] *Verbula blan-*
dula, dulcicula, ut ξαλ, ψυχ.

67. *Nil juvet opto.*] *Idem ne juvet. &*
mox sequatur. *Heinsius.*

70. *Dedisse.*] *Dare simpliciter dici-*
tur mulier, quæ alicui sui copiam facit.
Domin.

X 3

1. 117-

ELEGIA V.

Corinna concubitus.

Aetus erat, mediamque dies exegerat horam:

Apposui medio membra levanda toro.

Pars adaperta fuit, pars altera clausa fenestræ:

Quale ferè sylvæ lumen habere solent.

Qualia sublucent fugiente crepuscula Phœbo:

Aut ubi nox abiit, nec tamen orta dies.

Illa verecundis lux est præbenda puellis,

Qua timidus latebras speret habere pudor.

Ecce Corinna venit, tunicâ velata recinctâ,

Candida dividuâ colla tegente comâ:

Qualiter in thalamos formosa Semiramis isse

Dicitur, & multis Lais amata viris.

Horam.] Uterque lib. Maffianus leg. *umbram*. Est autem meridiei periphrasis ex umbris mathematicæ descriptionis. *Clofan*.

2. *Levanda*.] Reficienda, refocillanda. Requiescere igitur, & meridiari volebat Naso.

5. *Fugiente Phæbo*.] Occidente sole. *Crepuscula*.] Crepusculum est lux dubia: & utrique tempori potest jungi. *Fugiente Phæbo crepuscula*.] Senec. Herc. Fur. a. 3. v. 669.

Tenuis relicta lucis à tergo nitior,
Fulgorque dubius solis afflicti cadit,
Et ludit aciem, nocte sic mixta solet
Præbere lumen primus aut serus dies.

9. *Ecce Corinna venit*.] Ecce, ex improvîso. *Corinna*.] Corinnæ duæ fuere: altera Thebana, quæ epigrammata & lyrica adeo feliciter scripsit, ut Pindarum lyrico certamine provocatum vicerit. Altera autem Thespia, dicta. Ad Thebanam alludens Naso, ut ego existimo, & propter ingenii dotes, & corporis pulchritudinem, amicam suam venerationis causa mutato nomine *Corinnam* appellavit. *Tunica*.] Hæc foeminas nigris decet quam viros. Sed de tunicis plura

leges apud Gel. l. 7. c. 12. *Velata*.] Cooperata, induta ipsa Corinna. *Recincta*.] Disincta tunica. *Domit*. *Recincta*.] Ego *recincta*, expono simpliciter pro cincta, & circumjecta. *Micell*.

11. *In thalamos formosa Semiramis isse*.] *In thalamos* *formosa* *Semiramis* esse *Puteanus*. Scribo *formosa* *Semiramis*. dixi ad Epist. ix. v. 78. *Heins*. *Semiramis*.] Hæc Nini regis Assyriorum fuit uxor, & animi magnitudine, & corporis pulchritudine excellens. *In thalamos*.] Quando scilicet Ninus eam uxorem accepit. Hæc latius explicat Diodorus lib. 3.

12. *Et multis Lais amata procis*.] *Reponere* *viris* ex fide optimorum codicum. *Proci* enim secundum Festum, qui possunt aliquam in matrimonium, hinc Penelopes proci: de quibus abunde dictum ad secundam Sabini epistolam. nusquam procorum mentio apud Latinos scriptores occurrit, quoties de meretricibus agitur, virorum passim, sic Propertius,

Phryne tam multis facta beata viris.
auctor obsceni carminis,

Quæ tot nocte viros peregit una.
atque ita passim noster, qui & in Arte Amatoriâ proci vocabulo anxie abstinnit.

Deripui tunicam; nec multum rara nocebat :

Pugnabat tunicâ sed tamen illa tegi.

Cumque ita pugnaret, tanquam quæ vincere nollet, 15

Victa est non ægrè proditiōe suâ.

Ut stetit ante oculos posito velamine nostros,

In toto nusquam corpore menda fuit.

Quos humeros, quales vidi tetigique lacertos!

Forma papillarum quam fuit apta premi! 20

Quam castigato planus sub pectore venter!

Quantum & quale latus! quam juvenile femur!

Singula quid referam? nil non laudabile vidi:

Et nudam pressi corpus ad usque meum.

Cætera quis nescit? lassî requievimus ambo. 25

Proveniant medii sic mihi sæpe dies.

nuit. pro *Lais* codices nonnulli *Thais*. sed nil necesse. Laidis Propertius etiam meminuit cum Claudiano. *Heinsf. Lais*.] Hæc ut Plutarch. in Nicia vita scribit, ex Sicilia in Peloponnesum inter alios captivos parva adhuc puella est abducta. Dicta postea *Corinthia*, quod Corinthi habitaret. Cum autem ob elegantiam venustatemque formæ ad eam maximi ditiorum hominum ex omni Græcia conventus essent, famosissima meretrix est facta; nec quinquam admittebat, nisi qui daret quod posceret.

13. *Diripui tunicam*.] *Deripui* Puteaneus & Neapolitanus cum Regio. recte. sic & *detrabere* & *deducere vestem*. Met. vi. noster,

— *velamina Progne*

Deripit ex humeris auro fulgentia lato.
sic & *dereptus cortex* infra Eleg. xiv.

Qualem clivose madidis in vallibus Ida

Ardua derepto cortice cedrus habet.

dereptam acum habes ibidem paulo post. in Elegia de Nuce,

Nudaque derepto cortice ligna patent.

ita illis locis optimi libri. *Medicamine Faciei, dereptum cortice gummi*. sic enim scribo. vulgati illic etiam *direptum*. Met. lib. xi. *dereptos arbore ramos*. ut & illic emendo. vide Notas Met. lib. iii. v. 52.

deripere vagina enses Fast. ii. 793. Met. vi. 551. x. 475. *Heinsf. Nec multum rara nocebat*.] Quod rara ac tenuis esset. Coam enim vestem intelligit. *Multum rara*, valde translucida.

14. *Pugnabat*.] *Repugnabat*, ne nudaretur. *Se tamen illa tegi*.] *Sed tamen meliores*. sic & Art. Amat. lib. i.

Pugnando vinci sed tamen illa volet. ut & ibi libri nonnulli. quomodo idem mox,

Sed voluit vinci viribus illa tamen. *Heinsius*.

15. *Quæ cum ita pugnaret*.] *Cumque ita rectius sex libri*. *Heinsius*.

16. *Proditiōe sua*.] Qui enim ita pugnant, ut superari velint, sunt proditores. Hoc vero proprium est mulieris, ut repugnet, nec velle videatur id quod magnopere appetit.

17. *Posito velamine*.] *Deposita tunica*.

18. *Menda*.] *Deformitas*, *macula*.

23. *Nil non laudabile vidi*.] *Nihil illaudabile codex Neapolitanus & Junianus*, *Heinsius*.

26. *Proveniant*.] *Contingant*, *accidant*. Est optantis. *Medii dies*.] *Dixerat enim supra, Medicamque dies exegerat horam*. *Domit*.

ELEGIA VI.

Ad janitorem, ut fores sibi aperiat.

Janitor (indignum) durâ religate catenâ,
 Difficilem moto cardine pande forem.
 Quod precor, exiguum est. aditu fac janua parvo
 Obliquum capiat semadaperta latus.
 Longus Amor tales corpus tenuavit in usus:
 Aptaque subducto pondere membra dedit.
 Ille per excubias custodem leniter ire
 Monstrat: inoffensos dirigit ille pedes.
 At quondam noctem, simulacraque vana timebam:
 Mirabar, tenebris siquis iturus erat.

IO
 Risit,

Janitor indigne.] Indignum Puteaneus cum optimo Palatino. recte. Met. v.

— nisi post altaria Phineus

Iffit; & (indignum) scelerato profuit ara.

sic mirum saepe apud nostrum. & antiquum Fast. ii.

Furius (antiquum) populi superator Hetrusci

Voverat, & voti solverat ante fidem.

Quæ vera illic lectio est. antiquum, res antiqua. Heinfs. Indignum.] Iste enim è servitus erat, qui compedibus, ne fugeret, tenebatur. Illi nunc blanditur Naso, ut aperiat januam.

2. Difficilem.] Duratū, inexorabilem. Moto cardine.] Versatis cardinibus. Moto cardine.] Verso cardine. Virgil.

3. Quod precor, exiguum est.] Modus est in petitione.

4. Obliquum latus.] Non adverso petore irrumpam, sed intrò me ducam, & aditum occupabo obliquo corpore. Capiat.] Admittat.

5. Tenuavit.] Tenue & macilentum reddidit. In tales usus.] Ut per angustissimum aditum propter corporis gracilitatem mihi ingredi liceat.

6. Subducto corpore.] Subtili corpore ex-

cerpta Scaligeri & Puteani, quomodo & Arondelianus pro diversa lectione. Regius & Moreti unus subducto pondere. lib. 11. El. x.

Pondere, non nervis, corpora nostraarent. Heinfsius. Subducto pondere.] Id est, detracto carnis pondere. Subducto pondere carnis.] Item & ille amator apud Theocrit. Idyll. 2. v. 88.

Καὶ μὲν χρεὼς μὲν ἐμοὶ ἐγίνετο
 πολλὰκι δάλα.

— ἀντὶ δὲ λοιπὰ

Ὅσ' ἔτ' ἢ καὶ δέρμα.

7. Ille.] Scilicet amor. Per excubias.] Vigiliis. Custodem.] Vigilum. Leniter.] Placide, agiler, sine strepitu: ut sentiri, qui ambulat, non possit.

9. Simulacra vana.] Homer. Odyss. λ. v. 475.

— ἔνθα τε νεκροὶ

Ἀφραδίας ναῖσι, ῥοδῶν εἰδωλὰ καὶ
 μόντ' ἐσσι.

— tennes sine corpore visa.

Virgil. 6. Et

— cava sub imagine forma.

Et Metam. 10. v. 14.

Perque leves populos, simulacraque sua-
 illa sepulcro.

10. Quisquis.] Melior est vetus le-
 tio, Si quis.

11. Ri-

Risit, ut audirem, tenerâ cum matre Cupido:

Et leviter, Fies tu quoque fortis, ait.

Nec mora, venit amor. non umbras nocte volantes,

Non timeo strictas in mea fata manus.

Te nimium lentum timeo, tibi blandior uni: 15

Tu, me quo possis perdere, fulmen habes.

Aspice, & ut videas, immitia claustra relaxa,

Uda sit ut lacrymis janua facta meis.

Certe ego, cum posita stares ad verbera veste,

Ad dominam pro te verba tremante tuli. 20

Ergo, quæ valuit pro te quoque gratia quondam,

(Heu facinus!) pro me nunc valet illa parum?

Redde vicem meritis. grato licet esse, quod optas.

Tempora noctis eunt: excute poste seram.

Excute: sic unquam longâ relevere catenâ, 25
Nec

11. *Risit ut audivit.*] *Ut audirem me-
liores.* Heinsius. *Risit, ut audirem:* ut sit
sensus, tam effusum fuisse Cupidinis ac
Veneris risum & cachinnum, ut ejus so-
nus auditus fuerit à Poëta.

13. *Amor venit.*] *Id est, amate coepi.*

14. *Strictas.*] *Armatas.*

15. *Te nimium timeo lentum.*] *Ne in
aperiendis foribus sis lentus:* à te uno
vita mea pendet, hinc tor à me blandi-
tias audis.

17. *Aspice ut invideas inimicæque clau-
stra relaxa.*] *Aspice, & ut videas, immitia
claustra relaxa,* ex optimis libris est re-
ponendum, quomodo jam in Observa-
tionibus lib. II. cap. XXI. emendavit no-
ster Gronovius. Heins. *Immitia claustra
relaxa.*] *Id est, aperi.* Virgil. *Laxat clau-
stra Sinon.* Domit.

22. *Redde vicem meritis.*] *Nunc, in-
quit, ne ingrato animo esse videaris,
quandoquidem potes, mihi gratiam re-
feras. Grato licet esse, quod optas.*] *Scribe,
grato licet esse, quid obstas?* tres tamen
codices, *quod opto.* idque Marius Niger
amplectebatur. Ego nostram conjectu-
ram veriorum præstare aulam, ipse Naso
Met. IV.

Invide, dicebant, paries, quid aman-

tibus obstas? Heinsius.

24. *Tempora noctis eunt.*] *Sic & Co-
mici Veteres. It hora, it dies. Sol abit.
Tempora noctis eunt.*] *Prætereunt. Excute
poste seram.*] *Aperi.*

25. *Sic nunquam dura religere catenâ.*]
Atqui jam religatus erat. primæ editio-
nes & codices nonnulli ex scriptis, *sic
unquam dura relevere catenâ.* Putecaneus
cum Regio & Jureti Excerptis & Aron-
deliano, *sic unquam longâ relevere catenâ.*
*longa etiam est in excerptis Scaligeri &
Putecani.* hoc est quæ diu longumque te
ligavit. recte. Fuit cum scribendum opi-
narer, *sic unco longâ relevere catenâ.* unci
enim & hami orbes qui catenas alligant
vocabantur. pro catenâ videtur posuisse
Juvenalis Sat. XIII.

— dabit in laqueum vestigia noster

Persidus, & nigri patitur carceris
uncum.

aut certe pro veste, cui alligabantur ca-
ptivi. atque ita potuerit intellexisse Na-
so. Torquem tamen uncam vocavit Pro-
perius lib. IV.

Torquis ab incisa decidit unca gula.
unci enim ad supplicium tractorum in-
figebantur gutturi, quomodo & catenæ
collo affixæ. Propertius lib. IV. El. I.

Nec tibi perpetuo serva bibatur aqua.
 Ferreus orantem nequicquam, janitor, audis.
 Roboribus duris janua fulta riget.
 Urbibus obsessis clausæ munimina portæ
 Profunt. in mediâ pace quid arma times? 30
 Quid facias hosti, qui sic excludis amantem?
 Tempora noctis eunt: excute poste seram.
 Non ego militibus venio comitatus & armis.
 Solus eram, si non sævus adesset Amor.
 Hunc ego si cupiam, nusquam dimittere possim. 35
 Ante vel à membris divider ipse meis.
 Ergo Amor, & modicum circa mea tempora vinum
 Mecum est, & madidis lapsa corona comis.
 Arma quis hæc timeat? quis non eat obviis illis?
 Tempora noctis eunt: excute poste seram. 40
 Lentus es? an somnus (qui se malè præbet amanti)

Verba

Et bene cum fixum mento discussis unicum.
 qui fixo gutture fumant apud Juvenalem.
 hinc emendandus noster in Ibide.

Infixusque tuis faucibus unicus erit.
Obsus nunc legitur. ubi nos plura.
 Heinſius.

26. *Serva.*] Servis congruens & apta;
 Servi enim apud majores aquam bibe-
 bant.

27. *Orantem nequicquam janitor au-
 dis.*] Scribendum opinor *audi.* ut sit vo-
 ciferantis. nam *audis* est in uno Moreti.
 Heinſius.

29. *Munimina.*] Munitiones.

30. *Profunt.*] *Profunt* tres scripti. Se-
 quenti versu facias pro facies bene opti-
 mus Palatinus. tres alii, *faceres.* *hostis*
 etiam Puteaneus. Catullus,

Quid faciant hostes capta crudelius urbe?
 Heinſius.

34. *Solus eram.*] Honeſta locutio.

35. *Nunquam dimittere possum.*] *Nus-
 quam dimittere possum meliores. Lege
 possum.* Heinſius. *Dimittere.*] Id est, à me
 amittere.

39. *Ante vel à membris divider ipse*

meis.] Id est, morerer potius, quam
 amore carerem.

37. *Ergo amor.*] Comes est. *Et modic-
 um vinum.*] Hoc dicit, ne veluti ebrius
 expellatur. *Circa mea tempora.*] Propter
 vini vapores fumidos, qui cerebrum pe-
 tunt, unde fit ebrietas. *Circa mea tem-
 pora vinum.*] Circa Puteaneus. Tibull.
multo persusus tempora vino. Heinſius.

38. *Madidis.*] Id est, unguento fluen-
 tibus.

41. *Lentus es? an somnus, qui te male
 prabet amanti.*] Scribe, *qui se male prabet
 amanti.* atque ita codex Douſa, & Sar-
 ravii, & Arondelianus. Somnus enim
 amantes rarus respicit. infra El. xiv.

*Quam se prabuerant ferro patienter &
 igni!*

Ep. OEnones.

*Nec tamen Aurora male se prabebat
 amandum.*

In Ibide,

— *Ne se tibi prabeat aer.*

At Puteaneus, *qui te male perdat amanti.*
 Forte, *qui te male perdat, amanti Verba*
dat in ventos. Nisi prodat malis. nam Ex-
 cerpta Scaligeri & Puteanci prodit. Epi-
 stola

Verba dat in ventos aure repulsa tuâ?

At (memini) primo, cum me celare solebam,
Pervigil in mediæ fidera noctis eras.

Forſitan & te cum tua nunc requieſcit amica.

Heu melior quanto fors tua forte meâ!

Dummodo ſic, in me duræ tranſite catenæ.

Tempora noctiſeunt: excute poſte ſeram.

Fallimur? an verſo ſonuerunt cardine poſtes?

Raucaque concuſſæ ſigna dedere fores?

Fallimur: impulſa eſt animoſo janua vento.

Hei mihi, quam longe ſpem tulit aura meam!

Si ſatis eſ raptæ, Borea, memor Orithyïæ,

Huc ades, & ſurdas flamine tunde fores.

Urbe ſilent totâ: vitreoque madentia rore

Tempora noctiſeunt: excute poſte ſeram.

[Aut ego jam ferroque ignique paratior ipſe,
Quam face ſuſtineo, teſta ſuperba petam.]

Nox,

ſtola Penelopes,

Utque ſit hic ſomno prodiſus, ille dolo.
Ariadne,

In quo me ſomnuſque meus male prodiſit,
Et tu.

Neapolitanus liber, qui te male perdidit
amens. Heinſius.

Lentus?] Es ne, inquit, ô janitor dediſta opera lentus, & piger ad januaam mihi aperiendam? an quia ſomnus tibi moleſtus eſt. *Male præbet.* Te dormitante, & lento, ſomnus mihi inofficioſus eſt.

43. *At memini, primo.*] At, inquit, quando ego te fallere volebam, dum furtim ad amicam me conferebam, tu plus nimio vigilabas, cum te vel maximo veterno irretitum cuperem: nunc, cum quando minime eſt opus, dormitas. *ſum te celare volebam.*] Me celare volebam ſuprem codices. quatuor te ſolebam recte. Canace, id te celavimus unum 111. Faſt. *Ut tegat hoc celerque viros Fortuna Virilis præſtat.* Heinſius.

44. *Pervigil.*] Plus eſt quam vigil. *In fidera media noctis.*] Id eſt, in mediam

noctem.

47. *Dummodo ſic.*] Supple, ſit, ut ſcilicet cum ſervo janitore cubet amica. *In me dura tranſite catena.*] Id eſt, ego veluti ſervus & cuſtos duris catenis religer, ut requieſcendi cum amica & mihi detur facultas.

49. *Verſo ſonuerunt cardine poſtes.*] Sic Virgil. 6.

— horriſono ſtridentes cardine ſacræ
Panduntur portæ.

Et Æneid. 1.

— ſoribus cardo ſtridebat ahenis.

51. *Animoſo.*] Vehementi. & alluſit ad ventos, qui & animæ dicuntur.

52. *Aura.*] Ventus. Quando enim ſpes effectum ſuum non ſortitur, eam vento ferri dicimus.

55. *Urbe ſilent tota.*] De ſilentio noctiſe dicemus Metam. 7. v. 184.

57. *Ignique paratior ipſe.*] Ut ſit ſenſus: Aut ego ipſe paratior, id eſt, promprior, quam tu, ad aperiendum, ferro ignique petam veluti hoſtis & incendam.

58. *Quam face ſuſtineo.*] *Quem Puteaneus*

Nox, & Amor, vinumque, nihil moderabile suadent:

Illā pudore vacat: Liber Amorque metu.

60

Omnia consumpsi: nec te precibusque minisque

Movimus, ô foribus surdior ipse tuis.

Non te formosæ decuit servare puellæ

Limina: sollicito carcere dignus eras.

Jamque pruinosos molitur Lucifer axes;

65

Inque suum miseros excitat ales opus.

At tu, non lætis detracta corona capillis,

Dura super totâ limina nocte jace.

Tu dominæ, cum te projectam mane videbit,

Tem-

nens & Arondellanus cum editionibus nonnullis. ignem subintellige. pro potior primæ editiones & Scriverianus potior. Mihi distichon hoc suspectum est. Heinſius.

59. *Vinum.*] Virg. *Bacchus* & ad culpam causas dedit. *Nihil moderabile.*] Quod modesti homines nunquam faciunt, aut dicunt. Ter. *Henr.* 3.3. *Vel heri in vino quoniam immodestus fuisti.* Qualem Græci χαλεπὸν vocant.

60. *Illā.*] Scilicet nox. *Vacat.*] Caret. *Liber.*] Bacchus, sic dictus, quia curatum servitio animum liberat, & tristitiam removel. *Liber.*] Vide Odyſſ. *Homer.* d. v. 221.

Ναρκῶτις, πακὼν ἐπιληθὸν ἀπράστω.
Quod Phuzarch. vocat.

Αἰνέθυον φάρμακον.

Et Eurip. in *Bacch.*

Οἶνον τίρῃς ἀλυσθῶ.

Lene tormentum ingenii. Horat.

62. *Movimus.*] Fleximus. *Surdior foribus.*] Dixit enim supra, *Reberibus duriis janna sultra riga.* O foribus duriior ipse tuis.] *Surdior* Neapolitanus pro diversa lectione. eleganter. quomodo & Scriverianus codex. Paulo ante,

Huc ades & surdas flamine runde fores. Martial. lib. x.

Ad nocturna jaces fastosa limina macha:
Es madet huius lacrymis janna surda tuis
Ipsa Eleg. viii.

Surda sis oranti tua janna, laxa ferenti.
sic *surda* saxa lib. iiii. El. vii.

Surdaque blanditiis saxa movere suis.

& *surdum frutum.* *surdior* fructo de quo l. xiv. Met. fabula Iphidii dicemus. sic supra Elegia iv. *surdas* puto similiter scribendum. *Qua licet ad surdas prosequar usque fores.* nam vetustissimus Putcaneus *survas.* *Vulgati servas.* Heinſius.

63. *Nec te formosa.*] Non scripti. Heinſius. *Decuit servare.*] Non dignus eras, ut tibi pulchre puellæ custodia mandaretur.

65. *Lanque pruinosos.*] Jam dies adventat. *Pruinosos axes.*] Quasi pruina aspersos, quæ maturino tempore à rore gelido constringitur. *Lucifer.*] Veneris stella, quæ, quando præcedit solem, lucifer, quando subsequitur, Hesperos appellatur.

66. *Miseros.*] Mortales scilicet, quia ad labores seducuntur. *Ales.*] Gallum gallinaceum dicit, qui adventantem diem cantu prænunciat. *Miseros.*] Ideoque Virgil. 4. *Lenibant curas, & corda oblita laborum.*

67. *Non lætis.*] Quia amica potius non licuit.

68. *Tota nocte.*] Ut ostendat se multum temporis frustra consumpsisse. Solebant autem amantes, cum noctu ad amicas coronati accedebant, nec admitterentur, limini capiti detractas coronas relinquere, aut postibus suspendere.

71. *Son*

Temporis absumpti tam male testis eris.
Qualiscunque vale, sentique abeuntis amorem.
Lente, nec admissio turpis amante: vale.
Vos quoque crudeles rigido cum limine postes,
Duraque conservæ ligna valete fores.

70

71. *Sentique abeuntis amorem.*] *Honorem* meliores & pro *Lente*, *Lenta*, ut ad dominam hæc referantur. sed initio elegiz similiter, *Te nimium lentum timeo.* Heinſius. *Abeuntis.*] Discedens enim, te valere jubeo, quod ab amore procedit. *Damis.* *Sentique abeuntis amorem.*] Non quem erga te servum gero, sed quem erga dominam, cujus gratia totam noctem consumpsi. *Alcyl.*

72. *Lente.*] Ad obsequendum amantibus piger. *Turpis.*] Quod amantem non admiseris.

73. *Crudeles.*] Quia mea vota interclusisti. *Rigido.*] Aspero, duro.

74. *Duraque conservæ.*] Scripti plerique, ac in his meliores, *conserva.* Janitoris conservas vocat fores. sic ille apud Plautum *Afinaria.* Act. II. Sc. III.

Nolo ego fores conservas meas à te ver-

berarier.

Reddenda & Martiali ea vox ex veterimis membranis,

Qua mala sunt domini, qua servi commoda nescis.

Conſyle. *conservum* te gemis esse dicit. *Vulgati* te servum. Cicero lib. XII. Ep. Fam. III. *Dominum ferre non possumus: conservo servimus.* Neque aliter Plautus. Terentius, alii. sic & Jurisconsulti saepe, apud quos *edes servæ*, *arca servæ*, *fundus servus* & similia occurrunt. quomodo & noster paulo ante hac elegia *servum aquam* & *servam manum* lib. VI. Fast. & Remed. Amor. *servum vitii poctus.* & Horatius *servum pecus.* *servæ leges* apud Rutilium elegantissimo itinerario,

Leges reſtituis, libertatemque reducis,

Et servas famulis non suis esse suis.

sic videtur legendum. Heinſius.

ELEGIA VII.

Ad pacandam amicam, quam verberaverat

Adde manus in vincla meas, (meruere catenas)
Dum furor omnis abit, si quis amicus ades.
Nam furor in dominam temeraria brachia movit.

Flet mea vesana læsa puella manu.

Tunc ego vel caros potui violare parentes:

Sæva

Adde manus in vincla.] Amicam iratus Poëta, ita ut plerumque fit, verberaret: sed postea facti cum poenituit, unde multis argumentis in hac Elegia studet eam placare. *Adde manus.*] Non puellam alloquitur, ut stulte quidam arbitrantur, sed amicum, quicumque adſit. *Mernere catenas.*] Dum se supplicia libenter laturum in amicæ ulnionem dicit, lætenter in abalienatæ

puellæ animum ingreditur, & benevolentiam capat.

2. *Dum furor omnis abest.*] *Abit* meliores. Heinſius. *Dum furor omnis abit.*] Alii, *Dum furor omnis abest:* hoc dicit: ut per furorem puellam verberasse videatur.

4. *Vesana.*] *Malæſana.*

5. *Tunc ego.*] Non mirum, inquit, est, quod puellam quam chasissimum habeo,

Sæva vel in sanctos verbera ferre Deos.

Quid? non & clypei dominus septemplex Ajax

Stravit deprensos lata per arva greges?

Et, vindex in matre patris, malus ultor Orestes,

Aufus in arcanas poscere tela Deas?

10

Ergo ego digestos potui laniare capillos:

Nec dominam motæ dedecueret comæ?

Sic formosa fuit; talem Schœneïda dicunt

Mænalias arcu sollicitasse feras.

Ta-

beo, verberavi. Nam eo furore correptus fui, ut vel parentes, quibus post patriam nihil charius esse debet, vel inviolabiles deos violare potuerim.

7. Quid? non.] Ostendit quantum ira possit, exemplo Ajacis & Orestis. Moris enim est exemplo lenire, quod purgare non possis. *Clypei dominus septemplex.*] Maximum enim clypeum & septem boum tergoribus confectum gessisse dicitur Ajax. de quo Iliad. lib. 7. Homenus. *Ajax.*] Ajacem intelligit, Telamonis regis filium, ex Hefiona Laomedontis filia. Hinc Horat. *Ajax Mille ovium infans morti dedit, inclutum Ulyssē, Et Menelaum tota mecum se occidere clamans.* Fuit & alter Ajax, Oilei filius, in cursu velocissimus. *Clypei septemplex.*] Homer. Iliad. II.

Σακ^Θ Ἡὕτε πύργον

— χαλκρον, ἐπαταύων.

Quo respicit Virgil. 10.

— ac clypeum, tot ferri terga, tot aris, Cum pellis toties obeat circumdata tauri.

8. Stravit.] Per furorem interfecit.

9. Et vindex in matre, patris malus ultor, &c.] Orestes, Agamemnonis & Clytemnestræ filius, Ægythum matris adulterum, patris Agamemnonis interfecit, matrem peremit. Nec matri pepercit: eam enim, ut patrem ulcisceretur, interfecit. *Patris malus ultor.*] Neque enim à filio matrem necari oportuit. Poruit enim sine Orestis scelere, Clytemnestræ factum puniri. *Orestes malus ultor.*] Vide Æschyl. Fab. 5. & 6. & Sophocl. fab. 2. Ovid. 4. trist. eleg. 4.

— Dubium, pins, an sceleratus Orestes.

Et Juven. Satyr. 8.

Par Agamemmonida crimen, sed causa facit rem

Diffimilem: quippe ille, deis auctoribus, ultor

Patris erat casti media inter pocula. —

Et Ennius Eumenid.

Dico ego vicisse Orestea, vos ab hoc facessite.

Ideoque apud Eurip. in Tauris, ipse Orestes,

Φοῖβος μ' ἴσῳτε, μαγιστῶν. ἴσας δὲ μοι

Ψήφας διπρίθμυτε Παλλὰς ὠλέην.

10. Tela.] Arcus. In deas arcanas.] In furias, quas solus ipse videbat, aut videre videbatur.

11. Ergo.] Indignantis est particula. *Digestos.*] Id est, compositos, ornatos. *Digestos potui violare capillos.*] Laniare scripti recte. nam violare jam præcesserat paulo ante. Ep. Medæ,

Vix me continui, quin sic laniata capillos Clamarem. & saepe alibi. Heinsius.

12. Motæ.] Turbatæ.

13. Sic formosa fuit.] Sic mihi pulchra fuit Sarravianus. Forte, sic quoque pulchra fuit, pro dicam recte idem Sarravianus dicas, nisi cum Neapolitano & tribus aliis malis, dicunt. duo Vaticani fama est. Heinf. Sic.] Scilicet turbatis capillis. *Schœneïda.*] Atalantam Schœneici filiam dicit, cujus formam & cultum describit lib. 8. Metam.

14. Mænalias.] Arcadias. nam Mænalus est mons Arcadiæ. *Sollicitasse.*] Sol-

Talis perjuri promissaque velaque Thefei 15

Flevit præcipites Cressa tulisse Notos.

Sic, nisi vittatis quod erat Cassandra capillis,

Procubuit templo, casta Minerva, tuo.

Quis mihi non, Demens, quis non mihi, Barbare, dixit? 20

Ipsa nihil. pavidò lingua retenta metu.

Sed taciti fecere tamen convitia vultus.

Egit me lacrymis ore silente reum.

Ante meos humeris vellem cecidisse lacertos:

Utilius potui parte carere mei.

In mea vesanas habui dispendia vires: 25

Et valui poenam fortis in ipse meam.

Quid mihi vobiscum, cædis scelerumque ministræ?

Debita sacrilegæ vincla subite manus.

An, si pulsassem minimum de plebe Quiritem,

Plecterer? in dominam jus mihi majus erit? 30

Pessima Tydides scelerum monumenta reliquit.

Ille Deam primus perculit; alter ego.

Sed

Sollicitas habuisse, & indefinenter feras persecutam ut in perpetua essent fuga.

15. *Talis.*] Ariadnæ propter insperatum Thefei abitum turbatæ, amicam comparat. Vide Diodorum libro quinto. Fuit autem Minois regis Cretæ ex Paliphaë uxore filia.

16. *Flevit.*] Flendo quæsta est. *Præcipites.*] Impetuosos, veloces. *Cressa.*] Cretensis Ariadna.

17. *Sic nisi vittatis quod erat.*] Talis, inquit, erat etiam Cassandra quando ei in Minervæ templo Ajax Oilci vim intulit: nisi quod illa crines vitta coercerat, tu autem sine virtus es. *Vittatis.*] Sacerdos enim & vates erat, & vittis sacerdotes crines cingebant. quod ostendit Maro lib. Æneid. 2.

18. *Procubuit.*] Prostrata est dum in Palladis templo vitaretur ab Ajace Oilci filio: qui ob hoc infandum scelus, domum rediens, à Pallade fulmine ictus, naufragio cum multis Græcis periit.

19. *Quis non mihi barbaram dixit.*] Di-

cat alter Mentelii. *Heinsius.*

20. *Ipsa.*] Scilicet puella. *Nihil.*] Subintellige, dixit.

24. *Utilius potui.*] Utiliter meliores. *Heinsius.*

25. *In mea dispendia.*] Id est, in mea damna & detrimenta.

26. *Et potui poenam fortis inire meam.*] Valui inire septem scripti. tres valui in esse. valui in ipse novem. At Puteaneus cum Juniano valui in ipse, quam veram esse lectionem jam monui Ep. ix. v. 96.

28. *Sacrilega.*] Quia amicam verberantes, quasi sacrilegium commisistis.

31. *Pessima Tydides.*] Nimum amicam laudat, dum veluti deam facit. sed hoc astute: à quavis enim muliere veniam impetrabis, si eam ita laudaveris, ut ex animo id fieri credat. *Tydides.*] Diomedes Tydei filius. *Monumenta.*] Exempla, historias.

32. *Ille.*] Diomedes. *Deam.*] Venerem. *Perculit.*] Percussit. *Ego.*] Perculi deam.

**Sed minus ille nocens. mihi, quam profitebar amari,
Læsa est: Tydides sævus in hoste fuit.**

I nunc, magnificos victor molite triumphos, 35

Cinge comam lauro; vota que redde Jovi:

Quæque tuos currus comitatus turba sequetur,

Clamet; Iô forti victa puella viro!

Ante eat effuso tristis captiva capillo,

Si sinerent læsæ, candida tota, genæ. 40

Aptius impressis erat os livere labellis,

Et collo blandi dentis habere notam.

Denique, si tumidi ritu torrentis agebar,

Cæcaque me prædam fecerat ira suam;

Nonne satis fuerat timidæ inclamasse puellæ, 45

Nec nimium rigidas intonuisse minas?

Aut tunicam summâ deducere turpiter ora

Ad mediam? mediæ zona tulisset opem.

At

33. *Et minus ille nocens, me quam profitebar amare, Læsa.*] Lege *At minus*. aut cum Sarraviano *Sed*. Deinde Puteaneus, *mihi quam profitebar amari Læsa sit*. Lege *Læsa est*. nam Farnesianus & Douzæ liber *me quam profitebar amare Læsa est*. Arondelianus,

— *mihi quam profitebar amare*

Læsa est. Heinsius.

Et minus.] Ordo est: Et ille Diomedes fuit minus nocens: ego enim læsi illam quam profitebar me amare: ille autem crudelis fuit in hoste.

35. *I nunc, &c.*] Triumphandum, inquit, tibi est ex fœmina victa. Secum ironicas loquitur Poëta. *Victor.*] Qui fœminam viceris. *Victor molire triumphos.*] Rectius codex Douzæ, *molite*. Heinsius.

36. *Vota que redde Jovi.*] Qui enim triumphabant, in Capitolium ascende-
bant, ut Capitolino Jovi sacrificarent.

37. *Comitantum turba sequetur.*] *Comitatus* Puteaneus. per appositionem ut in illis Statii,

— *Infelix comitatus eunti*

Harcbant nati.

Malim tamen, *comitatus* turba. nam optimus Palatinus *comitatur*. Neapolitanus & duo alii *comitetur*. Junianus *comitantia*. Arondelianus, *comitatur turba sequentum*, alii aliter. sic *mendatrix lingua* Epistola Laodamiæ. Heinsius.

38. *Io.*] Hæc enim vox erat militum, imperatorem triumphantem comitantium, *Io triumphæ*. *Victa puella.*] Nullum memorabile nomen Faminea in pugna est, nec habet victoria laudem.

39. *Ante eat.*] Ut in triumphali pompa assolent captivi. *Effuso.*] Turbato.

41. *Aptius impressis fuerat livere labellis.*] Palatinus unus cum uno Vaticano, erat *os livere*. non *invenisse*. Heinsius.

42. *Et collum blandi.*] Collo meliores. Idem.

43. *Tumidi.*] Turgidi. *Ritu.*] More *Torrentis.*] Rapidissimi fluminis. *Agebar.*] Ferebar, impellebar.

46. *Intonuisse minas.*] Manus Neapolitanus & Junianus. Certe de minis jam supra egerat. de hac locutione plura concessimus ad Claudianum. Heinsius.

48. *Ut mediam.*] Scribe cum Puteaneo & tenio Palatino, eodemque opti-
mo,

At nunc sustinui, raptis, a fronte capillis,
 Ferreus ingenuas ungue notare genas.
 Adstitit illa amens albo & sine sanguine vultu,
 Cæduntur Pariis qualia faxa jugis.
 Exanimis artus, & membra trementia vidi;
 Ut cum populeas ventilat aura comas:
 Ut leni Zephyro gracilis vibratur arundo:
 Summave cum tepido stringitur unda Noto.
 Suspensæque diu lacrymæ fluxere per ora,
 Qualiter abjectâ de nive manat aqua.

Tunc

mo, tum & primâ editione,

Am. tunicam summâ deducere turpiter orâ

Ad mediam: media zona tulisset opem.
 Atque ita ad Historiam Augustam Salma-
 sius, lib. vi. Met.

— dicitur unus

*Elessa Pelops, humeroque suas ad pectora postquam**Deductis vestes.*

ita restituendum ex duobus scriptis. vul-
 gati à pectore. Calpurnius Eclog. III. ubi
 Mopius narrat se verberasse amicam,

— protinus ambas

Deduxi tunicas, & pectora nuda cecidi.
 ita scribe. hoc enim deducere dicebant. Ju-
 venalis Sat. XIII.

— nemo dolorem

*Fingit in hoc casu, vestem deducere sum-
mam**Contentus.*

ita scripti. nam in vulgatis pari modo pec-
 catur. Heinsius.

49. *Sustinui.*] Non erubui. non absti-
 nuui. *Raptis à fronte capillis.*] Sic & Me-
 tam. *Arreptam prensis a fronte capillis.*

50. *Ferreus.*] *Cruclis. Ingenuus.*] Ip-
 sius ingenue: in serva enim tolerabilius
 esset. *Ungue.*] Unguibus, pugnis.

51. *Amant albo sine sanguine vultu.*] *Al-
 bo & sine sanguine scripti potiores.* pro
amens, multi veteres *gemens*. duo *demens*,
Lego tremens pavido & sine sanguine vultu.
 Met. vi. de Philomela,

*Illatremis, velut agna pavens, quæ san-
guis canis**Ore excussa lupi.*

nisi pro *amens* malis *pavens*. Heinsius.
Amens.] Turbata ex timore, & quasi
 sine mente. *Albo vultu.*] Hoc est, pal-
 lida. *Et sine sanguine.*] Physice palloris
 causam tangit.

52. *Caduntur.*] Talis, inquit, ex albo-
 re facta est puella, qualia solent esse can-
 didissima marmora Pari insulz. *Pariis*
jugis.] Est enim Paros insula una ex Cy-
 cladibus à Delo 38. millia passuum distans,
 marmore nobilis.

53. *Exanimis.*] Quasi mortuos, &
 sine anima. *Artus.*] Membra ipsius
 puellæ.

54. *Ut cum populeas ventilat aura comas.*]
 Scripserat, nisi fallor, Naso.

Ceu sua populeas ventilat aura comas.
 vide similem locum à me emendatum
 Remed. Amor. v. 264. Heinf. *Comas.*]
 Frondes, quæ esse dicuntur arborum cri-
 nes.

55. *Utque leni Zephyro graciles vibran-
 tur arista.*] *Ut leni Zephyro gracilis vibra-
 tur arundo* meliores libri. dixi Epist. Hy-
 permnestrz. v. 39. Heinsius. *Vibratur.*]
 Concutitur, agitur.

56. *Tepido noto.*] Ad naturam venti
 retulit, qui cum fiat per zonam torridam
 à meridie, est calidus & pluvius. *Strin-
 gitur.*] Crispatur, æ veluti in rugas con-
 trahitur.

57. *Suspensa lacrymæ.*] Retenez, re-
 pressæ, ne oculi extillarent.

58. *De nive manas aqua.*] Isern Mo-
 tam. 3. Pl. 487.

Y

— sed

Tunc ego me primum cœpi sentire nocentem.

Sanguis erant lacrymæ, quas dabat illa, meus. 60
Ter tamen ante pedes volui procumbere supplex:

Ter formidatas reppulit illa manus.

At tu, ne dubita (minuet vindicta dolorem)

Protinus in vultus unguibus iræ meos.

Nec nostris oculis, nec nostris parce capillis. 65

Quamlibet infirmas adjuvet ira manus.

Neve mei sceleris tam tristia signa supersint,

Pone recompositas in statione comas.

— sed ut intabescere flava
Igne levi cera, matuminaque pruina
Sole tepente solent.

Quò etiam referri possit illud Plauti in
Mercat. 1. 2. v. 91. *Edepol; cor miserum
meum, quod guttatim cantabescit, quasi in
aquam indideris salem.* Et Theocrit. Idyll.
7. v. 76. *Ευτε χιὼν ὅς τις κατετάχεται
μακρὸν ὑφ' Αἴμον.* Et Mosch. Idyll. 4. v.
45. — *σὺ δ' ἵδτε λεῖβας ὕδωρ.*

Manat.] Stillat liquecente nive.
62. Formidatas.] Quas veluti violentas adhuc formidabat, nec eis credebatur.

Reppulit.] Rejecit.

63. At tu.] Convertit sermonem ad puellam, eam monens, ut velit se ulcisci: praesto enim se esse, à quo poenas illa repetere possit. Minuet.] Levabit.

66. Quamlibet infirmas adjuvat ira manus.] Lege Quamlibet cum melioribus quibusque scriptis. de qua locutione egimus Epist. vi. vers. 140. deinde adjuvet scribendum cum Neapolitano & tribus aliis. Ep. Hypf.

Quamlibet adverso signetur epistola vento. Heinsius.

ELEGIA VIII.

Execratur lenam, quæ puellam suam meretricia arte instruebat.

ESt quædam: (quicunque volet cognoscere lenam, Audiatur) est quædam nomine Dipsas anus.

Ex re nomen habet. nigri non illa parentem

Memnonis in roseis sobria vidit equis.

Illam

1. *Est quædam, &c.*] Investiva in ipsam lenam, quam execratur, ut ei omnia fere illa incommoda eveniant, quæ senili ætati acerbissima esse solent.

2. *Dipsas.*] Nomina personarum, ut in comædiis, habere debent rationem & etymologiam. Eam enim ipsam sitim appellavit: quasi quæ propter ebrietatem & frequentem potum semper sitiat. *διψα* enim, sive etiam *διψω*,

Græce sitis, & *διψω*, sitio.

3. *Nigri non, &c.*] Illa nunquam, nisi ebria, advenientem auroram vidit. *Nigri.* Sic Virg. *Et nigri Memnonis arma.* Æthiops enim erat. *Parentem.*] Auroram, cujus filius fuit Memnon, ex Tithono Laomedontis regis Trojani filio.

4. *Roseis.*] Puniceis. Alludere tamen videtur ad auroræ epitheton. Auroram enim

Illa magas artes, Ææaque carmina novit,
 Inque caput liquidas arte recurvat aquas.
 Scit bene quid gramen, quid torto concita rhombo
 Licia, quid valeat virus amantis equæ.
 Cum voluit, toto glomerantur nubila cœlo.
 Cum voluit, puro fulget in orbe dies.
 Sanguine, (si qua fides) stillantia sidera vidi:
 Purpureus Lunæ sanguine vultus erat.
 Hanc ego nocturnas versam volitare per umbras
 Suspisor, & plumâ corpus anile regi.

5

10

Suspi-

enim Homertus *ῥοδὸδελτυλον* appellat. *Sobria.*] Sine ebrietate. *Equis.*] Quadrigis.

5. *Magas artes.*] Magicas artes. Hujus artis vanitatem Plinius tum alibi, tum lib. 30. coarguit: quæ tamen artium fraudulentissima plurimum in toto terrarum orbe, plurimisque seculis valuit, eique auctoritas maxima fuit. *Ææaque carmina novit.*] Id est, incantationes, quibus Ææa Circe usa est.

6. *In caput.*] In summum fontem. *Arte.*] Scilicet magica. *Recurvat.*] Reflexit. *Liquidas aquas.*] *Rapidas* unus Medicus cum excerptis Politiani. quod magis ad rem. *Heinsius.* *Recurvat.*] Ut veritas recurrant, & retro properent.

7. *Scit bene.*] Optime callet, quid possit. *Gramen.*] Id est, herba. Ex herbis enim veneficia maxime fiunt. *Torto.*] In turbinem verso. Rhombus præter alia significata, denotat etiam magicum instrumentum, filis quibusdam implicatum, quo in magica arte utebantur. Propterea. *Deficiunt magico torti sub carmine rhombi.*

8. *Licia.*] Fila, stamina. Sed licia vim majorem in carminibus habere creduntur, quod ita hominum mentes implicari posse existimantur, ut à liciis stamina implicatur. Plin. lib. Natur. histor. 28. *Quid valeat virus amantis equæ.*] Hippomanes dicit, quod Aristot. teste præcipue ad amoris veneficia petitur. Et ut Servius ait, Hippomanes est virus effluens ex equarum inguinibus, quo

tempore feruntur amoris furore: ut dictum sit *ἀπὸ τῆς μανίας, καὶ ἵππων*, Hesiodus hippomanem herbam esse dixit, qua si equi vescerentur in furorem verterentur. Plin. lib. 8. scribit, etiam equis innasci veneficium, *hippomanes* appellatum, in fronte, caricæ magnitudine, colore nigro, quod statim edito partu devorat foeta, aut partum ad ubera non admittit, si quis præceptum habeat. *Virus amantis equæ.*] *Mari præcipuus amor.* Virgil. 4.

9. *Cum voluit.*] Hæc lena quandocunque ei collibisset, cœlum aut nubilum aut serenum reddebat. *Glomerantur.*] In globi figuram condensantur.

11. *Si qua fides.*] Supple, est mihi: si mihi creditur.

13. *Versam volitare per umbras.*] *Versam* veteres editiones & quinque scripti cum codice Neapolitano. multi *visam*, quos inter Jureti & Puteani excerpta, duo *versulam*. Puteaneus *versam*. sed postea: in r mutato, hoc est *versam*. Opinor *versam* scribendum. ut & apud Val. Flacum lib. 19.

— aut vobis ergo fera saxa patefcunt,
 Aut mea jam fœta veniunt ad patula
 dira.

vulgati *sava*. quæ vox ter quaterve eadem pagina occurrit nimis inconcinne. *Heins.* *Versam.*] Transmutatam in avem quæ strix à stridendo dicitur.

14. *Pluma.*] Pro plumis. *Anile.*] Cum invidia & contemptu dixit. *Tegi.*] Vestiri.

Y 2

15. Dw

Suspitor; & fama est. oculis quoque pupula duplex 15
 Fulminat, & gemino lumen ab orbe venit.
 Evocat antiquis proavos atavosque sepulcris:
 Et solidam longo carmine findit humum.
 Hæc sibi proposuit thalamos temerare pudicos:
 Nec tamen eloquio lingua nocente caret. 20
 Fors me sermoni testem dedit. illa monebat
 Talia; me duplices occuluere fores:
 Scis here te, mea lux, juveni placuisse beato.
 Hæsit, & in vultu consistit usque tuo.

Et

15. *Duplex.*] Plin. lib. 7. scribit, forminas quidem omnes ubique visu nocere, quæ duplices pupillas habeant.

16. *Fulminat.*] Ut fulmen splendet. *Geminum lumen ab orbe venit.*] *Gemino* Putaneus & multi alii ex melioribus. Idem Putaneus *micat* pro diversa lectione. Met. VIII. *Fulmen ab ore venit*, de apro Calydonio. quamvis nec alterum temere rejecerim. *Heinsius.* *Lumen ab orbe micat.*] Absistunt flammæ. *Ignis tremante oculi.* Silius: *Ardens oculi; toto ex ore crudelitas eminet.* Cic. 7. Verin. ὑποβλήσας δυνὸν ὠσπας αἰσραπύ. Dio Prus. orat. 56. Δυσαντίσλαπτο. Et Homer. Il. v. M. 474. Ὀφθαλμῶ δ' αἶρα οἱ πυγὴ λάμπουσι — & M. 3. ibid. — αὐτὸς δὲ πάλιν τρίπαν ὄσσει φασγάνῳ.

17. *Proavos atavosque.*] Quasi difficilior sit eos evocare sepulchris, qui jam ante multos annos discesserint, quam qui nuper sunt mortui.

18. *Solidam.*] Integram, plenam nihil vacui aut concavi habentem. Hoc dixit ut lenx vires exaggeraret, & maximas esse ostenderet. *Longo carmine.*] Diutina incantatione. *Findit.*] Scindit, rumpit terram, unde umbras ejiciat.

19. *Thalamos violare pudicos.*] *Temerare* Putaneus aliique meliores. & recte. Epistola Oenones,

*Ut minor Atrides temerati fœderalisti
 Clamas.*

Met. II.

An quæ per totam res est notissima Lesbion,

Ignorata tibi est? patriam temerasse cubile

Nysimomen.

infra lib. II. El. VII.

——— *Cypassis*

Obijciat domina contemnerasse torum.

Artis Amat. lib. I.

At non Alcetides testem temeravit Achillis.

sic & *Venerem temerare maritam* epistola Paridis. & *Apollinea temerator maris* Tiryos Statio. vide quæ notamus Pont. lib. II. El. II. M. 27. *Heinsius.* *Temerare.*] Dum suis verbis uxorem ad adulterum, maritum ad pellicem inducit.

21. *Fors.*] Casu, inquit, interfui hujus verulæ sermonibus: non igitur ignota loquor. *Fors.*] Casus. Fors, fortuna. *Me testem dedit.*] Ut constet iis videris, fingit auctor, se procul stantem omnia audivisse.

22. *Talia.*] Qualia subjiciam. *Oculuere.*] Occultare.

23. *Here.*] Pro heri. *Mea lux.*] Mea vita. *Beato.*] Id est, diviti, eleganti.

24. *Hæsit, & in vultu, &c.*] Ut sit sensus: Ille juvenis beatus, cui te heri placuisse non ignoras, in te oculos congestos semper habebat: quod signum est, eum tui amore irretitum fuisse. *Hæsit.*] Defixus est.

25. Et

Et cur non placeas? nulli tua forma secunda est. 25

Me miseram! dignus corpore cultus abest.

Tam felix esses; quam formosissima, vellem.

Non ego te factâ divite pauper ero.

Stella tibi oppositi nocuit contraria Martis.

Mars abiit: signo nunc Venus apta tuo. 30

Profit ut adveniens, en aspice. dives amator.

Te cupit, & curæ, quid tibi desit, habet.

Est etiam facies, quæ se tibi comparet, illi:

Si te non emtam vellet, emendus erat.

Erubuit. decet alba quidem pudor ora: sed iste, 35

Si simules, prodest: verus obesse solet.

Cum bene dejectis gremium spectabis ocellis,

Quantum quisque ferat, respiciendus erit:

Forstân immundæ Tatio regnante Sabinæ

Nolue-

25. *Et cur non placeas?*] Cui non placeas unus Varic. & Farnesianus. sic alibi.

Tam doctas quis non possit amare manus? Heinſius.

Es cui non placeas?] Omnibus placere debes. Et rationem reddens, subdit, *Nulli tua forma, &c.*] Nulli puellas es postponenda.

26. *Me miseram.*] Doler Diſſas, puellam non habere cultum, qui dignus sit corporis pulchritudine.

27. *Tam felix.*] Tam dives.

30. *Signo nunc Venus apta tuo.*] Tuum signum Venus est. hoc est tibi propitium. alii codices suo. Heinſius.

31. *Adveniens.*] Dixerat enim supra, *Mars abiit*: Cum igitur Mars, adverſum ſidus abierit, beneficium Veneris adveniēns ſidus jam prodeſſe incipit: quod offēdēns, ait: *Dives amator te cupit.*] Te deperit: cui cura est id quod tibi deest, id est, dignus corpore cultus.

33. *Est etiam facies.*] Etiam facies est illi juveni: quæ merito tibi conferri poſſit: est pulcherrima illi facies.

34. *Si te non emtam.*] Niſi ipſe ultro præcium pollicens, te amicam expeteret

sibi, tu illum tibi vel pretio deberes adjungere.

35. *Erubuit.*] Hoc à Poëta dictum est, non à lena. Pudicam ergo facit Poëta amicam suam, quæ statim erubuerit, cum dixisset lena, *Emendus erat. Decet.*] Anus excipit: ſenſerat enim puellam erubiſſe. unde ait: Candidam quidem faciem pulchriorem reddit pudor: ſed ſimulandus est, ſi ſibi tibi prodēſſe.

37. *Speſtabis.*] Speſtare autem gremium dejectis oculis, modēſtiæ est & pudoris. Hanc modēſtiam & pudorem conatur lena ſumma ope ab animo puellæ remove, ut facilius quod intendit, ei poſſit perſuadere. Nam pudor est hoſtis Cupidinis, ut ſupra dixit Naſo. *Cum bene ſpeſtabis gremium.*] Nam amatores ſolebant præcium & munera in amicæ gremio deponere.

39. *Forſitan incultra Tatio regnante Sabinæ.*] *Immunda* meliores libri, & recte, ſic *mundus muliebris. ἀκόμης* puellas dicit Lucretius lib. iv.

Nigra melichrus est, immunda ac ſæpida acroſmos.

Cicero lib. ix. ad Atticum, ſicut in

Noluerint habiles pluribus esse viris.
 Nunc Mars externis animos exercet in armis:
 At Venus *Æneæ* regnat in urbe sui.
 Ludite formosæ. casta est, quam nemo rogavit:
 Aut si rusticitas non vetat, ipsa rogat.
 Has quoque, quas frontis rugas in vertice portas, 45
 Excute: de rugis crimina multa cadent.
 Penelope juvenum vires tentabat in arcu.
 Qui latus argueret, corneus arcus erat,

La-

rois: ipse rois alienantur immunda, insulsa, indecora. immunda hominis saepe apud nostrum. immundum vellus & immundus caper, & immunda manus Art. Am. & immundus torus Rem. Amor. immunda lava. Ep. prima. immunda historia Trist. immundus pulvis. Fast. iv.

Venerunt cultus mundaque cura sui. & lib. iiii.

Pauper, sed munda sedulitatis, anus. ita in optimis libris locus uterque scribitur. munda verba pro nitidis dixit Arte Amat. lib. iiii. infra El. x.

Et puer est & mundus Amor, sine seordibus annos

Et nullas vestes, ut su aptius, habes. quomodo & illic liber optimus. apud Propertium,

Mundus demissus infitor in tunicis. & mundus Menander apud eundem. Heinſius. Forſitan.] Non debes, inquit lena, usque adeo esse pudica, ut uno tantum aut duobus viris contenta esse velis. Hoc olim fortasse Sabinæ voluerunt, in quibus maxima fuit severitas. Immunda.] Omnium urbanitatum expertes. Tatius regnante.] Fuit hic Sabinorum rex, cum quo Romulus confociavit Romanum imperium.

40. *Habiles.] Aptæ. Pluribus viris.] Uno enim (ut pudicas decet) contentæ erant.*

41. *Externis armis.] Non domesticis & civilibus bellis, quibus antea urbs Roma flagraverat.*

42. *Et Venus Æneæ.] At Venus meliores, rectius. Heinſius. Venus regnat in*

urbe, &c.] Id est, Romæ. Æneas enim Veneris filius fuit, à quo Romanos originem trahere nemo ignorat. Venus regnat.] Hic versus Augustum Dioneum graviter offendere potuit.

43. *Ludent formosæ.] Ludite formosa Sarravianus cum uno Moreti & Scriveriano. placet. Arte Amat. iiii.*

Dum licet, & veros etiam nunc editis annos,

Ludite.

lib. ii.

Ludite, sed furto celatur culpa modesto, infra. El. x,

Parcite, formosæ, pretium pro nocte percipisci. Heinſius.

44. *Si rusticitas non vetat.] Rusticam puellam vocat, quæ est difficilis ad obsequendum amantibus. Ipsa rogat.] Sic erat Sempronia illa, quæ (ut Sallustius ait) libidine sic accensa fuit, ut sæpius peteret viros, quam peteretur.*

45. *Frontis rugas.] Has quoque rugas frontis, quas portas vertice, excute, &c. Alludit autem ad severum vultum puellæ, aversantis dicta lenæ. Micyl.*

47. *Penelope.] Diſſas falſo exemplo puellam pervertere tentat. Juvenum.] Procorum. Tentabat.] Experiebatur: ut quem viribus præstantiorem cognoviſſet, eum ſibi virum legeret. Tentabat in arcu.] Huc alludit Petron.*

Nemo meo melius nervum tendebat Ulyſſe,

Sive illi laterum, seu ſuit artus opus.

48. *Qui latus.] Latetis viſes. Argueret.] Offenderet.*

49. *Labi-*

Labitur occulte, fallitque volatilis ætas:

Ut celer admissis labitur annis aquis.

50

Æra nitent usu: vestis bona quærit haberi:

Canescunt turpi tecta relicta situ.

Forma, nisi admittas, nullo exercente senescit:

Nec satis effectus unus & alter habent.

Certior è multis, nec tam invidiosa rapina est.

55
Plena

49. *Labitur.*] Celestiter transit, fugit.

50. *Et celer admissis labitur annis aquis.*]

Optime codex Sarravianus:

Ut celer admissis labitur annis aquis.

lib. III. Artis Amat.

Laudite: cuncti anni more fluentis aquas.

lib. xv. Met.

Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu,

Non secus ac flumen.

Admissas aquas pro citatis quoque dixit.

Epistola Phyllidis,

Es sacer admissas exigit Hebrus aquas.

Heinsius. *Admissis.*] Velocibus. Hoc autem dicit Diptas, ut ævi brevis memor puella, dum est juvenis, plures amantes admittat: & quantum possit, amoris indulgeat. *Labitur.*] Sic Senec. *Tanquam ex torrente est hauriendum.* πρὸς γῆρας ἀποτρέψαι νεότητα. monet autem pessima hæc lena puellam, ut ætate utatur. Sic Bacchis in Heauront. 2. 3.

Quippe formâ impulsus nostra nos amatores colunt,

Hæc ubi imminuta est, illi suum animum aliò conferunt.

Nisi si prospectum est interea aliquid, deserta vivimus.

Et Sophoclidica apud Plaut. Pers. 2. 2.

¶ 47.

Tempori hæc vigilare oportet formulam, atque atutulam,

Ne, capillo versipelle, fade semper servas.

Audi & Scapham, in Mostellar. 1. 3. ¶ 48.

44

Qui Pol me, ubi ætate hoc caput colorem commovit,

Reliquit; deseruique me. tibi idem futurum crede.

51. *Æra nitent usu.*] Hæc quatuor carmina nullum habent ordinem in sensu. Hoc ordine ab Ovidio relicta existimaverim: *Forma, nisi admittas, nullo exercente senescit: Canescunt turpi tecta relicta situ. Æra nitent usu, vestis bona quærit haberi: Nec satis effectus unus & alter habent. Forma.* Sensus autem erit, formam esse exercendam multis admittendo amatores, & frequenter. Nam & æra usu splendent. *Aliiter senescere, & turpiorem fieri:* sicuti etiam ædes ipsæ, quando ab hominibus non habitantur, carie & pedore, ac situ, & araneorum telis obstitæ turpescunt. *Quærit haberi.*] *Quod nisi veste bona utaris, à tineis corrodetur:* Est enim hic haberi, tractati, &c. Mic.

52. *Canescunt.*] Cana & alba fiunt ex situ. *Turpi.*] Indecoro. *Relicta.*] Deserta ab habitatoribus. *Situ.*] Sordibus, & squalore quodam, qui intra opaca ædium quæ diu non purgantur, esse solet.

53. *Senescit.*] Ante diem fit senex & turpis.

54. *Nec satis.*] Non sufficiunt, inquit, pauci amatores, ad sumptuosas vestes tibi emendas. *Unus & alter.*] Pro paucis. *Habent effectus.*] Id est, efficere possunt, ut bonam habeas vestem. *Demit.* *Nec satis effectus.*] Hoc est, pauci aliqui non sufficiunt ad hoc efficiendum, de quo modo dictum est. Estque genitivi casus. *Micyl.*

55. *E multis.*] Amatoribus. *Invidiosa.*] Odiosa.

Y 4

56. Y 6

Plena venit canis de grege præda lupis.
Ecce, quid iste tuus præter nova carmina vates
Donat? amatoris millia multa leges.

Ipse Deus vatium, pallâ spectabilis aureâ,
Tractat inauratæ consona fila lyræ.

60

Qui dabit, ille tibi magno sit major Homero.

Crede mihi, res est ingeniosa, dare.
Nec tu, si quis erit capitis mercede sedemtus,

Despice gypsati crimen inane pedis.
Nec te decipiant veteres quinquatria ceræ.

65
Tolle

56. *Venit.*] Contingit. *Canis.*] Canos pilos habentibus. *De grege.*] De multis ovibus.

57. *Ecce, quid iste tuus vates.*] Id est, Poëta Ovidius. *Nova,* id est, miranda.

58. *Amatoris millia.*] Non tibi decurrunt multa amatoris carmina legenda. Sed carmina quid profunt ad corporis cultum?

59. *Ipse deus Vatum.*] Phœbus, musice artis inventor. *Pallâ.*] Longa & ad vestigia usque demissa veste, qualem vates & citharædi habere soliti erant. *Spectabilis.*] Conspiciuus. Intelligit autem Apollinis Palatini marmoreum simulachrum, quod auctore Augusto, tanto artificio fuerat fabricatum, ut vivum esse, & plectra movere, & canere videretur. *Pallâ spectabilis.*] Vide Metam. xi. de certam. Apollinis & Panos. ubi v. 166.

Ille, caput flavum lauro Parnasside vittatus,

Verris humum Tyrio saturata murice palla.

Et Virgil. 6. *Æneid.*

Nec non Threicinis longa cum veste sacerdos.

60. *Tractat.*] Id est, movet. *Consona.*] Consonantia, ut harmonia reddatur. *Fila.*] Nervos, chordas, quæ septem numero sunt.

61. *Qui dabit.*] Pluris, inquit, faciedus tibi est amator qui munera dabit, quam qui optimus erit Poëta. *Sit ma-*

jor.] Majorem apud te habeat auctoritatem.

62. *Dare.*] Afferre. *Dare res ingratas.*] Superat omnium ingenia. Puellas capit, quibus nihil præter lucrum dulce est. Vide eleg. 8. *Amor.* v. 33.

63. *Nectam, &c.*] Noli, inquit, Diptas, humilioris fortunæ homines, & viles despiciere, modo dent munera. Contra autem, vel nobilissimos excludere, nisi divitias habeant, quibus te ditare possunt. *Si quis.*] Qui, cum antea servus fuerit, aliquo casu dives factus, se à servitio redemerit.

64. *Despice.*] Sperne. *Gypsati.*] Creta illiti, ut venales servi habebant. Plin. lib. 35. cap. 16. Gypsum enim est calcis genus, de quo Plin. lib. 36. cap. 24. Vult enim persuadere puellæ, nullius fortis homines, modo munera afferant, esse despiciendos. *Gypsati.*] Vide hac de re Clar. Gronov. ad Persiam Plaut. 1. 2. v. 22. albo rete. Quò & alludit Cic. ad Trebatium. Hoc tibi tam ignoscimus, inquit, nos amici; quam ignoverunt Medea, quæ Crimini arcem altaris habebat, matrona opulenta, quibus illa manibus gypsatis persuasit, ne sub vitio verterent, &c. *Crimen inane.*] Crimen enim non erit dedecus nec ignominia. *Crimen inane pedis.*] Alii nomen, utramque lectionem Papeus agnoscit. tam hæc quam illa aridet. *Hæmulus.*

65. *Nec te decipiant.*] Nec te fallant alicujus stenuata & genus, ita ut ei gratia

Tolle tuos tecum, pauper amator, avos.
 Quin, quia pulcher erit, poscet sine munere noctem;
 Quod det, amatorem flagitet ante suum.
 Parcius exigit pretium, dum retia tendis,
 Ne fugiant. captos legibus ure tuis.
 Nec nocuit simulatus amor. sine credat amari:
 Sed cave, ne gratis hic tibi constet amor.
 Sæpe nega noctes. capitis modo finge dolorem:

70

Et

gratis tui copiam facias. *Veteres.*] Antiquæ, fumosæ. *Quinquatria.*] Quid significet in hoc loco *Quinquatria*, non video. Quidam emendant, *Quinque atria*, ut sit numerus finitus pro infinito. Nonnulli *Plena atria*, legunt. *Atria.* In atris enim solebant præci Romani maiorum statuas disponere, ad generis nobilitatem iactandam. *Cera.*] Statuarum ex cera. *Domin.* *Quinquatria.*] Festa Minervæ dicuntur, quæ mense Martio per quinque dies celebrabantur. Ac sunt qui putent, ostentationem aliquam, aut pompam imaginum, in hoc festo fieri solitam fuisse: & ideo per Metalepsin, festi nomen, pro rebus quæ in ipso celebrabantur, positum esse. Quod si igitur & mihi divinitate liceat, legerim: *Nec te decipiant veteris quinquæ atria cera.* ut si ordo: *Nec te quinquæ atria decipiant atria cera veteris.* &c. *Veteris quinquatria cera.*] Veteris cera Puteaneus. illud *quinquæ atria* non est nauci. nam si ad natalem suum alluderet, *quinquæ* dicere debuisset. codex Douzæ *Veneris quinquennia cera.* Nauerius & Ciofani & Quernius in Egregiis, *quinque atria* legendum contendunt. Lipsius in Electis veteri cincta *atria cera.* Barthius in Adversariis, *decipiant veteris quinquatria cera*, ut *quinquatria* sit porticus quinque ambulacrorum. audaci sine commento. Ludovicus Orleanus ad Tacitum *decipiant quæ cingunt atria cera.* Petrus Scriverius, *veteris circa atria cera.* non male. Iuvencalis, *Tota licet veteres exornent atria*

cera. Heinsius.

67. *Qui quia.*] *Quin* Puteaneus cum duobus aliis. versus, ni fallor, mendosus. *Idem.*

70. *Ne fugiant, captos legibus ure tuis.*] Videtur rescribendum,

Ne fugiat, captum legibus ure suis. Superiora agunt de pulchro amatore: quo etiam hæc sunt referenda. *suis legibus.* ut Ep. v.

Es poteris falli legibus ipse tuis. Ep. vi.

— *leges sancias ipse suas.* Val. Flaccus de Amyco,

— *lege quod occidit ultus ipse sua.* *Idem.*

72. *Es cave.*] Sed cave recte prima edirio. Neapolitanus *sed fuge.* quod iam præcesserat. *Idem. Confiter.*] Valcat.

73. *Sæpe nega noctem.*] *Noctes scripti.* Heinſ. *Sæpe nega noctes.*] Nam, ut inferius ait Nafio: *Quod licet, ingratum est: quod non licet, acrius urit. Nega noctes.*] Officium noctiam. sic Ter. Heaut. 2. 2. — *nam quendam miserum offendi ibi militem Ejus noctem orantem. hac arte tractabat virum.* Et Plaut. in argum. Afinar. ¶. 5. — *cedit noctem filius.* Et in Pænul. j. 2. ¶. 62. Ut Camer. & Turneb. legunt.

Quo jns ego nebula cyathis septem noctes non emam.

Capitis.] Sic ipse Nafio inferius de Corinna ait: *Ab quoties sani capitis mentita dolorem, Cunctantem tardo jussu abire polea.*

Y 5

74. Mo-

Et modo quæ causas præbeat, Isis erit.
 Mox recipe; ut nullum patiendi colligat usum, 75
 Neve relenteſcat sæpe repulſus amor.
 Surda ſit oranti tua janua, laxa ferenti.
 Audiat excluſi verba receptus amans.
 Et, quaſi læſa prior, nonnunquam irascerè læſo.
 Vanefcat culpâ culpa repenſa tuâ. 80
 Sed nunquam dederis ſpatioſum tempus in iram.
 Sæpe ſimultates ira morata facit.
 Quin etiam diſcant oculi lacrymare coacti:

Et

74. *Modo.*] Interdum. *Causas.*] Scilicet differendi concubitus. *Isis erit.*] Hæc Inachi fluminis filia, à Jove in vacuum mutata eſt: tum in priſtinam formam reverſa & dea facta, ab Ægyptiis colebatur: cujus ſacra ad Romanos tranſlata ſunt, quibus ſolemnibus Romanæ mulieres ſecubabant per plurimos dies, nec ſe viris admixcebant. *Isis erit, quæ cauſas præbeat.*] *Simulat ſe amatore acceſſi ad rem divinam, abi.* Ter. Hecyr. 1. 2. ſic & Tibul. 4. lib. ad Junon.

Ille quidem orandi cauſas tibi, Diva, relegat,

Eſt tamen occuſe cui placuiſſe veliſt.

75. *Mox.*] Paulo poſt. Recipe amatorem, ne huic patientiæ, affueſcat amator. *Colligat.*] Paulatim contrahat.

76. *Relenteſcat.*] Imminuat, lentus fiat.

77. *Surda.*] Clauſa. Amatorem, inquit, nummos ferentem admittes, ferentem preces excludes. *Laxa.*] Aperta.

78. *Audiat excluſi verba receptus amans.*] Ut largiora munera in poſterum afferat, ne etiam ipſe excludatur.

79. *Et quaſi læſa prior.*] Prior meliores. *Heinf.* *Et quaſi, &c.*] Quando, inquit, amatorem læderis, quaſi tu ab illo prius læſa fueris, ei irascerè.

80. *Vanefcat culpâ culpa repenſa tua.*] Puteantus & Arondelianus,

Vanefcat culpa culpa repenſa tua. recte niſi quod ſua legendum. Multum eſſe Naſonem in eâ locutione jam alibi monuimus. niſi culpa nova cum Sæda-

viano malis. ut Remedio Amoris,

Es prior eſt culpâ culpa repulſa nova.

Codex Jureti reſpreſſa. ſed *repenſa* bene habet. Artis Amat. 11.

Ille menditiis ænorum damna repeſciunt. Heinfius

Vanefcat.] Dilatur, in vanum & nihilum redigatur. *Vanefcat culpa repenſa.*] Culpa cum culpa comparata, compoſita, compenſata extinguitur. Pax ruſum. Id quod Terent. explicat in Eunuch. 1. 1. *Bellum; pax ruſum.* — *Es ex Terentio Horat. lib. 2. 3.* — *in amore hæc ſunt mala: bellum, Pax ruſum.* Quod ex Plauto ſumtum: Mercat. 1. 1. *ſi. 18.* & ſeqq. *Non amorem hæc cuncta vitia ſeſſari ſolent.*

81. *Spaciſum.*] Longum.

82. *Sæpe.*] Ne facias, inquit, ut diu tibi iratus ſit amator, ne, dum inveteraſcit ira, fiat odium ingens. *Iramorata.*] Ter. Hecyr. 3. 1.

Sed magnam neſcio quid neceſſe eſt eveniſſe Parmeno,

Unde ira inter eos interceſſit, quæ tam permanſit diu.

Sic & Græci, *χρόν. ἡμίμον. Μῦς.* Qui dolore non facile excidunt animo. *Simulantes.*] Odia. *Morata.*] Id eſt, dilata, in longum producta. Et eſt à mora deductum.

13. *Oculi coacti.*] — *Falſa Lacrymala,* — *Quam, oculos terendo miſerè, vix vi expreſſerit.* Terent. Eunuch. 1. 1. Quod ex Plaut. Pſeud. 1. 1. *ſi. 73.*

— *Pumiceos oculos habet: non quæ Lacry-*

Et faciant udas illa vel illa genas.

Nec, si quem falles, tu perjurare timeto.

85

Commodat illufis numina furda Venus.

Servus & ad partes follers ancilla parentur;

Qui doceant, apte quid tibi possit emi.

Et sibi pauca rogent, multos si pauca rogabunt,

Postmodo de stipula grandis acervus erit.

90

Et soror & mater, nutrix quoque carpat amantem.

Fit cito per multas præda petita manus.

Cum te deficient pofcendi munera caufæ,

Nata-

Lacrymam exorare, ut exorant unam modo.

Quod à Græco. — *ἐκκαλόντες δάκρυα ποιεῖται τρέπον. καὶ δόλον οἰκτόν* *εἰς μέτρον φέροντες, Coacti.*] Etiam inviti fidas lacrymas emittant.

84. *Et faciant udas illa vel ille genas.*] *Ille vel illa* septem codices. finge ex zelotypiā te plorare. Huc pertinet Elegia VII. lib. II. *Heinf. Udas.*] Humefactas lacrymis. *Ille, vel illa.*] Alii, *ille* scil. amator: ut præ zelotypia eorum flere videaris: quod erit in causa, ut à te se amari credant.

85. *Nec si quem falles.*] *Falles.* meliores. *Heinf. Perjurare.*] Pejorare, falso jurare. *Non perjurare timeto.*] Ut illi solent, qui non metuent deos. Ter. *Hecyr.* Et *Plaut. Amphyti.* 2. 2. *vs. 206.* *Mulier es, audacter juras.* quali, ut *Diogen.* ne mortuus quidem credendum. Ideoque *Menand.* rectè monet, loco 70. de *Jurejur.* — *φασὶν ὅσον εἰς ὕδωρ γράφει.* Unde proverbio loco, *ὅσον ὅττις, pro jurejur.* nullius fidei.

86. *Commodat illufis.*] *In lufis* iidem. *Neapolitanus in ludas.* *Heinf. Commodat.*] Sensus est, Venerem non exaudire eos, qui illufi & decepti fuerunt ab amica; si contra decipientem illius lumina imploraverint. Nam *Jupiter* ex alto perjurā ridet amantium.

87. *Ad partes.*] Ut suas hic partes, tanquam in fabula agant. vel, *narrā mē-*

g. *Juven. Sat. 4.* — *est mihi sepe vocandus* — *Ad partes.* *Plaut. Afi-* *nar. 3. 3.* *Agessis tu in partem nunc jam hunc delude.* Et *Cato de R. R. ad partes venire.* *Sollers.*] *Arguta, callida.*

88. *Apte.*] Non doceant apte, sed quid possit tibi apte emi.

89. *Multos si pauca rogabunt.*] *Multos* cum iisdem scribendum. *Heinfus.*

91. *Carpat amantem.*] *Paulatim* assumat & attenuet opes amantis. *Carpat amantem.*] *Plaut. Trucul. 4. 4. vs. 35.*

Qua cum multum abstulimus, band multum apparet, quod datum est.

Ita sunt gloria meretricum.

Hæc fundi calamitas. Ter. Quæ suo arbitratu eventunt homines fundis, familiis. *Plaut. in Persa de Dordalo.*

92. *Cito.*] Celeriter, brevi tempore.

93. *Cum tibi deficient.*] *Te deficientes* iidem recte. sic enim optimo illo sciculo loquebamur. *Met. II.*

— *qualis cum deficiit orbem* *Esse solet.*

lib. IX.

— *linguam defecerat humor.*

Fast. III.

Lum quoque, quem secum tolerant, do- *fecerat illos*

Vistus.

Trist. v. El. XIII.

Uisq̃ solebamur consumere longa lo- *quendo.*

Tempora, sermonem deficiente dis.

ita

Natalem libo testificare tuum.
 Ne securus amet nullo rivale, caveto. 95
 Non bene, si tollas praelia, durat amor.
 Ille viri toto videat vestigia lecto;
 Factaque lascivis livida colla notis.
 Munera præcipue videat; quæ miserit alter.
 Si tibi nil dederit, Sacra roganda via est. 100
 Cum multa abstuleris: ut non tamen omnia donet;
 Quod nunquam reddas, commodet usque roga.
 Lingua juvet, mentemque tegat. blandire, noceque
 Impia sub dulci melle venena latent.
 Hæc si præstiteris, usu mihi cognita longo; 105
 Nec tulerint voces ventus & aura meas;
 Sæpe mihi dices vivæ bene: sæpe rogabis,
 Ut mea defunctæ molliter ossa cubent.
 Vox erat in cursu, cum me mea prodidit umbra.

At

ita istis locis veterissimi codices agnoscunt. vide Notas Metam. 11. p. 382.

Heinsius.

94. *Libo.*] Id est, placenta. Est enim libum (ut Servio placet) placenta de farre & melle, sacrificiis apta. Dictum quod libandi causa fieret, ut Varro sentit. Mos autem erat, ut natali die discumbentibus liba apponerentur, à mulloque gustarentur prius, quam ab eo cujus natalis celebraretur: post cujus degustationem omnes degustabant, & bene precabantur.

95. *Rivale.*] Æmulo.

97. *Ille.*] Amator. *Viri.*] Alterius amatoris. *Vestigia.*] Indicia viri.

100. *Si tibi nil dederit.*] Si sponte sua amator tibi nullum afferret munus, tu eum interrogabis, quanam merces in via sacra vendantur, quanti constent: te illarum aliquam cupere, sed nummis carere, ita ut ei innuas, quid tibi emere debeat. *Via sacra.*] Via sacra erat Romæ à curia veteri versus Amphitheatrum, usque ad arcem Capitolinam.

101. *Abstuleris.*] Ab amatore. *Donet.*] Donare videatur.

102. *Commodet ille, roga.*] Ipsa constanter meliores. quidam ipse. duo usque. quod accidet. *Heinsius.*

103. *Tegat.*] Celet, ita ut aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habeas. *Blandire, noceque.*] Per blanditias amatorem expiles, ita ei noccebis; aut, *Blandire*, ut cum ad amorem tuum pellicias: *noce*, ne in tadia vertatur amor, qui his artibus retinetur.

104. *Impia.*] Dita, sæva.

105. *Hæc.*] Mea præcepta. *Præstiteris.*] Observaveris: *Cognita mihi usque longa.*] Quæ ego longa experientia cognovi. *Es seris venit usus ab amicitia.*

106. *Nec tulerint.*] Nec ego frustra, & quasi ventis jactans mea verba, te admoquerim.

107. *Sæpe mihi dices, vivas bene.*] *Viva bene* Puteaneus & à manu primæ Sarravianus. recte. Trist. v. El. ix.

Nec tibi cessaret doctus bene dicere locutor. *Heinsius.*

Rogabis.] Precaberis.

III. Al-

At nostræ vix se continuere manus,
 Quin albam raramque comam, lacrymosaque vino
 Lumina, rugosas distraherentque genas.
 Dî tibi dent nudosque lares, inopemque senectam;
 Et longas hiemes, perpetuamque sitim.

111. *Albam.*] Canam. *Raram.*] Paucorum crinium.

112. *Rugosas.*] Rugis oratas. *Distraherent.*] Dissiparent, dilaniarent, scinderent. *Distraherentque genas.*] Distraherentque Puteaneus cum aliis quibusdam de manibus suis loquitur. *Heinsius.*

113. *Di tibi dent nulloque lares.*] Nudosque quinque scripti. *Idem. Di tibi.*] Nunc lenz imprecatur Naso. *Nullos lares.*] Nullas ædes quas habites. *Inopem-*

que.] Ut nemo tux senectuti opituleretur.

114. *Et longas hiemes.*] Per Farnesianus. Puto Fer. Heinſius. *Longas hiemes.*] Ut frigoribus geluque conficiaris. Senes enim propter sanguinis defectum, frigora maxime timent: hinc & aprici, id est, sole gaudentes, dicunt. *Perpetuamque sitim.*] Id est, æternam. Nullum ferre tormentum durius bibacissimæ Diſſadi imprecari potuit, nisi ut perpetuo sitiat, nec habeat quo sitim pellat.

ELEGIA X.

Ad Atticum, amantem non oportere desidiosum esse, ut nec militem.

Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido:
 Attice, crede mihi; militat omnis amans.
 Quæ bello est habilis, Veneri quoque convenit, ætas.
 Turpe senex miles, turpe senilis amor.
 Quos petiere duces annos in milite forti,
 Hos petit in socio bella puella toro.
 Pervigilant ambo: terrâ requiescit uterque.

Ille

Militat omnis amans.] Ad Atticum scribens Naso, ostendit, amorem speciem esse militis.

2. *Attice.*] Fuit hic Atticus poëta sodalis, ita charus, ut cum eo seria ludicraque omnia conferte solitus fuerit.

5. *Duces.*] Militum ductores.

6. *Hos.*] Scilicet annos. *In socio bella puella viro.*] Toro lege cum melioribus libris. Amor. 111. El. vi.

Dicitur & socii jura dedisse tori.

Art. 1.

Aque eris in socii fœmina partotori.
 lib. 11.

Socii deprensâ pellice lecti.

OEnones Epistola, *sociati fœdera lecti.* & *socialia jura*, alibi. & *socialistorum* Fast.

11. & *sociare cubilia* Ep. Briseidis. Similiter peccatum erat Epistola Herus xix. v. 100. ubi vide Notas. *Heinsius.*

7. *Pervigilant.*] Quatuor vigilias nox continebat apud antiquos: singulæ trium horarum spacio supputabantur, vigiles secundi primis, secundis tertiis, tertiis novissimis in statione succedebant, dato signo à tubicine. Vigilant etiam amantes, dum intempesta nocte iter ad amicum faciunt, & ante clausas fores cantant.

Ille fores dominæ servat, at iste ducis.
 Militis officium longa est via. mitte puellam;
 Strenuus exempto fine sequetur amans.
 Ibit in adversos montes, duplicataque nimbo
 Flumina: congestas exeret ille nives.
 Nec freta pressurus tumidos caufabitur Euros;
 Aptaque verrendis sidera quærit aquis.

10

Quis,

tantes aut conquentes morantur. *Terra requiescit interque.*] Humi enim plerumque milites cubant. hinc dura & laboriosa dicitur militia. Terra quoque & in duro limine amicæ requiescit amator.

8. *Ille.*] Amator. *Fores domina servat.*] Veluti custos. *Iste.*] Miles, suppl. servat fores. *Ducis.*] Imperatoris. *At ille ducis.*] *At ille rectius nonnulli.* Heinsius.

9. *Militis officium.*] Officium est id quod unusquisque facere debet. *Longa est via.*] Hinc apud historicos frequenter legimus, *Longis itineribus defessi milites.* Amatores etiam vel longissima conficiunt itinera, ut ad amicam perveniant. *Mitte puellam.*] Si miseris aliquo puellam, eam etiam ab arctico ad antarcticum polum usque sequetur amans.

10. *Exempto fine.*] Sine fine.

11. *Adversas.*] Oppositos, obstantes. *Flumina duplicataque.*] Torrentes intelligit, qui hybernis imbribus augentur. *Nimbo.*] Imbre.

12. *Congestas conteret ille nives.*] Exeret meliores. ut apud Statium Theb. x.

— *gravis exeret arvis Ungula.*

Phædrus lib. i. Fab. xxi.

— *Asinus ut vidit ferum*

Impune ladi, calcibus frontem exeret. ubi male scripti extendit. Plinius l. xviii. c. vii. In area exterruntur triticum & siligo & bordeum. Lucret. validis extritus viribus ignis. vidit quoque veram in Nasone scripturam perspicacissimus Gronovius in Observationibus. Græti ex veteri codice Pithœi,

Lineaque extritus lucens anconibus arma.

ubi tamen *exposui* liber Thuaneus. deinde *congestas nives* Jureti excerpta cum tribus aliis. unus *conferias*. duo *confectas*. *congestas* sequor. sic alibi *nivem jactam* non uno loco dixit. supra EL. vii.

Qualiter abjecta de nive manas aqua. Trist. iii. EL. x.

— *nix injecta sub Arcto.*

Artis Amat. ii.

Via per jactas candida fallit nives.

Heinsius.

13. *Nec freta pressurus.*] Navigaturus puellæ causa. *Caufabitur.* Causari, est causam asserere, sive excusationem adducere. *Tumidos.*] Vehementer flantes.

14. *Aptaque verrendis sidera quærit aquis.*] *Verrendis* probe Sarravianus cum duobus aliis. tres alii *verendis*. Catullus, *Carula verrentes obiguas aquora palmis.* Ennius:

Verrunt exemplo placide mare marmore flavo,

Virgilius lib. iii.

— *namque*

Adnixi torquent spumas, & carula verrunt.

mox,

Certatim socii ferunt mare, & aquora verrunt.

&,

Verrimus & promi certantibus aquora remis.

lib. vi.

— *illi remis vada livida verrunt.*

Heinsius. *Aptaque.*] Non requireret, inquit, amator puellam sequens per mare, sub quo sidere sit navigandum, an à navigatione abstinendum.

15. Fri-

Quis, nisi vel miles, vel amans, & frigora noctis, 15

Et denso mistas perferet imbre nives?

Mittitur infestos alter speculator in hostes:

In rivale oculos alter, ut hoste, tenet.

Ille graves urbes: hic duræ limen amicæ

Obsidet: hic portas frangit, at ille fores. 20

Sæpe soporatos invadere profuit hostes;

Cædere & armatâ vulgus inerme manu.

Sic fera Threïcii ceciderunt agmina Rhefi:

Et dominum capti deseruistis equi.

Sæpe maritorum somnis utuntur amantes; 25

Et sua sopitis hostibus arma movent.

Cu-

15. *Frigora noctis.*] Sæpe enim miles & amans, foris & sub dio pernoctat.

17. *Mittitur.*] Ut apud Homerum Ulysses & Diomedes in Troianos à Grecis, Dolon in Grecos à Trojanis mittebantur. *Alter.*] Id est, miles. *Speculator.*] Explorator.

18. *Alter.*] Scilicet amans. *Tenet oculos in rivali.*] Observat ac speculatur, quid rivalis agat.

19. *Ille.*] Miles. *Graves urbes.*] Molestiæ: utpote hostiles, quarum evitandarum causa multum laborant milites, ac sudant. *Hic.*] Amans, *Duræ.*] Sævæ, crudelis: quia amantem non admittit.

20. *Obsidet.*] Assidue desidet, excubat, servat. Eadem significatione apud Justin. 1. 5. *Regis custodibus omnes aditus obsidentibus.* Et Plaut. Pœn. 2. 2. *¶* 23. *Servi ne obsideant.* Et alibi. — ego fui bodie solus obfessor fori. Transfertur etiam eleganter ad alia. Justin. 42. 4. *Multa pollices, ex quibus generata tanta juvenus erat, pro suis quaque sollicita, animum senis obsidebant.* Insidiantes alienæ pudicitiz à Valer. Max. vocantur, *Obfessores alieni matrimonii.* Quo referri potest illud Senecæ in Hippol. a. 2. *¶* 559. *Sed dux malorum semina, hac scelerum artifice Obsedit animos.* Quod & Grecis usurpatum, Æschyl. Agam. v. 830.

ἀποπρον γὰρ ἰός, ναυδίας ἀποπρον,

Ἀχθῶ διπλοῖς τῷ πταμένῳ νόσῳ.

Portas.] Hic apertissime ostendit Næso, veram esse eorum differentiam, qui dicunt portam proprie murorum esse, munitionumque, atque castrorum: januam, ostium, fores, valvas, parietum, ac domorum privatarum.

21. *Sæpe.*] Alia similitudo inter militem & amantem. *Soporatos.*] Dormientes, sopore oppressis. *Invadere.*] Adoriri. *Profuit.*] Utile fuit, scilicet militi.

22. *Cedere.*] Inteficere, perimere.

23. *Sic.*] Per soporem. *Fera.*] Acra, fortia. *Ceciderunt.*] Interierunt, & trucidata ab Ulyssæ & Diomede, ut ex Homero lib. 10. Iliad. liquet.

24. *Et.*] Quia abducti sunt ab Ulyssæ, & ad Græca castra deducti. *Dominum, vestrum.*] Scilicet Rhefum.

25. *Nempe maritorum.*] Sæpe pro diversâ lectione Sakravianus, quod arri-det. sic paulo ante. *Heins.* *Utuntur somnis maritorum.*] Quia dormientibus illis, ad eorum uxores accedunt, easque subagitant.

26. *Sopitis.*] Soporatis. *Hostibus.*] Ipsis maritis, quos hostes appellat. *Sua arma movent.*] Quia eorum uxores subagitant: quæ vulnera ingenuo viro acerbiora sunt, quam quæ secto sunt. *Movent.*] Admovent.

27. Cu-

Custodum transire manus, vigilumque catervas,

Militis & miseri semper amantis opus.

Mars dubius, nec certa Venus; victique refurgunt:

Quosque neges unquam posse jacere, cadunt. 30

Ergo desidiâ quicumque vocabit amorem,

Definat. ingenii est experientis amor.

Ardet in abductâ Briseïde mœstus Achilles.

Dum licet, Argolicas frangite Troës opes.

Hector ab Andromaches complexibus ibat in arma: 35

Et, galeam capiti quæ daret, uxor erat.

Summa ducum Atrides visâ Priameïde fertur

Mænadis effusis obstupuisse comis.

Mars

27. *Custodum transire manus.*] Custodes enim apponebantur puellis aservandis. Hos autem callidi amantes pleumque fallebant.

28. *Miseri.*] Infelices. Amantes enim vel hoc miseri jure dicuntur, quod sui juris non sunt. Ordo est: Transire manus custodum, & catervas vigilum est opus militis & amantis semper miseri. *Manus custodum.*] Ad amantem refertur: *vigilum catervas*, ad militem.

29. *Mars dubius.*] Bella enim incertos habent exitus. *Nec certa Venus.*] Incerta quoque & dubia sunt amoris gaudia. *Victique refurgunt.*] Ut apud Virgil. in 2. Æn. *Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.* Et, *Victoresque cadunt Danaï.*

30. *Posse jacere, cadunt.*] Iacent quatuor libri, non inveniusta repetitione. *Heinsius.*

31. *Vocabit amorem.*] Vocabat Puteaneus & quatuor alii. Forte vocarat, tres vocavit.

32. *Definat.*] Scilicet vocare amorem desidiâ. *Experientis.*] Usu & experientia docti.

33. *Magnus Achilles.*] *Mæstus* Puteaneus alique multi. quidam *fortis*. etiam bene. *Heinsius.* *Ardet.*] Amoris incendio flagrat. *Abducta.*] Abrepta & ablata Achilli ab Agamemnone. *Briseïde.*] Hippodamia Brisei filia. *Mæstus.*]

Propter amatæ puellæ absentiam. melior mihi videtur vetus lectio, quæ est, *Magnus.* Hoc enim cognomento illustres viti appellati sunt, ut Alexander, Pompejus, &c.

34. *Dum licet Argivæ.*] Argos Puteaneus & quatuor alii cum Jureti excerptis. quod est *Argolicas*, quomodo Neapolitanus ac Sarravianus cum tribus aliis. *Heinsius.* *Dum licet.*] Scilicet per Achilles absentiam.

35. *Hector ab Andromaches complexibus.*] Post complexus amatæ uxoris. *Ibat in arma.*] Contra Græcos.

37. *Summa.*] Id est, caput, & dux. Hinc *summates* dicti sunt principes, quos & optimates appellant: ad quos rerum summa pertinet. *Ducum.*] Principum Græcorum. *Atrides.*] Agamemnon, Atræi filius, Mycenarum rex. *Summa ducum.*] Agamemnon, ὁ βασιλεύων. Vide Epist. Hermion. vl. 46. *Duxerat ille ducum Priameïde.*] Cassandra, Priami filia. *Fertur.*] Dicitur, memoratur.

38. *Mænadis.*] Phœbædis, per furorem vaticinantis. Cassandra *Mænās* etiam à Propertio dicitur lib. 3. Vates enim erat, & Trojæ everfionem prædixit. *Effusis comis.*] Turbatis, & per humeros sparsis capillis, ut vaticinantes per furorem habere solent. *Obstupuisse.*] Attonitus fuisse propter illius egregiam formam.

39. *Mars*

Mars quoque deprensus fabrilia vincula sensit.

Notior in cælo fabula nulla fuit.

40

Ipse ego segnis eram, discinctaque in otia natus:

Mollierant animos lectus & umbra meos.

Impulit ignavum formosæ cura puellæ;

Iussit & in castris æra merere suis.

Indo vides agilem, nocturnaue bella gerentem.

45

Qui nolet fieri desidiosus, amet.

39. *Mars quoque.*] Nunc Martis bel-
lorum dei, in quo nulla potest esse desi-
dia, exemplum affert. *Deprehensus.*] Sci-
licet in adulterio à Vulcano. *Fabrilis*
vincula.] Laqueos fabrilis arte elabora-
tos.

41. *Ipse ego segnis eram.*] Sui exem-
plum affert. Antea, inquit, ignavus na-
tura eram: Nunc me fortem reddidit a-
mor. *Discincta.*] Mollia, dissoluta, im-
bellia. Est autem proprium ociosorum:
ut contra *præcinctos*, *accinctos*, strenuos
dicimus. *Discincta otis.*] Sic Virgil. 8.
Discinctos Afros. prope fin. Ubi vide Serv.
& Juv. Satyr. 8.

*Cum tennes nuper Marius discinxerat Af-
fros.*

Et Pers. Sat. 3.

*Non pudet, ad morem discincti vivere
Nacca.*

Et Sil. 2.

Discinctos inter Libyos.

vide eleg. 2. lib. 3. Amor. v. 31.

42. *Mollierant.*] Molles reddiderant:
hinc ignavus eram. *Umbra.*] Qua ociosi
homines maxime delectantur. *Leitum &*
umbram pro ocio posuit.

43. *Impulit.*] Excitavit. *Cura.*] Amor.

44. *Iussit.*] Scilicet cura puellæ, amor.
Castris suis.] Id est, castris amoris. *Æ-
ra merere.*] Stipendia facere.

45. *Inde vides vigilem.*] *Agilem* Pu-
teaneus & quatuor alii cum prima edi-
tione. *Heins.* *Inde.*] Postquam me amor
impulit. *Vides.*] O Artice, *Vigilem.*] Me
scilicet.

46. *Qui non vult.*] Nolet meliores quo
& alii alludunt, in quibus nolit vel nollet.
Heins. *Qui nolit fieri.*] Non solum, in-
quit, amor non est desidia, sed etiam
desidiosos homines reddit fortissimos.
Domin.

ELEGIA X.

Ad puellam, ne pro amore præmia poscat.

Qualis, ab Eurotâ Phrygiis avecta carinis,

Con-

I. *Qualis ab Europa Phrygiis avecta ca-
rinis*] *Eurota* & *avecta* cum melio-
ribus scribendum. ad Eurotam enim
nata Helena. Est quoque id nomen cor-
ruptum in Agamemnone Senecæ Aët.
II.

*Spartanæ repes sprete & Eurotan
tuum?*

fice emenda. nam optimus codex Medi-
ceus & curio tantum. vulgo insulse, & à
tanto viro. sed hoc credo videris, qua est

industria. Gronovius, cuius in scripto-
rem optimum animadversiones prælo
describi jam coepta. *Heinsius.* *Qualis ab
Eurota Phrygiis avecta carinis, &c.*] Libe-
rali ingenio præditus poeta, dedignaba-
tur, muneris tantum gratia ab amica
se amari: quæ, quia precium petiit, ejus
pulchritudinem mentis vicio imminu-
tam esse dicit, nec eam amplius à se
amari. *Qualis.*] Ut majorem injiciat
dolorem puellæ, laudat pulchritudinem
Z ejus

Conjugibus belligrausa duobus erat :

Qualis erat Lede, quam plumis abditus albis

Callidus in falsâ lusit adulter ave :

Qualis Amymone ficcis errabat in agris,

Cum premeret summi verticis urna comam :

Talis eras ; aquilamque in te taurumque timebam,

Et quidquid magno de Jove fecit Amor.

Nunc timor omnis abest, animique resanuit error :

Nec facies oculos jam capit ista meos.

10
Cur

eius ante petitionem munerum : eamque comparat formosissimis.

2. *Duobus conjugibus.*] Menelaum intelligit, qui legitimus erat conjux ; & Paridem, qui Helenæ maritus esse volebat.

3. *Lede.*] Quemadmodum Jupiter in cycni formam versus, cum Lede Tyndari conjugē concubuerit, elegia tertia exposuimus. *Abditus.*] Absconditus.

4. *Callidus.*] Vaser, veterator, astutus. *Falsâ.*] Simulata, ficta. Neque enim illa vere avis erat. *Lusit.*] Decepit, sefellit. *Adulter.*] Jupiter. *Ave.*] Cycno.

5. *Qualis Amymone.*] Hæc Danaï filia fuit, admirabili forma prædita. Oblectabatur autem venandi studio.

6. *Cum premeret.*] Quando aquam in urna gerebat. *Comam summi verticis.*] Urna enim capiti imposita, comas premebat. *Urna comas.*] Rectius *comam* nonnulli. Heinsius.

7. *Aquilamque.*] Sollicitus, inquit, eram, ne propter egregiam tuam pulchritudinem, tui amore captus Jupiter te raperet. *Aquilam.*] Ne ad te rapiendam à Jove mitteretur, ut olim ad Ganymedem. *Taurum.*] Ne iterum Jupiter in taurum conversus, te abduceret, quemadmodum Europam.

8. *Quicquid amor fecit de magno Jove.*] Id est, formas illas omnes in quas amoris gratia Jupiter mutatus est. *De Jove fecit amor.*] Vide Senec. Hippol. Chor. a. 1.

Induit formas quoties minores,

Ipsæ qui calum, nebulasque ducit.

& quæ seqq.

9. *Animique evanuit ardor.*] *Revannit error.* excerpta Puteani & Saravianus cum aliis nonnullis. quidam *revannit ardor.* Puteaneus & Arondelianus, *resanuit error.* recte. lib. 11. El. 1x. ut & illic idem codex,

Cum bene pertusum est, animoque resanuit ardor.

quod verbum vix alibi invenias : nisi apud unum Lactantium. ut jam monuit in Observationibus politissimus Gronovius. cap. xxi. lib. 11. ubi hæc Nasonis duo loca pari modo emendavit. Ceterum errorem pro amore passim ponit noster. Met. x.

— retinet malus error amantem.

sic enim veteres libri, exemplo Virgiliano,

— Ut me malus abstulit error.

Trist. 1. El. 11.

Imo ita, si scitis, si me malus abstulit error.

ut & illic scripti quidam. lib. 11. Trist.

Illo namque die, quo me malus abstulit error.

Parva quidem periit, sed sine labe, domus.

supra El. 11. apud Cupidinem, ex veteribus libris,

Blanditiæ comites tibi erunt, Errorque, Furorque. Heinsius.

Animique.] Neque amplius amoris tui incendio uror. *Nec facies.*] Nec jam me juvat ista tua facies.

11. *Mu-*

Cur sim mutatus quæris? quia munera poscis.

Hæc te non patitur causa placere mihi.

Donec eras simplex, animum cum corpore amavi:

Nunc mentis vitio læsa figura tua est.

Et puer est & nudus Amor. sine fordibus annos, 15

Et nullas vestes, ut sit apertus, habet.

Quid puerum Veneris pretio prostare jubetis?

Quo pretium condat, non habet ille sinum.

Nec Venus apta feris, Veneris nec filius armis:

Non decet imbelles æra merere Deos. 20

Stat meretrix certo cuivis mercabilis ære;

Et miseras jussu corpore quærit opes.

Devovet imperium tamen hæc lenonis avari:

Et, quod vos facitis sponte, coacta facit.

Sumite in exemplum pecudes ratione carentes. 25

Turpe erit ingenium mitius esse feris.

Non equa munus equum, non taurum vacca poposcit:

Non aries placitam munere captat ovem.

Sola

11. *Munera poscis.*] Amor enim non bene venditur auro.

14. *Mentis vitio.*] Quia procax & petulans, & avara facta es. Hæc enim sunt animi vitia. *Læsa.*] Polluta, contaminata.

15. *Et puer est, & nudus Amor.*] *Mundus* optimus Palatinus. dixi supra Elegia VIII. v. 39. *Heins.* *Et puer est.*] Vult Naso simplicem & purum esse amorem. *Sine fordibus annos.*] Habet, inquit, annos, id est, ætatem puerilem, in qua non regnat avaritia.

16. *Ut sit apertus.*] Quinque veteres *apertus.* Lege cum Anudeliano, *quis sit apertus.* Heinsius.

17. *Puerum.*] Quid, inquit, Cupidinem prostituitis precio, cum nudus sit, nec habeat sinus, in quos precium mittat? *Prostare.*] Prostare, significat, corporis turpitudine quæstum facere. *Prostant.*] Venales. Plaut. Curcul. 4. 2. v. 21.

Hi saltem in oculis locis prostant, vos in foro ipso.

Vos famore, hi male suadendo, & lustris

lacerant homines.

18. *Quo pretium condat.*] *Condat* Puteaneus. *Heinsius.* *Condat.*] In sinu enim precium collocabant.

19. *Nec Venus.*] Cupido, inquit, & Venus ferrea arma horrent, & imbelles sunt: non igitur decet eos merere, & stipendium facere, ut fortes milites.

21. *Meretrix.*] A merendo dicitur *Certo are.*] Certa & decreta pecunia. *Mercabilis.*] Id est, venalis, quæ facile conducitur.

23. *Devovet.*] Execratur. Hæc tamen, inquit, minus est reprehendenda, quia coacta peccat: tu autem, & tibi similes, sponte in teterrimum illud avaritiæ vitium prolabimini. *Lenonis avari.*] Virtutes lenonum sic depingit Plaut. in Curcul.

4. 2.

— quibus sui nihil est, nisi una lingua.

& deinde à, v. 13.

— Qui abjurant, si quid creditum est.

8. *Captat.*] Alliciat.

Z 2

37. *Con-*

Sola viro mulier spoliis exultat ademptis :

Sola locat noctes: sola locanda venit.

30

Et vendit, quod utrumque juvat, quod uterque petebat:

Et pretium, quanti gaudeat ipsa, facit.

Quæ Venus ex æquo ventura est grata duobus;

Altera cur illam vendit, & alter emit?

Cur mihi sit damno, tibi sit lucrosa voluptas,

35

Quam socio motu foemina virque ferunt?

Non bene conducti vendunt perjuria testes:

Non bene selecti judicis arca patet.

Turpe, reos emtâ miseros defendere linguâ:

Quod faciat magnas, turpe, tribunal opes.

40

Turpe, tori reditu census augere paternos,

Et faciem lucro prostituissè suam.

Gratia pro rebus merito debetur inemtis:

Pro male conducto gratia nulla toro.

Omnia conductor solvit: mercede solutâ

45

Non manet officio debitor ille tuo.

Parcite, formosæ, pretium pro nocte pacisci.

Non habet eventus fordida præda bonos.

Non fuit armillas tanti pepigissè Sabinas,

Ut

37. *Conducti vendunt perjuria testes.*] Elegantissime quidem hoc expressit: conducuntur enim testes, dum pecunia corrupti ab eo, qui propter turpitudinem non satis fidit, in judicio adhibentur: ubi mercedulæ gratia falsò jurantes, perjuria vendere à Nasone dicuntur.

38. *Non bene selecti.*] Id est, non bene venditur justitia à corrupto judice.

39. *Reos.*] Rei omnes dicuntur qui in judicium veniunt, tam accusator quam defensor. *Empta.*] A reis conducta.

40. *Quod faciat magnas opes.*] Id enim fieri non potest, nisi vendatur justitia.

41. *Turpe tori.*] Ut superiora turpia sunt, ita turpe est foeminam velle corporis vulgati quæstu patrimonium suum

augere. *Census paternos.*] Facultates paternas.

45. *Omnia.*] Hæc est causâ, cur nulla gratia toro conducto debeatur: conductor enim tori, dato precio, nil amplius tibi debet.

47. *Parcite.*] Nolite.

48. *Non habet.*] Nunc timorem incit puellis, ne precium concubitus faciant, & amantem deprædentur: cum hujuscemodi fordidissimæ prædæ infelicissimos habeant exitus, quod probat exemplo Tarpejæ & Eriphyles. *Sordida.*] Avara.

49. *Non fuit armillas.*] Tarpejæ Vestalis historiam tangit, quæ Romanam arcem Sabinis prodidit: qui ob Sabinas mulieres raptas, duce Tatius bellum Romanis intulerunt.

50. Ca-

Ut premerent sacrae virginis arma caput.

50

E quibus exierat, trajecit viscera ferro

Filius: & poenae causa monile fuit.

Nec tamen indignum est, à divite munera posci.

Munera poscenti quod dare possit, habet.

Carpite de plenis pendentes vitibus uvas:

55

Præbeat Alcinoi poma benignus ager.

Officium pauper numeret, studiumque, fidemque:

Quod quis habet, dominæ conferat omne suae.

Est quoque, carminibus meritas celebrare puellas,

Dos mea, quam volui, nota sit arte mea.

90

Scindentur vestes, gemmae frangentur & aurum:

Car-

50. *Caput virginis sacrae.*] Id est, Tarpeja, quæ Vestalis fuit.

51. *Ex quibus exierat.*] *E quibus meliores.* Heinſius. *Equibus, &c.*] Nunc, ut ostendat, non bonum eventum sortiri fortidam prædam, adducit exemplum Eriphyles, quæ Amphiarai auguris Argivi uxor. Inquit igitur Naſo: Monile illud muneri datum, quia avara admodum Eriphyle, quo vini vitam vendidit, in ejus perniciem verſus eſt. *Exierat.*] Dum naſceretur. *Trajecit.*] Transfodit. *Viscera.*] Matris Eriphyles.

52. *Filius.*] Alemzon. *Poma.*] Cedis maternæ. *Monile.*] Aureus torquis, olim à Venere Hermionæ datus: poſtea à Poly-nice Amphiarai uxor dono accepit, mariti proditionis precium.

53. *A divite munera poſci.*] *Pramia* Putæaneus & plures alii. mihi repetitio magis ardet. Sequenti verſu idem optimus codex cum uno Moreti *quod dare poſſit.* non *qua.* Heinſius.

55. *Carpite, &c.*] Exigite munera ab illis, qui, quia diſſimi ſunt, multa dare poſſunt.

56. *Alcinoi.*] Fuit Alcinous Naufthoi filius, rex Phæacum juſtiſſimus. Hic diligentiſſime hortos colebat. *Benignus.*] Fertilis. *Alcinoi hortus.*] Hac de re vide Homer. Odyſſ. 4.

— *Phæacum ſeliſſimis obſita pomis*

Rura. —

Lucan. 10. Propert. eleg. 7.

Nec mea Phæacas æquant pomaria ſylvæ. Vide & Plutarch. Sympoſ. 5. qu. 8. & 9. Et Juven. Sat. 5.

Perpetuus Phæacum autumnus.

Vide & Euſtath. ad Odyſſ. 4. p. 445. Athen. lib. 1. c. 8. Diod. Sicul. lib. 3. c. 13. qui reſert hoc ad beatas inſulas.

57. *Officium pauper numeret.*] Putæaneus & Arondelianus *numerat.* Forte *numera.* quomodo & alibi peccatum. Heinſ. *Officium.*] Id eſt, obſequium, vel beneficium. *Numeret.*] In beneficium loco ponat, quod pro pecunia accipiat amica. *Pauper.*] Officioſus igitur erit puellæ pauper. *Fidemque.*] Dives enim hanc & illam, utcumque ei libuerit, pecunia corrumpere poteſt, ac amicam deſerere: quod propter inopiam pauper non ita facile poteſt.

59. *Meritas.*] Quæ laudem meruerint. *Celebrare.*] Ornare.

60. *Dos.*] Virtus, ars. Dotes ingenii ſive animi dicuntur virtutes. *Arte mea.*] Poëtica & Muſica. *Nota ſit arte mea.*] Nota ſit Putæaneus & plures alii. vere. Heinſius.

61. *Scindentur veſtes, gemma frangentur.*] *Scindentur & frangentur* meliores cum Putæaneo. *Idem. Scindentur.*] Per contentionem extollit poëticam ſacul-

tatem.

Z 3

Carmina quam tribuent, fama perennis erit.
Nec dare, sed pretium posci dedignor & odi.
Quod nego poscenti, desine velle; dabo.

tatem. Omnia, inquit, munera, quæ ab amatore divite acceperis, non diu duratura sunt: fama autem, quam carminibus poeta tibi acquireret, æterna erit.

62. *Perennis.*] Lucanus in 9. *O socer & magnus vatum labor, omnia fato Eripiis, & populis donas mortalibus ævum.*

63. *Quod nego.*] Non igitur Poëta dedignatur tantum munera præbere, quantum ab amica posci. Ad eorum opinionem refellendam, qui dicunt, danda esse omnino munera puellis: asseruntque, id utile esse ad benevolentiam captandam. *Domin.*

ELEGIA IX.

Ad Napen, ut paratas tabellas ad Corinnam perferat.

Colligere incertos, & in ordine ponere, crines
Docta, neque ancillas inter habenda, Nape;
Inque ministeriis furtivæ cognita noctis
Utilis & dandis ingeniosa notis;
Sæpe venire ad me dubitantem hortata Corinnam;
Sæpe laboranti fida reperta mihi;
Accipe, & ad dominam peraratas mane tabellas
Perfer; & obstantes sedula pelle moras.
Nec filicum venæ, nec durum in pectore ferrum,
Nec

Colligere incertos, & in ordine, &c.] Napæ ancillæ literas ad amicam deferendas tradit, quibus noctem perebat. Sed primum benevolentiam capta, laudans eam ab officio suo, quod optime exequabatur: ab ingenii felicitate, à sedulitate, & fide; quia his maxime opus erat ad tabellas reddendas dominæ. *Incertos.*] Turbatos, indispositos. *Ponere.*] Dirigere.

2. *Nec ancillas inter habenda.*] Ita ut merearis haberi inter ingeniosas mulieres.

3. *Ministeriis.*] In dandis signis, in me admittendo, & janua clanculum apertenda.

5. *Sæpe venire ad me.*] Numeri duriores. Puto scribendum, *sæpe venire mihi.* Vide quæ noto lib. 11. *Artis Amatoriz.* v. 11. *Heins.* *Hortata.*] Quæ hortata es,

6. *Laborantis.*] Ex amoris incendio.

7. *Peraratas.*] Conscriptas. *Mane referatur ad participium peraratas, non ad verbum Perfer.*

8. *Obstantes.*] Nocentes. *Sedula.*] Diligens, officiosa. *Pelle.*] A te remove.

9. *Nec, &c.*] Non tu barbara & adeo crudelis es, ut mihi laboranti succurrere nolis: tibi enim est natura longe melior tua sorte, unde ego crediderim, te quoque expertam fuisse amoris incendia. *Vena.*] Lapidis enim & ipsi suas habent venas. *Silicium venæ.*] Virg. 6.

— *Quærit pars semina flamma*

Abstrusa in venis silicis. Georg.

Ex silicis venis abstrusum excudunt ignem.

Σπίμμα πυρός. Homer.

Durum in pectore ferrum, &c. *gerens, solidique datos adamante lacertos.* Stat. 3. The-

Nec tibi simplicitas ordine major inest. 10
 Credibile est, & te sensisse Cupidinis arcus.
 In me militiæ signa tuere tuæ.
 Si quæret, quid agam; Spe noctis vivere, dices.
 Cætera fert blanda cera notata manu.
 Dum loquor, hōra fugit. vacuæ bene redde tabellas: 15
 Verum continuo fac tamen illa legat.
 Aspicias oculos mando frontemque legentis.
 E tacito vultu scire futura licet.
 Nec mora: perlectis rescribat multa iubeto,
 Odi cum late splendida cera vacat. 20
 Comprimat ordinibus versus, oculosque moretur.
 Margine in extremo littera rafa meos.
 Quid digitos opus est graphio lassare tenendo?

Hoc

Thebaid. Et noster Metam. 9. v. 615.

Nec rigidos filices, solidumque in pectore ferrum

Aut adamantina gerit.

Sic & Græci,

Παρχάλλων ὄμμας ἀταυρίῃ ἐξ ἀ-
 δάμαντος.

Σαπρὶ σιδάριον.

10. *Sed tibi simplicitas ordine major inest.*] Scribe cum melioribus. *Nec tibi.* Nam & in comædiis subdoli ac vafri tam ancillæ quam servi inducebantur. vide notas lib. 11. EL VII. vers. 17. *adeft quoque Puteaneus & Arondelianus. Heinsf. Ordine.*] Tua sorte, scilicet servili. *Credibile est.*] Verisimile videtur.

12. *Militia.*] Amatoriz. *Nam militas omnis amans, & habet sua castra Cupido.*

13. *Quæret.*] Ipsa amica mea.

14. *Cætera.*] Quæ ego eam scire volo. *Cera.*] Tabella cera illita. *Notata.*] Inscripta.

15. *Dum loquer, hora fugit.*] Hora fuit Puteaneus. Forte hora ruit. sic apud Virgilium, *Nox ruit Aeneas.* & ruit irrevocabile tempus Juvenali. *Heinsf. Vacua.*] Otiosæ, ac liberæ aliis negotiis. *Bon.*] Opportune.

16. *Ipsa legat.*] Illa meliores. *Heinsf.*

18. *Ex tacito vultu.*] Et scripti. *Lege E tacito. Idem.*

19. *Nec mora perlectis.*] Quam primum tabellas perlegerit. *Rescribat multa.*] Ex affectu amantis. *Rescribat multa iubeto.*] Putem video. Nam alterum in ancilla nimis imperiosum. *Heinsf.*

20. *Splendida.*] Splendebant enim hujusmodi tabellæ cera illitæ: mirifice enim dedolabantur, ac poliebantur. *Vacat.*] Vacua est, ac sine litteris.

21. *Versus.*] Non de carmine tantum, sed etiam de soluta oratione versus dicitur, à vertendo: quod cum ad extremum pagellæ scribens veneris, sive ad marginem, stilus vertatur. *Moretur.*] Teneat. *Comprimat ordinibus versus.*] Hoc est, ipsos versus sive lines addenset, ita inter se jungat, ut sint angusta ac modica inter binos versus spacia, sive interstitia. *Micoll.*

22. *Margine.*] Extremitate tabellæ.

23. *Quid digitos opus est graphio lassare tenendo.*] Graphio Puteaneus & Potiani excerpta. *graphio lassare tenendo* Jureti codex. ut sit Græcismus. *Heinsf.*

Z 4

24. Hoc

Hoc habeat scriptum tota tabella, Veni.
 Non ego victrices lauro redimire tabellas,
 Nec Veneris mediâ ponere in æde morer.
 Subscribam, Veneris fidas sibi Naso ministras
 Dedicat. at nuper vile fuistis acer.

25

24. *Hoc habeat scriptum.*] *Fac habeat* puto rescribendum. *Idem.*

25. *Non ego victrices lauro redimire tabellas, &c.*] Alludit ad morem Romanum. solebant enim literæ, quæ ab Imperatoribus parta victoria, Romam super ea victoria mittebantur, lauro redimiri, atque ita consulibus reddi: unde & *laureata* dicebantur. *Micyll.*

26. *Ponere in æde morer.*] *Morer* recte meliores. *Heins.* *In media æde.*] In medio templo: honoris gratia. *Veneris.*] *Veneris* genitricis, Romæ templum magnificentissimum erat, quod cum ipso *Veneris* simulachro incendio crematum est, Claudii principatu, ut refert *Plin. libr. 34. Morer.*] *Differam.*

27. *Subscribam.*] Titulum hunc subjiciam. *Veneri fidas sibi.*] Ordo est: Naso

dedicat *Veneri* tabellas fidas sibi. *Ministras.*] Poëta ministras suas appellat tabellas, quibus amores suos ad amicam miserat. *Sibi.*] Scilicet Nasoni. *Fidas sibi Naso tabellas.*] *Ministras* iidem. probe. sic *Trist. III. El. VII.*

Littera sermonis fida ministra mei.

Epistola Cydippes,

Lumina proposui sacra ministra mei.

Heinsius.

28. *Dedicat.*] *Consecrat.* *Nuper.*] *Modo.* *Acer.*] *Acer* arbor est, tilia fere similis. Ex acere igitur erant hæ tabellæ. Conficiebantur etiam ex buxo: & hodie quoque buxeis pugillaribus vulgo utuntur. Fiebant quoque ex citro, ex ebore, ex membranis: qui citrei, ebori, & membranei dicebantur. *Domin.*

ELEGIA XII.

Tabellas, quas miserat, execratur, quod amica noctem negaret.

Flete meos casus: tristes rediere tabellæ.

Infelix hodie littera posse negat.

Omina sunt aliquid. modo cum discedere vellet,

Ad limen digitos restitit icta Nape.

Missâ foras iterum limen transire memento

5
Cau-

1. *Flete meos casus, tristes rediere tabellæ.*] Remissæ ab amica Nasoni fuerant tabellæ, in quibus scriptum erat, ne ad eam accederet Naso; minime enim hoc fieri posse, ut noctem illam habeat. Quod infelicitissimum nuncium, fuisse omne præmonstratum dicitur. Tum in ipsos pugillares plenis ve-

lis invehitur, eisque imprecatur.

2. *Negat.*] *Supple,* dominam posse hodie concedere mihi noctem.

4. *Restitit.*] *Hæsit.* Observabant enim antiqui in limine ingredientium & egredientium pedes: nam si in limine isti pedes fuissent, Janus & Vesta irati putabantur.

6. So-

Cautius, atque alte sobria ferre pedem.
 Ite hinc, difficiles funebria ligna tabellæ:
 Tuque negaturis cera referta notis.
 Quam puto de longæ collectam flore cicutæ
 Melle sub infami Corsica misit apis. 10
 At, tanquam minio, penitus medicata rubebas.
 Ille color vere sanguinolentus erat.
 Projectæ triviis jaceatis inutile lignum:
 Vosque rotæ frangat prætereuntis onus.
 Illum etiam, qui vos ex arbore vertit in usum, 15
 Convincam puras non habuisse manus.
 Præbuit illa arbor misero suspendia collo:
 Carnifici duras præbuit illas cruces.
 Illa dedit turpes raucis bubonibus umbras:

Vultu-

6. *Sobria.*] Non turubans, quod est ebrii.

8. *Referta.*] Plena. *Notis.*] Literis. *Negaturis.*] Scilicet noctem mihi.

9. *Quam.*] Scilicet ceram. *Collectam.*] Apes enim flores colligunt, unde mel & favum, & ceram, postea conficiunt. *Cicuta.*] Cicuta herba est (ut lib. 26, scribit Plinius) venenosa, publica Atheniensium poena invisa propter Socratem, qui cicuta periit.

10. *Corsica misit apis.*] Corsica, insula est in Ligustico mari. Hanc scribit Diodorus, abundare terebinthina, cera, & melle, Corsicum etiam mel amarum esse docet Plin. lib. 16.

11. *At tanquam.*] Nunc à colore tabellarum infelicitatem exprobrat. *Minio.*] Rubro colore. *Penitus.*] Valde. *Medicata.*] Tincta, infecta, illita.

12. *Sanguinolentus erat.*] Hoc est, tristis & feralis, qualia sunt quæ sanguine inficiuntur. *Micyll.*

13. *Projecta in triviis.*] Τὸ in abest à melioribus. *Heinsius.*

16. *Puras manus.*] Puræ manus dicuntur, nullo scelere & sanguine pollutæ. *Senec. Med. 2. 5. ff. 901. Vir-*

giliæ levis est quam ferunt pura manus. ubi videndus Doctiss. Gronovius. Nos paucula de nostro addemus. Eurip. I. phig. in Taur. vl. 945.

Εἴτιν γὰρ ὁρία ἦν φῶς, ἢ Ἀἴου πῶς Ζεὺς εἰσάτ' ἐν τῷ δὲ χερσὶν μιδ-
gual.

Cui respondet Accius apud Nonium: — *manus materno sordet sparsa sanguine.* Qualem virum Halicarnass. lib. 3. vocat, ἀνδρα ματρὸν, καὶ ἡμαρτυρίων φόνοισ. Et Theocr. Idyll. 26. vl. 25. de Bacchis, quæ Pentheum discerpserant: Εἰς Θήλας δ' ἀφίκοιντο πρὸς ἐμύνας ἀσπιδὶ πάρας. Qui omnes sacris arcebantur. Vide Liv. dec. 5. lib. 5. ubi inter alia hæc habentur. *cum omnis profectio sacrorum cas, quibus non sunt pura manus, sacris arceat.*

18. *Duras præbuit illa cruces.*] Scribe *divas.* Heinsius.

19. *Illæ dedit turpes.*] In hac, inquit, sederunt obscenæ ac mali ominis aves. *Turpes umbras,* propter avium turpitudinem. *Bubonibus.*] Bubo avis est nocturna, funebris, & maxime abominata, publicis præcipue auspiciis. *Raucis bubonibus umbras.*] *Rafis* Puteaneus. *A-*
 Z 5 ronde-

Vulturis in ramis & strigis ova tulit.

20

His ego commisi nostros infanus amores,

Molliaque ad dominam verba ferenda dedi?

Aptius hæ capiant vadimonia garrula ceræ,

Quas aliquis duro cognitor ore legat.

Inter ephemeridas melius tabulasque jacerent,

25

In quibus absumentas fleret avarus opes.

Ergo ego vos rebus duplices pro nomine sensi?

Auspicii numerus non erat ipse boni.

Quid precer iratus? nisi vos cariosa senectus

Rodat, & immundo cera sit alba situ.

30

rondelianus *ravis*. Scribo *ravis*. *ravum* enim quod obtusum: siue de voce accipias siue de colore. hinc *ravis* pro *rancitate*. unde *rabulam* vult dictam Verrius. de qua voce videatur Festus. *Color ravis* inter flavum & casium medius. et si pro *sulvo* Nonius accipit. Horatius certe Epod. xvi. *ravos* leones dixit,

Credula nec ravos timeant armenta leones. ita enim vetustissimi codices. quomodo *ravam* lupam idem lib. iiii. od. xxvii. appellat. *Heinf.*

20. *Strigis*.] Striges aves sunt nocturnæ, de quibus fabulosum arbitrat Plinius, ubera eas infantium labris immulgere.

21. *His*.] Scilicet tabellis. Reprehendit se, quod infelicissimis pugillaribus de amoribus suis verba commiserit.

22. *Mollia*.] Suavia, placida, blanda.

23. *Aptius*.] Convenientius. *Capiant*.] Caperent. *Vadimonia*.] Id est, sponsiones ad certum diem sistendi se iudicio. *Vadari* enim, est spondere se certo die in iudicio assuturum, aut per se, aut per advocatum. *Garrula*.] Inepte composita. *Ceræ*.] Ceratæ tabulæ.

24. *Quas*.] Tabellas ceratas. *Duro ore*.] Id est, impudenti & inveterando. Tales enim solent esse causarum defensores audacissimi quidam, & impuden-

tissimi proclamatores ac rabulæ, vel *duro*, id est, severo, tristi. *Domin. Cognitor*.] Cognitorem ego iudicem intelligo, non defensorem. Inde & cognitiones causarum, iudicationes, siue iudicia. Et *cognoscere*, iudicare. *Micyll.*

25. *Ephemerides*.] Quem Latini *diarium* appellant, à Græcis ἐφημερίς dicitur: liber est, in quo per singulos dies res gestæ scribuntur.

27. *Ergo*.] Nunc à nomine tabellarum, infelicitatem earum ostendit. *Duplices*.] Nam pugillares erant apud veteres pluribus distincti nominibus: alii quintuplices, alii duplices, quidam triplices nominabantur. *Sensi*.] Expertus sum. *Domin. Duplices*.] Quia *duplices*, fallaces & dolosos dicimus. ac si dicat, re ipsa nunc videre se, duplices illos fuisse duplices, quod est fallaces, & qui aliud primo aspectu præ se tulerint, quam postea præstiterint. *Micyll.*

21. *Auspicii numerus non erat ille boni*.] Impare enim numero cum superi gaudeant, par datur inferis. unde hic par numerus. mali ominis causa fuisse dicitur à Poëta.

29. *Cariosa*.] Cariem asserens rebus. Vetusta enim ligna teredinem sentiunt.

30. *Immundo*.] Turpi, foedo, spurco. *Cera*.] Qua illitæ estis. *Situ*.] Squalore.

E L E-

ELEGIA XIII.

Ad auroram, ne properet.

JAM super Oceanum venit à seniore marito
Flava pruinoso quæ vehit axe diem.

Quo

1. *JAM super Oceanum venit à seniore marito.*] Numeri in hoc versu parum sunt Nasoniani. metuo ne sciolus interpolarit. quare scribendum censeo,

Jam super Oceanum venit seniore relicto.
Sic in Fastis lib. vi.

Jam Phryx à nuptâ quævis Tithone relinqui.

&c,

Proxima proficiet Tithone nupta relicta

Parrhasia sacrum Pontificale dea.

& lib. iv.

Cum Phrygis Affraci Tithonia, fratre relicto

Sustulit immenso ter jubar orbe suum.

Certe Puteaneus, & Arondelianus, venit seniore marito. seniore relicto pro relicto exaratum à properante manu fuerat. cujusmodi errores in vetustis codicibus passim observavi, nec uno exemplo in hisce ipsis Notis jam palam feci. Apud Valerium Flaccum locus extat insignis, quo castigando nunc defungar. Is est libro vii. ubi Medea agitur. *¶* 357.

Cingitur inde sinus, & qua sibi fida magis vis

Nulla, Promethea florem de sanguine fura

Caucasum promit, nutritaque gramina tabo:

Qua sacæ ille mores inter tristesque primas

Durat atque cruor.

hic locum pessime in vulgæis libris adfectum corrigo. versu tertio in codicibus ante Carrionem editis legebatur, *Caucasum tonitru nutritaque gramina promit.* Carrionis liber,

Caucasum primis nutritaque gramina ponit,

Scriptum videlicet antiquitus fuerat *gramina nupo* pro *tabo* sive *tabo*; nam *p* pro *b* vetustissimis exemplaribus haud raro irrepsisse deprehendas. cum hærent librarii, *ponit* reposuerunt. *Tonitru* hic locum non habet, quod de fulmine postea sit acturus. Versu quinto legitur in editionibus, *Durat atque cruor* nullo sensu. præsertim cum *adeo* sequatur eodem versu. nimirum *is* pro *aliis* scripserat librarius, omisissis duobus prioribus literis ob cognationem *τῶν* ad præcedentis verbi *durat*. sic & apud Martialem lib. vii. Ep. xciii. cum nunc legatur,

Non ab aquore vacens hircus, non ora leonis,

& in tribus quatuorve, quos inspexi, libris veterrimis, non à leonis sit exaratum, haud dubio reponendum esse non à leonis. pro axilla. nam *ala* non hominum tantum, sed brutorum quoque animalium. sic alas elephantis assignat Plinius lib. xi. cap. xi. Cæterum quod diximus *b* & *p* frequenter confundi & misceri in vetustis exemplaribus, id manifestum sit ex *probe* & *puppe*, *nube* & *rube* confusis. de quibus Notæ ad lib. vii. Met. *¶* 51. & lib. xi. *¶* 591. fusius egerunt. *suprema crepuscula* in Fastis veterrimi codices, cum *sub prima* sit legendum. & apud eundem Valerium lib. vii. *¶* 375.

Qualis adhuc teneros tibi primum pallida fetus

Mater ab excusso productis in aëra nida. cum *suprema* illic perperam scribatur. Hæc in transcurso. *Heins.* *A seniore marito.*] A Tithone.

2. *Pruinoso axe.*] Pruinoso curru. Matutino enim tempore pruina, quæ est ros congelatus, cadit.

3. Sic.

Quo propèras, Aurora? mane. sic Memnonis umbris
 Annua solenni cæde parentet avis.

Nunc juvat in teneris dominæ jacuisse lacertis:

Si quando, lateri nunc bene juncta meo est.

Nunc etiam somni pingues, nunc frigidus humor:

Et liquidum tenui gutture cantat avis.

Quo properas, ingrata viris, ingrata puellis?

Roscida purpureâ supprime lora manu.

Ante tuos ortus melius sua sidera servat

Navita; nec mediâ nescius errat aquâ.

Te surgit, quamvis lassus, veniente viator:

Miles & armiferas aptat ad arma manus.

Prima bidente vides oneratos arva colentes:

Prima

3. *Sic Memnonis umbras.*] *Umbra* *Farnesianus*. alii nonnulli, *umbram*. Legendum *umbra* vel *umbris*. nisi sequenti versu pro *parentet*, cum Neapolitano & quatuor aliis reponas *frequentet*. Non enim memini scriptores Latinos id verbum cum alio quam tertio casu conjunxisse. pro *solemni cade* *Sarravianus*, qui est inter optimos, *solemni more*. & sic pro diversa lectione unus *Vaticanus*. Puto *solemni Martia*, quomodo & l. XIII. Met. in hac eadem fabula reponendum.

— *parentali paritura Marte rebellant*. ut suo loco pluribus dicemus. *Heinsius*. *Sic Memnonis umbris.*] *Memnonem* *Tithoni* & *Aurore* filium, qui Trojanis in auxilium venit, bello Trojano *Achilles* interfecit. Cumque mater *Jovem* rogasset, ut aliquo honore filium interemptum donaret, ille rogi favillas, ejusque focos in aves vertit: quæ à *Memnone* *Memnonides* cognominatæ, quotannis ad *Memnonis* sepulchrum inter se bella aspera gerentes, suo regi parentare dicuntur. Fabulam narrat *Ovid.* lib. 13. *Metam.* Sic.] Particula est, qua precantes utuntur. *Domin.* *Sic Memnonis umbras.*] Mihi videtur *Umbris* legendum esse, ut sit ordo: Sic annua avis parentet umbris *Memnonis* solenni cæde, &c. Nam & *Cicero* hoc ver-

bum dativo junxit. *Micyl.*

4. *Parentet.*] *Parentare* autem proprie est, parentibus iusta celebrare. Hunc *parentalia* dicta sunt convivia, quæ in parentum aut propinquorum montibus fiebant.

5. *Nunc.*] *Matutino* tempore.

8. *Liquidum.*] Pro, liquide & clare.

Tenui.] *Parvo*, exiguo. *Tenui gutture cantat avis.*] *Tereti* *Regius*. *Heinsius*.

10. *Lora rosida.*] Id est, fixa rore perfusa. *Purpurea manu.*] *Aurore* enim color purpureus est: unde ei rosas antiquitas dicavit. *Supprime.*] *Attrahe*, ut currum trahentes equi inhibeantur.

11. *Ante tuos.*] Hos quatuor versus margini adscriptos habet manu recentiori *Putaneus*. *Heinsius*. *Sidera servat.*] Sic & *Græci*. *Argon.* *Apollon.* lib. 3. v. 1028. Διὶ τῷ τοῦ μίσησι νύκτα διαμειρηδὰ φουδῆας, Et *Halicarn.* 1. νύκτα δριάντων φουδῆας. Vide & *Epist.* *Leandr.* v. 167.

12. *Nec media nescis an erret.*] Bene idem *Putaneus* nescius errat. Ne enim nescius erret, sideribus refert acceptum, quæ navem regunt. *Heinsius*.

14. *Miles & armiferas.*] Et miles *Putaneus*. nil muto, *Idem*.

15. *Prima subire jubes oneratos arva colo-*

Prima vocas tardos sub juga panda boves.
 Tu pueros somno fraudas, tradisque magistris;
 Ut subeant teneræ verbera sæva manus.
 [Atque eadem sponsum consulti ante atria mittis;
 Unius ut verbi grandia damna ferat.] 20
 Nec tu consulto, nec tu jucunda diserto:
 Cogitur ad lites surgere uterque novas.
 Tu, cum foeminei possint cessare labores,
 Lanificam revocas ad sua pensa manum.
 Omnia perpeterer. sed surgere mane puellas 25
 Quis, nisi cui non est ulla puella, ferat?
 Optavi quoties, ne nox tibi cedere vellet;

Neu

colones.] Scripti cum primis editionibus fere omnes,

Prima bidens videt oneratos arva colentes.

& recte. nec male Junianus,

Prima bidens videt oneratos colla colones.

bidens enim instrumentum rusticum.
 Noster Fast. iv.

Ille suam peragrat bonum, sive usus aratri,

Sive cava falcis, sive bidens erat.

& alibi,

Sarcula nam curvumque bidens & vomer adducens

Ruris opes nitent.

meminit & Tibullus. *Heinsius.* *Oneratos bidens.*] Id est, sarculo. Est enim *bidens*, rusticum instrumentum, duos dentes habens. *Arva colentes.*] Id est, agricolae.

16. *Tardos.*] Tarde incedentes. *Panda.*] Subcurva.

19. *Atque eadem sponsi consulti ante atria mittis.*] Alii *sponsos*. atque ita à manu secunda Putreantius. in quo legabatur,

Atque eadem sponsum cultos ante atria mittis.

& sequenti versu idem ferant pro *ferat*. quomodo & alii ex melioribus. Latet certe mendum. nisi mavis totum distichon à mala manu esse. Nam quid opus

consulti hic meminisse, cujus sequenti versu mentionem sit facturus. *Heinsius.* *Eadem.*] Tu ò Aurora. *Sponsum.*] Matitum, qui cum recenti uxorem duxerit, cum illa diutius se oblectare deberet. *Consulti.*] Jurisperiti. *Ante atria.*] Eum expectans, dum è cubiculo prodcat.

20. *Unius ut verbi, &c.*] Sensus est, ut consultus in lege, aut in alio scripto, unum verbum pro utilitate consultoris interpretetur: quod nisi fieret maxima damna eum sequerentur. *Ferat.*] Pro *auferas*, scilicet consultus. id verbum interpretans ad utilitatem consultoris, quod aliqui ei nocere videbatur.

21. *Nec tu jucunda diserto es.*] Tolle *es* ex auctoritate codicum præstantiorum. *Heinsius.* *Nam tu jucunda.*] Id est, molesta. *Consulta.*] Jurisperito. *Diserto.*] Causidico, eloquenti.

22. *Uterque.*] Consultus & disertus: hic ad agendas causas, ille ad consulendum consultori.

23. *Tu ne faminei possint cessare labores.*] Putreantius & tres alii,

Tunc cum faminei possint cessare labores. alii plures, *Tu cum.* labores etiam est in Arondeliano. *Heinsius.* *Cessare.*] Quiescere.

24. *Pensa.*] Lanae nondum filatas, sed adhuc colo impositas: quod à colo pendeant.

28. *Nos*

Neu fugerent vultus fidera mota tuos!
 Optavi quoties, aut ventus frangeret axem,
 Aut caderet spissâ nube retentus equus!
 Invida, quo properas? quod erat tibi filius ater,
 Materni fuerat pectoris ille color.
 [Quid si non Cephali quondam flagrasset amore?
 An putat ignotam nequitiam esse suam?]
 Tithonō vellem de te narrare liceret:
 Fabula non coelo turpior ulla foret.
 Illum dum refugis, longo quia grandior ævo,

30

35

Surgis

28. *Nec fugerent.*] *Ne fugerent meliores.* quinqué *Nen.* Tibull. *Hinc & fœmineus labor est, hinc pensa cotusque.* Heinſius.

30. *Spissa.*] *Densâ. Equus.*] *Qui tuum currum trahit.*

31. *Invida.*] *Quæ requiem mortaliſibus invidet.* *Quod erat.*] *A filii colore argumentum ducit, quo eam improbam & invidam eſſe probet. Niger enim color & lividus proprius eſt invidorum: Filius.*] *Memnon. Ater.*] *Niger. Æthiops enim erat.*

33. *Quod si non Cephali.*] *Numeri hinc diſticho duriores ſunt, quam quos pro ſuis Ovidius admittat. & ſane in optimo Puteanco margini adſcriptum erat. idque manu retentiori qui præterea agnoſcit, Quid ſi Cephalo. Certe de Cephalo cum mox ſit acturus, otioſa eſt hoc loco ejus mentio. Mycillo etiam ac Grutero ſuſpectum habebatur hoc diſtichon. Heinſ. Cephalo.*] *Cephalum quidam Æoli, alii Deionei filium fuiſſe dicunt. vide Higyn. c. 189.*

34. *Nequitiam.*] *Lalciviam.*

35. *Tithone.*] *Marito tuo. De te narrare liceret.*] *Liberis puerb. in Faſtis, Nec liber, & longum eſt epulas narrare deorum.*

tibi pari modo peccabatur. Heinſius.

36. *Fœmina non coelo turpior ulla foret.*] *Fabula Puteanus alter cum excerptis Voſſianis. recte. Noſter ſupra l. x. El. ix.*

Mars quoque deprenſus fabrilia vincula ſenſit.

Notior in coelo fabula nulla fuit.

Artis Amatoriz libro 1.

Fabula narratur toto notiſſima coelo

Mulciberis capſi Marsque Veniſque dolis.

&c lib. iv. Met. de eadem re,

— diſque

Hæc fuit in toto notiſſima fabula coelo.

Seneca Thyeste de Myrtilo,

— notior

Nulla eſt Ioniis fabula navibus.

Idem Hippol.

Phædra quem Bromio prætulit ſoror

Omnes per populos fabula diſtulit.

Noſter in Trift.

Nemine ſub noſtra fabula nulla fuit.

Am. iir. El. 1.

Fabula (nec ſentis) tota jaſtaris in urbe.

Art. 11.

Ut quæque atigeris, fabula turpis erit.

Statius Achilleide,

Aſt ego vel prima puerilis fabula culpa,

Narrabor famulis.

Neque aliter paſſim optimi auctores.

Heinſius.

37. *Longo quia marcet ab ævo.*] *Longo quia grandior ævo. Puteanus & complures alii. Trift. iv.*

Sæpe ſuas volucres legit mihi grandior ævo.

de Macro. certe mox denuo ſequitur, ſi vir tibi marcet ab annis. hinc grandævus. Idem. Longo.] *Quia grandior ævo.*

Sic

Surgis ad invisas â fene mane rotas.

At si, quem malles, Cephalum complexa teneres;

Clamares, Lente currite noctis equi.

Cur ego plectar amans, si vir tibi marcet ab annis?

Num me nupfisti conciliante feni?

Aspice, quot somnos juveni donarit amato

Luna: neque illius forma secunda tuæ.

Ipse Deum genitor, ne te tam sæpe videret,

Commisit noctes in sua vota duas.

Jurgia finieram. . scires audisse; rubebat.

Nec tamen assueto tardius orta dies.

Sic Flaccus. *Longa Titbonem minus se noctus.*

38. *Invisas.*] Scilicet mortalibus. ut supra: *Quo properas ingrata viris, ingrata puellis.*

39. *At si quem Cephalum manibus.*] *Quem magis Cephalum Puteaneus. quod malles Cephalum Jureti excerpta.* Scribe, *quem malles Cephalum.* Heinſius.

40. *Lente.*] Tarde: ut diutius amato juvene frueretur. *Noctis equi.*] Nox enim & ipsa suo curru vehi dicitur.

41. *Cur ego plectar amans.*] *Plectar meliores.* Heinſ. *Vir.*] Maritus Titbonus.

42. *Num me nupfisti.*] *Num* Puteaneus & alii quidam ex præstantioribus. Heinſius.

43. *Aspice quot somnos.*] *Lege quot ex scriptis.* & mox cum iisdem. *neque illius forma secunda tua. non tua est.* Propert. lib. 1. El. 11. ut scribendum:

Aspice quot submisit hunc formosa colores. Idem.

Aspice quot.] Ut magis Auroram deprimat, extollit Lunam, quæ dilecto juveni perpetuos somnos donaverit. *Juveni.*] Endymionem intelligit, quem dormientem in Lammio monte Cariz,

Luna exosculabatur, jussitque perpetuo dormire.

44. *Nec illius forma secunda tua est.*] Ordo & sensus est: Nec tua forma, o Aurora, est secunda, supple, formæ illius, id est, non pulchriorem formam quam tu, habet Luna: quæ causa esse deberet, ut amantibus te mitiorem ac faciliorem præberes. *Domin.* *Forma secunda tua est.*] Legere malim, *Nec illius forma secunda tua est, Ut Poëta videatur Auroræ obijcere exemplum Lunæ, quæ cum æque pulchra sit atque illa, tamen patitur juvenes & amantes dormire.* Micyll.

45. *Deum genitor.*] Jovem dicit, quoniam singulorum cum summa benevolentia curam suscepit, pater est appellatus. Tangit autem hic Naso fabulam, quam plene describit Plautus in Amphitryone.

46. *Commisit noctes.*] Vide Epist. Deianit. v. 9. Hinc Sosia Plauti in Amphitry. 1. 1. v. 132. *Hæc nox scita est exorcendo scorto conducto male. In sua vota.*] Quæ erant, ut diutius cum Alcmena cubaret.

47. *Jurgia.*] Convicia in Auroram. *Scires.*] Pro, aliquis scire posset, ipsam audisse jurgia.

ELEGIA XIV.

Puellam consolatur, cui præ nimia cura coma deciderant.

DIcebam, Medicare tuos desiste capillos.
Tingere quam possis, jam tibi nulla coma est
At, si passa fores, quid erat spatiosius illis?

Contigerant imum, qua patet usque, latus.
Quid, quod erant tenues, & quos ornare timeres;
Vela colorati qualia Seres habent?
Vel pede quod gracili deducit aranea filum,

Cum

1. **D**Icebam, Desiste tuos medicare capillos.] Nasonis amica, ut est puellarum ambitio & temeritas, ut pulchriores redderet sibi capillos, multis ac venenatis eos medicamentis tinxit: unde paulatim defluentibus illis, penitus calva extitit: qua propter inconstanter moriebatur. Desiste.] Define. Medicare.] Medicamentis inficere.

2. Tingere quam possis.] Puto rectius fingere. ne bis idem dicat; jam enim medicare capillos præcessit. Med. Faciei, Rure sedent, finguntque comas.

Art. Am. 1.

Quid toties positas fingis inepta comas?
Stattius Theb. v.

Aspiciens floremque gena & quas finxerat auro

Ipsa comas.

Virgil. lib. iv.

— mollique fluentem

Fronde premit crinem fingens atque implicat auro.

Met. iv.

Et finxit vultum & mernit formosa videri.

Remed. Am.

Proderit & subito, cum se non finxerit ulli,

Ad dominam celeres mane tulisse gradus quod ad faciem referendum. Neque aliter Phædrus l. 11. Fab. xxx. de viro operadum mulierum depilato, dum capillos ab iis ornari putat.

Cum se putaret fingi cura mulierum,

Calvus repente factus est.

sic scribo. vulgo pingi. Heinsius. Nulla coma est.] Omnis enim defluerat.

3. Si passa fores.] Si eos non amplius tentasses. Spaciosius.] Pulchrius. Quid erat speciosius illis?] Spaciosius Puteaneus cum duobus aliis, & Jureti excerpta. recte. Heinsius.

4. Contigerant.] A longitudine capillos laudat. Imum qua patet usque latus.] Demissi erant usque ad talos.

5. Quid, quod.] Nunc à tenuitate eos probat. Crassiores enim capilli danimantur. Tenues.] Subtiles. Et quos ornare timeres.] Ne præ nimia tenuitate rumpeantur.

6. Colorati.] Nigri. Coloratos optime dixit Seras, qui Indis sunt finitimi: ambo enim nimia solis vicinitate nigrescunt. Seres (ut in 6. scribit Plin.) regionem inhabitant, quæ spectat æstivum orientem: & primi sunt hominum, qui noscantur lanificio sylvarum nobiles, persusam aqua depercentes frondium caniciem. Domin. Vela colorat qualia.] Videtur hæc similitudo ita accipienda esse, ut si dicas, capillitium illud totum ita fuisse tenue, ut sunt vela Serum. Aut rursus, pilos capilli illius ita tenues fuisse, ut simul juncti speciem talem præbuerint, qualem vela Serica solent. Micyl.

7. Pede gracili.] Id est, exili & parvo. Aranea.] Vide Elian. de Hist. Animal. lib. 1. cap. 12.

8. Leve.]

Cum leve desertâ sub trabe neçtit opus?

Nec tamen ater erat, nec erat tamen aureus illis,

Sed, quamvis neuter, mistus uterque color. 10

Qualem clivosæ madidis in vallibus Idæ

Ardua derepto cortice cedrus habet.

Adde, quod & dociles, & centum flexibus apti,

Et tibi nullius causa doloris erant.

Non acus abruptit, non vallis pectinis, illos: 15

Ornatrix tuto corpore semper erat.

Ante

8. *Levi.*] Sine pondere: *Deserta.*] Derelicta, destituta: his enim locis non frequentatis, suas telas subnectunt araneæ.

Deserta.] Similiter Catull. Eleg. 4.

Noctennem texens sublimis aranea telum

Deserto in Monti nomine opus facias.

Et Theocrit. Idyll. 16. vs. 96.

ἀρχαῖα δ' οἷς ὄπλ' ἀρχαῖαι

Λεπτά διάβισαντα.

Hinc Proverb. *ναὶ ἀράχνη*. pro loco
seno, inculto, & deserto. *Parvis & in*
vacuo texetur aranea latio. lib. 3. eleg. 5.

9. *Nec tamen.*] Nunc à colore laudantur à Poëta amicæ capilli. *Aster.*] Niger.

Qui auti colorem imiraretur.
Nec erat color aureus illis.] Putaneus &
quidam alii, neque erat tamen aureus ille.
nonnulli, nec erat tamen aureus illis: ut-
rumque bene. Heinſius.

10. *Mixtus interque.*] Ex atro & aureo colore.

11. *Qualem.*] Scilicet colorem. Quem descripsit capillorum colorem, similitudine arboris ante oculos ponit. Talem fuisse dicit, qualem habet cedrus, ubi illi corticem detraxeris. *Clivosa.*] Ardua. Est autem *clivus*, descensus montis. *Maddis.*] Aquosis, propter flumina & montes, quibus Ida abundat. *Ida.*] Ida, sylva & mons fuit Trojanorum in Phrygia: Est & in Creta mons ejusdem nominis.

12. *Ardua.*] Proceræ, alta. *Drepto.*] Detrahto. *Cedrus.*] Cedrus arbor est, quæ cariem, vetustatemque nunquam sentit. Cedrina quoque deorum simulachra fiebant, ut dixerem, *Drepto* con-

tics.) *Derep*to Puteaneus: sic & paulo post
codex idem *derep*tu acn. dixi supra ad El.
v. 11. 1. optimus Palatinus *directa corice*.
Lego *derep*ta. nam nostro ea vox ut pluri-
mum feminini est generis, de qua ad
Metamorph. 1 v. 375. *derep*ta pelle de Ma-
rya in Iride, ex scripto codice.

13. *Dociles.*] Id est, faciles ornari & fingi. Hoc apertius exponens, subdit: *Escentum flexibus, Orbibus, cincinnis.*

14. *Es tibi nullius causa doloris erant.*] Dum calamitose, pessime, & discriminali eos ornates, te minime propter docilitatem laudabam.

15. *Non vallum pectinis illos.*] Vallus legit ex codice Arondeliano, qui Pirckheimer olim fuit, in Observationibus Gronovius, ut & Met. VIII. *Stranque valus vallus seta.* qui consulendus. Obsv. lib. III. cap. XVIII. *Heinf. Vallus pectinis.*] Suaviter dixit: valus enim dicitur in castris aut urbibus, ipsa municio. ut enim dentes pectinis ordine se sequuntur, ita & in vallo pali. *Vallus pectinis.*] Vide Erpist. Phædr. v. 159.

Vallarnus radialis.

Metam. 8. versf. 286.

*Stratque velut vallus, velut alta hastilia
seta.*

16. *Ornatix.*] A capillis. *Ornatix.*]
Sic Juvenal. Satyr. 6.

Disponit crinem laceratis ipsa capillis
Nuda humeros pfeas infelix, nudisque
mamillis.

Dicebantur autem ejusmodi ornatrices
finas ab Etymologia nominis rē
laudat. Vide Scholl. Juvenal. ad

A2

Y. 439.

Ante meos sæpe est oculos ornata; nec unquam

Brachia dereptâ faucia fecit acu.

Sæpe etiam, nondum digestis mane capillis,

Purpureo jacuit semisupina toro.

20

Tum quoque erat neglecta decens: ut Thracia Bacche,

Cum temere in viridi gramine lassâ jacet.

Cum graciles essent tamen, & lanuginis instar;

Heu mala vexatæ quanta tulere comæ!

Quam

v. 489. Satyr. 6. *Tuto corpore.*] Hoc sequentia declatant.

17. *Est ornata.*] Scilicet amica mea.

18. *Brachia derepta faucia fecit acu.*] Jam supra monuimus *derepta* legi in optimo Putaneo, sed quia paulo ante *derepto cortice* habuimus, minus hoc loco id verbi nunc placet. Nonnulli *direpta acu.* Puto *corrupta acu.* Sed & *brachia* fuit pro facis scribendum vel invitis membranis.

Brachia corrupta faucia fixis acu.

Ecce locum profusus similem libro III.

Artis Amatoriz:

Tuta sit ornatrix. edi, qua sanctior ora

Unguibus, et raptâ brachia figit acu.

Ita & *acu figi crines* dicebantur. ut apud Martialem lib. II. Epigr. LXVI.

Unus de toto peccaveras orbe comarum

Annulus, incerta non bene fixus acu.

Quo loco malim reponit *torto orbe.* quomodo apud nostrum paulo post sequetur,

— *torto flexilis orbe sinus.*

Ipse Martialis in Apophoretis Epig. XI.

Tenuis ne madidos violenti bombycina crines,

Figit acus tortas sustineatque comas.

Magis quoque simulacra cerea acu figebant. Hinc *figere* & *desigere* verba magica de quibus ad Epist. VI. v. 91. ubi de Medea,

— *simulacraque cerea figit,*

Et miserum tenuis in jecur arget acu.

AMO. III. EL. VII.

Sagax pumicea defixit nomina curâ.

Et median tenuis in jecur exit acu.

Heinf. *Acu derepta.*] Id est, celeriter de

manibus raptâ, ut irati faciunt. *Brachia.*] Scilicet ancillæ ornatrix. Hanc mulierum scivitiâ acerbe taxat Juvenalis Satyra sexta.

19. *Nondum digestis.*] Nondum ornatis.

20. *Purpureo jacuit semisupina.*] *Semisupina* ex Putaneo aliisque melioribus scribendum monui ad Epistolam decimam. v. 15. Heinf. *Purpureo.*] Ostro & purpura intraxo. *Semisupina.*] Id est, in latius cubans.

21. *Neglecta.*] Inornata. *Ut Thracia Bacche.*] Talis, inquit, erat amica mea neglecto crine, qualis mulier, quæ perfectis per furorem Orgiis, Bacchi sacris, in quibus passis ac turbatis capillis insanientes, discuntur beechantes cum defessa in gramineo campo se proiecerit, quiescit. *Thracia.*] Thracia. In Thracia enim (ut scribit Pomponius Mela) sacra Liberi patris, Orpheo primum initante, celebrantur, apud Hebrum, sub Rhodope montis nivoso. *Ut Thracia Bacche.*] *Thracia* Putaneus recte. vide Notas ad Epist. III. v. 26. proximè verum duo *Vaticani*, in quibus *tetrica* & *terrifica*. Heinf.

23. *Cum graciles essent tamen.*] Non satisfaciunt numeri. Sarravianus & Vaticanus unus, *tamquam lanuginis*. Mentelanus *tantum*, cum uno Mediceo. unus meus *cum et lanuginis*. Excerpta Jureti, *tamen et sunt lanuginis instar*. Puto scribendum,

Tam graciles lanuginis tamen lanuginis instar. Heinf.

Lanuginis.] Ad hanc figuram: quam in adolescentium goss, & pomis

cy-

Quam se præbuerant ferro patienter & igni;
Ut fieret torto flexilis orbe sinus!

25

Clamabam, Scelus est, istos scelus urere crines.

Sponte decent: capiti, ferrea, parce tuo.

Vim procul hinc remove. non est qui debeat uri;

Erudit admotas ipse capillus acus.

30

Formosæ periere comæ: quas vellet Apollo,

Quas vellet capiti Bacchus inesse suo.

Illis contulerim, quas quondam nuda Dione

Pingitur humenti sustinuisse manu.

Quid male dispositos quereris periisse capillos?

35

Quid speculum mœstâ ponis, inepta, manu?

Non

cydoneis præsertim videmus. *Instar.*] Ad similitudinem.

25. *Quam se præbuerant.*] Malim præbuerunt. nam præbuerunt duo libri. Vide Notas Epist. VII. *Heins.* Ferro & igni.] Pro ferro ignito: id est, calamistiro, quo capilli crispabantur.

26. *Ut fieret torto flexilis orbe sinus.*] Cinnamon dicit, quæ est annulatus capillus. *Nexilis orbe sinus.*] *Flexilis* multi ex scriptis. quod rectius videtur. Val. Flaccus lib. v.

Qui chlamys & multâ spirat coma flexilis aurâ.

Martial. lib. x. Ep. ixv.

Tu flexa nitidus coma vagaris.

idem alibi,

Fletere tenolim, sed nec turbare capillos, sic & flexæ ambages. de quibus dictum Met. VIII. v. 160. in Arondeliano *plexilis.* *Heinsius.*

27. *Ipos.*] Tam pulchros.

28. *Sponte.*] Sine calamistri adminiculo. *Decent.*] Decorisunt. *Ferrea.*] Dura. crudelis.

29. *Qui debeat uri.*] Omnes enim decori sunt.

30. *Erudit.*] Docet: quia jam eam continet formam, quam illi acus ipsæ præbere volunt. *Periere.*] Defluxerunt.

32. *Quas vellet capiti.*] *Quas porret op-*

timus Palatinus. *Lego quas optet.* *Heinsius.*

33. *Illis.*] Quondam tuis crinibus *Contulerim.*] Comparaverim. *Quas quondam nuda Dione Pingitur, &c.*] Ad Veneris è mari exeuntis tabulam ab Apelle pictam alludit, quam (ut Plin. lib. 35. scribit) divus Augustus dedicavit in delubro patris Cæsaris, quæ Anadyomene dicta est. Hujus inferiorem partem corruptam qui reficeret, non est inventus. *Dione.*] Venus. Dione tamen nympa fuit, Oceani & Terthys filia, quæ ex Jove Venerem concepit: sed frequentius pro ipsa Venerem ponitur.

35. *Quid male dispositos.*] Non damno hanc lectionem. libri tamen meliores cum *Puteaneo dispositos capillos.* Pont. lib. III. El. III.

Non bene dispositas comas, ut ante, comas.

Martial. lib. XII.

Dicit Achilleas disposuisse comas.

Tibul.

Tunc putas illam pro te disponere crines? *Serica in fragmentis,*

Sunt quæ Juvoni ac Minervæ capillos disponant. *Heinsius.*

Male dispositos.] Non bene ornatos.

36. *Inepta.*] Hic est blandum convicium.

Non bene consuetis à te spectaris ocellis.

Ut placeas, debes immemor esse tui.

Non te cantatæ læserunt pellicis herbæ;

Non anus Hæmoniâ perfida lavit aquâ.

Nec tibi vis morbi nocuit; (procul omen abesto)

Nec minuit densas invida lingua comas.

Facta manu culpâque tuâ dispendia sentis.

Ipsa dabas capiti mista venena tuo.

Nunc tibi captivos mittet Germania crines:

Culta triumphatæ munere gentis eris.

O quam

37. *Consuetis.*] Qui consueverint te integris capillis pulchriorem aspicere.

38. *Ut placeas.*] Scilicet tibi in speculo. *Debes.*] Debes oblivisci pristinam tuam formam, cum vigerent tui crines.

39. *Cantata herba.*] Incantatæ. Hinc carmina incantationes dicuntur. *Pellicis.*] Fellices enim pedibus & manibus obnixæ operam dant, ut uxores virorum quos ad se pelliciunt, deformiores reddantur, quo facilius alienos maritos sibi devinciant.

40. *Non anus Hamonia perfida lavit aqua.*] Tacent hic interpretes, quos certum sum nihil horum intellexisse. Mihi quidem ista magicæ artis species prorsus ignota est. quanquam succurrunt illa ex libro 11. Fastorum,

Althoridam Pelcus, ipsam quoque Pelea Phoci

Cade per Hamonias solvis Acastus aquas.

Sed illic de Illustratione Pelei, re apud Thessalos gestâ, agitur. Libri nonnulli veteres ab aliis inspecti, tum ex nostris Neapolitanus, Palatinus optimæ notæ, & meus chartaceus, *lasi aqua.* Opinor scribendum,

Non anus Hamonia perfida lasi acu. ut ad defixiones magicas referatur. de quibus nonnihil paulo ante diximus, & Epistola vi. v. 91. *Heinsf. Anus.*] Vetus, venefica, saga. *Aqua Armonia.*] Id est, Thessala, venefica. Thessalia enim ve-

neficiis olim insignis fuit. *Perfida.*] Fallax, quæ quidem frangit, dum promittit crines pulchriores fore, qui penitus desunt & deperunt.

41. *Non tibi.*] Nec scripti. ut & sequenti versu. *Heinsius, Vis.*] Violentia. *Morbi.*] Nam capillorum defluvii sæpe causa est valetudo & morbus. *Procul omen abesto.*] Sic alibi, *Nullum sit in omne pondus.*

42. *Densas invida lingua comas.*] Tam densæ, inquit, erant tuæ comæ, ut minime per invidiam aliquis fascinando illis nocere potuisset.

43. *Facta manu, culpæque tuæ.*] Hinc vehementius dolebat ipsâ. *Dispendia.*] Damna.

45. *Nunc tibi captivos.*] Hoc in Augusti gratiam dicit. *Captivos.*] Ex captivum capite recisos.

46. *Culta triumphatæ.*] Male Puteaneus aliique complures. *Tota.* hæc duæ voces frequenter in libris antiquis confunduntur. sic apud Martialem scribendum lib. 12. Epig. xviii. de speculo Etrini,

Addidis et nitidam sacratis criminibus orbem,

Quo felix facies iudice culta fuit. cum in optimo Thuanico codice *tota* legitur. vulgati *tota*, frigide. idem Martialis alibi,

Captivis poteris cultior esse comis. *Heinsf. Cultra.*] Ornata. *Triumphatæ.*] A Druso Gentis.] Germanicæ.

47. Co-

O quam sæpe, comas aliquo mirante, rubebis;

Et dices, Emtâ nunc ego merce probor!

Nescio quam pro me laudat nunc iste Sycambram;

Fama tamen memini cum fuit ista mei.

50

Me miserum! lacrymas male continet; oraque dextra

Protegit, ingenuas picta rubore genas.

Sustinet antiquos gremio spectare capillos,

(Hei mihi!) non illo munera digna loco.

Collige cum vultu mentem. reparabile damnum est.

55

Postmodo nativâ conspiciere comâ.

47. *Comas.*] Non tuas, sed Germanicas, *Rubeis.*] Præ pudore.

48. *Empta nunc ego merce.*] Martialis: *Dentibus atque comis, nec te pudet, uteris emptis.* Hos capillos Propertius externos vocat.

49. *Sycambram.*] Sarravianus *Sycambram.* Putaneus, *Sycambram*, quæ vera scriptura. Sic & in Claudiani veterrimo codice scribebatur. Ptolemæo Σύγαμ-
βροι, Σύγαμβροι Staboni sunt, sic & consolatione ad Liviam legendum,

Ille genus Suevos acere indomitosque Sygambros

Contudit.

Nectibi deletos poterit narrare Sygambros,
Heinsius.

Sycambram.] Germanam. Sicambri enim sunt populi Germaniæ quos auspiciis Augusti Drusus subjugavit, & Augustus traduxit in Galliam, atque in proximis Rhæni agris collocavit. Hi autem capil-

lorum pulchritudine præ cæteris censentur.

50. *Memini cum fuit.*] Quando ego non alienis & emptis, sed nativis capillis laudabar ab omnibus. *Ista mea.*] Mei rectius tres scripti. Neapolitanus. *Forma ut & Regius.* Forte,

Forma tamen memini cum fuit ista meis.
Nimirum comis, quod præcesserat. Heinsius.

53. *Antiquos.*] Qui defluerant. *Spectatque capillos.*] Spectare sex scripti, cum excerptis Jureti, quæ tu, Philiberte Mari, vir humanissime & ad omnem facte comitatem, mei juris fecisti. ea scriptura placet. Heinsius.

55. *Collige cum vultu mentem.*] Neque animo doleas, neque dolorem amplius facie & vultu præ te feras. *Reparabile.*] Quod facile reparari poterit.

56. *Nativa.*] Viva, naturali. *Conspiciere.*] Conspiciueris. *Domin.*

ELEGIA XV.

Ad invidos, quod fama poetarum sit perennis.

Quid mihi, Livor edax, ignavos objicis annos;
Ingeniique vocas carmen inertis opus?

Non

1. *Quid mihi livor edax ignavos objicis annos.*] Respondet Poëta hac elegia iis, qui Poëticen ignaviam quandam dicunt: carminaque ipsa, opera inertum atque ociosorum ingeniorum.

Livor.] Pro invidia, & livere, pro invadere. *Edax.*] Vorax, consumptor. Invidus enim livido dente se aliosque rodit & consumit.

2. *Inertis.*] Ignavi & pigri,

A 2 3

3. Non

Non me more patrum, dum strenua sustinet ætas,
 Præmia militiæ pulverulenta sequi:
 Nec me verbosas leges ediscere: nec me
 Ingrato vocem prostituisse foro.
 Mortale est, quod quæris, opus. mihi fama perennis
 Quæritur: in toto semper ut orbe canar.
 Vivet Mæonides; Tenedos dum stabit & Ide;
 Dum rapidas Simois in mare volvet aquas.
 Vivet & Ascræus, dum mustis uva tumebit:
 Dum cadet incurva falce resecta Ceres.
 Battiares semper toto cantabitur orbe;

Quam-

3. *Non me.*] Supple, obicis hoc mihi, me non sequi, &c. *More patrum.*] More majorum. *Sirena.*] Fortis. Juventutem dicit.

4. *Præmia.*] Opes intelligit, quæ sunt militiæ præmia. *Pulverulenta.*] Quasi multo sudore pulveri admixto patta. *Horat.* *Non indecoro pulvere sordidos.*

5. *Verbosas leges.*] In quibus interpretandis opus est multis verbis.

6. *Voces prostituisse.*] Turpiter in forensibus causis agendis venalem linguam habuisse. Antiqui enim oratores clientum causas gratuita opera agere solebant. Cum stomacho autem hic dixit *Prostituisse*, quod verbum est meretricium: ut quam ingrata sibi fuerit hæc ars, ostenderet.

7. *Mortale est quod quæris opus.*] Id est, divitiæ, quas sordida officia exercendo quæris. *Mihi fama perennis, &c.*] Sallustii consilium secutus est. *Quoniam vita ipsa qua fruimur, brevis est, mihi rectius esse videtur, memoriam nostri quam maxime longam efficere.*

8. *Quæritur.*] Acquiritur. *Ut toto semper in orbe canar.*] Hoc boni Poëtæ assequuntur. Naso etiam in Artibus: *Me vatem celebrato viri, mihi dicite laudes: Cantetur toto nomen in orbe meum. Vivet Mæonides.*] Incipit enumerare Poëtas, quorum fama adhuc viget & in posterum magis magisque vigeat: ut probet

Poëtarum famam perennem esse. Primum ex illis Poëtarum principem Homerum ponit. Ideo autem Mæonidem appellatum fuisse Homerum scribit Strabo, quod in Mæonia regione Phrygiæ, Smyrnam patriam habuit. *Tenedos dum stabit & Ide.*] Quia quæ in his locis gesta sunt, cantat Homerus. Est autem Tenedos insula, quæ extra Hellespontum adversa Sigæo littori adjacet. *Dum stabit.*] Sed semper stabit: locorum enim nomina non loca immutantur.

10. *Rapidus.*] Veloces. *Simois.*] Simois autem fluvius est Phrygiæ, qui ex Ida fluens, Ilium alluit, & prope mare Xantho admiscetur, facta palude: apud Sigæum promontorium in mare cadit.

11. *Vivit & Ascræus.*] Id est, Hesiodus: Et recte post Homerum posuit: nam cum super ætate Homeri atque Hesiodi non contestatur; illa probabilior fuit sententia, Homerum aliquanto antiquiorem fuisse. Fuit autem Hesiodus Dii filius, ex Pycimede uxore: qui cum Æoles Cumzi essent, & paupertatem nimiam in eo loco ferre non possent, relicta patria, ad Ascræi vicum Boeotiz confugerunt: unde *Ascræus* dictus est Hesiodus. *Tumebit.*] Turgebit. Scripsit enim Hesiodus de vitibus, ceterisque arboribus.

13. *Battiares.*] Callimachus, qui fuit filius Battæ.

14. Quam-

Quamvis ingenio non valet, arte valet.
 Nulla Sophocléo veniet jactura cothurno. 15
 Cum Sole & Lunâ semper Aratus erit.
 Dum fallax servus, durus pater, improba lena
 Vivent, dum meretrix blanda, Menandros erit.
 Ennius arte carens, animosique Accius oris,
 Casurum nullo tempore nomen habent. 20
 Varronem primamque ratem quæ nesciat ætas,

Aurea-

14. *Quamvis ingenio non valet.*] Quia non tam ingeniose scripsit, quod ad sententias graves: quam eleganter, quod ad verborum ornatum, & artis grammaticæ observationem: quod in contrarium evenit Ennio.

14. *Nulla Sophocléo, &c.*] Id est, Sophocles quoque semper vivit fama, quam ex tragediis quas scripsit, adipiscitur quotidie magis. Fuit poëta Atheniensis tragicædiarum scriptor, qui gravius scripsit quam Euripides. *Jactura.*] Damnum. *Cothurno.*] Pro tragico stylo. Tragediæ enim calceamentum est cothurnus, ut comœdiæ foccus.

19. *Cum Sole & Luna semper Aratus erit.*] Id est, Aratus erit æternus, ut est Sol & Luna, de quibus cum reliquis stellis scripsit. Fuit autem Aratus ex Asia Cilix, poëta celebris, filius Athenodori ex Litophyle uxore.

17. *Menander.*] Sive Menandrus, absolutissimus apud Græcos comicus poëta fuit: unus omnium optime affectus expressit, atque omnem vitæ imaginem. Scripsit (ut quidam volunt) comœdias centum & octo: ex his fabulis quæ extant, quatuor transtulit Terentius, Andriam, Eunuchum, Heautontimorumenon, & Adelphos. *Fallax servus.*] Ut est apud Terent. in Andria Davus. *Durus pater.*] Id est, crudelis, asper, severus, & minime filiis, amoris operam dantibus, indulgens. *Improba.*] Infatigabilis, impura, avara, perjura, quales lenones esse solent.

18. *Vivent dum.*] Vivent tres libri reliqui. & Menandros meliores postea, ut & nesciat pro nesciat. Heinl. *Meretrix*

blanda.] Illecebrosa, quæ blanditiis illecebrique miscellos ad se attrahit & illaqueat amatores.

19. *Ennius.*] Q. Ennium ex oppido Calabriz Rudiis oriendum fuisse testantur Strabo & Pomponius Mela: Rudinus igitur Ennius, primus omnium apud Italos versu heroico Annales scripsit, quibus Itala bella cecinit. Contrariam igitur habuit naturam naturæ Callimachi, de quò supra dixit Naso: *Quamvis ingenio non valet, arte valet.* Usus enim est sententiis optimis, & inventionem: verbis autem non admodum ornatis, & ordine parum decoro. *Animosique Accius.*] L. Accius tragicædiarum scriptor agnoscitur: natus Mancino & Serano Coss. parentibus libertinis: & seni jam Pacuvio Tarenti sua scripta recitavit. De hoc ita scribit Fabius lib. 10. Tragediæ scriptores Accius atque Pacuvius, clarissimi claritate sententiarum, verborumque pondere, auctoritate personarum: cæterum nitore & summa in excolendis operibus manus, magis videri potest temporibus, quam ipsis defuisse. *Oris animosi.*] Id est, gravis & altisoni. Fuit enim in Accio altitudo ingenii, sublimitasque verborum.

20. *Casurum.*] Interiturum. Ambo enim poëtæ immortalitatem fama assequuntur.

21. *Varronem.*] Nunc varians figuram Naso, per interrogationem asserit, Varronis poëtæ famam per omnia secula duraturam. Varronis nomine plures viri celebres apud antiquos fuerunt. Sed de illo P. Terentio Varrone hic est intelligendum, qui Attacinus dictus, ab

Aureaque Æsonio terga petita duci?
 Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,
 Exitio terras cum dabit una dies.
 Tityrus, & fruges, Æneïaque arma legentur, 25
 Roma, triumphati dum caput orbis eris.
 Donec

Attace patria, qui vicus est in Gallia Narbonensi. Scripsit Argonautica, ita imitatus Rhodium Apollonium, ut ejus quatuor Argonauticon libros in Latinum transtulisse videatur. *Primum ratem.*] Navem Argo, quam primam undas succasse fabulatur poetæ. *Qua nescit ætas.*] Quasi dicat, nulla ætas ignorabit. fama enim notissimus erit. *Primumque ratem.*] Vide hac de re Epist. 12. v. 13. & Amor. 2. Eleg. 11. v. 1.

22. *Æsonio duci.*] Id est, Jafoni Æsonis filio. *Aurea terga.*] Aureum velus, vide Epist. 6. v. 2.

23. *Carmina, &c.*] Donec, inquit, mundus stabit, Lucretius poeta legetur, & fama vivet. *Sublimis.*] Qui ardua & sublimia, id est, rerum naturas descripsit.

24. *Exitio terras cum dabit una dies.*] *Ima dies* Scaliger, sed frustra. Illa Lucretii respexit noster.

Principio maria ac terras calumque tueri,

Horum naturam triplicem, tria corpora, Memmi,

Tres species tam dissimiles, tria talia texta,

Una dies dabit exitio.

idem,

At non multa virum sub signis millia ducta

Una dies dabit exitio.

sic & noster in Festis,

Una dies Fabium ad bellum miserat omnes,

Ad bellum missos abstulit una dies, & in Ponticis,

— quamvis cedere trecenti,

Non omnes Fabios abstulit una dies, Propert.

Tantum operis belli sustulit una dies

Statius Theb. 111.

Felices, quos una dies, moris abstulit una.

Ausonius Idyllio de Rosa,

Tot species tantisque ortus, varioque novatus,

Una dies aperit, conficit una dies.

Atque ita passim optimi auctores. *Heinsius.* *Exitio terras cum dabit una dies.*] Suaviter & ingeniose, dum de Lucretio loquitur, ipius Lucretii opinionem & verba quoque ponit. Lucretius enim idem sensit, quod & theologi nostri sentiunt, mundum quandoque interitum incendio, & deinde in melius innovatum iri, & fore coelum novum, & terram novam.

25. *Tityrus & segates.*] *Et fruges meliores libri.* Nil temere tamen mutandum, ut ad illa respexerit,

Quid faciat lætas segates. Heinsius.

Tityrus & segates.] Nunc Virgilii Maronis famam perpetuam fore asserit. *Tityrus.*] Per *Tityrum.*] Bucolicorum opus intelligit, quod, jubente Pollione, Virgilius, Theocritum imitatus, per triennium composuit, atque emendavit. *Es segates.*] *Georgica* dicit, quæ ad Meccum scripsit Maro. Hesiodum imitatus. *Æneïaque arma.*] Per hoc tota Æneis Virgiliana significatur, quam ille in Cæsaris Augusti gratiam scripsit, annis undecim, sed nec emendavit, nec edidit: unde eam moriens præcepit incendi. *Æneia arma.*] Id est, bella, quæ in Italia contra Latinum & Turnum gessit Æneas.

26. *Roma triumphati dum caput orbis eris.*] Id est, semper. Æternitatem enim Romano imperio ominatur. *Roma.*]

Nimium vobis Romana precepit Visa potens, superi, postquam hac si dona fuissent.

Virgil. 6. *Æneid.* *Dum caput orbis eris.*]

Erii

Donec erunt ignes arcusque Cupidinis arma,

Discentur numeri, culte Tibulle, tui.

Gallus & Hesperii, & Gallus notus Eois,

Et sua cum Gallo nota Lycoris erit.

30

Ergo, cum filices, cum dens patientis aratri,

Depereant ævo, carmina morte carent.

Cedant carminibus Reges, Regumque triumphi:

Cedat & auriferi ripa beata Tagi.

Vilia miretur vulgus. mihi flavus Apollo

35

Pocula

Eris optimus Patavinus & unus Moreti pro diversâ lectione. Heinſius.

27. *Donec erunt ignes, arcusque Cupidinis arma.*] Id est, æternum legetur Tibullus. Cupido enim semper hæc arma geret; scilicet faces & arcus, quibus amantium corda exurit & vulneret.

28. *Numeri.*] Versus. *Culte.*] Ornate. *Quintilianus Tibullum poetam & elegantem imprimis, ac tersum existimat. Tibulli.*] Albius Tibullus Romæ natus dicitur, eodem anno quo Ovidius, Hircio & Pansa Consulibus.

29. *Gallus & Hesperii & Gallus notus Eois.*] Cornelius Gallus, Foro-Julienſis orator eximius, & poeta non mediocris fuit, qui Euphronem in Latinum tranſtulit: & de Cytheride Voluminii liberta, quam amavit, mutato nomine *Lycorida* appellans, Amorum libros quatuor scripsit. Sed hujus Cornelii Galli nulla prorsus carmina extant. *Hesperii.*] Id est, populis occidentali-bus: propter Romam, quæ est occiden-tem versus, ubi Gallus & propter poetâcam facultatem, & propter princi-pis amicitiam notissimus erat. *Eois.*] Orientalibus.

30. *Et sua.*] Id est, à se amata. *Lycoris.*] Hæc Voluminii liberta Cytheris pro-prio nomine dicebatur. *Nota.*] Carmi-nibus Galli.

31. *Silicet.*] Saxa quibus strata sunt viz. Sed & ad omnia saxa, ut sunt sepulcra, strata, & alia hujusmodi monu-menta, referre possumus. *Dens pa-*

tientis aratri.] Id est, duri vomeris. *Pa-tiens* autem & *durum*, propria & pul-cherrima sunt vomeris epitheta.

32. *Ævo.*] Temporis longinquitate.

33. *Cedant carminibus reges.*] Sic Ho-rat. 4. Carm. Od. 9.

Vixere fortes ante Agamemnona

Multis: sed omnes illacrymabiles

Urgentur, ignotique longa

Noctē: carent quia vate sacro.

Reges regumque triumph.] Nisi enim car-mina essent: eorum gloria brevi extin-gueretur.

34. *Cedat & auriferi.*] Carmina divi-rius præponit. *Ripa beata.*] Id est, dives. *Tagi.*] Tagus: fluvius est Lusitaniz, ob arenas auríferas cæteris ejusdem regio-nis amnibus antefertur. *Auriferi ripa beata Tagi.*] *Benigna* Puteancus atque alii complures non contemnendæ no-tæ. quod arripuit Salmasius ad Histo-riam Augustam. at mihi vulgata lectio magis probatur. *Benignum* enim pro fertili, *beatum* pro divite apud optimos auctores passim sumitur. recte ergo *bea-tus Tagus*, qui ab auro atque opulentiâ commendetur. *Heinſ.*

35. *Vilia.*] Ut aurum, argentum, gem-mas, quæ sapiens vilia existimat: illis tamen indoctum & ignobile vulgus in-hiat, summamque in illis felicitatem esse arbitrat. *Mibi.*] Quasi dicat, qui odi vulgus profanum, & arceo. *Flavus Apollo.*] Phœbus etiam à Græcis *ἥλιος* cognominatur, à fulgore radio-rum, quæ sunt Solis comæ aureæ.

A 5

36. *Casta*

Pocula Castaliæ plena ministrat aquæ.
 Sustineamque comâ metuentem frigora myrtum:
 Atque à sollicito multus amante legar.
 Pascitur in vivis Livor: post fata quiescit,
 Cum suus ex merito quemque tuetur honos.
 Ergo etiam, cum me supremus adederit ignis,
 Vivam: parque mei magna superstes erit.

40

36. *Castalia aqua.*] Quæ fluit ex Castalio fonte, quiescit in radicibus montis Patnassi, Musis & Apollini sacer. Allegorice autem hic Naso per Castaliæ aquæ pocula, carmina ipsa dicit, quibus præest Apollo.

37. *Sustineamque.*] Et myrto coronabor, ut poeta, scribens amatoria. *Metuentem frigora myrtum.*] Huic enim arbutulæ frigus maxime nocet.

38. *Atque ita sollicito.*] *Atque à sollicito* rectius omnino quinque scripti. *Heins.* Sollicito.] Conveniens amantis epitheton. nam (ut alibi dixit Naso) *Res est solliciti plena timoris amor.* *Multus.*] Sic in 4. Trist. dicit. *In toto plurimus orbe legar.*

39. *Pascitur.*] Supra etiam appellavit livorem edacem. *In vivis.*] Et si ego, inquit, nunc non multum honoris consequor ex meis carminibus, non est mirum, nam viventium gloriam semper comitatur invidia.

40. *Tunc suus ex merito quemque tuetur honor.*] Meliores, Cum suus ex merito quemque tuetur honos.

sed Tò cum mox denuo sequitur. *Heins.* Suus ex merito.] Sic Cicero pro Marcello Servi igitur iis etiam iudicibus, qui multis post seculis de te iudicabunt, & quidem haud scio, an incorruptius quam nos. Nam & sine amore, & sine cupiditate, & rursus sine odio, & sine invidia iudicabunt.

46. *Ergo etiam.*] Se quoque post mortem, dicit, carminum gratia immortalitatem assecuturum. *Supremus adederit ignis.*] Cadavera cremare apud Romanos non fuit veteris instituti: terra enim condebantur. At, postquam longinquis

bellis obrutos erui cognovere, tum demum illud est institutum. *Supremus adusserit ignis.*] *Adederit* optime Puteaneus. Propert. lib. iv. El. vii.

Et solitam digito beryllon adederat ignis. Nemefianus Eclog. iv.

Tum tandem fessi, quos lusus adederat ignis.

Sic sua desertis nudarunt vulnera sylvis. Silius lib. i.

Dum penitus plumeis Vulcanum exercet adesi.

Virgil. lib. ix. de igne,

Corripuit tabulas & postibus hæsæ adesi.

Idem lib. iii. Georg. *contactos artus sacer ignis edebat.* *ignis edit exta Statio Theb. i.* Idem Theb. vi. *nocturna peredit Flamma nemus.*] ubi nihil necesse reponi ex antiquis libris *peregir.* Horatius lib. iii. Od. iv.

— nec peredit

Impositam celer ignis Aethnam.

Idem Statius Theb. ix.

Nulla illum volucres, nulla impia monstra, nec ipse,

Si demus, pius ignis edat.

Theb. i.

— lustraliaque exta

Lacte novo persusus edet Vulcanius ignis. Hinc & ignis edax passim poetis. ita & *flamma vorat* Elegia in obitum Drusi, ut emendavimus v. 134. *Heins.* *Adederit.*] Consumferit. Virgil. 5. — *Lentusque carinas* — *Est vapor.* Et 4. *Æneid.* *Est mollis flamma medullas.*

42. *Pars mei.*] Sic in Perorat. Metam.

Parte tamen meliore mei super alta perennis

Astra ferar.

P. OVI-

P. OVIDII NASONIS
A M O R U M
L I B E R II.

E L E G I A I.

Quod progigantomachia amores scribere sit coactus.

Hoc quoque composui, Pelignis natus aquosis,
Ille ego nequitiae Naso poeta meae.
Hoc quoque iussit Amor. procul hinc, procul
este severae:

Non estis teneris apta theatra modis.
Me legat in sponsi facie non frigida virgo:
Et rudis ignoto tactus amore puer.
Atque aliquis juvenum, quo nunc ego, faucius arcu
Agnoscat flammæ conscia signa suae:
Miratusque diu, Quo, dicat, ab indice doctus
Composuit casus iste poeta meos?

10
Ausus

1. **H**ÆC quoque composui.] Libri veteres Hoc. Heinsius. Hæc quoque composui Pelignis, &c.] Ostendit Poeta, se cum Gigantomachiam scribere cepisset, Cupidinis exagitationum stimulis, grandia scribere debuisset, & ad Elegiarum lusus se retulisse. Tum removet deinde Naso à suis libellis tetricos & severos homines: ostenditque, à quibus legi velit. Quoque.] Ut quæ in superiore sunt libro. Pelignis natus.] Fuit enim Naso Sulmonensis. Peligni autem à Plinio ponuntur in quarta Italia regione: quorum populi sunt Corfinientes, Superequani, Sulmonenses. Hinc igitur Ovidius à Martiale & aliis Pelignus poeta appellatur. Aquosis.] Propter ingentem aquarum copiam, quæ ex nivolis montibus defluunt, unde & Flaccus lib. 3. Carm.

frigora Peligna dixit: tum quod ibi multi sunt fontes & fluvii: Nequitia.] Lascivia.

1. Ille ego nequitiae Naso poeta meae.] Forte deliciae Naso poeta mea. ut Lectorem alloquatur. sed & vulgata scriptura bene se habet. Heinsius.

3. Hoc quoque iussit amor.] Alludit ad id quod dixerat in 1. Amorum, de Cupidine loquens: Quidque canas vates accipe, dixit opus. Procul este severi.] Severa rectius tres codices. de puellis agit. malim etiam procul ite, quod estis sequatur versu proximo. Heinsius.

4. Non estis teneris.] Mollibus & lascivis. Theatra.] Theatra pro spectatibus posuit. Modis.] Versibus.

5. In facie sponsi.] Coram sponso.

10. Meos casus.] Quod enim Naso accidit in amore, id carminibus complexus

Aufus eram (memini) cælestia dicere bella,
 Centimanumque Gygen; & satis oris erat:
 Cum male se Tellus ulta est, ingestaque Olympo
 Ardua devexum Pelion Ossa tulit.
 In manibus nimbos, & cum Jove fulmen habenti, 15
 Quod

plexus est: quod legens amator, qui simili fortuna usus est, existimat suos casus à Nasone prædictos esse. *Iste poeta.* Ovidius.

11. *Aufus eram.*] Iterat, quod in primo dixit: *Arma gravi numero, violentaque bella parabam Edere, &c. Cælestia bella.*] Id est, Gigantomachiam. Macrobius lib. 1. Satur. Gigantes, inquit, quid aliud fuisse credendum est, quam hominum quandam impiam gentem, deos negantem, & ideo existimatam deos pellere de cælesti sede voluisse? Ovidius igitur dicit, se hæc gigantum bella cum diis gesta heroicis carminibus scribere coepisse, & feliciter quidem: spiritus enim ad tantas res describendas iusticiebat. Se tamen ab amica exclusum, ab incepto destituisse, elegosque suos resumpsisse.

12. *Centimanumque Gygen.*] *Gygen* nonnulli codices. Scaliger *Gyem* legebat. ut & Fast. iv.

Quid gravis virore Gyo captiva tulisset?

Trist. iv. El. vii.

Centimanumque Gygen, semibrevemque virum.

ubi *Gyem* pari modo foret reponendum. Certe unus Palatinus *Giam*, alii plures *Gygam*, Rottendorph. *Giam*, Apollodorus initio Bibliothecæ, Οὐρανὸς ἀποτρεχόντων πάντων ἐδυνάσυσθε κόσμον. γήμας γὰρ δὲ ἑτάριον (εἰς ἀρχαίους τὰς ἐκαστὺς χεῖρας ἀποσπαραγυῖντας, Βριδγαν, Γύν, Κοιον. Sed cum ceteri auctores, Hesiodus nempe in Theogonia, ejusque ac Apollonii Rhodii Scholiastes, Palæphatus, Auctor Etymologici in Τυτοπόροισι, alii Γύνην appellex, Hygino etiam *Gyge* sit, Apollodorum potius ex his emendandum, quam hos ex Apol-

lodoro parum abest quin censcam. Horatius quoque lib. ii. Od. xviii.

Nec si resurgat centimanus Gyges. lib. iiii. Od. iv.

Tessis mearum centimanus Gyges Sententiarum.

quibus locis exemplaria nonnulla scripta à me inspecta *Gigas*. Theophilo in Apologia pro Christianis mendose Γίγας dicitur. *Hainsius. Satis oris erat.*] Id est, ad tantam materiam scribendam spiritus mihi non deerat. *Satis oris erat.*] Satis fiducia; Sumitur etiam pro impudentia. Vide Clariss. Gronovium Obsev. lib. 3. c. 12. Sic & Varro ad Cic. lib. 9. ep. 8. *Misi autem ad te quatuor monitores non nimis verecundas. Non si enim profecto es adolescentioris Academia.* Etiam pro sermone. Lucan. 3. — *Diffusa vulgi — Ora —* Et no- fter Metam. 10. vs. 19. — *Et falsi positus ambagibus oris.* Quo referendum illud Phædri lib. 1. prol. — *Duplex sabellis es est: quod risum movet, —* Et quod prudentis vitam consilio monet. Pro quo perperam, *Duplex libelli mos est.*

13. *Cum male se tellus ulta est.*] In sui enim ultionem terra contra Deos pugnatum genus gigantum genuit. Et Naso in Trist. Terra feroci partus, immensa monstra, gigantes Edidit, auctores in Iovis ire damnum. Mille manus illis dedit, & pro cruribus engens: atque ait, In magnos arma movens Deos. *Ingesta.*] Imposita, involuta. Est autem ordo, cum Ossa ardua ingesta Olympo tulit Pelion devexum. Olympus autem, Pelion, & Ossa, Thessalix montes sunt altissimi.

14. *Devexum.*] Inclinarum, pro- mum.

15. *In manibusque Iovem, & cum Iove fulmen habebam.*] Sarravianus, A- ronde-

Quod bene pro cælo mitteret ille suo,
Clausit amica fores. ego cum Jove fulmina misi.

Excidit ingenio Jupiter ipse meo.

Jupiter, ignoscas: nil me tua tela juvabant.

Clausa tuo majus janua fulmen erat.

20

Blanditias elegosque leves mea tela resumfi.

Mollierunt duras lenia verba fores.

Carmina sanguineæ deducunt cornua Lunæ;

Et revocant niveos Solis euntis equos.

Carmine diffiliunt abruptis faucibus angues,

25

Inque

rondellianus, & quinque alii, cum prima editione,

In manibus nimbos & cum Jove fulmen habebam.

recte. Neque aliter Putcanus, nisi quod in illo vox *nimbos* desideratur. unde natus error. Ceteri codices *Jupiter in manibus*. duo præterea habebat. unus Moreti habentii. optime. refer ad sequentia,

In manibus nimbos & cum Jove fulmen habenti,

Clausit amica fores.

ita *nimbiferum ignem* vocat fulmen Pont. III. ut recte meliores scripti,

Sic affectantes caelestia regna Gigantas

Ad Styga nimbifero vindicis igne datos.

nam vulgati *nubifero igne*. perperam. Heinſius.

17. *Clausit amica fores.*] Exclusus fui. *Cum Jove.*] Desii Gigantomachiam scribere. *Ego cum Jove fulmen amisi.*] *Fulmen amisi* Putcanus. à manu prima. sed emendarum *fulmina misi* quomodo muli ex nostris. *mittere* pro *omittere*. libri sex & *cum Jove*. Forte, *en cum Jove*. Heinſius.

19. *Ignoscas.*] *Mihi parcas.* *Invaheam.*] Quo minus clausæ essent fores.

Nil me tua tela juvabant.] Verba Putcanus, Palatinus optimus, Neap. Aron- del. & quinque alii reliqui bella. Heinſ.

20. *Clausa tuo majus.*] Magis, inquit, mihi nocent clausæ ab amica fores, quam tua fulmina. In quo acerbissimos

amantium, qui excluduntur, dolores indicat. *Luna fulmen habet.*] Venuste Regius, unus Medicus cum excerptis Jureti & Poliziani *fulmen erat*. Heinſius.

21. *Blanditias.*] Quas continent Elegi. *Leves.*] Quibus non gravia, sed levia & amatoria describuntur.

22. *Mollierunt duras.*] *Mollierunt* Putcanus dixi ad Epistolam VII. v. 166. Heinſius.

23. *Sanguinea.*] Sanguinis colorem referentis. *Sanguinea Luna.*] Similiter Virgil. de Cometis. lib. 10. *Non secus, at liquida si quando nocte Cometa* — *Sanguini lugubre rubens* — Quod ex Homer. Iliad. s. v. & Iliad. χ. v. 30.

Λαμπερότατον μὲν ὅν' ἴσιν, καὶ δὲ τὸ σῆμα τίτουνται.

Deducere.] E cælo ducere: quod suis carminibus efficere magi profitebantur. Unde Theſſalæ mulierculæ, timentes ne Luna audiret ea carmina, quibus incantaretur, zneorum vasorum tintinu obstrepebant. Hinc Juvenalis Sat. 6. mulieris loquacitatem earpens, ait: *Nemo ara fatiget, Una laboranti poteris succurrere Luna.*

24. *Solis equos.*] Interea volucres Pyroei, Eois, & Estion, — Solis equi, quartusque Phlegon. —

25. *Carmine.*] Carminum incantamento. *Diffiliunt.*] Crepant, rumpuntur. *Angues.*] Sic Maro: *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.*

26. *Inque*

Inque suos fontes versa recurrit aqua.
 Carminibus cessere fores: insertaque posti,
 Quamvis robur erat, carmine victa sera est.
 Quid mihi profuerit velox cantatus Achilles?
 Quid pro me Atrides alter & alter agent? 30
 Quique tot errando, quot bello, perdidit annos?
 Raptus & Hæmonius flebilis Hector equis?
 At facie teneræ laudatâ sæpe puellæ,
 Ad vatem pretium carminis ipsa venit.
 Magna datur merces. heroum clara valete 35
 Nomi-

36. *Inque suos fontes.*] Sic Tibullus, *Fluminis hac rapidi carmine vertit iter.*

27. *Insertaque posti.*] Quamvis robore fores clausæ essent. *Insertaque posti.*] Commissa posti. Dicuntur & insertæ fenestæ: scil. in pariete, alioqui cæco, Virgil. 3. *Æn.* — *quæ se — Plena per insertas fundebat Læna fenestras.* Ubi Servius dormitat.

28. *Quamvis robur erat.*] *Quamvis* roboretur Neapolitanus. Puto scribendum, *Quamvis roboreo*, nimirum posti. *Heinsius. Carmine.*] Carminibus, quibus laudata est amica.

29. *Quid mihi profuerit.*] *Profueris* unus Medicus. Lege, *profueris Achille.* Heinsius. *Quid mihi profuerit.*] Quasi dicat, nihil ad amicæ aditus mihi facilius faciendos. *Velox.*] Pernix, impiger. Talis enim ab Homero inducitur, ποδὲν Ἀχιλλεύς.

30. *Quid pro me Ajaxes alter & alter agent.*] Versus haud dubie mendosus. Sarravianus & octo alii, *Quid pro me Atrides.* quod sequor, dum meliora offerantur. Excerpta Politiani, *Quid mihiq; Atrides.* Optimus Palæ. & duo alii, *Quid vero Atrides.* Scribervianus, *Quidve aromathides.* Puteaneus, *Quidve romethides.* Fortassis, *Quid, quæso, Atrides.* Regius *Quid pro meceados.* agens bene unus Moreti. Heins. *Atrides.*] Agamemnon & Menelaus. *Agens.*] Ad commovendam in me amicæ benevolentiam, quasi dicat, nihil.

31. *Quique.*] Ulysses dicit, qui decem annos bello Trojano impendit: decem alios, dum plura videndi studio per terrarum orbem erraret, consumpsit: & tandem post vigesimum annum, uxorem revisit.

32. *Raptus, &c.*] Hoc quoque ex Homeri Iliade dicit, ubi Hector ab Achille interfectus, bigis raptatur. *Hæmonius.*] Thessalis. Achilles enim Thessalus fuit. *Flebilis.*] Dignus qui fleatur. *Hector raptus.*] Vide Iliad χ. ex quo Virgil. 2. *Æneid.* Et Senec. *Troad.* sic & Propert. 2. 8.

Fortem illum Hæmonius Hæctora traxit equis.

Senex Chiron de hoc immani facinore merito culpatur Achillem, apud Dion. Prus. *Orat.* 58. his verbis. ὁ σπῆς τὰ παῖδά τὰ νῆπια, ἔτατ' μύσαν ἀποκτείνωσιν ἡλευσί κύνες. Vide epist. 3. *Heroid.* vers. 133.

33. *At facies tenera et laudata est sæpe puella.*] Versus duriter habitus à libratis, ut & est absunt à prima editione & melioribus scriptis. Quantilli negotii erat veram inde lectionem nobis reddidisse, hoc modo:

At facies tenera laudatâ sæpe puella.

certe Neap. & Arondel. *tenera laudatâ sæpe puella.* alii nonnulli *laudatæ me.* Heinsius. *Laudatâ est.*] Meis carminibus.

34. *Ad vatem.*] Ad me poetam.

37. *Ad*

Nomina: non apta est gratia vestra mihi.
Ad mea formosæ vultus adhibete puellæ
Carmina, purpureus quæ mihi dictat Amor.

37. *Ad mea formosæ vultus.*] *Formosa* | Quasi pronunciat, quæ ego scribens ex-
Saxravianus. Heinſius. | cipiam. *Domin.*
38. *Purpureus.*] Pulcher. *Diffat.*]

ELEGIA II.

*Ad Bagoûm, ut custodiam puella sibi commissa
laxiorem habeat.*

Q Uem penes est dominam servandi cura, Bagoë,
Dum perago te cum pauca, sed apta, vaca.
Heiternâ vidi spatiantem luce puellam,
Illâ, quæ Danaï porticus agmen habet.
Protinus, ut placuit, miſi, ſcriptoque rogavi.
Reſcripſit trepidâ, Non licet, illa manu.
Et cur non liceat quærenti, reddita cauſa eſt;
Quod nimium dominæ cura moleſta tua eſt.
Si ſapis, ô cuſtos, odium (mihi crede) mereri

Deſi-

1. *Q uem penes eſt dominam, &c.*] Pri-
die quam elegiam hanc ſcribe-
ret Naſo obambulante in porticu Pa-
latini Apollinis puellam quandam vi-
derat: quæ quoniam ipſi valde placue-
rat, miſiſt rogatum. Reſponſum autem
eſt, minime id licere per cuſtodis ſer-
vitutem. Unde nunc Ovidius cuſtodem
ipſum alloquitur, eique multis argu-
mentiſ perſuadere conatur, indulgen-
dum eſſe puellæ, nec tam moleſtam ei
exhibendam cuſtodiam: quibuſque mo-
dis id tuto efficere poſſit, docet. *Domi-
nam ſervandi.* In quibuſdam exempla-
ribus ſcriptum eſt, *Dominæ ſervanda.*
neſte utrumque. - *Bagoi.*] Spadonis eſt
nomen. Spadonibus autem puellarum
cuſtodia antiquitus demandabatur.

2. *Perago.*] Loquor.

4. *Agmen Danaï.*] Belides dicit,

quarum hiſtoria narratur à multis. Ha-
rum Danaïdum quinquaginta imagines
erant in porticu Apollinis Palatini, cu-
juſ templum magnificentiffimum in
parte Palatinæ domus excitavit Augu-
ſtus, addiditque bibliothecam Græcæ
& Latinæ.

5. *Noſtemque rogavi.*] Legitur in qui-
buſdam manuſcriptis exemplaribus, *Mi-
ſi, ſcriptoque rogavi.* Quæ lectio magis
placet, quia ſequitur, *Reſcripſit trepi-
da, &c.* *Miſi noſtemque rogavi.*] *ſcri-
ptoque rogavi* Puteaneus & alii ex melio-
ribus. nonnulli tamen *miſſo ſcriptoque.*
Heinſius.

8. *Quod nimium dominæ cura moleſta
tua eſt.*] Cenſeo ſcribendum *tua eſt.* Tò
eſt enim inconcinne duriterque gemi-
netur hoc diſticho. *Idem. Cura.*] Dili-
gens nimium cuſtodia.

10. *Pri*

Define. quem metuit quisque, perisse cupit. 10
 Vir quoque non sapiens: quid enim servare laboret,
 Unde nihil, quamvis non tueare, perit?
 Sed gerat ille suo morem furiosus amor:
 Et castum, multis quod placet, esse putet.
 Huic furtiva tuo libertas munere detur; 15
 Quam dederis illi, reddat ut illa tibi.
 Conscius esse velis: domina est obnoxia servo.
 Conscius esse times: dissimulare licet.
 Scripta leget secum: matrem misisse putato.
 Venerit ignotus: postmodo notus eat. 20
 Ibit ad adfectam, quæ non languebit, amicam

Visere;

10. *Perire cupit.*] *Perisse* meliores.
Heinf.

11. *Vir.*] *Maritus* puellæ. *Quoque.*]
 Latenter etiam custodem ipsum insi-
 pientem esse dicit, qui in servanda puel-
 la tantam adhibeat diligentiam.

13. *Gerat morem.*] *Indulgeat.* *Furio-
 sus.*] Ex amore, qui furor est, aut ze-
 lotypia.

14. *Et castam, multis quæ placet.*] *Ca-
 strum, multis quod placet* idem. *Heinf.*
Et castum, &c.] Innuit pudicam esse
 non posse, quæ, quia est formosissima,
 multis placeat. Hinc illud *Juvenalis*:
*Rara est adeo concordia forma, Atque pu-
 dicitia.*

15. *Tuo munere.*] Illa enim hoc pro
 munere à te accepisse existimans, re-
 mnabit, & quandoque libertate etiam
 donabit.

17. *Obnoxia.*] Perpetuo metuens, ne
 crimen prodas.

18. *Times.*] Ne detecto furto, tu,
 quod conscius fueris, à puellæ marito
 plestaris.

19. *Matrem scripsisse putato.*] *Misisse*
Puteaneus, ut supra versu. 5. *Heinf.*

21. *Ibit ut adfectam, quæ non langue-
 bit amicam.*

Visat. judiciiis agra fit illo tuis.]
 Hæc valde sunt mendosa. Scripti pleri-
 que *Ibit ut adfectam*, vel, *ad adfectam*.
 & postea *Visat & judiciiis*. Alter *Putea-*

neus Visat & judiciiis. *Sarravianus* cum
 quatuor aliis *Visaque judiciiis*. *Scribe*:

*Ibit ut adfectam, quæ non languebit,
 amicam*

Visere? *judiciiis agra fit illa tuis.*
Ibit visere *Græcismus* poetis, maxime
Propertio, familiaris. de quo ad *Cla-*
dianum. *adfecta amica* pro ægra, aut
 quæ se ægram simulet, recte dicitur.
 nec in *adfectam* murandum. *Visere ad*
 aliquem, etiam elegans loquendi mo-
 dus, *Terentio* *Plautoque* non negle-
 ctus. *Lucr.* lib. vi.

*Nam quicumque suos fugiabant visere
 ad ægros.*

revisere ad stabulum, & *revisere ad lunam*
 de signis coelestibus idem. Sed utrum-
 que loquendi modum *Terentius* simul
 conjunxit, qui apposite satis in *Heeyra*
Ac. 1. Sc. 11.

*Ægram esse simulant mulierem. nostra
 ilico*

It visere ad eam. admixta nemo.
denique judiciiis tuis. ut *Art. Am. 11.*
Sunt qui præcipiant herbas saturnæ vo-
centes.

Sumere: judiciiis ista venena mihi.
Heinf. Ibit visere.] Similis est *Græ-*
cismus in illo ejusdem *Comici*, *Andr. 3. 2.*
v. 4. *Quod jussi, ei date bibere, & quan-*
tum imperavi: id quod sciolus quidam,
parum Latine dictum volebat. Sic an-
tiquitas loqui amabat. *Plaut. Pers. 5. 2.*
vers. 40.

Vifere; judiciis ægra fit illa tuis.
 Si faciet tarde, ne te mora longa fatiget,
 Impositâ gremio stertere fronte potes.
 Nec tu, linigeram fieri quid possit ad Ifin, 25
 Quæsieris: nec tu curva theatra time.
 Conscius assiduos commissi tollet honores.
 Quis minor est autem, quam tacuisse, labor?
 Ille placet, versatque domum, neque verbera sentit:
 Ille potens: alii fordida turba jacent. 30

Huic,

vers. 40. *Agæ circumfer mulsam, bibere da usque plenis cantharis.* Pherecrat. l. xi. de poculis. *Δότε μοι κύπελα.* Et Homer. Odyss. π. v. l. 386. *Δοίμην ἔχων.* Quod Virgil. etiam imitatur s. Æneid. *Domos habere viro.* Et sic in Tulcul. *Nisi quid habes dicere.* sic Sophocl. in Ajac. v. l. 296. *ἔχων λίγαν.* pro illo etiam, *dare bibere, invenio dactum, quod bibas.* Plaut. Mostell. i. 4. v. l. 30. *Ita.*] Ille, scilicet amator: quasi visendi causa. *Quæ non loquaris.*] Non vere ægrotabis: sed se affectum simulaverit.

22. *Vifere.*] Amator. *Judiciis tuis.*] Præ te feras, illam affectâ esse valetudine, & commento subservias.

23. *Facies.*] Sui copiam tibi.

24. *Stertere fronte potes.*] Potes meliores, sed frustra. Heinsius.

25. *Niligenam Ifin.*] *Linigeram* plerique. At Puteani excerpta cum Barbeziniano & uno Moreti *linigeram*, probe dixi lib. i. Artis Amat. v. l. 79. *Idem.* *Linigeram.*] Quia ejus sacerdotes lincis vestibus induti celebrabant. Alii legendum censent, *Niligenam.* Nam licet Io, quæ postea Idis dea facta est, Inachi fluvii Achæz filia fuerit, quod ostendit Naso in i. Metam. tamen & quia in Ægypto apud Nilum pristinam formam recepit, ibique ab Ægyptiis colebatur: unde etiam ejus sacra Romanam advecta sunt, inde genita creditur. Quanquam & ad hoc faciat eorum opinio, qui dixerunt, Iliadem Jovis Ægypti regis filiam fuisse, eandemque

cum Cerere esse. *Ad Ifin*] Id est, apud Ifin, & in Iſidis templo, quod erat Romæ in campo Martio, juxta ovile in quo multa stupra, adulteria, & lenocinia fiebant.

26. *Nec tu curva theatra time.*] Id est, sine ut spectatum in theatra se conferat puella: nec tam timidus sis, ut id prohibeas. *Curva.*] Quæ in hemicycli formam structa fuerunt.

27. *Conscius commissi.*] Id est, adulterii. *Tollet.*] Capiet. *Assiduos.*] Perperuos. *Honores.*] Dum enim dominæ favorem sibi conciliaverit, eum omnes domestici honorabunt.

28. *Quis minor est autem.*] Est tanto malim, sic lib. ii. Art.

Arms erunt tanto mollia jussa mea. at prima editio cum scriptis quibusdam, *inquam pro autem.* Heinsius.

29. *Ille.*] Scilicet commissi conscius. *Versasque domum.*] Puto servasque. Illi cura domus committitur, nisi malis, *servasque domi.* ut apud Comicum, *Sollus Sannio servat domi.* Heinsius.

30. *Ille placet domina, cætera turba jacet.*] Puteaneus, Mentelianus, & Arondel.

Ille potens, alii fordida turba jacent. quod sequor, nam placet jam præcesserat. Art. Amat. lib. ii. ex antiquis exemplaribus,

*Utilitas tua sit; titulus donetur amica,
 Perde nihil: partes illa poteris agere.*
 Met. x.

— neve potentis
Concubitus verito natura potius fandum.
 Bb lib.

Huic, veræ ut lateant causæ, finguntur inanes:

Atque ambo domini, quod probat una, probant.

Cum bene vir traxit vultum, rugasque coëgit;

Quod voluit fieri blanda puella, facit.

Sed tamen interdum tecum quoque jurgia nectat. 35

Et simulet lacrymas carnificemque vocet.

Tu contra objiciens, quæ tuto diluat illa,

In verum falso crimine deme fidem.

Sic tibi semper honos, sic curta peculia crescent:

Hæc

lib. III. de pulchra puella,

Est illis sua dos forma sine arte potens.

Quomodo & Propertius lib. II. El. V.

Cynthia forma potens, Cynthia forma levis.

Amor. III. El. XI.

Defus blanditiis & verbo potentia quondam

Perdere.

Plura ad Metamorph. lib. IV. v. 325.

Mec. XII. *Facit ira potentem, ita libri videret.* Alii codices hoc loco.

Ille potens domina: cetera turba jacent. potens domina, ut potens moris, potens veri, de quibus alibi dicemus. jacent, quomodo lib. I. Fast. Pauper aliquis jacet. Læcretius lib. V.

Nam fuit in pretio magis es, aurumque jacebat

Propter inutilitatem habetis mucrone re-

tusum. Nemo jacet es, aurum in summum suc-

cessu honorum. Idem.

Sordida.] Contempta, neglecta.

31. *Inanes.*] *Falsa.* Ambo domini.] Id est, puella, & custos commissi con-

scient.

36. *Simulet lacrymas.*] Quod sibi molesta nimium sit custodis cura: ut tibi ab ejus marito fides major habeatur.

Carnificem.] Hoc enim est convivium in servos.

37. *Tuta.*] Sine criminis suspitione.

Diluat.] Refellat; confutet.

38. *In vero, falso crimine, drus fi-*

dem.] In verum Puteaneus. recte, si

objiciis, levi mutatione. *Es vero Sarrav-*
nus. non male. vide quæ noto ad E-
pist. XVI. v. 60. unus Palatinus: *In ve-*
ram falso. tres libei, *In veri falso.* duo
In falso veri. unus. *In falso veram.* Scri-
verianus *Es verum in falso.* prima editio
In falso veri. Barberianus. *In falso vero.*
Postet quoque refingi,

Tu contra objiciens quæ tuto diluas illa,
I veris falso crimine deme fidem,
vel, *I veram.* Hic. *I vero falso crimine*
deme fidem.] Ut sit sensus: Quando ipsum
crimen quod objici potest, verum est, tu
aliud falsum objice: ut cum hujus fal-
sitas manifesto deprehendatur, etiam
vero illi fides nulla detur. in per falsum
crimen, vero fides demetur. *Macyll.*

39. *Sic tibi semper honos, sic alta po-*
cutia crescet.] *Sic alta pecunia crescent o-*
ptime Puteaneus, cum ejusdem excep-
tis, & quinque alii codices. nisi quod
Jureti excerpta, *sic orta pecunia crescent.*
Lego, *sic curta pecunia crescent.* quomo-
do curta res apud Horatium,

Curta nescio quid semper abest rei.
& *curtare rum.* curta tabella pro parva
in Fast. lib. II.

Hec quantum fati curta tabella fuit!
sic scribendum puro. *curta suspensa* Pex-
sio. vide Notas Fast. II. v. 645. *Pec-*
unia proprie servorum sunt, teste Festo.
Olim multa pecunia legatum ex illo Ju-
venalis loco,

proferre tributa clientis
Cogimur, & cunctis augere pecunia ser-
vis.

Heinsius.

41. *Aspi-*

Hæc face, & exiguo tempore liber eris. 40
 Aspicias indicibus nexas per colla catenas:
 Squalidus orba fide pectora carcer habet.
 Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat
 Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit.
 Dum nimium servat custos Junonius Iö, 45
 Ante suos annos occidit; illa Dea est.
 Vidi ego compedibus liventia crura gerentem,
 Unde vir incestum scire coactus erat.
 Pœna minor merito. nocuit mala lingua duobus.
 Vir doluit; famæ damna puella tulit. 50
 Crede mihi; nulli sunt crimina grata marito:
 Nec quenquam, quamvis audiat illa, juvant.
 Seu tepet, indicium securas prodīs ad aures,
 Sive amat, officio fit miser ille tuo.
 Culpa nec ex facili, quamvis manifesta, probatur. 55
 Judicis illa sui tuta favore venit.
 Viderit ipse licet; credet tamen ipse neganti:
 Damnabitque oculos; & sibi verba dabit.

Aspiciat

41. *Aspicias, &c.*] Deterret nunc aliorum exemplis custodem ab indicio furti, si quid commiserit puella. *Indicibus.*] Illis qui secretum aliquod indicaverint.

42. *Squalidus.*] Pædore ac situ plenus. *Orba fide.*] Id est, carentia fide. *Pectora.*] Hoc dicit, ut delinquenti dominat fidem servet Bagous, nec ejus furta marito prodāt.

45. *Dum.*] Argi exemplo dicit non tam favam esse debere custodum diligentiam. *Custos Junonius.*] Id est, Argus, qui Junonis armenta servabat. *Iö.*] Inachi Argivorum regis filiam à Jove in vaccam mutatam.

46. *Occidit.*] A Mercurio Jovis jussu interfectus. *Illā.*] Iö. *Dea.*] Isis. Hanc fabulam exequitur Naso lib. 1. *Metam.*

48. *Unde.*] Id est, à quo. *Vir.*] Maritus. *Incestum.*] Adulterium. *Coactus.*] Quasi ipse quoque non libenter id resciverit.

49. *Pœna minor merito.*] Supple fuit. Majorem, inquit, pœnam, quam compedibus teneri, meritus est index ille.

53. *Seu tepet.*] Friget in amore, scilicet vir. *Securas.*] Negligentes. Vir enim uxorem non amans, illius furta parum curat: sin amat, excruciat. *Indicium prodīs.*] *Perdis* Puteaneus & alii multi. *Jureti excerpta pergit.* Nil temere mutandum. *Heinsius.*

55. *Ex facili.*] Id est, facile. *Sui judicis.*] Sui mariti, apud quem causa agitur.

57. *Ille neganti.*] Ipse quatuor libri, non inconcinna repetitione. nisi malis illa neganti. *Heinsius.*

58. *Damnabitque oculos.*] Juxta eorum opinionem, qui negant veros esse hominis sensus. *Damnabitque oculos.*] Quasi luscitiosi hominis. vide Plaut. *Mil. Glor.* 2. 3. v. 51. ubi multa lepide dicta invenies. *Et sibi verba dabit.*] Id est, seipsum decipiet.

B b 2

59. *Aspi-*

Aspiciat dominæ lacrymas; plorabit & ipse:

Et dicet, Poenas garrulus iste dabit.

60

Quam dispar certamen inis! tibi verbera victo

Adsunt: in gremio judicis illa sedet.

Non scelus aggredimur: non ad miscenda coimus

Toxica: non stricto fulminat ense manus.

Quærimus, ut tutò per te possimus amare.

65

Quid precibus nostris mollius esse potest?

59. *Aspiciat.*] *Aspiciat* Puteancus. *Heinsius.*

61. *Quid dispar certamen inis.*] *Quam* dispar excerpta Jureti & Politiani, cum uno Mediceo & Farnesiano. *Idem.* Tibi verbera victo.] Quod illustrat Plaut. Mil. glor. 2. 3. v. 22. in simili casu.

Vermis enim tu istam, si te dii ament,
terrore haud nullas fabulam.

Tuis namq; cruribus capitique fraudem ca-
pitem hinc cras.

Non tibi jam, ut pœnas, paratum est dap-
pliciter: nisi suppressis

Tuum stultiloquium —

Primum dum, si falso insimulas Philo-
comasum, hoc periculis:

Iterum, si id verum est, tu ei castos ad-
ditus perieris.

62. *Adsunt.*] Imminent, parata sunt. *Judicis.*] Mariti.

64. *Toxica.*] Venena. *Stricto.*] Nuda-
to. *Fulminat.*] Coruscet. *Manus.*] Nostra.

ELEGIA III.

Ad Eunuchum servantem dominam.

HEI mihi, quod dominam nec vir nec fœmina servas;
Mutua nec Veneris gaudia nosse potes!

Qui primus pueris genitalia membra rescidit;

Vulnera, quæ fecit, debuit ipse pati.

Mollis in obsequium, facilisque rogantibus esses;

5

Si tuus in quavis prætepuisset amor.

Non tu natus equo, non fortibus utilis armis:

Bellica non dextræ convenit hasta tuæ.

Ista

Hanc Soliger superiori censebat adne-
ctendam. *Heinsius.*

1. *Hei mihi, quod dominam nec vir nec*
fœmina servas.] Ad eundem Bagotum hæc
dicuntur ad quem superiore elegia. Eum
rursus precatur, ne impedimento sit suis
amoris. *Hei mihi.*] Dolet, quia supe-

rior elegia minime motus erat Bagotus.

2. *Gaudia nosse potes.*] *Ferre* Neapoli-
tanus & Douzæ excerpta. *Momii ad Ep.*
xviii. v. 43. *Heinsius.*

7. *Non.*] Ostendit, nihil aliud conve-
nire ipsi Bagoo, nisi dominæ gratiam in-
ire. *Equo.*] Ut sis eques.

9. *Ista*

Ista mares tractent: tu spes depone viriles.

Sint tibi cum dominâ signa ferenda tuâ.

10

Hanc imple meritis: hujus tibi gratia proſit.

Si careas illâ, quis tuus uſus erit?

Eſt etiam facies, ſunt apti luſibus anni.

Indigna eſt pigro forma perire ſitu.

Fallere te potuit, quamvis habere moleſtus:

15

Non caret effectû, quod voluere duo.

Aptius ut fuerit precibus tentaffe, rogamus:

Dum bene ponendi munera tempus habes.

9. *Iſta Viri tractant.*] *Tractent* meliores.

Heinf. Spes.] Ne horum quicquam ſperes, quod ad viros attingat.

10. *Sunt tibi.*] *Sunt* tres libri. *Heinf.*

Signa.] Vexilla Cupidinis.

12. *Illâ.*] Dominæ gratia.

13. *Eſt etiam facies.*] Supple, apta luſibus. *Anni.*] Omnis enim ætas non eſt

amori apta.

14. *Forma perire ſitu.*] Sic ſupra: *Forma*, niſi admittas, nullo exercente ſenſcit.

18. *Munera.*] Quæ tibi, ſi nobis morem geſſeris, donabimus. *Tempus habes.*] Nam (ut Lucanus ait) *Semper nocuit diſſerre paratu.* *Doppin.*

ELEGIA IV.

Quod amet mulieres, cujuſcunque formæ ſint.

Non ege mendoſos auſim defendere mores;

Fallaque pro vitiis arma movere meis.

Confiteor; ſi quid prodeſt delicta fateri:

In mea nunc demens crimina ſaſſus eo.

Odi: nec poſſum cupiens non eſſe, quod odi.

Heu quàm, quæ ſtudeas ponere, ferre grave eſt!

Nam deſunt vires ad me mihi juſque regendum.

Auferor ut rapidâ concita puppis aquâ.

Non

2. *Faſſa.*] Pro falſo, contra verum pugnantia. *Pro vitiis.*] Pro deſenſione meorum vitiſorum. Ille enim cum Propertio hæc dicat verè: *Unicuique dedit vitium natura creato, Miſerumna aliquid ſemper amare dedit.*

4. *Demens.*] Quia mihi ipſe noceo.

5. *Non eſſe quod odi.*] *Odiſſe quod odi* plures ſcripti. alii non noſſe. *Heinf.* *Odi, nec poſſum cupiens non eſſe quod odi.*] Impotentiam ſuam oſtendit Poëta: licet

enim cupiat eo vitio carere, id tamen non poteſt.

6. *Quod ſtudeas.*] *Quæ* Putaneus cum prima editione & uno Vaticano. *quorūquam* Arondel. *Heinf.*

7. *Nam deſunt vires.*] Ordo eſt: Nam vires, & *ſus*, id eſt, poteſtas ad me regendum, deſunt mihi. *Ad me mihi.*] *Junianus in me mihi.* rectius, dixi ſupra lib. 1. El. 1. *Heinf.*

Non est certa meos quæ forma irritet amores.

Centum sunt causæ, cur ego semper amem. 10

Sive aliqua est oculos in se dejecta modestos;

Uror: & infidiæ sunt pudor ille meæ.

Sive procax aliqua est; capior, quia rustica non est:

Spemque dat in molli mobilis esse toro.

Aspera si visa est, rigidasque imitata Sabinas; 15

Velle, sed ex alto dissimulare, puto.

Sive es docta; places raras dotata per artes:

Sive rudis; placita es simplicitate tuâ.

Est, quæ Callimachi præ nostris rustica dicat

Carmina: cui placeo, protinus ipsa placet. 20

Est etiam, quæ me vatem, & mea carmina culpet:

Culpantis cupiam sustinuisse femur.

Mol-

9. *Irritet amores.*] Irritet quatuor libri. Met. lib. 1.

Tu face nescio quos esto contentus amores
Irritare tua.

fic irritata voluptas lib. 11. Art. Am. Fast. 11. v. 649.

Tum sicco primas irritat cortice flammæ,
Vide quæ illic notamus. Heinſius.

11. *Oculus in me dejecta modestos.*] Argute, & si quid iudico, vere Junianus cum Iureti exceptis, in se dejecta. Epistola Cydippes,

Luminaque in gremio veluti defixatentebam.

Am. 1. El. VIII.

Cum bene dejectis gremium spectabis oculis.

sic in terram & humum oculos deicere passim poëta. de quo Amor, 111, El. VII. v. 67. Heinſius. *Dejecta.*] Si modeste, inquit, oculos in me mulier aliqua deiecit, modestia illa ad amandum me inducit.

12. *Sunt pudor ille meæ.*] Fit pudor Barberinianus & alter Moreti. Heinſius.

13. *Procax.*] Quæ oculis, vultu, verbis, libidinem præ se ferat.

15. *Rigidasque imitata Sabinas.*] Juvenal. Sat. x.

— Rara est adeo concordia ferma

Atque pudicitia. sanctos licet horrida mores

Tradideris domus, ac veteres imitata Sabinas.

Ita scribe ex veterrimo codice. Vulgati Sabinos. Heinſius.

16. *Velle.*] Scilicet mihi sui copiam facere. *Ex alto.*] Dixit hic Naso, *Ex alto*, quemadmodum supra, *ex facili*, *ex alto*, à longinquo.

17. *Sive est docta placet.*] Sive es docta, places, Puteaneus cum optimo Palatino & quinque aliis. bene. nisi quod malim, si qua es docta, places. Heinſius.

18. *Placita est simplicitate sua.*] Places simplicitate tua idem codex. nisi quod placeas emendatum postea. quomodo & alterum exemplar ejusdem Puteani & tres alii. At Palatinus optimus cum Barberiniano & duobus aliis, *placita es simplicitate tuâ*. recte. dixi Art. Amat. 1. v. 37. & Epistola XIX. sub finem. capior Arondei. Neap. & Barberini. Idem.

19. *Callimachi.*] Græci poëta, qui primas in Elegia obtinuit. *Præ nostris.*] Id est, nostrorum carminum comparatione. *Rustica.*] Inepta, inculta.

20. *Illâ placet.*] Ipsa Scripti. Heinſius.

22. *Sustinuisse femur.*] Femur Neapolitanus. Idem.

23. Mol-

Molliter incescit; motu capit. altera dura est;

At poterit tacto mollior esse viro.

Hæc quia dulce canit, flectitque facillima vocem, 25

Oscula cantanti rapta dedisse velim.

Hæc querulas agili percurrit pollice chordas.

Tam doctas quis non possit amare manus?

Illa placet gestu, numerosaque brachia ducit,

Et tenerum molli torquet ab arte latus : 30

Ut taceam de me, qui causa tangor ab omni;

Illic Hippolytum pone; Priapus erit.

Tu, quia tam longa es, veteres heroïdas æquas:

Et potes in toto multa jacere toro.

Hæc habilis brevitate suâ. corrumpor utrâque. 35

Conveniunt voto longa brevisque meo.

Non est culta; subit quid cultæ accedere possit.

Or-

23. *Molliter incescit; motu capit: altera dura est.*] *Incescit* Puteaneus & alii plures. deinde scribo, *altera durè*. scilicet incescit. & sequenti versu poterat *mollius isse*, pro *mollior esse*. Remed. Amor.

Duriter incescit? fac ambulet.

& Art. lib. 111.

— *rusticus alter*

Motus in incesu, mollior alter erit.

Heins. *Molliter incescit.*] Quod Petron. Frangere gradum: more Junonis. *Capit.*] Me ad amorem sui rapit. *Dura.*] In incesu inepta & inconcinna.

25. *Hæc quia dulce canit.*] Scribe *Huic*. pro *flectitque facillima vocem* unus Medicus, *flectitque eleganti Græcismo*. de quo ad Claudianum plura. Heins. *Dulce canit.*] Pro adverb. More Græcor. sic Horat. 1. Od. 22.

Dulce videntem Lalagen amabo,

Dulce loquentem.

Quibus in locutionibus poëta multi sunt.

17. *Habili percurrit pollice chordas.*] *Agili* rectius excerpta Jureti ac Puteani & tres scripti. sic Martial. lib. 111.

Percurrit agili corpus arte tractatrix. Heinsius.

29. *Numerosaque brachia ducit.*] Alii *movit* vel *jactat*. Sed nil mutandum esse dixi ad Met. 1v. v. 353. noster alibi,

Sive aliquis molli deducit brachia gestu. Heinsius. *Numerosa.*] In numerum mota.

32. *Illic.*] Ubi à mulieribus saltatur. *Hippolytum.*] Hippolytus Thesei ex Hippolyte, Amazonum regina filius, positum hic à Nasone pro castissimo ac continentissimo. *Priapus erit.*] Priapum pro lascivo posuit.

34. *Multa.*] Totoque ingens extendi lecto: majoremque ejus partem magno tuo corpore occupare. Sic *Plurima nux*, pro *Amygdala*. Virgil. & *Plurima cervix*, pro *opima & pingui*. Item de monte

— *Qui plurimus imminet urbi.*

35. *Hæc.*] Non procera.

36. *Voto.*] Desiderio.

37. *Culta.*] Ornata. *Subit.*] In mentem venit mihi. *Quid.*] Scilicet pulchritudinis. *Accedere.*] Adjungi. *Quid culta accedere possit.*] Si quid adfuerit adjumenti ad pulchritudinem: καὶ διαλατὸς ὁ προσὶον ἀλίσκεται. Et Metam. 2. v. 734.

— *Tanta est fiducia forme*

Bb 4

Que

Ornata est; dotes exhibet illa suas.
 Candida me capiet, capiet me flava puella:
 Est etiam fulco grata colore Venus. 40
 Seu pendent niveâ pulli cervice capilli;
 Leda fuit nigrâ conspicienda comâ.
 Seu flavent; placuit croceis Aurora capillis.
 Omnibus historiis se meus aptat amor.
 Me nova sollicitat, me tangit serior ætas: 45
 Hæc melior specie corporis: illa sapit.
 Denique quas totâ quisquam probet Urbe puellas;
 Noster in has omnes ambitiosus amor.

*Quæ quæquam iusta est, cura tamen ad-
 juvat illam.*

40. *Est etiam in fulco.*] Tollunt in unus
 Moreti & Barberinianus. Heins.

42. *Leda.*] Helenæ mater, Tyndari
 uxor. *Conspicienda.*] Pulchra, digna quæ
 ab omnibus conspiciatur.

45. *Sollicitat.*] Invitat. *Serior.*] Pro-
 vectior.

46. *Hæc melior specie: moribus illa placet.*]
Corporis illa placet.] Puteaneus & alii non-
 nulli. sed recte sex scripti,

Hæc melior specie corporis; illa sapit.
 Heinsius. *Hæc*] Scilicet nova ætas. *Specie*
corporis.] Specioso corpore. *Illâ.*] Sci-
 licet ætas serior. *Placet moribus.*] Callet
 enim omneis artibus.

47. *Quisquam probet.*] Rectius alii pro-
 bet. at optimus Palatinus,
quas laudet in urbe.

pro,
Denique quas totâ quis laudet in urbe
puellas.

48. *Ambitiosus.*] Cupidus. *Domin.*

ELEGIA X.

Ad amicam corruptam.

Nullus amor tanti est; (abeas, pharetrate Cupido)
 Ut mihi sint toties maxima vota mori.
 Vota mori mea sunt: cum te peccasse recordor,
 Hei mihi, perpetuum nata puella malum!
 Non mihi deletæ nudant tua facta tabellæ: 5

Non

Nullus amor tanti est, abeas pharetrate
 Cupido,] Vehementer dolet Poëta,
 quod, cum in convivio quodam fuisset
 cum amica, & se dormire simulasset,
 eam viderit cuidam convivæ mutuum
 amorem nutu, verbis, & osculis osten-
 dere.

3. *Peccasse.*] Fidem mihi in amore non
 servasse.

4. *Hei mihi.*] Rectius duo Moreti
 codices, *O mihi.* Heinsius.

5. *Non mihi deceptæ nudant tua facta*
tabellæ.] Scribe *Non interceptæ* vel *Non*
mi interceptæ. *Intercipere* literas usitatus
 optimis auctoribus loquendi modus.
 Met. ix. *ne res intercepte nostras.* in opti-
 mo Palatino *deleta.* etiam probe. sic Art.
 Am.

Nec

Non data furtivè munera crimen habent.

O utinam arguerem sic, ut non vincere possem!

Me miserum! quare tam bona causa mea est?

Felix, qui quod amat, defendere fortiter audet:

Cui sua, Non feci, dicere amica potest.

10

Ferreo est, nimiumque suo favet ille dolori,

Cui petitur victâ palma cruenta reâ.

Ipsè miser vidi, cum me dormire putares,

Sobrius apposito crimina vestra mero.

Multa supercilio vidi vibrante loquentes.

15

Nutibus in vestris pars bona vocis erat.

Non oculi tacuere tui, conscriptaque vino

Mensâ; nec in digitis littera nulla fuit.

Sermonem agnovi, (quid non videatur amanti?)

Verbaque pro certis jussa valere notis.

20

Jamque frequens ierat mensâ conviva remotâ:

Com-

Nec nisi deleta tutum est rescribere cera. Malim tamen Non male deleta. Heinsius. Nudant.] Demonstrant. Tua facta.] Tua fuita. Tabella.] Amatoriae literæ.

6. *Crimen.] Si enim munera furtim missa accipit mulier, amatori concedere existimatur.*

7. *Arguerem.] In te convincenda ita debilibus uterer argumentis, ut illis à te facile confutatis, ego causâ caderem, tu victoriam adipisceretur.*

9. *Quod.] Pro, quam puellam.*

11. *Ferreo.] Durus, crudelis. Ferreo.] Sic & Græci. Mosch. Idyll. 4. v. 44.*

— μέγας ὢν ἔχων νόον ἡδ' αἰδώς
Καί τ' ἄνδρα ἐν στήθεσσι.

Et Elchyl.

Σιδνοφρον θυμῷ.

Favet.] Indulget.

12. *Victa rea.] Victa puella, quam ream peregerit. Palma.] Victoria. Cruentâ.] Cruentam dicit, quia non sine acerbissimo amantis dolore in tali causâ vincitur puella.*

16. *Pars bona.] Nutus, inquit, vestri vocis instar erant.*

17. *Conscriptaque vino mensâ.] In Ar-*

tibus enim dixit: Blandiciae quæ leves tui præscribere vino, Ut dominam in mensâ se legat illa tuam.

18. *Nec in digitis littera nulla fuit.] Digiti loquaces fuere, significatione aliqua literarum.*

19. *Sermonem agnovi. quid non videatur amanti?] Quod non videatur agentem scripti omnes. nisi quod Neapolitanus videbatur, & agenter unus Mediceus. tertius Moreti, quam non videatur agentem. Latet aliquid. Heins. Quod non videatur agentem.] Amatores enim pluribus præsentibus, aut historiam, aut fabellam aliquam, & amorem narrant, & sub alieno nomine de se & amica præsentem loquuntur, ne eorum amores deprehendantur. Quidam hæc legunt per parenthesin & interrogationem. Quid non videatur amanti?] Id est, quis fallere posset amantes!*

20. *Notis.] Literis.*

21. *Frequens ierat mensâ conviva relicta.] Scribe remotâ cum septem scriptis. ita enim moris erat, ut mensâ post finitum convivium removerentur. Art. Am. lib. 1.*

Bb 5

46

Compositi juvenes unus & alter erant.
 Improbata tum verò jungentes oscula vidi.
 Illa mihi linguâ nexa fuisse liquet.
 Qualia nec fratri tulerit germana severo; 25
 Sed tulerit cupido mollis amica viro:
 Qualia credibile est, nec Phœbum ferre Dianæ;
 Sed Venerem Marti sæpe tulisse suo.
 Quid facis, exclamo; quo nunc mea gaudia defers?
 Injiciam dominas in mea jura manus. 30
 Hæc tibi sint mecum, mihi sint communia tecum.
 In bona cur quisquam tertius ista venit?
 Hoc ego; quæque dolor linguæ dictavit: at illi
 Conscia purpureus venit in ora pudor.
 Quale coloratum Tithoni conjuge cælum 35
 Subrubet. aut sponso visa puella novo.
 Quale rosæ fulgent inter sua lilia mistæ:
 Aut ubi cantatis Luna laborat equis:
 Aut quod, ne longis flavescere possit ab annis,

Mæo-

At cum discedit mensa conviva remota.
 Met. XIII.

Mensâ somnum petiere remota.

Virgilius,

Postquam exexta fames epulis, mensæque remota.

&

Postquam prima quies epulis mensæque remota.

contra ponere & apponere mensam passim occurrit. sed quid in re trita moramur? Heinfs. levat.] Abierat.

22. *Compositi.*] Sic libro superiore, & bene compositus vino somnoque jacebit.

23. *Improbata.*] Lasciva & proterva.

26. *Cupido mollis amica viro.*] Optimus Palatinus & Neapolitanus, *cupido suo.* Ep. xx.

Utraque victorem nempe secuta suum. sic libri nonnulli veteres. Remedio Amoris,

Frigidior glacie sac videare tua.

hoc est, dominæ. ut recte veteres libri Plura illic. Heinfsius.

29. *Quo nunc mea gaudia differs!*] Neapolitanus & quatuor alii, *defers*, cum Scaligeri excerptis. recte. quo jam excerpta Puteani. Forte quoniam? atque ita Arondelianus. Idem.

31. *Hæc tibi sunt mecum, mihi sunt.*] Menteljanus sunt utroque loco. idque rectius. Idem.

33. *Hæc ego.*] Hoc Puteaneus. Idem. *Hoc ego.*] Subaudi, dixi clamitans & increpitans. *Quæque dolor linguæ dictavit.*] Suaviter dicit, quæcumque ex dolore loqui coactus sum. *Lingua.*] Est dativ.

34. *Venit in ora pudor.*] Rubor quidam scripti. & placet. Catull. *Conscius ore rubor.* Heinfsius.

35. *Coloratum.*] Proprie dixit: colorari enim id dicitur, cujus alia sit quam fuit facies. *Tithoni conjuge.*] I.e. Aurora.

39. *Flavescere.*] Flavum colorem vetustate contrahere.

40. Mæo-

Mæonis Assyrium foemina tinxit ebur. 40
 His erat, aut alicui color ille simillimus horum:
 Et nunquam casu pulchrior illa fuit.
 Spectabat terram; terram spectare decebat.
 Mæsta erat in vultu; mæsta decenter erat.
 Sicut erant, (& erant culti) laniare capillos; 45
 Et fuit in teneras impetus ire genas.
 Ut faciem vidi, fortes cecidere lacerti:
 Defensa est armis nostra puella suis.
 Qui modo sævus eram, supplex ultroque rogavi,
 Oscula ne nobis deteriora daret. 50
 Risit, & ex animo dedit optima: qualia possent
 Excutere irato tela trifulca Jovi.
 Torqueor infelix, ne tam bona sumserit alter:
 Et volo non ex hac illa fuisse nota.
 Hæc quoque, quam docui, multo meliora fuerunt; 55
 Et quiddam visa est addidicisse novi.
 Quod nimium placuere, malum est: quod tota labellis

Lin-

40. *Mæonis fœmina.*] Id est, Lydia: Mæonia enim regio est minoris Asiæ, quæ etiam à Lydo, Atys filio, Tyrreni fratre, Lydia cognominata fuit. *Assyrium.*] Assyrium pro Indicum dixit, Assyria enim proxima est Indiæ. *Tinxit.*] Scilicet ostro.

41. *Hic erat aut aliquis color ille simillimus horum.*] Legendum *His erat, aut alicui, cum Puteaneo, Sarraviano & quibusdam aliis, quod & Naugerius in suis invenerat.*

44. *Decenter.*] Cum decore.

45. *Sicut erant, & erant culti.*] *Culti* meliores omnes, sic inculti capilli & inculta coma passim. *Fest. III.*

Edidit incultis talia verba comis.
Heinsius.

46. *Et fuit in teneras.*] *Laniare capillos* Mens fuit quinque scripti cum primâ editione. *Idem. Impetus.*] Scilicet mihi.

48. *Suis armis.*] Id est, pulchritudine.

51. *Risit & ex animo dedit oscula.*]

Imo optima cum Puteaneo, Arondeliano, & tribus aliis. *Sequentia confirmant. Heinsius.*

53. *Ne tam bona senserit alter.*] Excerpta Scaligeri & Puteani cum Sarraviano & uno Palatino, *sumserit.* recte. *Art. Am.*

Oscula qui sumsit, si non & cætera sumsit.
supra El. IV.

Oscula jam sumet, jam sola nec Oscula sumet.

infra El. XI.

Et multa sine ordine sumam oscula.

Fest. III.

Oscula sumitur subito Mars aspicit Anam.

Tibull.

Osculaque adnota sumere rapta manu.

Heinsius. Alter.] *Rivalis meus.*

45. *Et volo non ex hac illa.*] *Vel vellem* unus Moreti. *Lege,*

Et vellem ex hac non illa fuisse nota.
vel, Deque velim non hac illa fuisse nota.
Heinsius.

61. Nam

Lingua tua est nostris, nostra recepta tuis.
Nec tamen hoc unum doleo: non oscula tantum

Juncta queror; quamvis hæc quoq; juncta queror: 60
Illa, nisi in lecto, nusquam potuere doceri.

Nescio quis pretium grande magister habet.

61. Nunquam potuere doceri.] Nusquam Puteaneus & alii nonnulli. recte. Idem.

ELEGIA VI.

In mortem Psittaci.

Psittacus, Eois imitatrix ales ab Indis,
Occidit. exequias ite frequenter aves.

Ite, piæ volucres; & plangite pectora pennis;

Et rigido teneras ungue notate genas.

Horrida pro moestis lanietur pluma capillis:

Pro longâ resonent carmina vestra tubâ.

Quid scelus Ismarii quereris, Philomela, tyranni?

Ex-

Psittacus, Eois imitatrix ales ab Indis,
Occidit.] Psittaci, quem sibi ab Orientalibus oris missum puellæ suæ donarat Ovidius, interitum defiet. Ales mihi missus ab Indis.] Imitatrix ales ab Indis probe Puteaneus, & Regius, & unus Moreti, & tres quatuorve alii, cum Arondeliano, quod Brissonius & Carrion jam monuerunt. Statius,

Humanæ follers imitator Psittace lingua.
Ψιττακὸς ὁ βοτόρυγος in Anthologia l. 1. Heinſ. Ales imitatrix.] — Illa loquax humana vocis imago. Nl. 37. Hac Ep.

2. Exequias ferte.] Minus hoc Latinum. & sane iidem libri exequias ite. quod verum est. sic & pompam funeris ire Fast. vi. ut habent libri veteres. Heinſius.

3. Plangite.] Percutite. Et pectora plangite pennis.] Et passis plangite pennis Arondelianus, sic passâ comæ frequenter apud nostrum, passâ palma apud Germanicum Arateis, passis victoria pennis nostro infra lib. iiii. El. ii. Heinſ.

5. Horrida.] Turbata. Lanietur.] In summo enim dolore capillos lacerare consueverant.

6. Pro longâ resonent carmina vestra tuba.] Arondelianus & unus Medicus nostra. Forte garrula rostra. Heinſius. Pro longâ resonent.] De funesta tibia loquitur. Institutum enim erat apud antiquos, ut præcedentibus tubicinibus cadavera ad sepulchrum efferrentur. Hinc (ut Aulus Gellius ait) siticines appellati sunt tubicines, quod apud siros, hoc est, vita functos & sepultos, canere soliti sunt. Longa.] Directa. Nam & cornicines in funeribus adhibebantur.

7. Quid scelus.] Puteaneus Quod. opinor Quo Heinſius, Quid scelus.] Fabulam scribit Naso libro sexto Metamorphos. Hic horratur Naso lusciniam, quæ antiquæ injuriæ sibi à Tereo illatæ memor, flebilibus vocibus scelus illud queri videtur, ut psittaci mortem querulis cantibus deplorat. Scelus.] Struprum, & linguæ abscissionem. Ismarii.] Threjiæ; à monte Ismaro Thraciæ, quem maxime incoluit Orpheus. Tyrannum Ismarium appellat Tereum, qui rex Thracum fuit. Philomela.] Quæ in lusciniam versa est.

9. M-

Expleta est annis ista querela suis.
 Alitis in raræ miserum devertite funus.
 Magna, sed antiqui causa doloris Itys.
 Omnes, quæ liquido libratis in aëre cursus;
 Tu tamen ante alias, turtur amice, dole.
 Plena fuit vobis omni concordia vitâ,
 Et stetit ad finem longa tenaxque fides.
 Quod fuit Argolico juvenis Phocæus Orestæ:

10

15

Hoc

9. *Miserum devertite funus.*] Devertite scripti. Lege devertite. ad Philomelam enim sermo est. quod ex versu proxime sequenti satis apparet. Art. Amat. 11.

Dolla quid ad Medicas Ermo devertitis artes?

ita codices vetusti. Met. lib. 12.

Inferior virtus mea devertit ad artes. Pont. iv. El. xiv.

Ad vates scopulos iterum devertit. Virgil.

Castalam molli devertitur orbita clivo. quomodo omnes vetusti codices, quos ego ac Pierius Valerianus inspeximus. Suetonius in Tiberio cap. xii. *nemine enim imperio aut magistratu tendente ququam, quin devertiretur Rhodum.* ita scripta exemplaria. malim etiam *Alitis* in cara quam rara. quia mox sequitur, *rari forma coloris.* Heinsius.

10. *Magna sed antiqua est causa doloris Itys.*] Sed antiqui causa doloris bene Sarravianus. *antiqua est Neapolitanus corrupte.* Idem. Itys.] Progne, soror Philomelæ, quæ facta hirundo est. Met. 6.

11. *Libratis in aëre pennas.*] *Cursus* scriptis meliores. Noster Art. Am. lib. 11.

Et movet ipse suas et nati respicit alas

Dadalus: et cursus sustinet usque suos. Statius Theb. 111.

Norma sub excelsa spirantis limite caeli,
Amphiharas, vides. cursus ut nulla serenos
Alas agat?

ita & mox pro volatu dicebant. de quo ad Raptum Proserpinæ in Claudiano l. 11. v. 74. *Heinsf. Libratis in aëre cursus.*] Id Virgil. illustrat. 4. Æn.

Hic primum paribus natus Cyllenius alis
Constitit: hinc toto præceps se corpore ad
undas

Misu ———

Quod & Metam. 2. v. 710.

Hinc se sustulerat paribus Caducifer alis. Ex Homer. Odysl. 1. v. 51.

——— λ' ἐγὼ ὀνείδι ἰοῦναις.

Spectamus enim hic Mercurium

——— avi similem.

12. *Turtur amice dole.*] *Turtur amica* unus Vaticanus. quomodo dici posse notant ad Virgilium veteres Grammatici. Heinsius.

14. *Longa tenaxque fides.*] Fragmentum Patavinum firma. ut in Pont.

Firma tenaxque licet, solvetur in aequore
navis. Idem.

15. *Quod fuit.*] Talem dicit fuisse inter plittacum & turturem amicitiam, qualis fuit olim inter Orestem & Pyladem. *Argolico.*] Fuit enim Orestes Agamemnonis regis Mycenarum filius. *Juvenis Phocæus.*] Id est, Pylades, Serophii Phocensis filius. *Argolico Orestis.*] *Orestes* Puteaneus & Neapolitanus. bene. dictum Ep. viii. v. 9. *Heinsf. Juvenis Phocæus Orestæ.*] Huius mentionem facit Cicer. de Finib. Tria, inquit, vix amicorum paria reperimur, ut ad Orestem pervenias, profectus à Thefeo. Hinc Pylades amicitia. De Thefeo Bion. Idyll. 5. in fragment.

Ὀλέω ἢ θάσους τῶ περιθίω παρ' αὐτῷ.

Et mox de Oreste subjungit.

Ὀλέω ἢ χαλεποῖσιν ἢ ἀξίωσιν οἷν Οἰσῆος,

Ὀλέω

Hoc tibi, dum licuit, Psittace, turtur erat.
 Quid tamen ista fides? quid rari forma coloris?
 Quid vox mutandis ingeniosa sonis?
 Quid juvat, ut datus es, nostræ placuisse puellæ?
 Infelix avium gloria, nempe jaces. 20
 Tu poteras fragiles pennis hebetare smaragdos,
 Tincta gerens rubro Punica rostra croco.
 Non fuit in terris vocum simulacior ales:
 Reddebas blæso tam bene verba sono.
 Raptus es invidiâ. non tu fera bella movebas: 25
 Garrulus, & placidæ pacis amator eras.
 Ecce, coturnices inter sua prælia vivunt:
 Forsitan & fiant inde frequenter anus.
 Plenus eras minimo: nec præ sermonis amore

In

ὄψις αἰ ξυνὰς Πυλῶδας ἄρτο κς-
 λειβος.

17. *Quid tamen.*] Subaudi profuit, aut juvat. *Rari coloris.*] Raræ enim aves virides sunt, ut psittacus.

19. *Ut datus es.*] Id est, Postquam datus es.

21. *Virides pennis hebetare smaragdos.*] Smaragdi proprie virides. Scripti tamen meliores magna ex parte, & in his Puteaneus, *fragiles*. Heins. *Pennis.*] Plumis tuis. *Hebetare.*] Id est, efficere, ut obscuri, hebetes, & minus virides viderentur, comparatione tuarum pennarum.

22. *Rostra punica.*] A colore rubeo & splendido, qui puniceus, Græce πορφυρεὶς dicitur.

23. *Vocum simulacior ales.*] Quatuor libri veteres *simulacior*, quo & alii nonnulli alludunt, quos inter Palatinus optimus & Arondelianus, *simulacior* exhibentes. sic *sonax concha*. lib. 1. Met. & *vigilaces cura* lib. 11. & *expugnax herba* lib. XIV. & *sumax sulphur* Fast. IV. *liquaces rivi* Remed. Am. v. 177. ex scriptis libris. & similia, de quibus suo loco. *crepacem molam* Mæcenâs dixit apud Senecam Epist. cxiv. Cicero Catone, Ne

vera de se prædicans nimis videretur aut insolens aut eloquax. ut ibi est in vetustissimis libris. apud Plautum *trahax*. apud Gratium *chiraces laquei*. apud Cajum l. 18. D. de ædil. edict. *servus curax*. si laboriosum aut curacem aut vigilacem esse adfirmaverit. apud Symmachum lib. 1. Ep. XII. *retinax advenarum lotos*. equis *sternax* Maroni & Silio Italico. *ragax* apud veterem poetam, qui nunc non succurrit. *capax*, *rapax*, *edax*, *emax*, *salax*, *vorax*, & similia apud nostrum. Heinsius.

24. *Blæso.*] Balbutiente: nam à natura soli homini sermo attributus sit.

26. *Garrulus.*] Loquax.

27. *Ecce coturnices.*] Dolet, quod ferociiores aves vivant, & placidissimus psittacus perierit. *Inter sua.*] Perdicum autem & coturnicum pugnas inter se, describit Aristoteles libro nono de Animalibus, capite octavo. *Inter fera prælia vivunt.*] Sua prælia meliores. recte. nam fera bella paulo ante præcesserant. Heinsius.

28. *Forsitan & fiant.*] Fiant Puteaneus & unus Moreti in nonnullis aliis *fient*. proxime verum. *Idem.*

29. *Plenus.*] Satur.

10. In

In multos poteras ora vacare cibos.
 Nux erat esca tibi; causæque papavera somnis:
 Pellebatque sitim simplicis humor aquæ.
 Vivit edax vultur, ducensque per æra gyros
 Milius, & pluvizæ graculus auctor aquæ.
 Vivit & armiferæ cornix invisa Minervæ;
 Illa quidem sæclis vix moritura novem.
 Occidit ille loquax, humanæ vocis imago,
 Psittacus, extremo munus ab orbe datum.
 Optima prima ferè manibus rapiuntur avaris;
 Implentur numeris deteriora suis.

30

35

40

Tri-

30. In multos poterat ora vacare cibos.] Poteras ora vacare multi ex scriptis. at Puteanus & Arondelianus poterat ora vacare. eleganti Græcismo. quod & in suis Dominicus Marius Niger videtur invenisse. Unus Vaticanus poterat ore vacare. Heinsius.

31. Nux.] Amygdalam intellige: Pŭtæconum aurem peculiaris eibus amygdala. Causa somni.] Apposio est. Causa que papavera somni.] Somnis Neapolitanus. Fast. IV.

— somni que papavera causas
 Dat tibi cum tepido lacte bibenda puer,
 Heinsius.

32. Simplicis.] Non mixta alio liquore.

33. Vultur.] Hæc avis triduo ante, aut biduo volat, ubi eadavera futura sunt. Ducinus per æra gyros.] Gyros, circuitus, orbis. Sic in 2. Metam. Hæcque Non agit in restum, sed in orbem curvat eundem. Ducinus per æra gyros Milius.] Milius Puteanus, Arondelianus, & sex alii. quomodo passim apud veterum in optimis exemplaribus. ut Puteanus lib. 11. bis, & Met. 11. sic & apud Horatium l. 1. Epist. XVI. Caterum lege cum uno Vaticano & Farnesiano ducensque per æra gyros. sed & pluvia graculus auctor aquæ existimo scribendum pro auctor. Horat. lib. 111. Od. XVII.

— aqua nisi fallit augur
 Annota cornix,

& Od. XVII.

Imbrium divina avis imminebat.
 posset & legi garrulus augur, ut de corvo intelligatur, quæ avis imbrium præsaga habetur. Certe garrulus auctor est in multis scriptis. sed graculus pluvias prædicat apud Avicium in prognosticis. Heinsius.

35. Invisa Minervæ.] Ad fabulam alludit, quam ipse lib. 2. Metam. scribit.

36. Quidem sæclis vix moritura novem.] Hæc secundum Hesiodum, quæ comici novem nostras attribuit ætates: ut refert etiam Plinius lib. 7.

37. Illa loquax.] Ille sex scripti. Heins. Humana vocis imago Psittacus.] Plin. l. 10. Natur. hist. Super omnia, inquit, humanas voces reddunt psittaci: & quidem sermoneantes, imperatores saluant, &c.

38. Ab extremo orbe.] Id est, ab extrema & ultima orbis parte, India ab oriente.

39. Optima prima ferè, &c.] Optima, inquit, primum intereunt: pessima autem supersunt, & diu vivunt, cum contra evenire deberet.

40. Implentur numeris.] Quam distinctissime vivunt. De ratione horum numerorum vide Macrobi. ad Somn. Scipion. c. 13. ubi inter alia hæc habentur. Constat enim, numerorum certam constitutionem rationem animam sociare corporibus. Hi numeri dum supersunt, corpus animari non desinit. Cum vero deficiunt, magis ar-

Tristia Phyllacidae Therfites funera vidit:

Jamque cinis, vivis fratribus, Hector erat.

Quid referam timidæ pro te pia vota puellæ;

Vota procelloso per mare rapta Noto?

Septima lux aderat, non exhibitura sequentem: 45

Et stabat vacuâ jam tibi Parca colo.

Nec tamen ignavo stupuerunt verba palato.

Clamavit moriens lingua, Corinna, vale.

Colle sub Elyfio nigrâ nemus ilice frondens,

Udaque perpetuo gramine terra, viret. 50

Si qua fides dubiis; volucrum locus ille piarum

Dicitur, obscœnæ quo prohibentur aves.

Illic innocui late pascuntur olores:

Et vivax Phoenix, unica semper avis.

Explicat ipsa suas ales Junonia pennas: 55

Oscula

arcana illa vis solvitur, quâ societas illa constabat. Impletis igitur numeris, corpus fatiscit, animaque seducitur artibus. Quod Virgil. attingit lib. 6. Aeneid. Exploro numerum, ubi Servius minus placet.

41. *Phyllacida.*] Id est, Protefilai. Hic ex Phylace oppido Thessaliæ oriundus, filius fuit Ispthili. Ejusdem uxor Laodamia Phylacæja dicta est. *Thersites.*] Vir Græcus fuit, *Quo non deformior alter Venerat ad Trojam, linguave protervior alter:* cum igitur ita & corporis & animi vitiis insignis esset, superstes tamen fuit Protefilao. *Thersites.*] Hoc ex Sophocl. Philoct. vers. 442. & seqq. illustratur.

42. *Hector cinis.*] Sic Senec. de Hercule in Octa.

— *sam parvus cinis*

Herculeus, huc huc ille decrevit gigas.

O quanta, Titan, in nihil moles abit.

Et alibi,

Hoc est quod digitis quinque levatur onus.

Vivis fratribus.]

Quod ex Homer. Iliad. α. 260.

Τὸς μὲν ἀπὸ πάντων Ἀχαιῶν, τὰ δ' ἐκὼν ἅπαντα λαίεπτα.

ubi plura invenies huc spectantia.

43. *Timida.*] Timens, ne morentia.

44. *Rapta noto.*] Id est, irrita, & quæ nullum pondus habuerunt.

45. *Non exhibitura.*] Non data. *Sequentem.*] Perit enim septima die.

47. *Ignavo.*] Pigro, & torpente præ ægritudine. *Stupuerunt.*] Proferri non poterunt.

49. *Colle sub Elyfio.*] Animæ pluriaci mortui, quasi hominis dat Elyfium. *Nigra.*] Umbrosa. *Densa nemus ilice frondet.*] Excerpta Politiani, & unus Medicus frondens. ut ad Tò viret referatur nisi sequenti versu *Uvida* malis pro *Udaque*. nam unus Vaticanus *Vivida*. Heinsius.

50. *Perpetuo.*] In Elyfiis enim campis ver est perpetuum.

52. *Obscœna.*] Turpes, rapaces: ut vultures, milvii, harpyjæ, & hujusmodi.

54. *Unica semper avis.*] Unum enim in toto orbe, nec visum magnopere dicunt.

55. *Explicat ipsa suas ales Junonia pennas.*] Atque suas alii multi, necurum satisfacit. forte legendum,

Explicat hic pictas ales Junonia pennas. vel Explicat & passas pennas. ut de pavo Horatius,

picta

Oscula dat cupido blanda columba mari.
Psittacus has inter, nemorali sede receptus,

Convertit volucres in sua verba pias.

Ossa tegit tumulus: tumulus pro corpore parvus:

Quo lapis exiguus par sibi carmen habet.

60

[Colligor ex ipso dominæ placuisse sepulcro.

Ora fuere mihi plus ave docta loqui.]

— *picta pandit spectacula cauda.*
Heinsius. Tale quid latere existimo.
Ales Junonia.] Pavo. Pavones enim esse dicuntur in Junonis tutela.

57. *Nemorali sede.*] Nam dicit: Colle sub Elysio nigra nemus ilice frondet.

58. *Convertit volucres in sua vota pias.*] In sua verba scripti. Heins. In sua verba.] Dicit psittacum & iisdem verbis, & humanis vocibus, quibus dum viveret, ad se homines convertebat & alliciebat, mortuum in Elysiis piarum avium umbras ad se itidem attrahere. Nam (ut in 6. Æneid. docet Maro) apud inferos iisdem quemque studiis teneri, quibus in vita delectabatur.

59. *Tumulus, pro corpore magnus.*] Pu-

teaneus alter cum excerptis Vossii pro corpore parvus. excerpta Politiani parvo. parvus res ipsa est. Callimachus in Epigrammatis,

Σύντομον ἢν ὁ ξείνός, ὁ καὶ τὰς
ἑμακρὰ λίσσῃ.

Nostr lib. IV. Met.

Conataque loqui minimam pro corpore vocem

Emittunt.

Met. XIII.

Sentiet esse mihi tanto pro corpore vires.

Fast. lib. I.

Diva viro facies: vires pro corpore: corpus Grande.

Postremum hujus Elegiæ distichon ab alienâ manu videtur. Heinsius.

ELEGIA VII.

Amicæ se purgat, quod ancillam non amet.

ERgo ego sufficiam reus in nova crimina semper?

Ut vincam, toties dimicuisse piget.

Sive ego marmorei respexi summa theatri;

Eligis è multis, unde dolere velis.

Can-

ERgo ego sufficiam reus in nova.] Con-
suetudinem cum Cypassi Corinnae
ancilla furtim habebat Naso, quod ne-
scio quo pacto persensisse videbatur Co-
rinna: unde vehementer irata, & ipsi
Nasoni, & ancillæ furtivos concubitus
frequenter objiciebat. In hac igitur ele-
gia Poëta se expurgat, affirmans multis
argumentis, ancillam pellicatus falso
accusatam esse. Ergo.] Particula hæc in-
dignationem continet. Domini.

2. *Ut vincam, toties dimicuisse pi-
get.*] Ego: Etiam si vincam, &
obtimeam, tamen me pudet toties
contendere ac dimicare. Myll. *Toties
dimicuisse pudet.*] Piget meliores. Hein-
sius.

3. *Sive ego.*] Zelotypiam mulieris
ostendit. Summa.] E quibus ludos spe-
ctabant mulieres.

4. *E multis.*] Scilicet foeminis. Velis.]
Quasi merito dolere non possis.

C c

No -

Candida seu tacito me vidit foemina vultu;

In vultu tacitas arguis esse notas.

Si quam laudavi; miseros petis ungue capillos:

Si culpo; crimen dissimulare putas.

Sive bonus color est, in te quoque frigidus esse;

Seu malus, alterius dicor amore mori.

Atque ego peccati vellem mihi conscius essem.

Aequo animo poenam, qui meruere, ferunt.

Nunc temere infimulas: credendoque omnia frustra,

Ipse vetas iram pondus habere tuam.

Aspice, ut auritus miserandae fortis asellus

Affiduo domitus verberare lentus eat.

Ecce, novum crimen, follers ornare Cypassis

Obji-

6. *Notae.*] Signa amatoria.

7. *Petis ungue.*] Laceras, scindis per dolore: credis enim me captum amore puellae, quam laudo. *Capillos.*] Tuos.

9. *Color bonus.*] Vivus, purpureus. Sic Cic. 1. Officior. *Bonitas coloris.* Dicit autem Poëta; Suspicias te negligi, cum valeo, & colore sum vivo: sed autem pallo, me fingis uri & carpi alterius puellae ignibus.

11. *Atque ego peccati vellem modo conscius esse.*] *Vellem mihi conscius essem* meliores, quo & alii nonnulli tendunt, in quibus, *vellem mihi conscius esse.* Met. XIII. ut & illic optimi codices,

Es quod precipue vellem tibi demere possem. Heinsius.

Atque ego.] Quam caute crimen dissimulas. Vellem, inquit, peccassem, in quo me accusas, ut poenam patientius ferrem.

13. *Nunc temere infimulas.*] *Insultas* Neapolitanus cum excerptis Scaligeri & Puteani. frustra. Festus: *Infimulare*, crimen in aliquem confingere. Glossæ Stephani, *Infimulari*, διαβάλλει. Heinsius.

15. *Auritus asellus.*] Hinc adserenda vetus scriptura Phædro lib. 1. Fab. XI. de asino & leone venantibus,

— hic auritus

Clamorem subitum totis tollis viribus.

ita enim veterimæ Vossii schedæ. nisi quod *auriculus* mendose exhibebant. mox cum eodem codice reponit in Phædro,

Leonis adsignatur horrendo impetu.

Heinsius.

16. *Verberare tardus esse.*] *Lentus* est prima editiones & scripti. sic noster de asino semper. Met. XI.

Induciturque aures lente gradientis aselli. & alibi. *Idem.*

17. *Ecce tuum follers caput exornare Cypassis.*] Codices vetustiores magno numero, recte,

Ecce, novum crimen, follers ornare Cypassis.

ornare enim non caput ornare dicebant. hinc & *ornatrices* in Gruteri Inscriptionibus ancillæ, quæ comabant heras, passim dicuntur. sic *ornatrix* à similibus pag. DLEXIX. APONIE SUCCESSÆ A TUTUL. ORNATA. G. BATONIUS EPIGONUS ATRIENSIS. de titulis vide Varionem & Festum. & pag. MCKVIII. *ornatrix galeæ.* CALPURNIA L. ET D. L. GALEÆ ORNATRIX. ubi nota *galeam* dici pro *galero* vel *galericulo* comæ adfixit. noster lib. 1. El. XIV.

Ornatrici tuæ corpore semper erat.

& Arte Amatoria.

Tua sit ornatrici.

duo

Objicitur dominæ contemnerasse torum.

Dī melius, quam me, si sit peccasse libido,

Sordida contemptæ sortis amica juvet!

20

Quis Veneris famulæ connubia liber inire,

Tergaque complecti verbere secta velit?

Adde, quod ornandis illa est operata capillis;

Et tibi per doctas grata ministra manus.

Scilicet ancillam, quæ tam tibi fida, rogarem?

25

Quid, nisi ut indicio juncta repulsa foret?

Per Venerem juro, puerique volatilis arcus,

Me non admissi criminis esse reum.

duo codices non male;

Ecce (novum crimen) solers ancilla
Cypassis, Heinfs.

19. Si sit peccasse libido.] Si sic iidem
meliores. Forte,

Dī melius, quam, si mihi sit peccasse
libido. Idem.

23. Ornandis operosa est illa capillis,]
Illa est operata Puteaneus, Neapolitanus,
&c. unus Palatinus, bene. Met. VII I.

— studioque operatus inhaesi.

ubi male oneratus legebatur. votis pudicis
operari Ep. IX. VI. 35. sistris Isidis operari
Art. Am. operari sacris sæpe alibi. Idem.
Operosa.] Solers, & quæ comendis capil-
lis operam diligenter impendit.

24. Et tibi per doctas grata ministra ma-
nus.] Perdocta est Puteaneus. Puto per-
docta manu. sic eandem ponendis capillis
perfectam mox vocat. Ponticis,

Dignam Maonis Phœacida condere chartis

Cum te Pierides perducere tua.

usi eo verbo quoque non semel Lucre-
tius, Cicero, alii. Heinfs.

25. Quæ sit tibi fida rogarem.] Qui erat
tibi fida. Puteaneus mendose. alii con-
plures quæ tam tibi fida. recte. Idem.

26. Quid, nisi ut.] Rectius videatur,
Quo? nisi ut indicio juncta repulsa foret.
Idem. Quid.] Nisi ut præter repulsam,
dominæ etiam indicaret, me fidem fal-
lere voluisse.

27. Per Venerem juro.] Sic Tibul. I.
Eleg. 4.

Nec jurare time. Veneris perjuriam venti

Irrita per terras, & freta summa fe-
riunt.

Quod tamen male præcipitur: & ple-
rumque pejus provenit.

28. Me non esse reum.] Id est, me non
petcasse. Domin. Admissi.] Peccati. Mi-
cyl.

ELEGIA VIII.

Ad Cypassin ancillam Corinnæ.

PONendis in mille modos perfecta capillis,
Comere sed solas digna Cypassi Deas;

Et

PONendis in mille modis.] Modos bene
Puteaneus. Heinfs. Comendis in mille
modos perfecta, capillis, &c.] Cypassin in-
terrogat, unde Corinna furtivos ejus

concubitus scire potuerit: & se laudat,
quod egregie crimen dissimulaverit. Co-
mendis.] Ornandis. Legitur in vetustis-
simis codicibus, Ponendis in mille, &c.
Mills

Cc 2

Et mihi jucundo non rustica cognita furto;

Apta quidem dominæ, sed magis apta mihi;
Quis fuit inter nos sociati corporis index?

Sensit concubitus unde Corinna tuos?

Num tamen erubui, num verbo lapsus in ullo

Furtivæ Veneris conscia signa dedi?

Quid, quod in ancillâ si quis delinquere posset,

Illum ego contendi mente carere bonâ?

Theſſalus ancillæ facie Briſeïdos arſit?

Serva Mycenæo Phœbas amata duci.

Non ego Tantalide major, nec major Achille.

Quod decuit Reges, cur mihi turpe putem?

Ut

Mille modos.] Varie enim caput sibi ornant mulieres. *Perſecta.*] Perſiſſima.

7. *Non tamen.*] Nam non alter Mentelii. Nunc tamen Puteaneus. lege Num tamen, nam idem codex mox num verbo cum Neapolitano. ſex alii non verbo. vulgati nec Heinſ. *Tamen.*] Quamvis perſenſerit. *Erubui.*] Conſcius enim ſibi commiſſi criminis, cum arguitur, erubeſcit. *Lapſus verbo ullo.*] Id eſt, titubavi, quod evenit illis, qui ſunt ſibi conſcii peccati. *Verbo lapſus.*] Ter. Heaut. 2.2. Clin. Verum illa ne quid titubet. S. perdocta eſt probe. Quod ex Plauto ſuo, ut pleraque tranſtulit. Iſti autem homines dicuntur ſacundè mali.

9. *Quid quod in ancillam.*] Ancillâ reſtius Puteaneus cum quatuor aliis. duo ancillas. Heinſius.

10. *Mente bona.*] Communi ſenſu.

11. *Theſſalus ancilla facie.*] Ducum exemplo dicit non pudendum eſſe domino, ancillæ amorem. *Facie Briſeïdos ancilla.*] Huc alludit Horat. ex Homero:

— prius inſolentem

Serva Briſeis niveo colore

Morſit Achillem. 2. carn. Od. 4.

Theſſalus.] Achilles, qui Theſſalia fuit oriundus. *Ancilla.*] Serva, captiva. *Briſeïdos.*] Hippodamiam dicit, Briſei filiam, quam Achilles amavit, everſa ejus patria Lyrneſſo, captam. *Serva, &c.*]

Exemplum aſſert etiam Agamemnonis, qui Caſſandram Priami regis filiam amavit, eamque poſt everſum Ilium captivam ſecum in Græciam abduxit.

12. *Serva.*] Captiva. *Mycenæo duci.*] Id eſt, Agamemnoni, qui Mycænæ oriundus fuit. *Phœbas.*] Mænas, vates. Caſſandram designat, quæ à Phœbo vaticinandi facultatem acceperat. *Serva Mycenæo duci.*] Qua de cauſa etiam Clytemneſtra in caput Agamemnonis cum Ægiſtho conſpiravit. Senec. Agam. vſ. 255.

Teneſque regem ſamula veridici Dei.
Fereſne thalami viſita conſortem tui.

Quod ex Æſchyl. Agam. vſ. 1436.

“Ητ' αἰχμάλωτ' ἦδ' καὶ τερασκό-
πῳ.”

Καὶ κοινὸν αὐτῶν τῶδε, διερρατὶ
λόγῳ.”

Πλὴν ἔστιν.”

53. *Nec ſum Tantalide, nec forti major Achille.*] Nec ſum Tantalide major, nec major Achilli Puteaneus. plures etiam alii major nec major Achille &c placet. multi Non ſum ego. ſed recte tres cum Arondeliano, Non ego Tantalide. Sarra-
vianus Non ſum Tantalide. Heinſ. *Tantalide.*] Id eſt, Agamemnone cujus avus fuit Tantalus, à quo patronymicum eſt Tantalides.

16. Vi-

Ut tamen iratos in te defixit ocellos;

15

Vidi te totis erubuisse genis.

At quanto, si forte refers, presentior ipse

Per Veneris feci numina magna fidem!

Tu Dea, tu jubeas animi perjuria puri

Carpathium tepidos per mare ferre Notos.

20

Pro quibus officiis pretium mihi dulce repende

Concubitus hodie, fusca Cypassi, tuos.

Quid renuis, fingisque novos, ingrata, timores?

Unum est è dominis emeruisse latis.

Quod si stulta negas, index anteaecta fatebor;

25

Et veniam culpæ proditor ipse meæ.

Quoque loco tecum fuerim, quotiesque, Cypassi,

Narrabo dominæ, quotque quibusque modis.

16. *Vidit te totis.*] *Vidi* scribendum cum nonnullis scriptis, nisi malis *sensu*. Nam duo codices *sensu*. Superiori etiam versu concinnius legas in *me defixit*, quam, in *te*. Heinsius.

17. *Quanto presentior.*] *Quam* tu scilicet: hoc est, audacior. *Si forte refert.*] *Refert* libri veteres. quod verum esse monui Epist. v. v. 113. Tanaquillus Faber ad Phædrum lib. III. malit legi, *si fors refert*. hoc est, interest. sed frustra. Heinsius.

19. *Tu dea.*] Per apostrophem, Venerem alloquens, ab illa veniam petit: precaturque, ne male sibi eveniat perjurium. *Animi perjuria nostri.*] *Animi puri* Putaneus & Arondelianus. optime: sic pure sacra facere & similia. sic animum purum & religiosum Cicero conjungit: purum & insontem Horatius. *Deus pura mente colendus* in distichis, quæ sub Catonis nomine circumferuntur. Heinsius. *Animi*

perjuria puri.] Improbè sibi ignoscit poetæ. An, cum lingua juravit, mens injurata dici potest?

20. *Carpathium.*] Carpathus insula est inter Ægyptum & Rhodon posita, quæ Carpathio mari nomen dedit. Pro quocunque mari posuit Naso.

21. *Officiis.*] Quia tuam causam egi apud Corinnam, quæ propter pellicatus suspicionem te odio prosequabatur.

22. *Fusca.*] Est etiam in fusco grata colore Vennus.

24. *Est unum è dominis promeruisse satis.*] *Unum est è dominis emeruisse satis* Putaneus & Neapolitanus cum Arondeliano & quinque aliis. plures *Est unum è dominis emeruisse*. puto *demeruisse* l. 11. Art.

Nec tibi sit servos demeruisse pudor. vide tamen quæ noto ad Epistol. vi. v. 138. ubi *emereri* pro *demereri* nonnumquam sumi docuimus. Heinsius.

ELEGIA IX.

Ad Cupidinem.

O Nunquam pro me fatis indignate Cupido,
O in corde meo desidioſe puer!

Quid me, qui miles nunquam tua ſigna reliqui,
Lædis? & in caſtris vulneror ipſe meis?

Cur tua fax urit, figit tuus arcus amicos?

Gloria pugnantes vincere major erat.

Quid? non Hæmonius, quem cuſpide pertulit, heros,

Conſoſſum medicâ poſtmodo juvit ope?

Venator ſequitur fugientia, capta relinquit:

Semper & inventis ulteriora petit.

Nos tua ſentimus populus tibi deditus arma:

Pigra reluctanti ceſſat in hoſte manus.

Quid juvat in nudis hamata retundere tela

Oſſibus? oſſa mihi nuda relinquit amor.

Tot

1. O Nunquam pro me ſatis indignate Cupido.] Amantium levitatem & inſtantiam exprimens Naſo, Cupidinem alloquitur. Nunquam pro me.] Contra me ſemper ſtas, me figis, in meo corde deſides.

3. Qui nunquam, &c.] Idem in primo dixit, Non ſum deſertor amoris. Nunquam reliqui.] Semper enim amavi.

6. Pugnantes.] Juvenes & puellas tibi reluctantes, & qui tui imperii jura fugiunt.

7. Quid non, &c.] Conveniens eſſe dicit, ut illata ſibi vulnera, eorum auctor Cupido ſanaret. Ut olim, Vulneris auxilium Pelias hafta tulit. Ammonius.] Theſſalus. Quem.] Telephum. Cuſpide.] Peliadis hafta. Heros.] Achilles.

8. Conſoſſum.] Vulneratum. Juvit.] Sanavit. Cum petit, medica poſtmodo juvit ope.] Conſoſſum recte meliores. duo Conſoſſum. Heinf.

9. Venator.] Deberes, inquit, o Cupido fugientes inſequi, nec in captivos

tantopere ſevire: venatoris exemplo, qui captas feras relinquit, & fugientes ſectatur.

10. Inventis.] Partis. Ulteriora.] Plura.

15. Nos.] Amatores. Populus tibi deditus.] Subditus. Jureti excerpta; & tres alii ex melioribus. Heinfius.

12. Reluctanti.] Tibi adverſanti, tuæque imperia ſpernenti. Manus.] Tua.

13. Hamata recondere tela.] Retundere Puteanus cum Regio, uno Vaticano, & excerptis Jureti. recte. hoc eſt obtula reddere, hebetare. Lucanus l. vi.

confringite tela

Pectoris in curſu, jugulisque retundite ferrum.

Prudentius Cathemerin. Ultor retundit iram. idem cum quatuor aliis mox relinquit. Heinf. Hamata tela.] Id eſt, ſagittas, quarum cuſpides hamos imitantur.

14. Relinquit amor.] Dixit etiam in Artibus: Attemuant juvenum vigilata corpora noctes.

16. Hinc

Tot sine amore viri, tot sunt sine amore puellæ. 15

Hinc tibi cum magnâ laude triumphus cat.

Roma, nisi immensum vires promôssset in orbem,

Stramineis esset nunc quoque tecta casis.

Fessus in acceptos miles deducitur agros:

Mittitur in saltus carcere liber equus: 20

Longaque subductam celant navalia pinum:

Tutaque deposito poscitur ense rudis.

Me quoque, qui toties merui sub amore puellæ,

Defunctum placide vivere tempus erat.

Vive, Deus, posito, si quis mihi dicat, amore; 25

Deprecer. usque adeo dulce puella malum est.

Cum bene pertæsum est, animoque relanguit ardor,

Nescio quo miseræ turbine mentis agor.

Ut

16. *Hinc.*] Ex his viris atque puellis tibi subjugatis.

17. *Roma nisi, &c.*] Suadet Cupidini, ut imperium suum propagare velit: exemplo Romæ, quæ ab initio pusilla, postea totum sibi terrarum orbem subiecit.

18. *Stramineis.*] E stramine constructis, qualis fuerat casa Romuli. *Nunc quoque.*] Ut antea fuit. *Stramineis casis.*] Virgil. 8.

Hinc ad Tarpejam sedem, & Capitolia ducit,

Aurea nunc, olim sylvestribus horrida dumis.

Romuleoque recens horrebat regia culmo. ibid.

Nunc quoque densa casis.] Testa casis libri veteres. *Heins.*

19. *Fessus in acceptos, &c.*] Ab amore militiæ vacationem & requiem se consequi debere docet pluribus exemplis. *Fessus.*] Longa militia. *Miles.*] Veteranum dicit, qui emeritis stipendiis honestam ab Imperatore missionem consequitur.

21. *Subductam.*] Propriè subducere navem, est in terram trahere. *Deducere autem,* est in mare mittere. *Celant.*] Continent, abscondunt. *Navalia.*] Na-

valia loca sunt, in quibus naves, & remi, nauticaque omnia instrumenta fiunt. *Pinum.*] Navem.

23. *Me quoque.*] Jam tempus esse dicit, ut ab amatoriiis doloribus procul degat ævum: exemplo veterani militis, gladiatoris, vetustæ navis, & equi senescentis. *Merni.*] Militavi.

24. *Defunctum.*] Qui jam finivi hujus militiæ labores. *Virg. O tandem magnis pelagi defuncte periculis.*

25. *Vive, Deus, posito.*] Puto, *Vive Deus.* Ausonius, Idyll. VII.

— quosdam

Constat nolle deos fieri. Heins.

Vive.] Aperte nunc ostendit, se amoris adeo obnoxium esse, ut ab illo nunquam discessurus sit. *Deus.*] Qui hanc potestatem haberet. *Posito.*] Deposito.

26. *Deprecer.*] Pro deprecarer, & recusarem: hoc scilicet, ut sine amore viverem.

27. *Animique revanuit ardor.*] *Animique relanguit ardor* Puteaneus à manu prima, sed emendatum *revanuit.* neque aliter Arondelianus. quomodo & lib. I. El. x. quamquam hoc loco id verbi minus aptum videtur. alii codices *evanuit.* *Heins.*

Ut rapit in præceps dominum, spumantiâ frustra

Fræna retentantem, durior oris equus: 30

Ut subitus, prope jam pressa tellure, carinam

Tangentem portus ventus in alta rapit:

Sic me sæpe refert incerta Cupidinis aura;

Notaque purpureus tela relumit Amor.

Figè, puer; positis nudus tibi præbeor armis. 35

Hic tibi sint vires: hic tua dextra facit.

Huc tanquam iussæ veniunt jam sponte sagittæ.

Vix illis præ me nota pharetra sua est.

Infelix, totâ quicunque quiescere nocte

Sustinet, & somnos præmia magna vocat. 40

Stulte, quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago?

Longa quiescendi tempora fata dabunt.

Me modo decipiant voces fallacis amicæ:

Sperando certe gaudia magna feram.

Et

30. *Frena retentantem.*] Pressis repugnantem habenis. vel etiam, mordentem frena.

33. *Incerta.*] Inconstans, instabilis, varia. Amor enim nullum in se neque modum, neque consilium habet: sed temere omnia agit.

34. *Nota tela.*] Id est, Solita.

36. *Hinc tibi sunt vires, hic tua dextra facit.*] Malim huc facit, & sint vires. quod posterius in primâ editione & duobus scriptis extat exemplaribus. Heinssius.

37. *Huc veniunt.*] Hic Puteaneus. Idem.

38. *Vix ulli præ me nota pharetra tua est.*] Prima editio cum melioribus,

Vix illis præ me nota pharetra sua est. recte. alii, illis nota pharetra tua est. proxime verum. Idem.

39. *Infelix.*] Infœlicem eum vocat, qui nullo amoris incendio astutus, tota nocte stertit.

41. *Somnus imago mortis.*] Sic & Homer. Iliad. π. ὄνειρος καὶ θάνατος ἰδὺς ἄδωγος. Et Coluth. Theban. — ἐν τῇ

θάνατος οὐκ ἔστιν ὄνειρος. Qui vocatur ὄνειρος ἀνὰ καὶ ὄνειρος ἰσπὲς ὄνειρος γὰρ καὶ ὄνειρος. Ferreus somnus. Huc facit illud Livii lib. 1. dec. 5. ubi Histri somno vinoque merfi à Romanis trucidantur: Somno, inquit, mors continuata est. Et Petron. in Halof. Hic graves alios mero — Obtruncat, & continuat, in mortem ultimam — Somnos. Sic Gorgias apud Ælian. lib. 2. Ἡδὴ με ὁ ὄνειρος ἀρχεται παρακαταβιβάζει τὸν ἀδελφόν. Gelida.] Maro lib. 6. Et sanguineus leti sopor.

42. *Quiescendi.*] Quietem etiam mortem appellavit. Et Maro quietem duram dixit mortem.

43. *Voces.*] Promissiones.

44. *Sperando.*] Spes enim est amantis perpetua fere comes. Sperando gaudia feram.] Sed illa spes hominis vigilantis est somnium. Τὸ ἐλπίσιν ἐνύπνιον. ut in Eurip. Herc. Fur. ἐν φαί τι λούσσομεν ὄνειρον. — Num ille seminat — Ea que vigilans voluit Ter. Andr. Et Virgil. Pharmac. Credimus? an qui amant, ipsi sibi semina fugunt.

45. *Jur-*

Et modo blanditias dicat; modo jurgia nectat. 45

Sæpe fruar dominâ: sæpe repulsus eam.

Quod dubius Mars est; per te, privigne Cupido, est:

Et movet exemplo vitricus arma tuo.

Tu levis es, multoque tuis ventosior alis:

Gaudiaque ambiguâ dasque negasque fide. 50

Si tamen exaudis pulcra cum matre rogantem;

Indeferta meo pectore regna tene.

Accedant regno nimium vaga turba puellæ.

Ambobus populis sic venerandus eris.

45. *Jurgia nectat.*] Sic & Græci. *πλέκων λόγους, μὲν ἁπορροῶσιν, ὅσους δίδωκε.*

46. *Fruar.*] Potiar.

47. *Dubius Mars.*] Incerti enim sunt bellorum exitus. *Cupido est.*] Tollunt scripti plures *Tō est.* Heinsius.

51. *Pulchrâ cum matre Cupido.*] *Rogantem* pro diversâ lectione Puteaneus. *Idem.*

52. *Indeferta.*] Nunquam deferta, perpetua. *Indeferta regna.*] Hoc loco præp. in, negativè posita est: ut in multis. In aliis intensive, uti quoque *Tō æ.* in Græcis. sic in illo Virgil. 12. *Turnus ut infractus.* ubi sane res ipsa factis indicat, quid sit: quanquam alii obnitantur. *Savit, & infracta luctatur arundine telum.* — *Eripere.* Virgil. ibid. Et Metam. 6. v. 632. — *infractaque constitit ira.* Cicero clare hoc explicat

3. *Tuscul.* *Verisimile est igitur, in quem cadit ægritudo, in eundem cadere timorem, & infractionem quandam animi, & demissionem.* *Regna gere.*] *Tela gere* Jureti excerpta, cum tribus aliis. Puteaneus & Sarravianus pro diversâ lectione *regna gere.* quo modo & primus Moreti. vel *tene.* quod postremum amplector. idque Ciofanus in uno ex suis invenerat. in Fastis lib. 111.

Regna tenent fortes manibus pedibusque fugaces.

& sic sæpe alibi. Heinsius.

53. *Accedant.*] Adjungantur. *Nimium vaga.*] Id est, errans, & tuum imperium fugiens.

54. *Ambobus populis.*] Virorum scilicet & puellarum. *Sic.*] Si regno tuo puellæ accesserint. Dom. *Ambobus populis.*] Simile quid Aristoph. in *Cerealib.* τὰ βέλτερά περὶ τὸν δῆμον γυναικῶν.

ELEGIA X.

Ad Gracinum, quod eodem tempore duas amet.

TU mihi, tu certe, (memini) Græcine, negabas,

Uno posse aliquem tempore amare duas.

Per te ego decipior: per te deprensus inermis,

Ecce

1. *TU, tu.*] Iteratio hæc emphasim habet, & quasi decepti querelam continere videtur. *Græcine.*] Græcinus hic Nasonis fidissimus ac vetus sodalis, & humanioribus literis & militari di-

sciplina egregius fuit: unde ad consularatus honorem evehctus est, eo tempore quo Naso in Scythia exulabat in Tomitano.

3. *Deprensus.*] Scilicet sum à Cupidine

Ecce duas uno tempore turpis amo.

Utraque formosa est: operosæ cultibus ambæ: 5

Artibus in dubio est hæc sit, an illa, prior.

Pulcrrior hac illa est: hæc est quoque pulcrrior illa:

Et magis hæc nobis, & magis illa placet.

Errant, ut ventis discordibus acta faselos,

Dividuumque tenent alter & alter amor. 10

Quid geminas, Erycina, meos sine fine dolores?

Nonne erat in curas una puella fatis?

Quid folia arboribus, quid pleno fidera cælo,

In freta collectas alta quid addis aquas?

Sed tamen hoc melius, quam si sine amore jacerem. 15

Hostibus eveniat vita severa meis.

Hostibus eveniat viduo dormire cubili,

Et medio laxè ponere membra toro.

At mihi sævus amor somnos abrumpat inertes:

Simque mei lecti non ego solus onus. 20

Me mea disperdat nullo prohibente puella,

Si fatis una potest: si minus una; duæ.

Suffi-

dine. *Inermis.*] Si enim mihi non persuasisses, non posse quempiam eodem tempore duas amare, ego solius Corinæ amore captus, armassem me contra aliarum amorem, nec victus fuisset tam facile.

4. *Tempore solus amo.*] *Turpis amo* Puteaneus & quinque alii cum prima editione. *Heinsius.*

5. *Operosæ cultibus ambæ.*] *Operosis* Regius cum excerptis Doussæ & Politiani. *Heins.* *Operosæ cultibus.*] Quæ semirifice ornant & excolunt. Sic supra: *Adde, quod ornandis operosæ est illa capillis.*

6. *Artibus.*] Minervæ operibus.

8. *Et magis, &c.*] *Ægre,* inquit, mihi ambæ placent. Sed mira varietate utitur.

9. *Errat ut à ventis.*] *Errant, ut ventis* meliores. quos inter Puteaneus. qui & *Phaselos* Græco more. *Heins.* *Discordibus.*] Contrariis, & sibi repugnantibus.

Acta.] *Impulsa.*

11. *Erycina.*] *Venus,* ab Erycino monte Siciliæ, in quo religiosissime colebatur.

12. *Non erat.*] *Nonne* cum Barberiniano & uno Vaticano. *Heinsius.*

15. *Sed tamen hoc melius.*] *Ut* duas amem.

17. *Vacuo dormire cubili*] *Viduo* meliores. *Heins.*

18. *Et medio late ponere membra toro.*] *Laxe* Puteaneus & quatuor alii. quod & in suis Naugerius invenerat. duo *lassa*, quod ad veram scripturam alludit. l. 111. *Art. Am.*

Hanc decet inflatos laxè jacuisse capillos. *Heins.* *Laxe.*] Qui solus sine socia puella dormit, dicitur laxè ponere membra medio toro.

20. *Simque, &c.*] *Non* ego solus dormiam in meo lecto,

23. *Suffi-*

Sufficiant graciles sed non sine viribus artus:

Pondere, non nervis, corpora nostra carent.

Et lateri dabit in vires alimenta voluptas.

25

Decepta est operâ nulla puella meâ.

Sæpe ego, lascivæ consumpto tempore noctis,

Utilis & forti corpore mane fui.

Felix, quem Veneris certamina mutua perdunt!

Dî faciant, leti causa sit ista mei!

30

Induat adversis contraria pectora telis

Miles, & æternum sanguine nomen emat.

Quærat avarus opes; & quæ lassarit arando

Æquora, perjuro naufragus ore bibat.

At mihi contingat Veneris languescere motu;

35

Cum moriar, medium solvar & inter opus:

Atque aliquis nostro lacrymans in funere dicat,

Conveniens vitæ mors fuit ista suæ.

23. Sufficiant graciles non sunt sine viribus artus.] Sufficiam codex Puteaneus. recte. nisi quod Neapolitani libri lectio non minus aridet,

Sufficiant graciles sed non sine viribus artus.

atque ita unus Vaticanus. nisi quod in illo & non sine. Heinsius.

27. Consumsi gaudia noctis.] Consumto tempore rectius excerpta Jureti, & plures alii. Propert. lib. I. El. III.

Lamque ubi longa mea consumpsi tempora noctis?

Heinsius.

29. Certamina mutua perdunt.] Rumpunt Puteaneus à manu secundâ. quod & in aliis multis invenire est. unus Vaticanus produunt. Nihil temere mutandum. infra,

Et, quæ me perdunt, oscula mille dedit.

Idem.

31. Induat.] Per contentionem laudar suum consilium. Contraria pectora telis.] Id est, se amet miles, & immor-

talem gloriam sanguine consequatur. Mortis enim & vulnere contemptu laus victoris quaeritur.

32. Nomen.] Gloriam.

33. Et quæ lassarit erundo.] Arundo Puteaneus. irundo Arondelianus. Scribe arando. Trist. I. El. II.

Latum mutandis mercibus æquor ero. lib. III. El. XII.

Non nisi vicinas tutus araret aquas.

Virgilius,

Vastum maris æquor arandum.

& alibi,

Nullum maris æquor arandum.

Petronius,

— gravidis freta pulsa carinis

Iam perarabantur. Heinsius.

38. Conveniens vitæ.] Quod libidinissime vixeris. Mors fuit ista tua.] In uno Moreti suæ pro diversa lectione est notatum. quod sequor. Lampridius in Heliogabalo: Alios ab imâ parte perfoderunt, ut mors vitæ esset consentiens. Heinsius.

E L E

ELEGIA XI.

Ad amicam navigantem.

Prima malas docuit, mirantibus æquoris undis,
 Peliaco pinus vertice cæsa vias:
 Quæ concurrentes inter temeraria cautes
 Conspicuum fulvo vellere vexit ovem.

O uti-

1. *Prima malas docuit, &c.*] Navigaturam Bajas Corinnam ab instituto revocare nititur Naso, maris pericula memorans. *Malas vias.*] Humano generi perniciosas. *Docuit.*] Monstravit. *Prima pinus.*] Vide Epist. 12. v. 13. cui addemus ex Cic. de N. D. lib. 2. Ubi ille apud Actium pastor, qui, cum navem nunquam antea vidisset, & procul, uti divinum, & novum maris vehiculum Argonautarum è monte conspexisset, primo admitans & pectentis loquitur:

— tanta moles labitur.

Eremebunda ex alto ingenti sonitu, &

spiritu

Prae se undas volvit, vertices vi suscitatur: &c.

Dubitat, inquit Cicero, quæ sit ea natura, quam cernit ignotam: idemque juvenibus visis, auditoque nautico cantu, incipit suspicari quid sit. Quod Cicero optimè ad rationem philosophandi refert. Adeoque non temere hodie docent *οἱ προσηκόντες*, assensum esse sustinendum à visis, & cum ratione deliberandum. *Mirantibus undis.*] Sic Virgil. 8. Æneid.

Labitur undæ, undæ, mirantur &

Miratur nemus insuetum fulgentia longe

Scuta virum, pictasque innare carinas.

2. *Peliaco vertice.*] Pelion mons est Thessaliæ, ad meridiem spectans: in cuius summitate sunt maxima pineta. Juxta hunc montem navem Argo ædificavit Iason. unde Catullus: *Peliaco quondam prognata vertice pinus, &c.*

3. *Concurrentes cautes.*] Græcum verbum *Symplegades* interpretatur. *Symplegades* autem, quæ & *Cyanææ* dicuntur, duæ sunt insulæ, sive potius scopuli in Ponto, contra Thracium Bosporum. Has fabulati sunt Poætæ inter se concurrissse: quoniam parvo discretæ intervallo, coeuntium speciem procul visentibus præbent: ut tradit Plin. 4. Natur. hist. *Concurrentes cautes.*] Vide Epist. 12. vers. 121. Idem in Argon. Apol. 4. vers. 786. ubi Juno The-
tidi:

Οἷσα μὲν ὅσον ἐμῇσιν ἐνὶ φρεσὶ τί-
ται ηὔρας

Αἰσινίδης, καὶ ἄλλοι ἀσπληνῆρες

αἰθλῆς.

Οἷα τέ σφ' ἐσάωσα διὰ πλατὰς πε-
ρσωντάς

Πέτρας, ἐνθα πυρὸς δεινὰ βρομέουσι

δύελλαι.

Et lib. 2. v. 317.

Πέτρας μὲν πάμπρωτον ἀφορμηνέντες

ἐμῷ

Κυανέας ὁμοῦ δὺς ἄλλος ἐν ξυνο-
χῇσι.ubi vide Scholiast. quare *κυανέαι* di-

cantur. Quod & ex Homer. discimus.

Odyss. μ. vers. 75. — νεφέλη δὲ μὲν

αὐφ. ἐβόηκε — Κυανέη, & quæ seqq.

Temeraria.] Quia ausa est per medias

Symplegades transire. *Cautes.*] Scopu-
los.4. *Conspicuum.*] Insignem, spectabi-
lem. *Fulvo vellere.*] Aureum vellus di-
cit, ad quod rapiendum Iason profectusest. *Ovem.*] Arietem: de quo alibiNaso, *Autem ille aries villo spectabilis*
antra.

5. Re-

O utinam, remo ne quis freta longa moveret,
 Argo funestas pressa bibisset aquas!
 Ecce fugit notumque torum sociosque Penates;
 Fallacesque vias ire Corinna parat.
 Quid tibi (me miserum!) Zephyros Eurosque timebo,
 Et gelidum Borean, egelidumque Notum?
 Non illic urbes, non tu mirabere silvas.
 Una est injusti cæcula forma maris.
 Nec medius tenues conchas pictosve lapillos
 Pontus habet: bibuli littoris illa mora est.
 Littora marmoreis pedibus signanda, puellæ.
 Hactenus est tutum: cætera cæca via est.
 Et vobis alii ventorum prælia narrent;
 Quas Scylla infestet, quasve Charybdis aquas:

Et

5. *Remo freta longa moveret.*] Secaret Sarravianus. sequenti versu *mersa* pro *pressa* prima editio, sed *pressa* pro *depressa*. ut *pressa vallis* apud Gratium. ita & *pressus* pro *depressus* passim apud poetas. Heinsius.

6. *Funestas.*] Letales, mortiferas. *Pressa.*] Cyaneis illisa. *Bibisset aquas.*] Summerfa esset, & naufragium fecisset.

7. *Patriosque penates.*] *Sociosque scripti.* Nupta enim Corinna. ut patet ex Elegia iv. lib. i. & lib. ii. Elegia. ii. tum & aliis locis. de sociis penatibus. monui ad Epist. v. v. 126. Heinsius.

8. *Fallaces.*] Quid enim mari fallacius.

10. *Et gelidum Borean præcipitemque Notum.*] *Borean* & *gelidumque Notum* Putaneus & Arondelianus. Scribe *egelidumque*. quomodo agnoscit Seneca lib. ii. Controvers. x. etiam in Epitome ab Andrea Schotto edita. non *gelidumque* Neapolitanus & tres alii. duo *præcipitemque*. Heinsius.

12. *Una est, &c.*] Nihil aliud, inquit, est cernere, nisi mare cœruleum. *Injusti.*] Quia, nullo discrimine, bonos & malos obruit. *Una est forma maris.*] Ma-

re undique, & undique cœlum. Nā nisi pontus & æther. Quod ex Homer. Odys. ζ. v. 301. — ἔδῃ τις ἄλλῃ — φαίνεται γαίαν, ἀλλ' ἑρπύς ἡδὲ θάλασσα.

14. *Mora.*] Hoc dicit, quoniam, qui conchas, lapillos, & hujusmodi querunt, in littoribus pedetentim progrediuntur morantur.

15. *Signata puella.*] *Signata* Putaneus & tres alii. at complures *segnanda*. Heinsius.

16. *Hactenus.*] Scil. in littoribus. *Cæca.*] Periculosa.

17. *Et vobis alii.*] Puto *At vel Ut* Heinsius.

18. *Quas Scylla infestit.*] *Infestet* meliores. nonnulli *infestet*. Metamorph. xiii.

Scylla laus dextrum, lavum irrequieta Charybdis

Infestant. Idem.

Scylla.] Scyllam & Charybdin fabulantur Poëtæ monstra esse, in freto Siculo posita, quæ transeuntis naves vorant & absumant. Re autem vera Scylla saxum est, & Charybdis, mare vorticibus plenum: ambo in Siculo mari, periculosa admodum navigantibus.

19. *CITAN-*

Et quibus emineant violenta Ceraunia faxis:

Quo lateant Syrtes, quoque Malêa sinu. 20

Hæc alii referant. at vos, quod quisque loquentur,

Credite: credenti nulla procella nocet.

Serò respicitur tellus, ubi fune soluto

Currit in immensum panda carina salum.

Navita sollicitus qua ventos horret iniquos, 25

Et prope tam letum, quam prope cernit aquam.

Quid

19. *Ceraunia*.] *Cerania*, quæ & *A-*
roceraunia dicuntur, sunt altissimi mon-
tes Epiri: à crebris fulminibus, quæ eos
percutiunt, dicti; Græci enim *νέπαιρος*
fulmen appellant. Sunt autem naufragi-
is insignes: unde eos Horatius *infames*
scopulos dixit. *Violenta*.] Propter crebra
naufragia, quæ ibi fiunt.

20. *Quo lateant Syrtes magna minorque*
sinu.] Optime codex Regius, *quoque Ma-*
leas sinu. infra El. XVI.

Nec timeam vestros, curva Maleas,
sinus.

Maleam cum Syrtibus quoque conjungit
Propt. lib. III.

Et placidum Syrtes portum, et bona lis-
tora nautis

Præbat hospitio curva Maleas suo.
curva igitur & sinuosa *Malea*. Heinſius.
Quo sinu.] Plin. lib. 5. natur. hist. de
Africa loquens: Tertiſius finis, inquit,
dividitur in geminos duarum Syrtium,
vadoso ac reciproco mari. Dictæ autem
sunt Syrtes à verbo Græco *σύντρο*, id est,
trahere. Syntes autem adeo sunt pericu-
loſæ, ut quæ ad eas pervenerint naves,
perierint. *Syrtis*.] Virgil. 5. quoque cum
Syrtibus Maleam conjungit.

Nunc animos, quibus in Gatulis Syrtibus
uſi,

Ionioque mari, Maleaque sequacibus
undis.

21. *Quod quisque loquentur*.] Loquentur
Barberiniſius & unus Moreti. recte. de
quo loquendi modo plura ad Metam. lib.
v. 212. & Faſt. II. 731. noſter infra lib.
III. El. XI.

Vincamus domina quisque favore sua.

Remed. Amor.

— *vindicta quisque favore sua.*

Virgil.

Quisque suos patimur Mores.

Artis Amat. I.

Reſpicimus, oculisque notant ſibi quisque
puellam.

lib. III.

Nota ſibi ſunt quoque.

ut libri veteres. libro Artis I. ex antiquo
codice,

Sibi quoque videntur amanda.

Nuce,

Devolvunt nimbros proxima quoque
montes.

Faſt. lib. I.

— *nam diſi ut proxima quoque*

Nunc penuriam veras nunc datis oro no-
tas.

lib. II.

Oſcula quisque ſua matri proſperata tulo-
rum.

Rem. Amor.

Dum ſibi quisque placet, credula turba
ſumus.

ita lego. vulgati placet. Heinſius.

22. *Credenti nulla procella nocet*.] *Qua-*
renti Puteaneus. Idem. *Procella*.] Hæc
vis ventorum eſt cum pluvia: quod omnia
procellat.

25. *Navita ſollicitus et ventos hor-*
ret.] *Qui ventos* Puteaneus, Arondellia-
nus, & tres alii. *Lege quæ*. in ſalo ni-
mirum. alii codices *jam vel quoque*.
Heinſius.

26. *Letum*.] *Navantes* enim (ut Ju-
venalis ait) *ſunt digiti à morte remoti*
Quatuor annis tribus.

27. *Quod*

Quid si concussas Triton exasperat undas?
 Quam tibi nunc toto nullus in ore color!
 Tum generosa voces foecundæ sidera Ledaë:
 Et, Felix, dicas, quam sua terra tenet!
 Tutius est fovisse torum; legisse libello;
 Threïciam digitis increpuisse lyram.
 At, si vana ferunt volucres mea dicta procellæ,
 Æqua tamen puppi sit Galatea tuæ.

30

Vestrum

27. *Quod si.*] Nonnulli *Quid si.* re-
 citant. *Heins.* *Quid si.*] Alium terrorem
 injicit. *Concussas.*] Commotas. *Triton.*]
 Triton Neptuni filius, ejusdemque tu-
 bican à Poëtis dicitur.

28. *Quam tibi nunc toto.*] Alii, *Qui ti-
 bi nunc toto.* vel, *toto est.* prima editio,
Quam tibi nunc toto est. recte, si *Tò est*
 tollas.

Quam tibi nunc toto nullus in ore color!
Heins. *Quam tibi sit toto nullus in ore co-
 lor.*] Id est, ex timore tota expallesces.
Nullus color.] Futura morte pallens. Cui
 opponitur bonus color. purpureum ju-
 ventæ lumen.

29. *Tum.*] Invocabis, inquit, Casto-
 rem & Pollucem in tempestate: quibus
 Neptunus dedit potestatem naufragis
 salvi esse, quorumque sidera alternis
 lucere dicunt. *Sidera Leda.*] Horat. 1.
 Od. 3. *Sic fratres Helena, lucida sidera.*
 Quibus Eurip. Fab. 2. v. 1637. tertium
 Helenæ lumen addit.

Ζανός γὰρ ἔσαν ζῆν ἐν αἰθέριον
 χρεών,

Κάστορ τε, Πολυδῆκος τ' ἐν αἰθέ-
 ρι πύχαις

Σύνθαζον ἔσαν, ναυτίλοις σωτή-
 ρες.

Castor autem & Pollux, Διόσκουροι
 ἀνακτες, dicti, ὡς τῶν πλείοντων ἐπιμα-
 λήμιοι. Eustath. Iliad. a. vide & Ho-
 rat. 1. Od. 12. — quorum simul alba
 navis — stella refulsit — Desinit saxis
 agitatae haurior. Concidunt venti, fugiunt-
 que nubes — Et minax (sic di volvere)
 Ponto — Unda recedunt. Et lib. 4. Od. 8.
 Et Theocr. Idyl. 22. v. 17. ἄλλ' ἔμ-

πας ὁμοῖς το καὶ ἐν βοτῇ ἑκατέρω τῶν

— Αὐτοῖσιν ναύταις (ἐν οἰκιστοῖς θα-
 λίσσας, &c. Voces.) Invoces, implora-
 bis, ut periclitanti navi adsint. *Generosa*
sidera.] Castorem & Pollucem, qui no-
 biles, & præclaro genere nati sunt. Eos
 enim ex Jove Leda peperit: quorum
 alter pugnis, alter equis fuit insignis.
Faecunda.] Hic Naso dixit Ledam foecun-
 dandam, quia à Jove compressa, duo ova
 peperisse dicitur: ex quibus Castor, Pol-
 lux, Helena, & Clytemnestra orti sunt.

Domin. *Tum generosa voces, &c.*] Non vi-
 detur hunc locum satis intellexisse
 Commentator: neque enim Poëta de
 sideribus Castoris & Pollucis, quæ in
 coelo videntur, hoc loco intelligit: sed
 de iis ignibus, qui navibus inhaerent,
 quos Castoris & Pollucis nomine nautæ
 invocant: de quibus Plin. lib. 2. cap. 37.
Micyll.

30. *Et felix.*] Foelicem eum appella-
 bis, qui prætea navigatione, in terra se
 continuet. *Quam sua terra tenet.*] Re-
 citius alii *quam.* Heinsius.

31. *Tum.*] Quam navigare. *Libel-
 los.*] Scil. amorum.

32. *Threïciam lyram.*] Quali Thra-
 cius Orpheus dicitur usus esse. *Incre-
 puisse.*] Personuisse. *Domin.*

33. *At si.*] Si, inquit, dum te à navi-
 gatione deterreo, nullum pondus mea
 verba habent, & omnino navigatura es,
 dii te incolumem servent. *Mea verba*
procella.] Dicta scripti. *Heins.*

34. *Æqua.*] Amica favens. *Tamen.*]
 Quamvis me deserat, amoris nostri ob-
 lita. *Puppi.*] Navi. *Galatea.*] Una hæc
 nympha

Vestrum crimen erit talis jactura puellæ,
 Nereidesque Deæ, Nereïdumque pater.
 Vade memor nostri, vento reditura secundo.
 Impleat illa tuos fortior aura sinus.
 Tum mare in hæc magnus proclinet littora Nereus:
 Huc venti spirent: huc agat æstus aquas.
 Ipsa roges, Zephyri veniant in lintea soli:
 Ipsa tuâ moveas turgida vela manu.
 Primus ego aspiciam notam de littore pinum;
 Et dicam, Nostros advehit illa Deos:
 Excipiamque humeris, & multa sine ordine carpam
 Oscula. pro reditu victima vota cadet.

Inque

nympharum maris, filia fertur Nerei ac Doridis.

35. *Crimen.*] Delictum: nisi enim poellam servaveritis incolumem, criminandæ eritis. *Talis puella.*] Quasi dicat. pulcherrimæ, ac dignæ cui faveant dei.

36. *Nereides.*] Maris nymphæ Nereides dicuntur, montium Orcades, sylvarum Dryades: quæ cum sylvis nascuntur, Hamadryades: fontium Napeæ, vel Najades. *Nereïdumque pater.*] Id est, Nereus: cujus filiz sunt Nereides, ex Doride uxore.

38. *Illæ aura.*] Quæ te revehet. *Fortior.*] Vehementior: ut celeris revertaris. *Tuos sinus.*] Tua vela. *Tuos sinus.*] Malim suos. Heinſius.

39. *Tunc.*] Quando redibis in patriam. *Proclinet.*] Dicit se cupere, ut amica Romam reditura, & vento & mari secundo utatur, ut citius ad sua littora appellat.

40. *Huc venti spectent, huc agat æstus aquas.*] *Huc venti spirent* legendum. atque ita inveni postea in excerptis Douſæ. Sarraſianus,

— Huc ventus portet.

PONT. IV. EL. X.

At Notus adverso tepidum qui spirat ab æquæ. Heinſius.

41. *Ipsa roges.*] Hoc eam facere cupit, quasi cupidam visendi suum Nasonem. *Zephyri veniant in lintea pleni.*] Soli Puteæni cum quatuor aliis. Heinſius.

42. *Movæas.*] Trahes, redeundi cupiditate. *Turgida.*] Inflata.

43. *De littore pappim.*] Pinum excepta Poliriani. Heinſius.

44. *Nostros advehit illa deos.*] Id est, meam felicitatem.

45. *Excipiamque humeris.*] *Ulnis* excerpta Jureti & Puteani cum codice Sarraſiano & sex aliis. Sed vulgata respicit ad ritum illum, quo è navi alienis humeris per primas undas deferebantur vectores in terram. sic infra EL. XVIII. de natante,

Tu nostris niveus humeris impone lacertos,
 & Epistola Herſi,

Nam modo te video prope jam spectare natantum,

Brachia nunc humeris humida ferre meis. Heinſius.

Excipiamque humeris.] E navi descendentem Cotinnam humeris ita feram, ut olim Æneas Anchisen. *Sine ordine.*] Confusa. *Carpam.*] Carptim rapiam.

46. *Victima.*] Hostia. *Vota.*] Participium est à verbo *Voveo*, voves. Sic Maro: *Votum pro reditu simulat:* scilicet equum. *Cadet.*] Mactabitur.

47. *Tori.*]

Inque tori formam molles sternerentur arenæ:

Et tumulus mensæ quilibet instar erit.

Illic apposito narrabis multa Lyæo,

Pæne sit ut mediis obruta navis aquis:

50

Dumque ad me properas, nec iniquæ tempora noctis,

Nec te præcipites extimuisse Notos.

Omnia pro veris credam, sint ficta licebit.

Cur ego non votis blandiar ipse meis?

Hæc mihi quamprimum cælo nitidissimus alto

55

Lucifer admissio tempora portet equo.

47. Tori.] Mensæ.

48. Pro mensâ tumulus quilibet esse potest.] Et tumulus mensâ quilibet esse potest Putantius, tres Pro mensâ cumulus. prima editio & scripti nonnulli Et cumulus mensâ quilibet instar erit, quomodo & Arondelianus, nec aliter Sarravianus, nisi quod in illo tumulus, & recte. Heinsius.

49. Illic.] In littore. Lyæo.] Vino. Lyæus namque est ex nominibus Bacchi,

ἀπὸ τοῦ λύειν, id est, solvere, quod mentes hominum curis solvat & liberet.

51. Properas.] Festinas. Iniqua.] Molestæ propter frigora & vigilias.

54. Cur ego.] Quamobrem ego negem mea vota, quæ pro tuo reditu feci, valuisse, eis blandiens.

55. Nitidissimus.] Candidissimus, mihi foelicissimus.

56. Lucifer.] Veneris stella. Admissio.] Celesti, veloce.

E L E G I A XII.

Exultat quod amica potitus sit.

ITe triumphales circum mea tempora lauri.

Vicinus. in nostro est ecce Corinna sinu.

Quam vir, quam custos, quam janua firma, tot hostes,

Servabant; ne qua posset ab arte capi.

Hæc est præcipuo victoria digna triumpho:

5

In qua, quæcunque est, sanguine præda caret.

Non humiles muri, non parvis oppida fossis

Cin-

ITe triumphales circum mea tempora lauri.] Exultans lætatur, quod Corinna, quam diligentissime adhibito custode, clausisque foribus vir custodiebat, potitus fuerit: hancque victoriam triumpho dignissimam asserit, cum minime cruenta fuerit. Lauri.] Laurus Putaneus. Heinsius.

3. Quam janua firma, tot hostes.] Sæpe optimus Palatinus. quot hostes unus Medicus. bene. vide Epist. vi. 118. firmas ut hostis Putaneus. firmus ut hostis Neapolitanus. Arondelianus firmus ut hostis. alii aliter, sed mendose. Heinsius. Tot hostes.] Virum, custodem, & robortibus firmam januam, hostes dicit.

D d

8. Cin-

Cincta, sed est ductu capta puella meo.
Pergama cum caderent bello superata biluſtri;

Ex tot, in Atridâ pars quota laudis erat?
At mea ſepoſita eſt, & ab omni milite diſſors

Gloria: nec titulum muneris alter habet.
Me duce ad hanc voti finem, me milite veni;

Ipſe eques, ipſe pedes, ſignifer ipſe fui.
Nec caſum fortuna meis immiſcuit actis.

Huc ades, ô curâ parte Triumphe meâ.
Nec belli nova cauſa mei. niſi rapta fuiſſet

Tyndaris, Europæ pax Aſiæque foret.

Fœmina ſylveſtres Lapithas; populumque bimembrem
Tur-

8. *Cincta.*] Circumdata. *Meo ductu.*] Per me, meo conſilio, me duce.

9. *Pergama.*] Victoriâ ſuâ per contentionem extollit, maiorem ſe laudem adeptum eſſe dicens, quam Agamemnonem & Menelaum ex Troja capta: ipſi enim multis adjuvantibus vicerunt, Naſo autem ſolus. *Bello biluſtri.*] Id eſt, decenali.

10. *Ex tot in Atridâ.*] *Atride* tres. prima editio & duo alii. *Atridas.* ſed *Atridâ* verum eſt. quomodo Neapolitana & Fameſiana. Ep. 111.

Si tibi ab Atridâ pretio redimenda ſuiſſem. Heinſius.

Extor.] Scilicet militibus, qui mille navibus ad expeditionem contra Trojanos è tota Græcia profeſti ſunt. *In Atridâ.*] Agamemnone. *Quota.*] Id eſt, minima.

11. *ſepoſita.*] Remota, & ab omni milite diſſors. *Diſſors.*] Segregata. Ipſe dux, ipſe comes. *Et ab omni milite diſſors.*] *Diſſors* Puteaneus optime. vide de voce quæ notamus ad Epiſtolam Sabini primam. M. 35. Heinſius.

12. *Muneris.*] Officii, id eſt, neque ego rem geſſi alienis auſpiciis.

13. *Me duce.*] Me imperatore. *Voti.*] Quod erat, ut potirer puella. *Ad hunc voti finem.*] Hanc ſinem Puteaneus. ſic Lucretius paſſim, ut & Virgilius, Horatius: alii optimi avi ſcriptores. In

Ibide, ex antiquis libris,

Quam finem viſa Sardanapallus habet.

Artis Am. lib. 1. ex veteri codice,

Leſiſſimam finem ſtamina virilis habet.

Heinſius.

15. *Nec caſum.* Non inquit, caſu mihi victoria accidit, ſed meo conſilio, & mea cura. *Immiſcuit.*] Interpoſuit. *Aſiæ.*] Geſtis.

17. *Nec belli eſt nova cauſa mei.*] Non ego primus pro fœmina bellare coepi. *Rapta.*] A Patide.

18. *Tyndaris.*] Helena, Tyndari Oebalæ regis & Leda filia. *Europa.*] Europa enim, id eſt, Græcis, bellum intulit. *Aſia.*] Id eſt, Trojanis.

19. *Fœmina.*] Hippodamiam dicit, de qua multa diximus ſuperiore libro, el. 4. *Sylveſtres.*] Horridos, montanos. Lapitharum enim populorum Theſſaliæ ſedes ſunt Pindus & Othrys, montes ad occaſum vergentes. *Populumque bimembrem.*] Centauros dicit, & hos Theſſaliæ populos, duplicem formam habentes, ſcilicet viri & equi. Hi, cum in Pitithoi nuptiis, vino & amore calentes, rapere novam nuptam Hippodamiam auſi fuiſſent, à Theſeo & Lapithis populis fugati & deviſti ſunt. *Populumque biſorem.*] *Bimembrem* Excerpta Jureti, & Barberinianus pro diverſa lectione dixi ad Claudianum. *Huius.*

20. Tur-

Turpiter apposito vertit in arma mero.

20

Fœmina Trojanos iterum fera bella movere

Impulit in regno, iuste Latine, tuo.

Fœmina Romanis, etiam nunc Urbe recenti,

Immisit foceros, armaque sæva dedit.

Vidi ego pro nivea pugnantes conjuge tauros :

25

Spectatrix animos ipsa juvenca dabat.

Me quoque cum multis, sed me sine cæde, Cupido

Iussit militiæ signa movere suæ.

20. *Turpiter.*] Quia in convivio id fieri minime debuit. *Apposito mero.*] Ubi in-
caluerant vino. Hôrat. 1. Od. 18.

At ne quis modici transfiliat munera liberi,
Centauræa monet cum Lapithis rixa super
mero.

De Romanorum antiqua epulandi & bi-
bendi consuetudine vide Antiq. Rom. 5.
c. 30.

21. *Fœmina Trojanos.*] Laviniam intel-
ligit, Latini regis & Amata filiam, quam
Æneæ in matrimonium pater dedit : un-
de Turnus Rutulorum rex, cui ante ad-
ventum Trojanorum in Italiam pacta La-
vinia fuerat, prælatum sibi advenam ægre
ferens, simul Æneæ Latinoque bellum
intulit. *Trojanos.*] Qui Æneam ducem in
Italiam secuti sunt. *Nova bella movere.*]
Fera Sarraïanus & duo alii rectius. nam
nova causa præcesserat. Heins.

22. *Impulit.*] Coëgit. Pius enim ce-
lebratur Æneas : iccirco non nisi neces-
sitate impulsus bella gessisse dicitur. *Ju-
ste.*] Quia obsequendum fuit deorum im-
periis.

23. *Urbe.*] Roma. *Recenti.*] Nova,

nuper condita.

24. *Immisit.*] Sabinarum historiam tan-
git; quam describere Florus, Livius, Dio-
nyf. Plutar. *Soceros.*] Scilicet Romanis.

25. *Nivea conjuge.*] Candida & pul-
chra juvenca. *Pugnantes tauros.*] Virg. 3.
Georgie.

Illi alternantes multa vi prælia miscnt.
Versaque in obnixos urgentur cornua vasto
cum gemitu.

Et xii. Æneid.

Cum duo conversis inimica in prælia
tauri

Frontibus incurrunt,
Stat pecus omne metum, missant-
que juvenca.

Quis pecori imperitet, quem tota armenta
sequantur.

72. *Me quoque qui multos.*] Cum multis
scripti potiores. Epistola Dejaniræ,

Me quoque cum multis, sed me sine cri-
mine, amasti. Heins.

28. *Militia.*] Dixit enim *Militas*
omnis amans, & habet sua castra Cupido.
Movere.] Movere signa dicitur exercitus
pugnaturus. *Domina.*

ELEGIA XIII.

Ad Isidem, ut parientem Corinnam juvet.

DUm labefactat onus gravidæ temeraria ventris,
In dubio vitæ lassâ Corinna jacet.

Illa quidem, clam me tantum molita pericli,

Irâ digna meâ: sed cadit ira metu.

Sed tamen aut ex me conceperat; aut ego credo.

Est mihi pro factô sâpe, quod esse potest.

Isi Parætonium, genaliaque arva Canopi

Quæ

DUm labefactat onus gravidæ temeraria ventris, &c.] Corinna Nasonis amica, cum se gravidam sensisset, medicaminibus abortum facere voluit: unde merito in gravissimam ægritudinem incidit. Quamobrem Poëta in hac elegia Isidem & Lucinam deas invocât, ut laboranti puellæ subveniant. *Labefactat.*] Excutere tentans & herbatum fuscis, & manu, specillisque admotis. *Onus gravidæ ventris.*] Foetum, & embryonem. *Temeraria.*] Audax, quæ ausa est tantum periculum subire.

3. *Molita.*] Quasi rem arduam & periculofam aggressâ.

4. *Cadit irâ metu.*] Quia non audeo illi irasci præ timore, ne gravior fiat morbus.

5. *Sed tamen.*] Malim *Et tamen.* Heinß. *Sed tamen.*] Non tamen usque adeo Corinnæ succensere me decet, cum ego, ex quo gravis est, tanti periculi causâ ei fuerim: licet hoc quoque dubium sit, an ex me.

6. *Est mihi pro factô sâpe, quod esse potest.*] Sæpenumero, inquit, id credo, quod etsi factum non sit, fieri tamen potuit. Quod est verisimile, ego plerumque pro vero habeo.

7. *Parætonium.*] Locus est Ægypti, unde cujusdam coloris species nomen traxit: ut lib. 35. refert Plin. *Venalia.*] Voluptuosa. Genio n. operam dare dicimur, quando voluptatibus indulge-

mus. Strabo lib. 17. scribit Canopî templum fuisse Serapidis, & cultu & religione excellens: ad cujus solennia per fossam ex Alexandria ingens turba descendebat. Nam die ac nocte naviculis plena erat virorum ac mulierum impudenter canentium, ac saltantium cum omni dissolutione. *Canopi.*] Canopus civitas est, centum & viginti stadiis distans ab Alexandria, pedestri itinere vadentibus, in quadam Nili insula sita. *Genitaliaque arva Canopi.*] Quomodo genitalia arva Isidis, ubi Isis nata non esset? Puteaneus & nonnulli *gentilia*. Regius & tres alii *genaliaque*. quod verum est. sic *rus geniale* Epistolâ Herus. & in *Metamorph. platanus genialis*. & *geniale litus* Statio lib. 1v. Sylv. ad Marcellam. *Elegos musam genialem* noster vocat infra sub finem Amorum. & *genialem prædam* de raptu Sabinarum. Ægyptii enim molles & genio admodum indulgentes. Sed de Canopo rem fusius docet Strabo lib. xvii. ἀντὶ πάντων δ' ἐστὶν ὁ τῶν πανηγυριστῶν ὁ χλῶς τῶν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας κατὰ τὴν τῇ διαφυγῇ. πάντα γὰρ ἡμέρα καὶ νύξ πληθεύει τῶν ἐν τοῖς πλοιαρίοις καταυλισμένων καὶ κατορχυμένων ἀνδρῶν μὲν τῆς ἐχάτης ἀκολασίας καὶ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, quæ mitifice illustant nostri illa Trist. lib. 1. El. 111.

Non ut Alexandri claram delatus in urbem

Delic-

Quæ colis, & Memphin, palmiferamque Pharon,
 Quaque celer Nilus lato delapsus ab alveo
 Per septem portus in maris exit aquas ;
 Per tua sistræ precor, per Anubidis ora verendi :
 Sic tua sacra pius semper Osiris amet,
 Pigraque labatur circa donaria serpens,
 Et comes in pompâ corniger Apis eat :

Huc

Delicias videam, Nile jocose, tuas.
 hinc hilaris Canopus Columellæ quoque
 dicitur lib. x.

Nataque jam veniat hilari samsuca Canopo.
 & Gratio festivi turba Canopi. quomodo
 legendum in Solinianis recte vidit Salmasius.
 cum æstivi perpetam nunc legatur.
 Sic festum geniale nostro l. III. Fast.

— *Anna festum geniale Perenne.*
 & festum genialiter agere libro XI. Met. de
 Bacchi sacris. Heinſius.

8. *Colis.*] Habitas. *Memphin.*] Memphis
 urbs est in angustiis Ægypti sita,
 omnium præclarissima, opportuno loco :
 ubi Nilus in plures scissus partes,
 efficit formam delta. *Pharon.*] Pharos
 insula quædam est oblonga in Ægypto,
 opposita Alexandriæ : & continenti ad-
 jacet. Plin. lib. 2. & lib. 36. scribit, in
 ea turrim ingentem fuisse, navigantibus
 lumen in tempestate exhibentem, à Phi-
 ladelpho rege exstructam, quæ inter
 spectacula mundi connumeratur, quia
 mirifice super quatuor cancri vitreis
 locata est. *Pharon.*] *Pharos,* inquit
 Comm. Bel. Civ. in fine, *est in insula tur-
 ris, magna altitudine, mirificis operibus
 exstructa, quæ nomen ab insula accepit.*
 Deinde situm ejus describit. *Hac insula
 objecta Alexandria portum efficit : sed a su-
 perioribus regionibus in longitudinem passuum
 decce in mare jactis molibus, angusto itine-
 re, & ponte cum opido conjungitur.* & quæ
 seqq. Quod & Homer. nosse Odyss. d.
 71. 354.

Νῆσος ἐπὶ τὰς ἐς πολυκλύσῃ
 ἐνὶ πόντῳ.

Ἀγόντι προπρῶτῃ (φάρων δὲ ἐκ-)

αλλοφύτοι)

Τὸσον δὲ & seqq.

9. *Celer.*] Rapidus, velox. *Delapsus
 ab alveo.*] In alveo meliores. Heinſius.

10. *Per septem portus.*] Per septem o-
 stia, quorum hæc nomina geographi po-
 suerunt : proximum Alexandriæ Canop-
 icum, deinde Bolbitimum, Sebeniti-
 cum, Phanniticum, Mendeficum, Tani-
 cum, ultimurnque Pelusiacum. Hinc Ni-
 lum septemsum, & Maro septemge-
 minum appellavit.

11. *Sistræ.*] Sistrum erat instrumen-
 tum tinnulum, in tympani formam,
 quo in Iſidis sacris utebantur sacerdotes.
Anubidis.] Scribit Diodorus, Anubim
 filium fuisse Osiridis, qui canem gestare,
 tanquam amorumque insignem solitus : ex
 quo Ægyptii canem venerantur, & A-
 nubim deum canino capite effingunt.
 Hinc à Marone & Nasone dictus est *la-
 trator Anubis.* Servius arbitrat hunc
 esse Mercurium.

12. *Sic.*] Particula est, quæ precari so-
 lemus. *Osiris.*] Fuisse hic dicitur Jovis
 filius, ex Niobe filia Phoronei : qui post
 Ægyptum à se subjugatam, sibi uxorem
 adjunxit Iſidem, primo dictam Io : tum
 à fratre occisus, pro deo coli cœpit.

13. *Pigra.*] Aut serpentum exprimit
 motum tardiorum : aut pigram dixit,
 quasi quæ diu blandiri sibi voluerit libatis
 dapibus, & per hoc grata sibi fuisse sa-
 crificia ostenderet : aut aspidem intelli-
 git, quam ab affectu *pigram* dixit, quod
 ejus ictus per pigrum somnum homines
 perire faciat. *Circum donaria serpens.*]
 Circa meliores. Heinſius.

14. *Et comes in pompa corniger Apis*
 D d 3 *eat.*]

Huc adhibe vultus; & in unâ parce duobus.

15

Nam vitam dominæ tu dabis; illa mihi.

Sæpe tibi sedit certis operata diebus,

Qua cingit lauros Gallica turma tuas.

Tuque laborantes utero miserata puellas,

Quarum tarda latens corpora tendit onus;

20

Lenis ades, precibusque meis fave, Ilithya.

Digna

est.] Egyptii credentes ex Pythagorico dogmate, interfecti Osiris animam in bovem transmigrasse, mutato nomine eum *Apim*, quod Egyptiaca lingua bovem significat, appellaverunt. Plin. lib. 8.

15. Huc.] Ad ægotantem Corinthum. Adhibe vultus.] Respice. Dii enim aspectu solo juvant.

16. Nam vitam, &c.] Sic Tibul. *Phœbe fave, laus magnæ tibi tribuetur, in uno Corpore servare iussimisse deum.*

17. Sæpe tibi meruit festis operata diebus.] Tibullus dedit Puteancus. Scribo sedit. alter Mentellii, dedit incertis. unus meus cedit festis. Art. Am. III.

Cum sedens Phœbia sistris operata iuvante.

Trist. II.

Isidis ade sedens cur hanc Saturnalia quaerit

Egeris Ionie Bosphorique mari.

Pont. I. El. I.

Vidi ego, linigera nuncem peccasti facinoram

Isidis, Isidos ante sedere focos.

Tibull. I. El. III.

Ut mea votivas persolvens Dalia voces

Ante sacras limo tecta fores sedam.

Atque hæc de sacris Isidis. Sed & quibuscumque in templis sedebant operata. Virgil. lib. II.

Hic Heruba & gnata ne quicquam altaria circum,

Præcipites aræ cum tempestate columba,

Condensa, & divum amplexa simulacra, sedebant.

sic veteritimus Medicus. mox dicit,

Abdiderat sese æque artis iuvula stabulis.

Heirnius. Coris.] Scaturis: Quotannis autem celebrabantur à Romanis mulieribus Isidis sacra. Operata.] Proprie hoc

verbo in sacris utimur, & significat sacra perficere.

18. Qua cingit lauros Gallica turma tuas.] Quis cingit tres scripti, quod Mario Nigro placebat. deinde Gallica turma Puteancus & plurimi alii. sic Fast. II.

Cætera virginibus abdita turma latent, ubi turba est in vulgatis. cingit quoque Puteancus utenque. Hæc obscurissima sunt & quæ Oedipum requirunt interpretationem. Heinf. Qua cingit.] In vetustissimis exemplaribus legitur, Quis, pro quibus, scilicet diebus. Cingit lauros.] Propter inventum Osirum. Solebant enim hi sacerdotes Isidis sacra celebrantes, circa octavam diei horam pile & sistris ferentes, primo cum fetu procedere: deinde canentes, & lauro coronati, triumphantium more cum maxims lætitiis redibant. Gallica.] Galli sacerdotes tam Cybeles quam Isidis dicebantur. Denominati autem sunt Galli, à Gallo Phrygiæ fluvio, cuius aquam potantes reddebantur insani. Turma.] Et legitur Turba. Tuas.] In honorem tui.

19. Laborantes utero.] Sic Horat. I. 3. Catm. *Mentem castas, nomenque virgo, Qua laborantes utero puellas Ter vocata audis, admissisq; lento Diva trifurmis,*

20. Onus.] Infamia.

21. Lenis.] Propitia. Precibusque fave Lucina puella.] Precibusque meis fave Ilithya optime Puteancus. nam & Latinus hoc nomine usi. Noëst Met. IX.

Proposito similibus parantibus Ilithyiam, Virgil. Ciri,

Perte sacra precor per nomina Ilithya

Ne tantum in facinus tam nulla mente feraris.

Ita scribo istos versus. Antonius Id. XII.

✱

Digna est, quam jubeas muneris esse tui.
Ipse ego thura dabo fumosis candidus aris:
Ipse feram ante tuos munera vota pedes.
Adjiciam titulum, Servatâ Naso Corinnâ.
Tu modo fac titulo muneribusque locum.
Si tamen in tanto fas est monuisse timore;
Hac tibi fit pugna dimicuisse satis.

25

*At si difficile trahit Ilihya retrorsum,
Tetrageuo absolvet dubiarum vincula mor-
varum.*

Quomodo videtur scribendus locus men-
dofissimus. veteritimum namque exem-
plar Vossianum,

*At si difficile trahit Iliyadi sidera rur-
sum*

cetera *Ilihya* nomen illic latere nullum
dubium est. vulgari *trahit illa fidere rursum*.
Horatius carmine seculari,

*Rite maturos aperire partus
Lenis Ilihya tuere matros.*

Heinf.

22. *Digna est.*] Scilicet Corinna.
Quam jubeas muneri esse tui.] Id est, que
tuo munere vivat: digna est, quæ à te
vitam muneris loco accipiat.

23. *Candidus.*] Purus, castus. virgini
enim Dianæ sacrificatus erat. aut *candi-
dus*, id est, in veste candida & puræ, ut
mos erat sacerdotum.

24. *Vota.*] Quæ ego voti: ut supra,
Vistima vota cadet.

25. *Adjiciam.*] Muneribus adjungam.
Titulum.] Indicem, elogium. *Servata
Naso Corinna.*] Hic est titulus: Naso,
supple, hæc munera Dianæ obtulit: *ser-
vata Corinna*, id est, propter servatam
Corinnam.

26. *Tu modo fac titulo muneribusque lo-
cum.*] Id est, restitue salutem Corinnæ.
hoc enim pacto locum facies muneribus
meis & titulo.

27. *Si tamen.*] Sermonem convertit
ad Corinnam: eandemque admonet, ne
posthac errorem hunc committat, ut
gravidæ abigere partum velis. Quod per-
inde est, ac si bella secum gereret. *Ti-
more.*] Timebat enim Corinna, ne mo-
reretur. Naso autem veretur, ne ex
admonitione magis ingravesceret Corin-
næ morbus. Hæc dixit, *Si fas est*, id
est, si licet.

ELEGIA XIV.

In amicam, quod abortum ipsa fecerit.

Quid juvat immunes belli cessare puellas,
Nec fera peltatas agmina velle sequi;
Si sine Marte suis patiuntur vulnera telis,
Et cæcas armant in sua fata manus!
Quæ prima instituit teneros convellere foetus,

5
Mili-

1. *Immunas belli.*] Id est, expertes.

2. *Peltatas.*] Id est, peltis arma-
tas. Sunt autem peltæ, scuta brevissi-
ma, in modum Lunæ semiplenæ: his

Amazones utbantur.

3. *Instituit.*] Coepit: sive instruit,
& docuit. *Teneros convellere foetus.*] Con-
vellere scripti potiores. sic Ep. Helenes,
Defun-

Dd 4

Militia fuerat digna perire suâ.
 Scilicet, ut careat rugarum crimine venter,
 Sternetur pugnae tristis arena tuæ?
 Si mos antiquis placuisset matribus idem;
 Gens hominum vitio deperitura fuit: 10
 Quique iterum generis jaceret primordia nostri
 In vacuo lapides orbe, parandus erat.
 Quis Priami fregisset opes, si numen aquarum
 Iusta recusasset pondera ferre Thetis?
 Ilia si tumido geminos in ventre necasset, 15
 Casurus dominae conditor Urbis erat.
 Si Venus Ænean gravidâ temerasset in alvo;
 Cæsaribus tellus orba futura fuit.
 Tu quoque, cum posses nasci, formosa, perîsses;
 Tentasset, quod tu, si tua mater opus. 20
 Ipse ego, cum fuerim melius periturus amando,

Vidif-

Desine quælle precor verbis convellere pe-
ctus.

Met. xi.

Sine dapas avido convellere dente parabat.
 Heinsius.

6. *Digna perire.*] Nam (ut in Artib.
 ait Naso) *Lex non iustior ulla est, Quam*
necis artifices arte perire sua.

8. *Sternetur pugna tristis arena tua?*
 Sumpta est metaphora à gladiatoribus,
 quibus pugnantibus arena in amphithea-
 tro sterneretur, ne aut pugnautes cruore
 occisorum turparentur, aut cruor ipse
 spectatoribus horrorem incuteret.

10. *Gens hominum.*] Humanum genus.
Vitio.] Crimine & culpa matrum. *De-*
peritura.] De auge.

11. *Quique iterum.*] Alter, inquit,
 Deucalion fuisset parandus, qui amissum,
 culpa matrum, genus humanum repara-
 ret. Fabulam narrat Ovid. lib. primo
 Metamorphoseos.

12. *Vacuo.*] Sine hominibus. Sic Ma-
 ro: *Deucalion vacuum lapides jactavit in*
orbem: Unde homines nati, durum ge-
nus.

13. *Quis Priami fregisset opes, &c.*] Si

Thetis in utero Achillem filium suum
 necasset, quis ei similis fortitudine re-
 periri potuisset, qui Trojam diruisset?
 Thetis enim fuit Nereï ex Doride uxore
 filia, & Pelei uxor, Achillisque mater.
Iusta pondera.] Quid enim est iustum,
 quam matrem ferre in utero infantem,
 quem conceperat?

15. *Ilia.*] Numitoris regis Albæ fi-
 lia, quæ Rhea Sylvia, & illa dicta est.
 Hæc, cum Vestalis virgo esset, à Marte
 compressa, Romulum & Remum pepe-
 rit, qui Romam condiderunt. *Tumido.*] *Gravido.* *Geminos.*] Gemellos: scilicet
 Romulum & Remum, qui eodem par-
 tu sunt editi.

16. *Casurus.*] Inferiturus. *Urbis do-*
mina.] Romæ.

17. *Temerasset.*] Temere & improbe
 abegisset.

18. *Cæsaribus.*] Romanis regibus,
 qui ab Ænea originem traxerunt. Virg.
 lib. 1. *Æneid.* *Nascetur pulchra Trojanus*
originis Cæsar; Imperium Oceano, sævam
qui terminet ætris, &c. *Orba.*] Privata,
 quasi re præclara.

19. *Tu.*] Corinna.

22. Vi-

Vidissem nullos, matre necante, dies.
 Quid plenam fraudas vitem crescentibus uvis;
 Pomaque crudeli vellis acerba manu?
 Sponte fluant matura suâ. sine crescere nata. 25
 Est pretium parvæ non leve vita moræ.
 Vestra quid effoditis subjectis viscera telis;
 Et nondum natis dira venena datis?
 Colchida respersam puerorum sanguine culpant,
 Aque suâ cæsum matre queruntur Ityn. 30
 Utraque sæva parens: sed tristibus utraque causis
 Jacturâ socii sanguinis ulta virum.
 Dicite, quis Tereus, quis vos irritet Iäson
 Figere sollicita corpora vestra manu?
 Hoc neque in Armeniis tigres fecere latêbris: 35
 Per-

22. *Vidissem nullos.*] In lucem editus non essem. *Matre necante.*] Si mater me nondum natum abjecisset. *Matre negante dies.*] *Necante* potiores. *Heinsius.*

23. *Plenam.*] Criminis est exaggeratio. nam tanto atrocius peccatur, quanto pulchrior est res quæ læditur. *Fraudas.*] Quasi per fraudem privas. *Crescentibus.*] Adhuc acerbis & immaturis.

24. *Acerba.*] Immitia, immatura.

25. *Sponte sua matura fluant.*] *Fluant matura sua* Puteaneus & unus Moreti. multi fluant. *Heinsius.*

26. *Non leve pretium mora.*] Rem magnam, pretiumque grande moræ.

27. *Vestra quid.*] Cur & vobis & filiis vestris pariter nocetis.

28. *Venena datis.*] Alludit ad morem malarum novercarum, quæ privignos veneno de medio tollere consueverunt.

29. *Colchida respersam, &c.*] Pulcherrimo utitur argumento ad criminis exaggerationem. Si, inquit, Medea & Progne vehementer damnantur, quod injuriis maritorum irritata, in eorum ultionem proprios filios necarunt: multo vehementius vos estis culpanda, quæ

nullo læcessente, natos interficitis. *Colchida.*] Medeam. A Colchis, regione Asiz, unde oriunda fuit Medea, Ætææ Colchorum regis filia, quæ Jäsonis amore capta, eum parvit ad aureum velus rapiendum, postquam sibi ab eo fides data esset matrimonii: quem in Græciam secuta est.

30. *Atque sua.*] *Aque* unus Moreti. & recte. *Heinsius.* *Matre.*] Progne. *Queruntur.*] Lamentantur omnes, scelus tam atrox accusantes.

31. *Utraque.*] Medea & Progne.

32. *Socii.*] Communis. Optime filius dicitur mariti & uxoris socius sanguis.

33. *Quis vos irritet Iäson.*] Iäso Puteaneus. ut & infra El. xviii. v. 23. & sic lib. iiii. Artis, v. 35. veterimus Regiæ bibliothecæ codex. Latino more. sic *Agamemno*, *Amphitryo*. sic & *Lado* ex veteri codice lib. i. Fast. *Heinsius.*

35. *Hoc neque.*] Hoc meliores. Neapolitanus *Hoc neque marmoreis*. Forte pro *Marmaricis*. Idem. *Armeniis*.] Tigris enim est Armeniæ malum, quo etiam India & Hyrcania abundat. *Latêbris.*] Lustris.

D d 5

36. Per-

Perdere nec foetus ausa læna suos.
 At teneræ faciunt, sed non impune, puellæ.
 Sæpe, suos utero quæ necat, ipsa perit.
 Ipsa perit, ferturque toro resoluta capillos:
 Et clamant, Merito, qui modo, cunque vident. 40
 Ista sed ætherias vanescant dicta per auras:
 Et sint ominibus pondera nulla meis.
 Di faciles, peccasse semel concedite tutò:
 Id satis est. poenam culpa secunda ferat.

36. *Perdere nec foetus.*] *Prodece* ex-
 cepta Politiani. *Heinsius.* *Ausa.*] Immo
 mita diligentia catulos suos custodiunt,
 eorumque raptum impatientissime se-
 runt.

37. *Tenera.*] Delicatæ, quæ miores
 esse debent. *Non impune.*] Non sine poe-
 na: quam subiungit.

39. *Ferturque rogo.*] Toro Sarravianus
 & unus ex meis. bene. in toro enim
 mortui efferebantur. quod & ab aliis
 jam animadversum. Art. Am. 1.

Interrea sive illa toro resupina feratur.
quanquam de vivente illic agit. Statius
 Theb. vi.

Cum grande exequiis onus atque immen-
sa ferantur

Membra toro.

Virgil.

Tum membra toro defleta reponant.

Noster Met. ix.

— *toroque*

Mortua componat.

& lib. vi.

— *Stabant cum vestibibus atris*

Ante toros fratrum.

Fast. vi.

Ducit supremas nenia nulla toros.

In mortem Drusi,

Flamma errat posito læna subire toro.

& mox,

Quemque premas sine te sternitur ecce
toro.

Pont. i. El. viii.

Cui nos et lacrymas supremam in mu-
nere funus

Et dedimus medio scripta canenda
toro.

Ita scribo. hunc *torum* etiam *lectum* vo-
 cabant. de quo Elegiâ in mortem Drusi
 dicitur. *ferri pro efferrî.* Art. Am. iiii.

Proque viri est nuxor funera læna sui.
hinc ferri in exequias. Fast. ii.

Fertur in exequias animi matrona re-
tilia.

ubi frustra magnus Scaliger *exequias*
fertur reponi cupiebat. *Heinsius.*

40. *Et merito.*] Scilicet ista perit.
Qui modo cunque.] Pro quicunque.

42. *Ominibus.*] Antiqui enim dili-
 gentissime omnia observabant. Hinc
 alibi Naso, *Procul omen abesto.* Et, *Nul-*
lum sit in omne pondus.

44. *Et satis est.*] Scribo *Id satis est.*
 lib. iiii. El. ii. sub finem,

Hoc satis hic: alio cætera dedde loco.
 quomodo & ibi est emendandum. &
 Trist. lib. iv. El. x.

Manibus hoc satis est. ad vos studiosa
revertor

Pectora.

ut recte verus liber. Amor. lib. iiii.
 El. viii.

Tantum ne nostros avidi liceantur amo-
res,

Id satis est. aliquid pauperis esse sinat.
 Ita scribo. male ibi quoque legitur, *Es*
satis est. *Heins.* *Et satis est, poenam cul-*
pa secunda ferat.] Clausulam *Et satis est,*
 ad præcedentia refero, non ad sequen-
 tia. ut sit sensus: *Et satis est, semel*
peccasse: scilicet id quod in superiore
versu ponitur. Nam & præcedentem
 elegiam eadem sententia conclusit, hoc
 versu, *Hæc tibi sit pæna dimicuisse satis.*
 Micyll.

E L E-

ELEGIA XV.

Ad annulum, quem dono amicæ dedit.

ANnule, formosæ digitum vincture puellæ,
In quo censendum nil, nisi dantis amor;
Munus eas gratum. te lætâ mente receptum
Protinus articulis induat illa suis.
Tam bene convenias, quam mecum convenit illi;
Et digitum justo commodus orbe teras.
Felix, a dominâ tractaberis, annule, nostrâ.
Invideo donis jam miser ipse meis.
Outinam fieri subito mea munera possim
Artibus Ææis, Carpathiive senis!

10
Tunc

1. *Annule formosa digitum, &c.*] Corinnæ suæ annulum dono mittens Naso, dicit se sui muneris fortunæ invidere: & amatorie cupit in annulum ipsum magica arte se converti, ut diutius cum amica esse possit.

3. *Eas.*] Abens ad Corinnam. *Leta mente.*] Non dixit, *Hilari fronte.* nam possumus simulare læticiam.

5. *Quam mecum convenit illi.*] Illa Puteaneus. & alii multi. sed illi scribendum. quod est in octo scriptis & antiquis editionibus, agit enim de domina. *Heinsius.*

6. *Inste orbe.*] Ut neque laxus fuit, neque nimium arctus digito dolo-rem inferas.

7. *Tractaberis.*] Frequenter tange-
ris.

9. *Munera.*] Annulus.

10. *Artibus Ææis.*] *Malim Ææis* cum primis editionibus & Barbæciniano. sic supra l. i. El. v. 111. *Ææa carmina.* & infra *Ææa venesca.* *Heinsius.* *Ææis.* Id est, Circes, solis ex Persa nympha filia: quæ in feras homines mutabat. *Carpathiive senis.*] Proteum dicit, qui relicta patria Pallene urbe Thessaliæ, in Carpathio insula, & Carpathio mari regnavit, Oceanus & Tethyos filius. Hunc autem periclitum fuisse tradunt, & in

varias sese formas ventere solitum, ut nunc animal, quandoque arbor, aut ignis, aut quid aliud videretur. Has nunc Protei artes, quibus humanam speciem exueret, & in annuli formam se mutaret, optat Naso. *Sanis.*] Quia Trojanis rebus interfuisse dicitur. Homerus enim scribit, vi coactum Proteum ab Agamemnone, futura prædixisse. *Carpathii senis.*] De Proteo multi multa: nos pauca addemus. Primus eum prædixit Homerus. *Odyss. l. vers. 384.*

Πρωτεύς τις δὲ το γίγαν ἄλλοις μετα-
μύσσει.

Ἀθάνατος Πρωτεύς Αἰγυπτιῶν, ὅς τε
Γαλιόσσης

Πάρος βίβλια οἶδε, Ποσειδάωνος
ἑταίρος.

Deinde Virgil. 4. Georgic. Homerum secutus: Virgilium Stat. Thebaid. 7. vide & nostrum, Metam. 8. ff. 737. & seqq. & passim alibi. Sunt qui putant hunc Proteum fuisse Magnum Sophistam in Ægypto: quod videntur ex Homeri aliarum vers. colligere: imo, ipsum Cadmo Phœnica. Tzet. Chil. 1. histor. 44. Philosophum cum summum vel Rhetoræ fuisse docet. Eustath. aliam, & longè peritram adfert mythologiam, quæ minus placet. Athenæo Proteus est

Tunc ego te dominæ cupiam tetigisse papillas,
Et lævam tunicis inseruisse manum.

Elabar digito, quamvis angustus & hærens;
Inque sinum mira latus ab arte cadam.

Idem ego, ut arcanas possim signare tabellas, 15
Neve tenax ceram siccave gemma trahat,

Humidâ formosæ tangam prius ora puellæ.

Tantum ne signem scripta dolenda mihi.

Si dabor, ut condar loculis; exire negabo, 20
Adstringens digitos orbe minore tuos.

Non ego dedecori tibi sim, mea vita, futurus,
Quodve tener digitus ferre recusset, onus.

Me gere, cum calidis perfunderis imbris artus:

Damnaque sub gemma perfer euntis aquæ.

Sed puto te nudâ mea membra libidine surgent, 25
Et peragam partes anulus ille viri.

Irrita

est quivis κίλαξ, & forma, & oratione. lib. 6. c. 17. in princip. Quo non videtur abludere illud nostri Poëtæ l. 1. Art. amator. v. 759.

Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figura:

Qui sapit innumeris moribus aptus erit.

Utque levis Proteus modo se tenuabat in undas;

Nunc leo, nunc arbor, nunc erit hirtus aper.

Vide etiam Lucian. Fabulos. dialog. Menelai & Protei: qui inter alia, sic ridet, εἰ δὲ καὶ πῦρ γίνεσθαι δυνατόν ἐν τῇ θαλάττῃ οὐκ ἔργα, τὸτο πανὶ θαυμάζω, καὶ ἀπίστω.

13. *Hærens.*] Tenaciter digitum premens.

14. *Mira lapsus ab arte.*] *Lexus* Puteaneus. bene. nam elabar præcesserat. *Heinsius.*

17. *Tangam ora humida.*] Annulus enim prius humectatus ceræ imprimitur.

18. *Scripta dolenda mihi.*] *Amato-*

rias litteras ad rivalem scriptas.

19. *Si dabor.*] *Ancillæ.* *Ut condar.* Abscondar, reponar. *Loculis.*] Capsulis eburnis.

21. *Non ego dedecori tibi sum.*] *Sima* Puteaneus, *Heinsius.*

23. *Perfundes imbris artus.*] *Perfundis* idem Puteaneus. Scribe *perfundis*, obvio apud Poëtâs Latinos Græcismo, sic lib. 1. *Metam.* ex antiquis codicibus,

Pulchra verecundo suffunditur ora rubore.

ubi plura de hoc loquendi modo. *Idem.*

24. *Perfer.*] Patere, quasi dicat, ne me iccirco tuo digito detrahas. *Damna.*] Aquæ scilicet: obscurior enim fit gemma.

25. *Sed puto te visa.*] Te nuda Puteaneus & duo alii cum Jureti Excerptis. quatuor scripti quod membra. tres quia puto, *mibi membra.* *Heinf.*

26. *Et peraget.*] *Peragam* idem Puteaneus cum Barberiniano & uno Moreti. duo alii *perages.* deinde *anulus ille pro ipse meliores.* *Heinsius.*

27. *Pre-*

Irrita quid voveo? parvum proficiscere munus.
Illa datam tecum sentiat esse fidem.

27. *Proficiscere.*] Ad puellam.

28. *Illa datam.* Cognoscat Corinna,

me sibi cum annulo fidem amoris do-
disse.

E L E G I A XVI.

Ad amicam, ut ad rura sua veniat.

PArs me Sulmo tenet Peligni tertia ruris;
Parva, sed irriguis ora salubris aquis.
Sol licet admoto tellurem fidere findat,
Et micet Icarii stella proterva canis;
Arva pererrantur Peligna liquentibus undis:
Et viret in tenero fertilis herba solo.
Terra ferax Cereris, multoque feracior uvæ:
Dat quoque bacciferam Pallada gratus ager:

Per-

1. *Pars me Sulmo tenet Peligni tertia ruris, &c.*] Cum multiplicaretur Naso, elegit hanc scripsit: in qua docet, quam fertilis & amœna sint sua rura. Sed tamen ingrata & injucunda omnia sibi videri absente amica. *Sulmo.*] Sulmo, quæ Nasonis patria fuit, oppidum in Pelignis, distans Roma nonaginta millibus passuum. *Pars tertia.*] A Plinio quoque Peligni in treis populos dividuntur: scilicet Corfinienses, Superæquanos, & Sulmonenses.

2. *Parva, sed.*] Sic lib. 4. Fast. *Hæc ego Pelignos natalia rura petam;* Parva, sed assiduus humida semper aquas.

3. *Admoto.*] Quod terra propius accesserit. *Sidere.*] Calore, qui à fidere provenit. *Findat.*] Ruris laxet, & aperiat.

4. *Icarii stella, &c.*] Caniculum minorem dicit. Hæc (ut lib. 12. Columella scribit) idibus Juliis oritur, ardentissimo æstatis tempore, sole primam partem leonis ingrediente. Tunc autem maxime solis calores accenduntur. Eadem stella Syrius quoque vocatur. Naso igitur sua rura laudans, vel ardentissimo dicit æstatis tempore, & cani-

cularibus diebus ea uda, & amœnissimis rivalis irrigari, ideoque feracissima esse. *Icarii canis.*] Id est, Mœra: sic enim appellabatur canis illa, ex Hygino fabulam pere. *Proterva.*] Maligna, perniciofa.

5. *Pererrantur.*] Irrigantur. *Liquentibus.*] Fluentibus.

6. *Viret.*] Viridis est, propter aquarum abundantiam. *In tenero solo.*] In molli prato.

7. *Multoque feracior uvæ.*] Lege multoque feracior uvæ. Seneca Hercule Furcæ,

Estne aliqua tellus Cereris & Bacchi ferax?

Cornelius Severus *Ætæna*,

Fertilis hæc segatisque feracior, altera viti.

Heinsius.

8. *Bacciferam.*] Ferentem baccas, id est, olivas. *Pallada.*] Oleam. *Oleagus Minerva Inventrix.* *Rarus ager.*] Gratus optime Puteaneus. Martialis notum illud,

Non ingratus ager, focus perennis.
unus Varicanus, gratus ager. duo par-
vus. nicens est in Scriveriano. *Heinsius.*

9. *Refur-*

Perque resurgentes rivis labentibus herbas

Gramineus madidam cespes obumbrat humum. 10

At meus ignis abest. verbo peccavimus uno.

Quæ movet ardores, est procul; ardor adest.

Non ego, si medius Polluce & Castore ponar,

In cœli sine te parte fuisse velim.

Solliciti jaceant, terræque premantur iniquâ, 15

In longas orbem qui secuere vias.

Aut juvenum comites jussissent ire puellas,

Si fuit in longas terra secanda vias.

Tum mihi, si premerem ventosas horridus Alpes,

(Dummodo cum dominâ) molle fuisset iter. 20

Cum

9. *Resurgentes.*] Crescentes.

10. *Gramineus.*] Gramine plenus. *Obumbrat.*] Circumcirca regit umbris. *Humum madidam.*] Terram madefactam. *Cespes.*] Cespes (ut Servius ait) herba est cum propria terra evulsa.

11. *At.*] Sed cum tot adfines commodi habeo, quod mea Corinna abest, nec mecum his voluptatibus & loci amenitate fruitor. *Igitur.*] Amica. Sic Maro in *Bucol.* *At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas.* *Peccavimus.*] Erravimus. *Uno verbo.*] Quia amphibolon erat. *Meus ignis abest.*] Visus enim est dicere: Amoris incendium abest, nec amens amplius uror amore Corinnæ. Iocirco corrigi, subjiciens.

12. *Quæ movet ardores.*] Id est, Corinna. *Est procul.*] Abest. *Ardor.*] Amoris incendium.

13. *Non ego si, &c.*] Pro medius inter Pollucem & Castorem. Si me, inquit, cœlo Jupiter admixisset, & inter Geminos medium locaret, minime vellem in sede cœlesti esse sine te. *Polluce & Castore.*] Hi fratres conversi sunt in Geminos, Zodiaci signum, quod est inter Taurum & Cancrum, qui alternatim vivere dicuntur.

14. *In parte cali.*] In Zodisco.

15. *Solliciti jaceant.*] Contra, *Maligni ossa quiescant:* de illis qui amantur,

& quibus quis bene preceatur. *Terræque premantur iniqua.*] Id est, gravi: tantam pondus id mortuorum ossa sentiant.

16. *Secare.*] Diviserunt. *Secare vias.*] In longè diversas, & disjunctas pedes distulerunt. Quid sit secare viam, *Secare spem,* docet Serv. *Æneid. x.* *Quæ cuique est fortuna hodie, quam quisque fecit spem.* Secare autem viam propriè videtur significare, cum quis compendio utitur, notis viarum divitiis. Sic Virgil. x. — *Turnus curram medium fecit agmen.* Et Silius, *Fallaci gyro compium fecit.* Noster intelligit terram viis divisiâ cæruleis, ut Poëtæ loquuntur. Lucret. 6. *Quæ via fœsta simul liquido pede daretur undas.*

17. *Aut juvenum.*] *At juvenum* Putreanus & multi alii. *Hominum.*

19. *Si premerem ventosas horridus Alpes.*] *Turbidas* prima editio. alii, *ventosi turbine* Ponti vel venti. atqui *horridus* pro frigido ponitur. sic horripit Boëas. *horvere* quoque pro frigere. de quo dicemus *Arte Amatoris.* Vide & *Notas Fæst. l. v. 495.* *Idem.*

20. *Dummodo cum dominâ.*] *Dummodo cum domina* scripti. recte. libro 1. *El. vi.*

Dummodo sic, in me dura transfer caritatem.

Fæst. iv.

Parvus

Cum dominâ Libycas aufim perrumpere Syrtes,

Et dare non æquis vëla ferenda Notis.

Non, quæ virgineo portenta sub inguine latrant;

Nec timeam vestros, curva Malëa, sinus:

Non qua submerfis ratibus saturata Charybdis

25

Fundit, & effusas ore resorbet aquas.

Quod si Neptuni ventosa potentia vincit,

Et

Parva bona Cereri, dummodo casta, placent.

lib. v.

Es parere intacto, dummodo casta, viro.

Ep. Leandri,

Dummodo cum domina molle fuisset iter.

Met. x.

Dummodo tale nihil vigilans committere tantum. Idem.

21. *Perrumpere.*] Ut Horat. *Perrupis Acheronta Hercules labor.*

22. *Non æquis.*] Non propitiis, adversis.

23. *Qua.*] Scyllam Phœci dicit, quæ cum à Glauco deo marino amaretur, à zelotypa Cîrce in marinum monstrum versa est. Mæro: *Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo. Portenta.*] Monstra, canes. *Latrant.*] Virgil. *Candida succinctam latrantibus inguina monstris, &c.*

24. *Malëa.*] Promontorium est Laconiz, quod quinque millia passuum in mare protenditur: ubi undæ adeo vorticose sunt, ut nautas persequi videantur. Cum igitur propter adversos ventorum flatus ibi periculosissima admodum sit navigatio, ortum est proverbium illud: *Cum ad Malëam deflexeris, domesticos obliviscere.* Dicta autem est Malëa à Maleo Argivorum rege, qui ibidem magnificentissimum Apollini templum erexit, quod *Maleoticum* appellavit.

25. *Saturata Charybdis.*] Fœmina fuisse dicitur voracissima, quæ quia boves Herculis rapuit, à Jove fulminata est, & in mare præcipitata: ubi servat naturam suam.

26. *Ore resorbet aquas.*] *Resorbet bene excerpta Douze & unus Medicus.*

reportat Berberiniensis. prius Palænius reportat. quod esset, reportat. sed resorbet impense placet. Ep. Medea, de Charybdi,

Quæque vomit fluctus totidem, totidamque resorbet,

Nos quoque Trinacria supposuisset aqua. Heinsius.

Ore resorbet aquas.] Quod ex Homero expressum, Odyss. µ. v. 105. Nobilissimo Heins. debemus. Τελὲ μὲν γὰρ τ' ἀνὶ σὺν ἡμῶν, τρεῖς δ' ἀναποκείναι δαίμονες. Sumserunt hoc Virgil. Ovid. Stat. & alii, qui miscet hæc variantur. sunt autem duo periculosa navigantibus saxa in Siculo mari: vide Mytholog. Plaut. huc alludit in Trinum, 4. i. v. 16.

Ita jam quasi canes, haud secus, circumstantes navem turbines vasti,

Imbras, fluctusque atque procella infensa frangere malum, &c.

Caninæ enim dicuntur Scyllæ, & latrare, propter fluctum undarumque collisionem, unde ille sonitus. Lucret. *Aut rapidis canibus succinctas semimarinis* — Corporibus — Cicero. i. de Resp. Arusp. ad oratoriam commodè transfert, unde juniores discant usum hujus humanitatis. *Quam denique, inquit, tam insanentem Charybdis Poëta fingendo exprimere potuerunt, quæ tantos exhaurire gurgites possit, quantas ipsa Byzantiorum prædas exorbat. aut tam eminentibus canibus Scyllam, tamque jejunis, quam quibus istum videtis Gellius, Clodius, Titius vestra ipsa mandentem.*

27. *Ventosa potentia.*] Ventorum vis, quæ in mari maxime regnat. *Vincit.*] Scilicet navem eandem obruens. *Vincat.*] Vincit & mox asperum meliores. Heinsius.

28. An-

Et subventuros auferet unda Deos;
 Tu nostris niveos humeris impone lacertos.
 Corpore nos facili dulce feremus onus. 30
 Sæpe petens Hero juvenis tranaverat undas.
 Tunc quoque tranasset; sed via cæca fuit.
 At sine te, quamvis operosi vitibus agri
 Me teneant, quamvis annibus arva natent,
 Et vocet in rivos parentem rusticus undam, 35
 Frigidaque arboreas mulceat aura comas;
 Non ego Pelignos videor celebrare salubres:
 Non ego natalem rura paterna locum;
 Sed Scythiam, Cilicasque feros, viridesque Britannos,

Quæ-

28. *Auferet.*] Impediat, ne auxilio subeant.

30. *Dulce onus.*] Te puellam.

31. *Sæpe petens, &c.*] Exemplo Leandri probat, nihil, vel periculosissimum deterretere posse amantem, si ille aut cum amica sit, aut ad eam iter habeat. *Invens.*] Leander. *Undas.*] Helleponticas.

32. *Tunc.*] Quando obrutus undis periit. *Sed via cæca fuit.*] Quia lucerna ab Hero in summa turri posita, quam observabat natans Leander, à vento impetuoso extincta est.

35. *Et vocet.*] Evocet, educat. *Correntem.*] Defluentem. *Undam.*] Nam supra dixerat, *Annibus arva natent. Correntem rusticus undam:*] Excerpta Putcæni, Scaligeri, & Politiani venuste mæhercules, parentem undam. Auctor Moreti,

——— *refususque galero*

Subjuga parentes cogis levata juvencos.
 Horatius lib. 1. Sat. 1.

——— *ut si quis affellum*

In campo doceat parentem currare frenis.
 Avienus ora Maritima, qua tellus pares aratro, freta ventis parentia habes apud Tibullum. Heinsius.

36. *Arboreas comas.*] Frondes, quæ arborum comæ esse videntur. *Arboreas comas.*] Pro frondibus, ubique apud poetas. Unde etiam pergunt ad alia

eiusdem generis, quæ de comis Latine dicuntur. *Arbor tonsa comas,* Ovid. Et alibi, *Posuisti comas arbor.* Lepide Martial. 13. Epigr. 19. *Pom capiti.*

Mittit præcipuos nemoralis Aricia porcos,

In nivos virides stipite cerne comas.

Id quod vir doctus in Emblematicis suis ad amatorem verulum transtulit, cui viridis senectus nondum hebetaverat sanguinem.

37. *Celebrare.*] Frequentare.

39. *Sed.*] Supple, videor celebrare. *Scythiam.*] Regio est ad septentrionem spectans. Inhabitabilis ejus prima pars à Scythico promontorio, ob nives, proxima inculta sævitia gentium. *Cilicasque feros.*] Cilices populi sunt in minori Asia, Syrix proximi: qui etiam immanes & effreni sunt. *Britannos.*] Gens inhospita & bellicosa. Jacet hæc insula in Oceano, inter septentrionem & occidentem. Dicebatur antea *Albion*, à quorundam montium candore: postea à Britonno rege, *Britannia.* *Virides.*] Cœruleos: aut à cæcis oculis, aut à maris vicinitate. Aut *virides* appellantur quia omnes se glauco inficiunt, quod cœruleum efficit colorem: ut horridiores videntur in pugna. *Viridesque Britannos.*] Meminit hujus Cæsar. 5. Bell. Gall. *Omnes vero,* inquit, *Britanni se vitro inficiunt, quod cœruleum efficit colorem;*

- Quæque Promethêo saxa cruore rubent. 40
 Ulmus amat vitem, vitis non deserit ulmum.
 Separor à dominâ cur ego sæpe meâ?
 At mihi te comitem juraras usque futuram,
 Per me, perque oculos sidera nostra tuos.
 Verba puellarum, foliis leviora caducis, 45
 Irrita, quo visum est, ventus & unda ferunt.
 Si qua mei tamen est in te pia cura relictî;
 Incipe pollicitis addere facta tuis:
 Parvaque quamprimum rapientibus effeda mannîs
 Ipsa per admissas concute lora jubas. 50
 At vos, qua veniet, tumidi subsidite montes:

Et

Iorem; hoc horribiliores in pugna adfectu: capillaque promisso, & omni corporis parte vasa.

40. Quæque Promethêo, &c.] Caucasum dicit montem inhospitalem & horridum: de quo Maro lib. 4. *Æneid.* Sed davis genitrix te cantibus horrendis Caucasus. Promethêo cruore.] Promethei sanguine. Qui ex corroso ab aquila jecinore manans, Caucasî cautes & saxa madefecit. Promethêo cruore.] *Æschyl.* Fab. 1. *Argon.* Apollon. à versu 1251.

Καὶ δὲ καυκάσιον ὄριον ἀνέταλλον ἱρίπτας

Ἡλίκατοι, τόθι γῆνα περὶ συμφελοῦσι πάγουσιν

Ἰλλόμεν' χαλεπὸν ἀλκυονίδης-σι προμοθεύς.

Ἀντὶν ἥπατι φέρει παλιμπυτὶς δίσσοντα.

Vide *Parfan.* *Eliac.* 1. Et *Lucian.* *Fabul.* ubi *Prometheus* strenuè causam suam agit contra *Mercurium*.

41. *Ulmus amat vitem.*] *Vitem* meliores. concinnius. deinde excerpta *Jureti*, vitis non deserit ulmum. de qua locutione agemus lib. 111. *Artis* §1, 726. *Heinf.*

43. *Jurabas usque futuram.*] *Jurabas* *Putaneus* cum *Scaligeri* excerptis. *Idem.*

44. *Oculos sidera nostra tuos.*] *Qui ra-*

puere meos alii. utrumque exemplis posuit confirmari. *Idem.*

46. *Irritaque ut visum est.*] *Irrita* qua visum est. *Putaneus.* recte. nisi quod quo malim. *Idem.*

47. *Si qua cura est mei.*] Id est, si me amas. In te pia cura relictâ.] *Relicti* meliores. *Idem.*

48. *Pollicitis addere facta.*] *Fac* sis nunc promissa appareant. Et memor sum, & diligens, ut qua imperes compareant. *Plaut.* *Amph.* 2. 1. §1. 83. ἴδ' ἡμῖρα σοι τὸν ἱμὸν δίδωμι χάριον. *Eurip.* *Hel.*

49. *Rapientibus.*] *Celeriter* trahentibus. *Effeda.*] *Effeda* curvus sunt *Gallorum*: unde *effedarii* milites illi appellati, qui ex *effedis* pugnare soliti sunt. *Mannîs.*] *Mannî*, pusilli sunt equi, admodum agiles. His ad curtum utebantur. *Effeda.*] *Cæf.* 4. de *Bel. Gall.* *Gennus* hoc est ex *Effedis* pugna: primo, per omnes partes persequuntur, & tela conjiciunt, atque ipso terrore equorum, & strepitu rotarum, ordines plerumque perturbant: & quum se inter equitum summas insinuatere, ex *effedis* desiliunt, & pedibus præstantur. De *Brianniis.*

50. *Ipsa.*] *Tu.* *Admissas.*] Id est, admissorum & velocium mannorum. *Concute lora.*] Ex concussionem enim frenorum incitantur equi.

51. *At vos cum veniet.*] *Qua* veniet me-

Et

Et faciles curvis vallibus este viæ.

meliores. *Heinf. Turgidi.*] Turgidi. Montecum esse videntur terrez tumores. *[Subfidite.]* Descendite, in valles efficiat.

ELEGIA XVII.

Quod Corinnæ soli sit serviturus.

SI quis erit, qui turpe putet servire puellæ;
 Illo convincar iudice turpis ego.
 Sim licet infamis; dum me moderatius urat,
 Quæ Paphon, & fluctu pulsa Cythera tenet.
 Atque utinam dominæ miti quoque præda fuisset; 5
 Formosæ quoniam præda futurus eram.
 Dat facies animos. facies violenta Corinnæ
 (Me miserum!) cur est tam bene nota sibi?
 Scilicet a speculi fumuntur imagine fastus;
 Nec nisi compositam se prius illa videt. 10

Non

SI quis erit, qui turpe, &c.] Ingente factetur Naso, se Corinnæ captivum & mancipium esse. Conqueriturque de amica, quod conscia suæ pulchritudinis nimium superbiat, eumque ut dissimilem spernat.

3. *Licet.*] Concedentis est. *Infamis.*] Vulgi fabula. *Moderatius.*] Parcius. *Dum me moderatius urat.*] Sic cum melioribus scribendum. Perperam *moderatius* vulgati. Adi Notas Metam. lib. 1. v. 510. *Heinfius.*

4. *Quæ Paphon, &c.*] Id est, Venus, quæ Paphi celebre sanum habebat. Est autem Paphos urbs Cypri, quæ portum habebat, & templa magnificè structa. Virg. lib. 1. *Æneid.* de Venere loquens, ait: *Ipsa Paphon sublimis abis, sedesque revisit Læta suas.* *Cythera.*] Insula est Læconiz: quæ antea *Perphyrys* dicebatur, à purpurarum præstantia. Ad hanc Venus orta mari, primum appulsa dicitur: unde *Cytheræa* cognomen traxit. In Cytheris templum erat Veneris magnificentissimum. Inflexitur autem plurativo numero tantum, *Cythera, orum.*

Fluctu pulsa.] Quia de insula loquitur.

5. *Atque utinam dominæ mitis.*] Miti elegantius unus Moreti & Sarravianus cum tribus aliis. ut alibi,

Præda fuit canibus non minus ille suis? *Heinfius.*

7. *Facies violenta Corinna est.*] *Facies violenta Corinna est.* optimus Palatinus, Puteanus & tres alii: unus Med. rō est non habet. Scribe,

— *facies violenta Corinna*
(Me miserum!) cur est tam bene nota
sibi? Idem.

Violenta.] Fera, procax, superba. Nam *Fastus* inest pulchris, sequiturque superbia formam.

8. *Cur est tam, &c.*] Cur tam bene pulchritudinem suam intelligit, quæ est causa ejus superbiz?

9. *Salicet.*] Speculum culpæ, unde Corinna se formosam cognoscit.

10. *Nec.*] Hoc quoque damni accedit, quod illa nunquam se in speculo conspiciat, nisi ornatam: unde majores prove-niunt fastus.

11. Nō

Non tibi si facies nimium dat in omnia regni ;

(O facies oculos nata tenere meos!)

Collatum idcirco tibi me contemnere debes.

Aptari magnis inferiora licet.

Creditur & Nymphe mortalis amore Calypso

15

Capta reluctanter detinuisse virum.

Creditur æquoream Phthio Nereïda Regi,

Egeriam iusto concubuisse Numæ ;

Vulcano Venerem : quamvis, incude relicta,

Turpiter obliquo claudicet ille pede.

20

Carminis hoc ipsum genus impar : sed tamen apte

Jungitur herôus cum breviori modo.

Tu quoque me, mea lux, in quaslibet accipe leges.

Te deceat medio jura dedisse toro.

Non tibi crimen ero, nec quo lætere remoto.

25

Non

15. *Nimium dat in omnia regnum.*] Regni venuste Puteaneus cum uno Vaticano & Barberiniano. *Heinsius.*

13. *Collatum.*] Comparatum.

14. *Aptari.*] Componi.

15. *Creditur.*] *Traditur.* Puteaneus & duo alii. *Heins.* *Calypso.*] Calypso, ut Hesiodus voluit, Oceani & Tethyos, ut Homerus, Atlantis filia. *Calypso.*] Vide Hom. *Odys.* l. vi. 118.

16. *Recusantem.*] Qui recutabat ibi diutius contra Jovis imperium manere.

17. *Credimus.*] *Creditur* idem Puteaneus cum Neapolitano & uno Moreti ac Sarraviano. pro *recusantem* octo libri *reluctantem.* *Hemsius.* *Æquoream Nereïda.*] Id est, Thetidem, quæ dea mortali Peleo nupsit: quorum nuptias Catullus pulcherrimo carmine profecutus est. *Regi Phthio.*] Peleo qui regnavit Phthiæ, quod oppidum fuit Thessaliæ.

18. *Egeriam.*] Fuit hæc Aricini nemois nympha, cum qua Numa Pompilius secundus rex Romanorum sibi nocturnos congressus esse simulavit: & Naso lib. 3. *Fæstorum:* *Egeria est, quæ præbet aquas, dea grata carmenis:* Illa Numa conjux, consiliariaque fuit. *Justq.*] Nam ju-

stissimum fuisse Numam constat: Dixit enim Livius: Inclyta iustitia religioque ea tempestate Numæ Pompilii erat. *Nastro concubuisse Numæ.*] *Iusto* meliores, quod conveniens Numæ epith. *Heinsius.*

19. *Quamvis incude relicta, &c.*] Duo ponit, quibus maxime spernuntur amantes, artis vilitatem, & corporis deformitatem. *Relicta.*] Dum enim apud incudem se exerceat, non videtur claudus.

20. *Obliquus.*] Distorto. *Claudicus.*] Claudus incedat.

21. *Impar.*] Quia Hexametro supponitur pentametrum carmen, Sic Flaccus *Versibus impariter junctis.*

22. *Jungitur Herous.*] *Heroum* Sarravianus. ut sit Græcismus. in *versus* Puteaneus. *Heins.* *Herous.*] Heroicis hexameter, quo heroum gesta describuntur.

23. *Leges.*] Conditiones. Utete, inquit, me quomocunque tibi libitum fuerit.

24. *Te decet in medio.*] *Te decet medio* Puteaneus cum tribus aliis. idem *fero* pro *toro.* sed perperam. *Heinsius.*

25. *Non tibi crimen ero.*] Non tibi ignominiam, aut dedecus & damnum asseram.

Ec 2

26. Non

Non erit hic nobis inficiandus amor.
 Sint tibi pro magno felicia carmina censu:
 Et multæ per me nomen habere volunt.
 Novi aliquam, quæ se circumferat esse Corinnam.
 Ut fiat, quid non illa dedisse velit?
 Sed neque diversi ripâ labuntur eadem
 Frigidus Eurotas, populiferque Padus:
 Nec nisi tu, nostris cantabitur ulla libellis.
 Ingenio causas tu dabis una meo.

30

26. *Non erit hic vobis.*] Nobis Puteaneus & multi alii. *Heins.* *Non erit hic.*] Non pudendus, inquit, est noster amor. *Vobis.*] Id est, tibi & aliis puellis. *Inficiandus.*] Inficiari, sive inficias ire, est negare.

27. *Sunt mihi.*] Tres scripti *sunt tibi.* quod amplector. duo alii, *sunt tibi*, unus *sunt mihi.* *Heins.* *Sunt mihi.*] Poëtica facultas est mihi instar maximarum divitiarum. *Fartacia.*] Bona. *Viliamiratur vulgus, mihi flavus Apollo* Pecunia Castalia plena ministrat aqua, &c.

29. *Circumferat.*] Ubique jactet se esse Corinnam. Amica enim Nasonis alio nomine appellabatur. Non igitur mirum est, ut temeraria aliqua, & laudis cupida,

se Corinnam esse falso jactaverit.

30. *Ut fiat.*] Scilicet Corinna: id est, ut meis carminibus celebretur. *Quid non.*] Quasi dicat, quicquid ab ea peterem, mihi libenter concederet.

31. *Sed neque.*] Quemadmodum, inquit, Eurotas & Padus diversi, una & eadem ripa fluere non possunt: sic tu sola, & non aliz, meis carminibus celebraberis. *Diversi.*] Alter enim fluvius est Laconiz, qui urbem Lacedæmonia præterfluit. Padus autem, quem Græci Eridanum appellant, est in Gallia Cisalpina.

34. *Ingenio causas tu dabis una meo.*] Sic libro primo dixit, *Provenient causa carmina digna tua.* Domin.

ELEGIA XVIII.

Ad Macrum, quod de amoribus scribat.

CArmen ad iratum dum tu perducis Achillen,
 Primaque juratis induis arma viris;

Nos,

Carmen ad iratum dum, &c.] Transferebat Maecr in Latinum Homeri Iliada: ad cuius principium alludens: *Iratum Achillem Naso dixit.* *Achillem.*] Sic Puteaneus. *Heinsius.*

2. *Juratis.*] Qui iuraverunt in Aulide, se non ante reversuros, quam Ilium caperetur. *Induis.*] Hoc ad Macri laudem dicit, qui non rem factam narrare, sed eam facere videatur. *Viris.*] Græcis, qui

è tota Græcia ad Trojanam expeditionem profecti sunt. *Juratis.*] Bis dicuntur Græci de Helena conjurati: primum, cum Menelao collocaretur, iterum, cum à Paride rapta esset. Hinc Lycophr. in Cassand. "Ὅρκων τὸ δεύτερον ἔρσαντες ζυγόν. *Jurabant omnes in laqueo verba mariti.* Quod Pausan. in Achaic. Ὀμαγύμον appellat. Cujus verba dictata in Corinthiac. Παράμεινον πολέμους

Nos, Macer, ignavâ Veneris cessamus in umbrâ:

Et tener aufuros grandia frangit Amor.

Sæpe meæ, Tandem, dixi, discede, puellæ: 5

In gremio sedit protinus illa meo.

Sæpe, Pudet, dixi. lacrymis vix illa retentis,

Me miseram! jam te, dixit, amare pudet?

Implicuitque suos circum mea colla lacertos:

Et, quæ me perdunt, oscula mille dedit. 10

Vincor; & ingenium sumtis revocatur ab armis:

Resque domi gestas & mea bella cano.

Sceptra tamen sumsi; curâque Tragœdia nostrâ

Crevit: & huic operi quamlibet aptus eram.

Risit Amor, pallamque meam, pictosque cothurnos, 15
Sce-

μῦθας ἐς τὸ δὴ τὸ ἴλ. ἔλθουσιν, ἡ μα-
χομένους τὴν αὐτὴν σφῆρα ἐκτελεῖ. Ideoque
& Græcia conjuncta dicitur Horat. 1. Od.
17.

3. *Macer.*] Hic Æmilius Macer poë-
ta Veronensis fuit, Nasoni amicissi-
mus, cum quo & in Asiam & in Sici-
liam simul navigavit, & jocos setiaque
conferre solebat. *Cessamus.*] Cessare
dicit se amatoria scribere. *In umbrâ.*] In
otio.

4. *Aufuros grandia.*] Me, qui audeo
bella & heroica aggredi, ut Gigantomachiam,
& Tragœdias. *Frangit.*] Vires
meas attenuat.

5. *Dixi tandem.*] *Tandem dixi,* melio-
rea. *Heins.*

7. *Lacrymis vix illa retentis.*] Vix à
lacrymis temperans.

8. *Me miseram cur.*] Muliebrem que-
relam lascivia plenam mitissime expressit.
Cur te dixit amare pudet.] Jam te, dixit
meliores. sic Trist. IV. El. VIII.

Me miseram! si te jam pudet esse meam.
Heinsius.

10. *Perdunt.*] Nam ex nimia dulce-
dine & suavitate quasi mori videor. Et
paulo inferius, *Felix quævis Veneris certa-
mina mutus perdit.*

11. *Vincor.*] Unus Moreti, *Frangor.*
ut epistola Penelope.

*Ille tamen precibusque meis lacrymisque
pudicis.*

Frangitur.

& sic sæpe alibi. *Heinsius.* Vincor.] Quia
rursus puellæ & amoris succumbo. *Ab
armis sumptis.*] A Giganteis bellis, quæ
susceperam scribere.

12. *Resque domi gestas, etc.*] Id est,
amores compono. *Domus.*] Quando cum
puella me oblecto. *Bella.*] Quando iræ
intercesserunt inter nos, & exclusus ad
bella impellor.

13. *Sceptra tamen.*] Licet me sæpius a-
mor interpellaret, composui tamen tra-
gœdiam Medeam, & foeliciter quidem.
de qua sic Quintilianus: Ovidii Medea
mihi videtur ostendere: quantum vir ille
præstare potuerit, si ingenio suo tempe-
rare, quam indulgere maluisset. *Cura
nostra.*] Sunt qui leg. *Nostro versu,* id est,
carmine elegiaco.

14. *Et huic operi.*] Id est, tragœdiis
scribendis. *Quamlibet aptus.*] Quantum-
vis idoneus. Pulcherrimam fuisse Ovidii
Medeam, & ex ipsius poëtæ verbis, & ex
judicio præstantium virorum, qui eam
viderunt, colligere possumus: hodie ve-
rò non extat.

15. *Pallamque meam, pictosque cothur-
nos, Sceptraque, etc.*] Id est, studium
meum in tragœdiis scribendis. *Palla-
m* Ec 3 vestis

Sceptraque privatâ tam cito sumpta manu.
 Hinc quoque me dominæ numen deduxit iniquæ:
 Deque cothurnato vate triumphat amor.
 Quod licet, aut Artes teneri profitemur Amoris:
 (Hei mihi! præceptis urgeor ipse meis.) 20
 Aut, quod Penelopes verbis reddatur Ulyssi,
 Scribimus: aut lacrymas, Phylli relicta, tuas.
 Quod Paris, & Macareus, & quod male gratus Iäson,
 Hippolytique parens, Hippolytusque legant:
 Quodque tenens strictum Dido miserabilis ensẽ 25
 Dicat, & Æoliæ Lesbis amica lyra.

Quam

vestis erat demissa, qua indatæ honestæ personæ, in fabulis inducebantur: cujus repertor fuisse dicitur Æschylus. *Pistof-quæ.*] Picturatos, pulchros.

16. *Sceptraque.*] Dixit supra, *Sceptra tamen sumpsi. Privata.*] Id est, humili: quia levia antea scribere solinus sum, tunc ad tragediarum sublimitatem affurgo.

17. *Hinc.*] A tragediarum studio. *Deduxit.*] Removit. *Numen domina.*] Amatorie dixit. Amantes enim veluti numina puellas suas adorant. *Iniqua.*] Iratæ, inimicæ, mihi infensæ. Dixerat enim superius: *Clasisti amica fores, &c.*

18. *De vate cothurnato.*] De me, poetæ tragico.

19. *Quod licet.*] Quod possumus. *Proficimur.*] Proprie dixit. nam artium professores dicuntur, qui in eis eruditi sunt, aut eas publice docent: quemadmodum Naso amandi artem.

20. *Præceptis torquet ipse meus.*] Urgeor meliores. Sequenti tamen elegia habes, *Hei mihi! na memini torquet ipse meus!* Heinſius.

21. *Aut quod Penelopes, &c.*] Nonnullas ex Heroïdum epistolis, quas composuit, memorat.

22. *Scribimus.*] Ludimus, componimus. *Et lacrymas.*] Id est, epistolam querelis plenam, quam lacrymans ad Demophoontem tuam, ab eo relicta, scripsisti.

23. *Quod Paris.*] Epistolam Oenones ad Paridem intelligit. *Et Macareus.*] Ad quem Canace soror, turpi flagrans amore, epistolam misit. *Et quod male gratus.*] Ingratus. *Iäson.*] Dux extant ad Iäsonem epistolæ: altera, quam mittit Medea: altera, quam scribit Hypsipyle Thoantis filia: & de hac posteriore intelligit Poëta.

24. *Hippolytique parens.*] Id est, Theseus ad quem epistolam scripsit Ariadne Minois Cretæ regis filia, in Naxo insula ab ipso Theseo relicta.

26. *Amica Lesbii amica lyra.*] Alii, *Amica Lesbii amata vatro.* Puteaneus *Æolia Lesbii amata lyra.* & à manu secundâ amica. recte. sic Sappho ipsa apud nostrum, *Lesbides Æolia nomina dicta lyra.* Inde & *Æolia puella* Horatio dicta. & apud eundem habes *Æoliis fidibus querentem Sappho.* In Anthologia, versibus incerti poetæ, *Σαπφὸς ἢ Ἀιολίδος χάρς.* & in Epigrammate Antipatri medicato,

Σαπφὸς τοι καυθὴς, χθὲν Ἀιολί,
 ταῖς μετὰ μῦθαι

Ἀθανάται θνατῶν μῦθους αὐτομή-
 ναι. Heinſius.

Lesbi.] Id est, Lesbiz Sapphus epistolam ad Phaonem. *Amica lyra.*] Quia lyricum carmen scripsit. *Lesbi.*] Id est, ex Lesbo insula Helleſpontis. Hinc Sappho.

27. *Quam*

Quam celer è toto rediit meus orbe Sabinus,

Scriptaque diversis rettulit ille locis!

Candida Penelope signum cognovit Ulyssis:

Legit ab Hippolyto scripta noverca suo.

30

Jam pius Æneas miseræ reſcripſit Eliſſæ:

Quodque legat Phyllis, ſi modo vivit, habet.

Triftis ad Hypſipſylen ab Iafone littera venit:

Det votam Phœbo Lesbis amata lyram.

Nec tibi (qua tutum vati, Macer, arma canenti) 35

Aureus in medio Marte tacetur Amor.

Et Paris eſt illie, & adultera nobile crimen;

Et comes extincto Laodamia viro.

Si

27. *Quam cito de toto rediit celer orbe Sabinus.*] *Meus Sabinus* reponit cum vetustioribus. Recte præterea Menclianus,

Quam celer è toto rediit meus orbe Sabinus : Heinſius.

Quam celer.] Interrogatio hæc continet celeritatis admirationem. *E toto orbe.*] Penè toto. *Rediit.*] Suaviter dicit Sabinum amicum suum, quia Heroïdum epistolis respondentes epistolas fecit, eas veluti tabellarium ex toto orbe reſuſſe.

Sabinus.] A. Sabinus eques Romanus, celeberrimus poëta fuit, Nafoni amiciffimus: qui præter quod epistolis Heroïdum reſpondit, ſcripſit etiam alia, ut Troezena, Faſtorum opus: quod tamen inchoatum, occupatus monte ad coronidem perducere non potuit.

28. *Diversis locis.*] In quibus tunc debebant heroïdum vixi.

29. *Candida.*] Pulchra, ſive potius bona, innocens, & pudica. *Signum.*] Sigillum gemmæ, qua ſignata erat Ulyſſis epistola.

30. *Scripta.*] Literas. *Noverca.*] Phædra.

31. *Jam pius Æneas.*] *Impius* multi-
mus Moreti *Epinus*. Lege, *En pius*. Heinſ.
Pius Æneas.] Vir pietate insignis. *Eliſſa.*] Eliſa proprium fuit nomen Didonis: Dido enim lingua Phœnicia *virago* ſignificat.

32. *Si modo vivit.*] Quia poëta fabulantur eam, cum diutius Demophoon-tem fruſtra expectaret, exiſtimafſetque ſe ab illo ſpretam, amoris exagitatam furiis, laqueo vitam finiſſe, & in amygdalum arborem converſam.

33. *Triftis.*] Quia recuſabat Jaſon ad Hypſipſylen nunquam redire in Lemnon.

34. *Det votam.*] Id eſt, ad Sappho reſcripſit Phaon, ſe non rediturum: unde ipſa ſe ex Leucade in aquas præcipitavit, eoque pacto eſt amore liberata. *Votam.*] Antea enim voverat, ſi, cum de Leucade ſe deſceſſiſſet, amoris igne levaretur, ſe Phœbo, cujus magnificum ibi templum erectum erat, lyram ſuam donaturam. *Lesbis amica.*] *Amata* meliores. Heinſius.

37. *Illic.*] In opere tuo heroïco. *Es adultera.*] Helena, quæ violato matrimonii jure, adulterum Paridem ſecura, ad Trojam venit. Hæc enim ſcribere necesse eſt illi, qui à prima origine bellum Trojanum deſcribendum ſuſcepit. *Nobile crimen.*] Nobilis bellorum cauſa, vel crimen nobile dicendum eſt, propter miram adulteræ pulchritudinem.

38. *Et comes extincto.*] Proteſilaus Iſiphyli filius, ad Trojam cum quadraginta navibus ſe contulit, & primus omnium à viro Dardanio eſt interemptus. Hujus uxor Laodameia Acaſti filia, cum

E c 4

dile-

Si bene te novi; non bella libentius istis

Dicis: & à vestris in mea castra redis.

40

dilectissimi mariti mortem cognovisset, optavit, ut ejus umbram videret: quod cum impetrasset, non desensens eam, in ejus amplexibus periit.

40. Dicis.] Canis. *A vestris castris.* Id est, bellis describendis. *In mea castra.*

In Cupidinis Castra, in quibus ego miliro: id est, te confers ad amatoria scribenda. *Domin. In mea castra venis.* Re-

dis prima editio. Sarravianus, & multi alii. recte. nam Macrum amatoria scripsisse jam ante, ex istis Tibullianis patet, *Castra Macer sequitur: tamen quid fecit Amori?*

Sic comes, & collo fortiter arma gerat. redire in castra. Hero supra,

In tua castra redi socii desertor Amoris. atque ita ex suis libris Ciofianus. Heinfs.

ELEGIA XIX.

Ad rivalem, cui uxor curæ non erat.

SI tibi non opus est servatâ, stulte, puellâ;
At mihi fac serves: quo magis ipse velim.
Quod licet, ingratum est: quod non licet, acrius urit.

Ferreus est, si quis, quod finit alter, amat.
Speremus pariter, pariter metuamus amantes:

Et faciat voto grata repulsâ locum.
Quo mihi fortunam, quæ nunquam fallere curet?
Nil ego, quod nullo tempore lædat, amo.

Vi-

SI tibi non opus est servata stulte, &c.] Maritum puellæ, cuius amore nuper captus fuerat, alloquitur Naso: cum monens, ut uxorem diligentius servet.

2. Magis velim.] Scilicet illam amare.

3. Quod licet ingratum est.] Nolo nimis facilem, difficilemque nimis. Quod nec cruciet, nec satiet. *Acrius.* [Vehementius, *Urit.*] Angit, sollicitat.

4. Ferreus.] Durus, & quasi ab humanitate alienus.

5. Speremus pariter, &c.] Duo ponit quæ maxime in amante reperiuntur, spem & metum.

6. Et faciat vota.] Id est, quandoque faciat puella, ut repulsam patiar: quod erit in causa, ut eam ardentius cupiam. & sic erit locus voto & desiderio. *Rara.* Ne (ut lena supra dixerat) relentescas saepe repulsus amor. *Rara repulsa.* Sarravia-

nus pro diversa lectione. Barberinianus & Arondelianus codices, *grata repulsa.* Potest & *cara repulsa* legi. quia *ingratum* paulo ante præcesserat. Sed nil mutandum. *Art. Amor. III.*

Miscenda est latis rara repulsa joci. Heinfs.

7. Quid mihi fortuna, qua nunquam fallere possit.] Quidam codices, *Quid cum fortuna.* alii, *Quid fortuna mihi*, vel, *Quid mihi fortuna est.* Puteaneus cum excerptis Scaligeri, *Quo mihi fortunam.* eleganter & vere. de quo loquendi modo copiose egimus ad Epistolam II. v. 53. Deinde *fallere caret* idem Puteaneus & unus Vatican. bene. septem alii *curat.* Idem.

8. Quod nullo tempore, &c.] Sic in Artibus ait: *Qualibus cunctis injuria suscitatur ignes: En ego confusus, non nislusus amo.*

10. Opem.]

Viderat hoc in me vitium versuta Corinna;
 Quaque capi possem, callida norat opem. 10
 Ah quoties sani capitis mentita dolores,
 Cunctantem tardo iussit abire pede!
 Ah quoties finxit culpam, quantumque libebat,
 Infantis speciem præbuit esse, nocens!
 Sic ubi vexarat, tepidoſque refoverat ignes; 15
 Rursus erat votis comis & apta meis.
 Quas mihi blanditias, quam dulcia verba parabat!
 Oscula (Dî magni) qualia quotque dabat!
 Tu quoque, quæ nostros rapuisti nuper ocellos,
 Sæpe time insidias, sæpe rogata nega: 20
 Et sine me ante tuos projectum in limine postes
 Longa pruinosa frigora nocte pati.
 Sic mihi durat amor, longosque adolescit in usus:
 Hoc juvat: hæc animi sunt alimenta mei.
 Pinguis amor, nimiumque patens, in tædia nobis 25
 Ver-

10. *Opem.*] Modum, potestatem.

11. *Sani.*] Quod nullo dolore afficiebatur. *Mentita.*] Lena superius sic puellam instruit: Sæpe nega noctem, capitis modo finge dolorem. *Dolorem.*] Dolores cum vetustioribus. *Hainsius.*

13. *Quantumque libebat.*] Imo libebat, ut recte unus Moreti. dixi Ep. xv. vers.

134. *Idem.*

14. *Infantis speciem præbuit ipsa nocens.*] Puteaneus,

Infantis speciem præbuit esse nocens. esse etiam optimus Palatinus & Neapolitanus & Arondelianus cum Scaligeri excerptis. quidam codices illa. Latet ali- quid. Forte,

Infantis speciem prætulit ore nocens. *Idem.*

19. *Tu quoque.*] Quemadmodum Corinna. *Rapuisti.*] Tua pulchritudine. *Ocellos.*] Dixit etiam Propertius: Si nescis, oculi sunt in amore duces.

20. *Sæpe face insidias.*] Time Puteaneus, & plures ex præstantioribus alii. recte. time me tibi insidiari, nec serio

amare. posset & cave pro face legi. *Hainsius.*

23. *Sic mihi durat.*] Malo durat & adolescat. jure etiam & finis sequenti versu. certe sunt extat in Neapolitano codice. deinde longos in usus non amos optimus Palatinus & duo alii. Art. Am. lib. III.

Si qua fides arti quam longo fecimus usu. Am. I. El. VIII.

Hæc si præstiteris usu mihi cognita longo. & sic sæpe noster, de quo Pont. III. El. VI. VI. 53. *Idem.*

25. *Pinguis amor.*] Quemadmodum pinguiore dulcioreſque cibi stomachum corumpunt, & fastidium movent: ita & amor nulla amaritudine mixtus, in tædium vertitur. *Nimiumque patens.*] Exponit quod dixerat, *Pinguis amor.* Appellat autem pinguem, & patientem amorem illum, in quo amans nullam patitur repulsam. *Nimiumque patens.*] Latens Puteaneus & emendatum manu secunda patens, quomodo & optimus Palatinus & quinque alii. ut patens amor

E e 5

Vertitur; & stomacho, dulcis ut esca, nocet.
 Si nunquam Danaën habuisset aënea turris;
 Non esset Danaë de Jove facta parens.
 Dum servat Juno sinuatam cornibus Iō;
 Facta est, quam fuerat, gravior illa Jovi. 30
 Quod licet & facile est, quisquis cupit; arbore frondes
 Carpat, & è magno flumine potet aquam.
 Si qua volet regnare diu; deludat amantem.
 Hei mihi, quod monitis torqueor ipse meis!
 Cuilibet eveniat, nocet indulgentia nobis. 35
 Quod sequitur, fugio: quod fugit, usque sequor.
 At tu, formosæ nimium secure puellæ,
 Incipe jam prima claudere nocte forem.

In-

amor sit, ad quem aditus non intercludi-
 tur. Met. xiv.

Si mea virginitas Phæbo potuisset amanti.
 & lib. x.

Namen confessus aliquod patet.
 sic patens campus. & similia. tamen & in
 Arondeliano latens. juvenis tibi mille pa-
 tabant. ex scriptis. Art. i. §f. 64. Hein-
 sius.

27. Si nunquam.] Exemplis Danaës
 & Iūs probat, quod supra proposuit:
 Quod licet, ingratum est: quod non licet,
 actius uris. Vide lib. 4. Metam. Habi-
 sit.] Inclusam tenuisset. *Athena.*] Tur-
 rim hanc ex ære & ferro munitam fuisse
 fabulantur poetæ. *Athena turris.*] Vide
 Eurip. Fab. 20.

Εν χαλκῷ τοῖς ἀνταῖς.

Εν τυμβίῃσι θαλάμῳ.

Vide amor. lib. 3. eleg. 4. §f. 21.

28. De Jove.] Ὁ πᾶσι, ὦ Ζεῦ—

καὶ τὸ γυναικῶδες.

Theoc. Idyll. 8. §f. 60. Vide Appollo-
 donum lib. 2. Lucianus male metuit
 Jovi, ἵνα μὴ τῶν χρυσοχόων τις καλεργά-
 σεται αὐτὸν χρυσὸν ὄντα. in Fabulos. Σαῖν
 Εὐκλῆς. *Falsa parens.*] Ex Jove enim
 Perseum peperit.

29. Dum servat Juno sinuatam cornibus
 Iō.] Decoratam duo libri. unus munitam.
 quinque sinuatam quod aridet. nec ma-
 le unus Moreti pro diversâ lectione.

Dum nimium servat custes Junonius Iō.
 Heinſius. *Servat.*] Diligenter servandam
 tradit Argo suo pastori.

31. Arbore frondes, &c.] Quia neque
 arboribus frondes, neque fluminibus
 aquæ defunt] quæ vilia sunt.

32. E medio flumine potes aquam.] E
 magno scripti meliores. quidam etiam
 sumas aquam. de quo dicendum Art.
 Am. 111. §f. 96. Heinſius.

34. Hei mihi.] Timet Poëta, ne suis
 telis peratur. *Ne monitis torqueor.*] Tor-
 quear Puteaneus & complures alii. For-
 te na torqueor. tres libri cum prima edi-
 tione nam torqueor. tres quod torqueor.
 sic supra,

*Hei mihi, quod dominam nec vir nec fas-
 mina servas!*

Arondelianus cum aliis compluribus
 nunc torqueor. Heinſius.

35. Quodlibet eveniat.] Quid libet Pu-
 teaneus & alii multi. Lege Cui libet cum
 uno Moreti. Idem. *Indulgentia.*] Amicæ
 obsequium. Nobis] Amatoribus.

36. Ipse sequor.] Usque cum primâ
 editione & duobus scriptis. Heinſius.

37. Formosa.] Ideoque diligentius ser-
 vandæ. *Nimum secure.*] Nimum negli-
 gens.

38. Claudere nocte domum.] Forem
 meliores, ut sæpe alibi nosset. multi
 forem. Heinſius.

40. Quid

Incipe, quis toties furtim tua limina pulset,
Quærere: quid latent nocte silente canes. 40

Quo ferat & referat solers ancilla tabellas:

Cur toties vacuo secubet ipsa toro.

Mordeat ista tuas aliquando cura medullas:

Daque locum nostris materiamque dolis.

Ille potest vacuo furari littore arenas, 45

Uxorem stulti si quis amare potest.

Jamque ego præmoneo; nisi tu servare puellam

Incipis, incipiet desinere esse mea.

Multa diuque tuli: speravi sæpe futurum,

Cum bene servasses, ut bene verba darem. 50

Lentus es, & pateris nulli patienda marito.

At mihi concessi finis amoris erit.

Scilicet infelix nunquam prohibebor adire?

Nox mihi sub nullo vindice semper erit?

Nil metuum? per nulla traham suspiria somnos? 55

Nil

40. *Quid latent nocte silente canes.*]
Fonte cui latent. Trist. lib. 11.

Scis cui latentur, cum solus obambulet ipse. Heinf. *Nocte silente.*] Conticinium dicit. Concubia enim nocte omnia fere silent.

41. *Quas ferat.*] Quo multi. nonnulli. *Quid.* Heinf.

42. *Cur toties.*] Quia sæpenumero mulieres simulabant se religionis causa à maritis secubare & in cubiculum suum adulteros furtim admittebant, eo-que pacto viris imponebant. *Ille toro.*] Ipsa meliores. Heinf.

43. *Mordeat.*] Tandem doleas. *Mule nihil sentis?* Catull.

44. *Daque locum.*] *Daque* meliores. qui & *Tò* in tolli jubent sequenti versu. Heinf. *Daque locum.*] Nullus enim locus aut materia est fraudibus & dolis, quando maritus æquo animo patitur uxorem suam ab alio amari.

45. *Ille potest, &c.*] Sicuti enim facilissimum est, in littore arenam furari nemine prohibente: ita est, amplecti uxo-

rem, quæ à viro non custoditur, quæ omnibus patet, nullo vindice. *Vacuo.*] Deferto, sine custodibus. *Furari.*] Clam surripere.

46. *Uxorem stulti.*] Malim *incanti.* Nam Tibulli illa imitatus est,

At tu fallaci conjunx incante puella,

Ad quoque servato, peccat ut illa nihil. quemadmodum & Trist. lib. 11.

Denique ab incanto minimum patis illa marito,

Se quoque uti servet, peccat ut illa minus.

contra *cantus* & *vaser maritus.* de quo Epist. xvi. v. 314. Heinf. *Stulti.*] Insipientis, cui facile imponi potest.

50. *Bene verba darem.*] Tibi scilicet: hoc est, te fallerem, tibi imponerem.

52. *Amoris concessi.*] Quem tam facile concedis.

53. *Adire.*] Ad amicum me conferre.

54. *Vindice.*] Ultore: ut impune mihi liceat omni nocte.

55. *Per nulla traham suspiria somnos.*] Propertius libro tertio, *Odi ego, qua numquam*

Nil facies, cur te jure perisse velim?
 Quid mihi cum facili, quid cum lenone marito?
 Corruptis vitio gaudia nostra tuo.
 Quin alium, quem tanta juvet patientia, quæris?
 Me tibi rivalem si juvat esse, veta. 60

*quam pungunt suspiria semnos: Semper in
 iratam pallidus esse velim.*

57. *Lenone marito.*] Marti lenones
 dicuntur, qui uxorum adulteriis non
 offendantur.

58. *Vitio.*] Indulgentia.

59. *Quin alium quem tanta juvet pa-
 tientia quære.*] Multi quæras. Scaligeri
 excerpta quæres. Putcaneus. quæris. quod
 verum est. sic infra ex optimis codicibus
 lib. III. EL. VII.

*Quin istæ pudibunda jaces pars pessima
 nostri.*

HORATIUS Epod. VI.

*Quin hinc inanes, si potes, vertis minas,
 Et me remorsurum petis?*

quod Cruquius perpetam mutavit. &
 sic passim terzæ Latinitatis scriptores.
Heinsius. Patientia.] Quis dixit: *Multra*
dinque tuli.

90. *Me tibi.*] Sensus est: Si me rivale
 oblectaris, prohibe me tibi esse rivalem:
 quæ ratio me rivalem faciet.

P. OVIDII NASONIS
A M O R U M
L I B E R III.
E L E G I A I.

*Deliberatio Poeta, utrum Elegos pergat scribere,
an potius Tragedias.*



Tat vetus & multos incædua silva per annos.
Credibile est illi numen inesse loco.
Fons sacer in medio, speluncaque pumice
pendens:

Et latere ex omni dulce queruntur aves.

Hic ego dum spatior tectus nemoralibus umbris, f

Quod mea, quærebam, Musa moveret opus.

Venit odoratos Elegia nexa capillos:

Et. puto pes illi longior alter erat.

Forma decens: vestis tenuissima, cultus amantis:

In

1. *Tat vetus, & multos, &c.*] Descrevit Naso, duobus prioribus libris Elegiarum tertium addere, qui sine controversia cæteris est longe pulchrior: unde maiorem & voluptatem & utilitatem lector sit capturus. *Vetus.*] Vetusitas omnis est veneranda. *Incidua.*] Inviolata, quæ per multos annos cæsa non fuit. Sacros enim lucos incidere, nefas erat.

2. *Numen.*] Deum aliquem. *Numen inesse loco.*] Suum cuique loco genium & numen affinxerunt veteres. Vide Serv. ad illud Virgil. 5. *Incertus geniumque loci.* Hinc lucos colebant religione patrum late sacros.

3. *In medio.*] Scil. sylvæ. Fortasse describit Poëta Aticinum nemus, de quo lib. 3. Fast. *Pumice.*] Saxo vetustate corroso. *Pendens.*] Imminens.

4. *Queruntur.*] Querulos cantus cum

suavitate edunt.

5. *Nemoralibus.*] Id est, frondibus, umbris.

6. *Quod mea.*] Cogitabam, quid potissimum canerem.

7. *Venit odoratos Elegia nexa capillos.*] An myrro nexa? an lauro? an aliâ quavis coronâ? Hoc sane additum oportuit. Quomodo alibi, *Nectis comam myrro.* Sed scribe meo periculo, quicquid membranz veteres obnuntantur, *nexa capillos.* Heinſius. *Venit.*] Hic Naso eleganti phantasia Elegiz atque Tragediz, actiones attribuit: & quæ sint utrique propria, venustissime ostendit. *Odoratos.*] Odoribus perfusos: quia deliciosa est elegia.

8. *Et puto.*] Ut puto.

9. *Decens.*] Honeſta, pulchra. *Vestis tenuissima.*] Propter tenuem & humilem elegorum materiam, & non sublimem

In pedibus vitium causa decoris erat. 10
 Venit & ingenti violenta Tragoedia passu.
 Fronte comæ torva, palla jacebat humi.
 Læva manus sceptrum late regale movebat:
 Lydius alta pedum vincla cothurnus erat.
 Et prior, Ecquis erit, dixit, tibi finis amandi, 15
 O argumenti lente poëta tui!
 Nequitiam vinosa tuam convivium narrant:
 Narrant in multas compita secta vias.
 Sæpe aliquis digito vatem designat euntem:
 Atque ait, Hic ille est, quem ferus urit Amor. 20
 Fabula

me dicendi genus. *Cultus amantis.*] Quia hoc carminis genere amatorum maxime describuntur. *Vultus amantis.*] Rectius Moreti codex, *cultus*. quod ad vestem tenuissimam refert. *Heinsius.*

10. *In pedibus vitium.*] Pentameter syllaba brevior est Hexametro.

11. *Ingenti passu.*] Propter sublimem dicendi characterem, in quo versantur Tragoediz. *Violenta.*] Quia tragoediz est, narrare regnorum eversionem, & hujusmodi res violentas: ut Polydori necem, Medeam filios trucidantem, &c. taliaque violentiz plena. *Tragoedia.*] *Arrian.* Epist. lib. 1. cap. 4. definit Tragoediam hoc modo. *τὴ γὰρ ἄλλο ἵς τὴ τραγῳδία, ἢ ἀνδράκων πάθη, τοῖσιν αὐτοῖσιν τὰ ἐν αὐτοῖς, διὰ μέγεθος τοῦ δ' ἐπιδεικνύμενα.*

12. *Fronte comæ torva.*] Hoc dicit propter Tragoediz severitatem. *Palla.*] Tragici est vestimenti genus. *Jacebat humi.*] Unde tragici dicuntur pallam & syrma trahere.

13. *Lex sceptrum late regale tenebat.*] *Movebat* meliores libri magno numero cum primâ editione. *Heins.* *Late regale.*] Sic Maro dixit l. *Æneid.* Hinc populum late regem.

14. *Lydius apta pedum vincla cothurnus erat.*] *Alta vincla* primâ editio cum Putschano, Sarraviano, optimo Palatino,

Arondeliano, & septem aliis. quomodo apud Virgilium.

Purpureæque alte suas vincire cothurno. Sardonius,

Laxo pes nates alius in cothurno. noster quoque infra altum cothurnum hac elegia appellat. *Heinsius.* *Cothurnus Lydius.*] Id est, hystronicus. Hystiones enim primum ex Lydia, id est, Hetruria, accersiti sunt. *Alta.*] Quia cothurni sunt multo altiores, quam calcei: & propemodum genus contingunt.

15. *Hac prior, Ecquis erit finis tibi dixit amoris?*] *Et prior* iidem codices, *amandi* quoque non *amoris*, nisi quod in optimo Palatino *amator*. venisse. *Heins.* *Ecquis.*] Quando defines amatoria scribere.

18. *Narrant in multas, &c.*] Triviales omnes, inquit, amores tuos loquuntur. *Secta.*] Divisa. *Compita.*] Quadri-
 via. Dicta, quod multæ viæ in unum confluant. Vide Serv. 2. Georg. Hinc compitalia, festa quæ in compitis celebrabantur. Et huius compitalitii.

19. *Vatem.*] Te Poëtam. *Designat digito.*] Demonstrat, indicat.

20. *Atque ait, Hic hic est.*] *Hic ille est* Sarravianus cum primâ editione. *Adi Notæ Met. xi. v. 6. Heins.* *Hic est.*] *Perfius:* *At pulchrum est digito monstrari, & dici, hic est. Fenus.*] Crudelis.

21. *Fabu-*

Fabula (nec sentis) tota jactaris in Urbe;
 Dum tua præterito facta pudore refers.
 Tempus erat thyrso pulsum graviore moveri.
 Cessatum satis est: incipe majus opus.
 Materia premis ingenium. cane facta virorum: 25
 Hæc animo, dices, area digna meo est.
 Quod teneræ cantent, lusit tua Musa, puellæ;
 Præmaque per numeros acta juventa suos.
 Nunc habeam per te Romana Tragedia nomen.
 Implebit leges spiritus iste meas. 30
 Hactenus: & movit pictis innexa cothurnis
 Densum cæsarie terque quaterque caput.

Altera

21. *Fabula.*] Scilicet tu, quia per totam urbem omnes de te loquuntur. *Fabula.*] Pro sermone. Ter. Hecyl. 4. 3. *Postremo nos jam fabula sumus, Pæmptiles senex, atque anus.* Et alibi, *Leopas in fabula.* pro quo Plaut. Stich. 4. 1. v. 71. *Atque occum tibi, lupum in sermone.* Et Pers. Sat. 5. — *fabula fies. Laetarius.*] Exagitatis.

22. *Dum tua præterito facta pudore refers.*] *Furta* scribendum. quomodo & alibi non uno loco est peccatum. ut lib. 11. Trist. de Calvo,

Dilexisti variis qui sua furta modis.

pro *præterito pudore* male codices nonnulli *postposito, præterito, neglecto* & similia. Trist. 11.

Est & in obscenis deflexa Tragedia rimus,

Multaque præteriti verba pudoris habet.

quo loco nihil est notandum. *præteriti pudoris verba* in quibus veretur ratio non habetur. *Heinsius.*

23. *Thyrso.*] Thyrsi proprie sunt hæc hederis involuta, quæ in Orgiis Bacchi sacris quæiebantur. Ipse quoque Liber pater fingitur tenere thyrsium, quod est latens telum, cuius mucro hedera circumregitur. Hic autem ponitur pro Bacchico furore, id est, poetico. *Plu-*

sum.] Id est, percussum.

24. *Majus.*] Quam opus Amorum.

25. *Materia.*] Materiz & argumenti levitate vilescit ingenium tuum. *Cane facta virorum.*] Heroica scribe.

26. *Hæc area.*] Hic campus in quo exultent carmina tua. *Animo.*] Dicendi sublimitate.

27. *Lusit.*] Ludere enim dicuntur Poëtæ, levia scribentes.

28. *Præmaque per numeros.*] Amatoris carmina, ætati tuæ juvenili convenientia satis scripsisti: nunc, quando ex prima juvenia excessisti, majora aggredere. *Numeros.*] Versus, carmina. *Suos.*] Ætati proprios. Neque enim omnia in omni ætate decet.

30. *Leges.*] Tragediæ leges exigunt spiritus sublimitatem, & magnitudinem. *Spiritus iste.*] Ipse Putaneus & quinque alii. *Heinsius.*

31. *Movit caput.*] Id est, concussit, agitavit: quod est ictorum. *Picta.*] Picturatis, pulchris. *Innexa.*] Sic Flaccus. *Et decuit magnæque loqui, nitique cothurno.* *Innexa cothurnis.*] Prima editio cum Sarraviano & decem aliis innexa. quomodo cothurnum *vincla* paulo ante nominavit, & Virgilio,

— *suras evincta cothurno.*

Heinsius.

33. *Altera*

Altera (si memini) limis subrisit ocellis.

Fallor, an in dextrâ myrtea virga fuit?

Quid gravibus verbis, animosa Tragoedia, dixit; 35

Me premis? an nunquam non gravis esse potes?

Imparibus tamen es numeris dignata moveri.

In me pugnaſti verſibus uſa meis.

Non ego contulerim ſublimia carmina noſtis.

Obruit exiguas regia veſtra fores. 40

Sum levis; & mecum levis eſt mea cura Cupido.

Non ſum materiâ fortior ipſa meâ.

Ruſtica ſit ſine me laſcivi mater Amoris.

Huic ego proveni lena comeſque Deæ.

Quam tu non poteris duro referare cothurno, 45

Hæc eſt blanditiis janua laxa meis.

Et tamen emerui plus quam tu poſſe, ferendo

Multa

33. *Altera.*] Elegia. *Limis.*] Aut tranſverſe tuentibus, quod irati eſt: ſubſiſta enim erat Tragoedia. aut *limis*, id eſt, patis, quod eſt laſciviz. unde Venus patis ocellis pingitur.

35. *Gravibus verbis.*] Moleſtis. Alludit ad gravitatem & pondus verborum, quæ tragoediaz inſunt. *Animosa.*] Iracunda, animi vehementis, & clari ſpiritus.

36. *Me premis.*] Melædis. quia dixerat tragoedia ſuperius, *O argumenti lente Poëta tui.* Et paulo inferius, *Materia premis ingenium:* quæ verba maxime elegiam premebant. *An nunquam non gravis eſſe potes?*] Semperne natura gravis eris.

37. *Imparibus numeris.*] Elegis carminibus. *Imparibus.*] Ad præſentem contentionem Tragoediaz & Elegiaz referendum eſt: utraque enim elegiaco metro ſuam cauſam agit. *Macr.*

38. *Meis.*] Elegis.

39. *Non ego.*] Non negaverim, inquit, tua carmina eſſe ſublimiora noſtris: ſed tamen carmina noſtra ſunt materiæ convenientia: & mihi eſt ea in dominam poteſtas, quam tu minime habes.

40. *Obruit.*] Obruit multi ex ſcriptis. *Obruas duo. Heinf.* *Obruit.*] Operit, ita ut vix videri poſſint. *Regia*] Quia in tragoediis mentio fit de regum palatiis, in elegiis vero de amicæ foribus.

41. *Levis Cupido.*] Ad eum ſupra quoque dixit: *Tu levis es multisque tuis venioſior aliis.*

42. *Fortior.*] Apta igitur ſum meæ materiæ.

43. *Ruſtica ſit ſine me.*] Fit multi ex ſcriptis cum primâ editione. bene. *Heinf.*

44. *Proveni.*] Nata ſum. *Lena.*] Elegia enim, dum iratam amicam amanti conciliat, dum puellæ ad virum, viri ad puellam verba amatoris perſert, lenæ officio fungitur.

45. *Duro cothurno.*] Severo carmine.

46. *Blanditiis.*] Elegia enim blanditiis maxime continet. unde eſt, *Blanda pharetratos Elegia caret amores. Lanna.*] *Amicæ. Laxa.*] Aperta.

47. *Et tamen.*] Licet ſum levis. *Emerui.*] Merita ſum. *Poſſe plus quam tu.*] Majorem habere poteſtatem, quam tu habes.

48. *Tuo*

Multa supercilio non patienda tuo.
 Per me decepto didicit custode Corinna
 Liminis adstricti sollicitare fidem;
 Delabique toro tunicâ velata recinctâ;
 Atque impercussos nocte movere pedes.
 Vel quoties foribus duris incisa pependi,
 Non verita à populo prætereunte legi!
 Quin ego me memini, dum custos sævus abiret,
 Ancillæ missam delituisse sinu.
 Quid, cum me munus natali mittis? at illa
 Rumpit, & appositâ barbara merfit aquâ?
 Prima tuæ movi felicia semina mentis.

Munus

48. *Tuo supercilio.*] Tuz severitati.
 49. *Per me.*] Mea opera. *Obstricti.*]
 Ego, inquit, Corinnam docui, quo pacto
 custodem decipere, & clausam januam
 aperire posset.

50. *Liminis obstricti sollicitare fidem.*]
Adstricti meliores. Deinde & fidem, Puteaneus,
 optimus Palatinus & quinque alii. verissime. vidit & Gronovius
Ob-servat. lib. 11. cap. 21. Apposite Propertius
 de Tarpeta,

*Prodiderat portaque fidem, patriamque
 jacentem.*

Remedio Amoris,

Sed tamen est artis strictissima jama no-
stra.

ita scribendum ex libris. sic contra jama
 laxa. de quo lib. 1. Fast. dicemus. v. 456.
 Art. Am. lib. 1. postora dolore adstricta ha-
 bes. Heinsf.

51. *Delabique.*] Supple à superioribus,
 Per me didicit Corinna sensim è mariti
 lecto se surripere, & ad Nasonem perge-
 re. *Velata.*] Cooperta, vestita. *Recin-*
cta.] Discincta. *Tunica velata soluta.*]
Recincta multi ex scriptis. Quomodo su-
 pra lib. 1. El. v.

Ece Corinna venit tunica velata recin-
cta.

infra lib. 111. El. viii.

Nunc mora; desinit tunica velata recin-
cta.

Artis 1.

Urque erat è somno tunica velata recin-
cta.

Fast. 111.

Quaque metu rapitur tunica velata re-
cincta.

sic & zonatu recinctam dixit Epistola 11.
 Heinsf.

52. *Atque impercussos.*] Lego vel invi-
 tis libris *impercussos pedes*, hoc est intrep-
 dos, contra lib. 11. Fast.

Turbatam viso rettulit angue pedem.

Idem. Nocte.] Per noctis tenebras.

53. *Ab quoties foribus duris incisa pe-*
pendi!] Vel quatuor Puteaneus & opti-
 mus Palatinus. recte. pro *incisa*, Sarras-
 vianus & duo alii *illisa*. optimus Pala-
 tinus, Neapolitanus, & alii tres *conci-*
sa. duo *illusa*. quod Politiano probaba-
 tur ex illo Virgilii, *Illusaque auro vestes*.
 Sed quid hoc ad rem? unus, *infixa*. alius
conculsa. Excerpta Jureti *conculsa*. Heinsf.
Foribus duris.] Mos enim erat amatorum,
 qui non admissi ante amicæ ostium
 permolestarent, in ipsius foribus literas in-
 cidere, quibus puellæ sævitiam objicie-
 bant, aut blandiebantur. *Incisa.*] Literæ
 proprie incidi dicuntur in marmore, in
 ligno, in æte.

57. *Quid cum me munus natali missa.*]
Mittis scribe cum Puteaneo & meo char-
 taceo. & mox pro *Rupit* idem Puteaneus
 & unus Moreti *Rumpit*. Heinsf.

59. *Mori.*] Excerpti. Ad Nasonem
 convez-

Munus habet, quod te jam petit, ista meum. 60
 Desierant; cœpi: Per vos utramque rogamus,
 In vacuas aures verba timentis eant.
 Altera me sceptro decoras, altoque cothurno.
 Jam nunc contacto magnus in ore sonus.
 Altera das nostro victurum nomen amori. 65
 Ergo ades, & longis versibus adde breves.
 Exiguum vati concede, Tragedia, tempus.
 Tu labor æternus: quod petit illa, breve est.
 Mota dedit veniam. teneri properentur amores,
 Dum vacat. à tergo grandius urget opus. 70

convertit sermonem. *Falicia.*] Aliis enim aliud natura ingenium tribuit: benignius & foelicius igitur Naso sortitus fuerat. *Semina.*] Igniculos eos, de quibus Cicero in Tusculana tertia: Quis igniculos, hominum ignavia & socordia sæpenumero extinguit. Quoniam igitur Ovid. se primum elegis exercuit, nunc dicit, Elegiam primam movisse suæ mentis semina.

60. *Munus.*] Id est, sribendi foelicitæ faculatæm, quam tibi donavi. *Ista.*] Tragedia.

61. *Deseras: capi.*] Per vos utrasque rogamus.] Primo *deseras* ex quatuor libris reponendum. deinde *per vos utramque* cum Putaneo & multis aliis. *Heins.* *Deseras.*] Ambæ, Tragedia scilicet & Elegia, finierant, & suis sermonibus modum imposuerant. *Capi.*] Scilicet eas alloqui.

62. *In vacuas aures.*] *Vacuas aures* Putaneus, tertius Palatinus & prima editio. atque ita legit Tranquillus Faber in Phædrum c. III. noster Met. IV.

— *aliquid vacuas referamus ad aures.* quod non est mutandum. *vacuas aures* dixit Plautus. Met. XII.

E quibus hi vacuas implent sermonibus aures.

ubi *aures* etiam nonnulli. & postea,

Verbaque res fudit vacuas animosus in aures.

et si *aures* ibi pertinaciter tam scripti quam

typis editi codices. *In auras fundere verba* dicuntur, quos nemo exaudit. ut *ventis verba profundere* Lucretio.

— *in sac ne ventis verba profundam.*

Heinsius. *Timentis.*] Scilicet iudicium meum. *In auras vacuas.*] Ad nihilum, inquit, redigantur hæc vestra verba, quibus utraque timorem ostenditis, ne à me deferamini.

63. *Sceptro & cothurno.*] Tragica scriptione.

64. *Jam nunc contracto magnus in ore sonus.*] *Contacto magnus in ore sonus* Putaneus & optimus Palatinus cum Scaligeri excerptis. recte. nisi quod *sonus* non est mutandum. alii *contracto orbe*, vel *contracto orbe*. Prima editio *cantato ore*. at frustra. Salmasius libro de Corna restituit, *contracto ore*. personati nempe tragedi. sed *contracto ore* non est sollicitandum. ponitur nempe pro *adfiato*. Met. XIV.

— *ambrosiâ dulci cum mellare mistâ*

Contigit os, fecitque dentem.

Epistola IV.

Ut quos sermidea Dryades Faunisque bicornes

Nomine contactus attenuare suo.

Heinsius.

70. *A tergo grandius urget opus.*] Attentionem capta. Sic Virgil. lib. 7. *Major rerum mihi nascitur ordo, Major opus movet.* Domin.

ELE-

ELEGIA II.

Ad amicam, cursum equorum spectantem.

Non ego nobilium sedeo studiosus equorum :
 Cui tamen ipsa faves, vincat ut ille precor.
 Ut loquerer tecum veni, tecumque sederem :
 Ne tibi non notus, quem facis, esset amor.
 Tu cursum spectas, ego te. spectemus uterque
 Quod juvat, atque oculos pascat uterque suos.
 O, quicumque faves, felix agitator equorum!
 Ergo illi curæ contigit esse tuæ;
 Hoc mihi contingat, sacro de carcere missis
 Insistam forti mente vehendus equis.
 Et modo lora dabo; modo verberare terga notabo :
 Nunc stringam metas interiorę rota.

Si

1. **N**on ego nobilium venio spectator equorum, &c.] Dum ludi Romæ celebrarentur, in theatrum & circum, quem maximum dicebant, ingens utriusque sexus hominum multitudo ad spectandum confluxerat. Juvenes puellis assidebant, lege loci permittente. Hinc Poëta in Artibus præcepit illi, qui puellam, quam amet, eligere cupiat, ut in his locis præcipue eam venerit. Equorum.] Inde Equiria dicebantur hi ludi, qui in Circo maximo, inter Palatinum & Aventinum, quinto Idus Aprilis fiebant. Sed potius de Circensibus.

2. Cui tamen ipsa faves.] Sic enim præceperat in Artibus: Nec mora, quisquis eris cui faveat illa, fave.

5. Tu cursum spectas, ego te.] Spectas meliores cum Putaneo, qui etiam cursum. Forte spectans. Heinf.

9. Sacro.] Quia in deorum honorem ludi fere omnes edebantur.

12. Stringam.] Radam. Interiore.] Propinquiore. Interiore rota.] Compendio spatii. sic Cic. in Academ. quæst. ex Arzo. — qua, cursu interiore, brevi convertitur orbe. Et noster vers. 70. — admoto præcinctus accessit. Stat. 6.

Thebaid. Speravis flexa circum compendia meta — Interius ductis Phœbæus augur habetis — Anticipare vitam. Et Virgil. 5.

Radis iter lavium interior, subitusque priorem

Præteris, & metis tenet agnora tanta reliquis.

&c. deinde: — dum proram ad saxa suburget — Interior. Ubi Serv. interior, id est, sinisterior. Quod & ex Luciano discimus 8.

— non sic moderatur equorum

Dexteriore rota, lavium cum circum accens,

Cogit inoffensa currus accedere meta.

Quæ omnia ex perenni Homeri fonte, Iliad. ♪. 334. & seqq. ubi plenissimam huius certaminis descriptionem habemus.

Τῷ οὐ μάλ' ἰσχυρίμηναι, ἰλδαν σχοδὸν ἄρμα καὶ ἵππους.

Ἀυτὸς δὲ κληθῆναι ὑπελάκτωρ ἐνὶ δίσκῳ,

Ἥκ' ἐπ' ἀριστέρα τοῖσιν. ἀτὰρ τὸν δεξιὸν ἵππον

κίνοισι ομοκλήσας, εἴβαι τε οἱ ἡνία χερσίν.

Εἴ 2

Εἴ

Si mihi currenti fueris conspecta, morabor :

Deque meis manibus lora remissa fluent.

Ah quam pæne Pelops Pifæâ concidit hastâ, 15

Dum spectat vultus, Hippodamia, tuos!

Nempe favore suæ vicit tamen ille puellæ.

Vincamus dominæ quisque favore suæ.

Quid frustra refugis; cogit nos linea jungi.

Hæc in lege loci commoda Circus habet. 20

Tu tamen, à dextrâ quicumque es, parce puellæ.

Contactu lateris læditur ista tui.

Tu quoque, qui spectas post nos, tua contrahe crura,

Si pudor est, rigido nec preme terga genu.

Sed

Ἐν νύσῃ δὲ τοι ἴππῳ ἀγέτορος ἰ-
χρυμφθῆτω.
Et Theocrit. Idyll. 24. ἡ. 117. *

Ἴππῳ δ' ἐξελθασσῶσαι ὧς ἄρματι,
καὶ περὶ νύσῃ

Ἀσφαλῶς κἀμπτόντα τροχῶ σὺρ-
μα φυλάξαι.

14. *Fluent.*] Elabentur.

15. *Ah quam pæne Pelops Pifæo concidit axe.*] *Ah quam pæne* Putcaneus cum Menteliano & Neapolitano. idem cum Barberiniano & duobus aliis, *Pifæa hasta*, quod verum est. neque aliter Jureti & Scaligeri Excerpta. habes fabulam apud Pindarum, qui Oenomaos Pelopen insequenti ἵλχῳ χέλευον quoque dat. Apollonius libro 1.

Τὸν δὲ μεταδρομάδην ἐπὶ Μυρτίλῳ ἤλασεν ἵππῳ

Σὺν τῷ δ' Οἰνόμαϊ πρότενός δ' ἔργον χερσὶ μομαρπῶς.

Claudianus laude Serenæ,

— curru Pifæo marito

Fugis tela Pelops. Heinl.

Pelops.] Tantali filius, qui Pifam accesserat, visa Hippodamia, id concipiens connubium, corrupta Myrtilum aurigam patris, primi coitus pactione. Qui factis cereis axibus rotarum, effecit ut Pelops victoria potiretur, primusque ad aram Neptuni perveniret. *Concidit.*] Hoc est, interfectus fuit. *Axe Pifæo.*] Id

est, ab Oenomaos, qui curru Pifæo vectus hastam manu tenebat, qua procos perimebat, dum eos præcurrentes assequeretur. ut sit sensus: Pelops, dum Hippodamiz, quam secum in suis quadrigis vehibat, faciem cum stupore conspiceret, & propter hoc aliquantulum moraretur, parum absuit, quin ab insequente Oenomaos fuerit occisus. *Pifæo.*] A Pifa Arcadiæ oppido, quod præterfluit Alphæus amnis.

18. *Vincamus.*] Hippodamiz exemplo debemus, inquit, amantes victoriam adipisci, puella nostra nobis favente.

19. *Quid refugis.*] Puellarum exprimit ingenium, quæ facile dissimulant.

20. *In lege loci.*] Lex enim neminem prohibet, quo minus in publicis subscelliis assideat. *Hæc commoda.*] Ut tangere & alloqui puellam possis. *Circus.*] Spacium erat oblongum, in cuius principio carceres, unde quadrigæ effundebantur, & equi currunt. Circi Romæ tres fuisse scribuntur, Maximus, Flaminius, vel Apollinaris, & Neronis in Vaticanano.

21. *Tu tamen.*] Hæc omnia, licet non fuerint, tamen in puellæ gratiam dicit, ut illius animum sibi conciliet.

24. *Rigido nec preme terga genu.*] *Rigida manu* Putcaneus & Arundelianus. sed male lib. 1. Ast,

Refpice

Sed nimium demissa jacent tibi pallia terræ.

25

Collige; vel digitis en ego tollo meis.

Invida vestis eras, quæ tam bona crura tegebas:

Quoque magis spectes, Invida vestis eras.

Talia Milanion Atalantes crura fugacis

Optavit manibus sustinuisse suis.

30

Talia succinctæ pinguntur crura Dianæ,

Cum sequitur fortes, fortior ipsa, feras.

His ego non visis arsi. quid fiet ab istis?

In flammam flammæ, in mare fundis aquas.

Suspitor ex istis & cætera posse placere,

35

Quæ bene sub tenui condita veste latent.

Vis tamen interea faciles arcessere ventos,

Quos

Respice præterea, post vos quicumque se-
debis,

Ne premas opposito mollia terga genu.

Heinf.

25. *Demissa jacent tua pallia terra.*] *Di-*
missa jacent tibi terra meliores. sic & lib.

1. *Artis Amat.* in iisdem,

Pallia si terra nimium dimissa jace-
bunt.

sic terrâ deponere non terra Amor. III. El.
v. ex optimo codice. Vulgatam tamen
loco non ausim movere. *Idem.* *Pallia.*] *Vestis.* Sic in *Artibus*: *Pallia si terra*
nimium demissa jacebunt, Collige, & im-
munda sedulus effert humo.

29. *Atalanti crura fugacis.*] *Atalan-*
tis scripti. Lege *Atalantis.* pro *Melanion*
Sarravianus *Milanion.* lege *Milanion,* &
vide quæ noto *Art. Amat.* II. *¶* 188.
lib. III. *Art.*

Milanion humeris Atalantes crura fero-
bat.

sic & ibi ex optimis libris scribendum.
Heinf. *Atalantes.*] Duæ fuerunt: altera
Schoenici filia, nobiliscursu, altera Arca-
dica, quam perditæ amavit Milanion, &
quæ speciosissima crura habuit. Quod
ostendit Poëta & hic, & in *Artibus*, di-
cens: *Milanion humeris Atalantes crura*
ferbat: Si bona sunt, hoc sunt aspicienda
modo, Fugacis.] *Velocis.*

31. *Succincta.*] *Venatricis habitum*
exprimit. *Succinctæ Diana.* Sic *Virgil.* I.
Succinctam pharara, & maculosa tegmina
Lyncis. Ubi *Servius* non placet. simplici-
ter intelligendum videtur, altius cin-
ctam, & pharetram habentem. Quod
ex illo patet, *Nuda genu:* quo respexit
nostr. *βαδύζων.* Et *Ennius* *annal.* 15.

— *Succinctis corda machairis.* *Succinctus*
trabea. *Virgil.* *Veteres* urebantur verbo
ζωόθας, pro accingi, indui ad pugnam.
ἐυζώνοι. *Halicar.* 3. Contra, dis-
cinctus pro ignavo & inerti. *Discinctus*
verna. *Discinctus nepos.* *Transfertur*
etiam ad alia: pro instruere, munire,
fulcire. *Petron.* in *Schedio.* *His ani-*
matum succinge bonis. *Justin.* 6. 1. *Phar-*
nabazum, & Tiffasernem maximarum
gentium viribus succinctos. & lib. 35.
cap. 1. *Totius orientis viribus succinctus,*
Vide eleg. 9. 1. *Amor.* *¶* 41. *discinctaque*
in otia natus.

32. *Sequitur feras.*] *Persequitur jacu-*
lis, & clamore premit.

35. *Cætera.*] Sic in *Metamorph.* *Si*
qua latent, meliora putat.

36. *Condita.*] *Celata.*

37. *Vis tamen interea tenues arcessere*
ventos.] *Faciles ventos libri meliores.*
probe. vide *Notas Trist.* El. II. lib. 1.
¶ 81. *Heinf.* *Interrea.*] *Interim, dum*
ludi

ff 3

Quos faciat nostra mota tabella manu?
 An magis hic meus est animi, non aëris, æstus,
 Captaque foemineus pectora torret amor? 40
 Dum loquor, alba levi sparsa est tibi pulvere vestis.
 Sordide de niveo corpore pulvis abi.
 Sed jam pompa venit. linguis animisque favete.
 Tempus adest plausus: aurea pompa venit.
 Prima loco fertur passis Victoria pennis: 45
 Huc ades; & meus hic fac, Dea, vincat amor.
 Plaudite Neptuno, nimium qui creditis undis.
 Nil mihi cum pelago: me mea terra capit.
 Plaude tuo, miles, Marti: nos odimus arma.

Pax

ludi incipiant agi. *Faciles.*] Leves, non impetuosos. *Arceßere.*] Advocare.

38. *Quos faciant nostra mota tabella manu.*] *Facies tabella* Puteaneus. *faciat tabella* prima editio, cum Jureti excerptis, Neapolitano, & sex aliis. plures, *faciat tabella. tabella* hic legendum jam monui Notis ad lib. 1. Artis v. 163. quæ consulantur. *Heinf.* *Quos faciant nostra.*] Hoc quoque ad incundam puellæ gratiam facit.

41. *Alba nigro sparsa est tibi pulvere vestis.*] *Alba levi* Puteaneus cum excerptis Scaligeri & Politiani. in multis aliis extat brevis. *Heinf.*

43. *Sed.*] Particula hæc comica semper novum aliquid demonstrat. *Pompa.*] *Pompa* in his ludis dicebatur ordo eorum, qui præcedentes, deorum imagines circumferbant: post autem pompam sequebatur equorum cursus. *Linguis.*] Quo ad verba & omina. *Animis.*] Quo ad cogitationes bonas. *Favete.*] Favere, inquit, Fæstus, est bona fari: sed veteres Poëtæ pro *silere* usi sunt. Hoc autem verbo in sacris taciturnitas, in ludis favor indicitur. *Favete linguis.*] *Euphrai.* Bona dicite verba.

45. *Sparsis Victoria pennis.*] *Passis* pennis Puteaneus, Sarravianus, Arondelianus, & quinque alii. recte. *Claudius,*

Ipsa duci sacras Victoria panderet alas. sic & de Pavone Horatius,

— *picta pandat spectacula canda.*
 noster superiore libro El. vi.

Ita pia volucres & passis plangite pennis.

ita enim Arondelianus liber inter optimos. *vulgati pectora plangite pennis.* *Heinf.* *Victoria.*] *Victoriæ simulachrum. Pennis.*] *Victoria* enim propter levitatem, & inconstantiam, ambiguitatemque alata fingeatur.

46. *Huc ades atque meus.*] *Et meus hic* meliores. *Heinf.* *Huc ades.*] *Mihi* favcas, ut in amore meo vincam.

47. *Neptuno.*] Cui forte obigit maris imperium: ex quo patet, inter reliquis deorum imagines Circensibus Neptuni quoque simulachrum ferri solitum. *Nimium.*] Per hoc, navigandi periculosum studium damnat.

48. *Nil mihi cum pelago.*] Sic Labrax ille Plaut. in Rud. 2. 6. a princip.

Qui homo sese miserum & mendicium vult,

Neptuno credat sese atque aetatem suam:
Nam si quis quid cum eo rei commiserit,
Ad hoc exemplum amicitia ornatum, do-
man.

Hinc Eurip. Hippol. *πικρὰ ναυλαπρία.*
Με mea terra tenet.] *Capis* meliores. *Heinf.*

52. Ar-

Pax juvat, & mediâ Pace repertus Amor. 50
 Auguribus Phœbus, Phœbe venantibus adsit:
 Artifices in te verte, Minerva, manus.
 Ruricolæ Cereri, teneroque adsurgite Baccho:
 Pollucem pugiles, Castora placet eques.
 Nostibi, blanda Venus, puerisque potentibus arcu 55
 Plaudimus. inceptis annue, Diva, meis.
 Daque novæ mentem dominæ, patiaturs amari.
 Annuit; & motu signa secunda dedit.
 Quod Dea promisit, promittas ipsa rogamus.
 Pace loquar Veneris: tu Dea major eris. 60
 Per tibi tot juro testes, pompamque Decorum,
 Te

52. *Artifices in te verte.*] Id est, tibi plaudas. Omnium fere artium, lanificii præstetim dea dicitur Minerva.

53. *Agricola Cereri.*] Meliores Ruricola. Heinſ. *Tenero.*] Quia puer fingitur. *Aſſurgite.*] Honoris cauſa.

54. *Castora placet eques.*] Quod Pollux pugil, Caſtor autem equorum domitor extitit, præter Homerum, oſtendit etiam Propertius: *Qualis & Enſeæ Pollux & Caſtor habemus, Hic viſſor pugnis, ille futurus equis. Placet.*] Sibi conciliet.

55. *Nos.*] Veneris ſimulachrum alloquitur. *Blanda.*] Perpetuum eſt Veneris epitheton. *Potentibus.*] Quia Regnat, & in dominas jus habet ille deus. *Puerisque potentibus arcu.*] Puerisque potentibus arcu Puzæneus. recte. hinc illa, *Armipotens, ignipotens, annipotens & ſimilia.* Heinſius.

56. *Inceptis meis.*] Quia modo puellam, cui aſſidebat, amare coeperat.

57. *Daque nova mentem dominæ, ut patiaturs amari.*] Libri præſtantioreſ ut non agnoſcunt. Magna etiam pars codicum, *novam mentem. novam dominæ mentem* excerpta Douſæ. Scribe:

Daque bonam dominæ mentem.

libro I. El. II.

Mens bona ducetur manibus poſt terga revinctis.

lib. II. El. VIII.

Quid quod, in ancillaſi quis delinquere poſſet,

Illum ego contendi mente carere bona.

Heinſ. *Mentem.*] Animum, voluntatem.

60. *Pace loquor.*] Loquar vetuſtiores. malim etiam major eras. Heinſius. (*Pace loquar Veneris.*)] Hac parentheſi utimur, quando oratio noſtra aliquem offendere videtur. *Major.*] Scilicet ipſa Veneris.

61. *Per ſuperos juro teſtas.*] Per tibi tot juro teſtes. juro tibi. elegantcr. ſic lib. I. in Faſt.

Per tibi ego hunc juro ſortem caſtumque cruentem.

Met. III.

Per tibi nunc ipſum (neque enim præſentior illo

Eſt Deus) adjuro.

Epistoſa Sapphus,

Per tibi (qui nunquam longe diſcedat) Amorem

Perque novem juro nomina noſtra Deas.

Propertius libro II. Eleg. xx.

Oſſa tibi juro per matris & oſſa parentis.

mox vetuſtiores codices tempus in omne peti. non fore. Heinſius.

Ff 4

64. Can-

Te dominam nobis tempus in omne peti.
Sed pendent tibi crura: potes, si forte juvabit,
Cancellis primos inseruisse pedes.

Maxima jam vacuo Prætor spectacula Circo

65

Quadrijuges æquo carcere misit equos.

Cui studeas video: vincet cuicumque favebis.

Quid cupias ipsi scire videntur equi.

Me miserum! metam spatioso circuit orbe.

Quid facis? admoto proximus axe subit.

70

Quid facis, infelix? perdis bona vota puellæ.

Tende precor validâ lora sinistra manu.

Favimus ignavo. sed enim revocate, Quirites;

Et date jactatis undique signa togis.

En revocant. at, ne turbet toga mota capillos,

75

In nostros abdas te licet usque sinus.

Jamque patent iterum referato carcere postes.

Evolat admissis discolor agmen equis.

Nunc

64. *Cancellis.*] Clatris. Sunt autem ligna in transversum compacta instar retis, ex quorum foraminibus spectatur.

65. *Maxima.*] Præcipua. *sem vacuo.*] Ante enim quam e carceribus emitterentur equi, omnes e Circo decedebant, ne impedimento essent currentibus. *Prætor.*] Si quidem apud Romanos prætores præstant ludis exhibendis.

66. *Æquo carcere.*] Pro, æqualibus carceribus.

67. *Cui faveas video.*] *Studeas* multi ex præstantioribus, quod probum. hinc *studia partium.* Heinsius.

71. *Quid cupias.*] Imo *Quid* cum Putaneo & sex aliis. *Idem.*

69. *Spatioso circuit orbe.*] Id enim industria & laboris erat in hoc certamine, ne adeo à meta agitator diversus abiret, ut inter ipsum & metam alius subiret, aut nimium metæ adhaerens rotam frangeret. *Spatioso orbe.*] Magno giro.

70. *Admoto proximus axe subit.*] Superius, vl. 12. quo etiam refert. vl. 72. *Proximus arte subi.*] *Subit* recte meliora. Heinsius.

72. *Tende.*] Intende, trahere. *Valida.*] Forti. *Lora sinistra.*] Meta enim erat ad laevam.

73. *Favimus.*] Puellam aspiciens hoc dixit. *Ignavo.*] Inerti & pigro agitatori. *Sed enim revocate Quirites.*] *Sed enim* idem probe. Heinsius.

74. *Et date jactatis undique signa togis.*] Togarum enim jactatio signum erat revocationis.

77. *Patent.*] Aperti sunt. *Iterum.*] Revocatus enim fuerat. *Referato carcere.*] Apertis carceribus.

78. *Et volat admissis.*] *Evolat* præstantiores, nisi malis cum Juniano & tribus aliis. *Et volat emissis.* *emissis*, scilicet carcere. optimus Palatinus *Advolat emissis.* Heinsius. *Discolor.*] *Discolor agmen* dixit, quia Circensibus ludis primus fuerunt quatuor aurigarum factiones, Veneta, Prasina, Alba, & Rosca,

Nunc saltem supera, spatioque insurge patenti.

Sint mea, sint dominæ fac rata vota meæ. 80

Sunt dominæ rata vota meæ: mea vota supersunt.

Ille tenet palmam: palma petenda mihi est.

Risit, & argutis quiddam promisit ocellis.

Hoc satis hic. alio cætera redde loco.

Rosca, à coloribus distat. Causam nomen & diversum colorum hanc tradidit Cassiodorus, ut quatuor anni tempora representarentur. Si quidem Præsius, qui color est viridis, viventi Veri dictus erat, Rosca flammeæ ætati, Venus nubilæ hyemi, Albus principio autumnæ.

18. *Sunt.*] Videbat enim agitatore, cui puella favebat, ad metam pervenisse, & jam victoriam adeptum. *Mea vota.*] Quæ sunt, ut in amore mihi obsequatur puella.

82. *Ille.*] Equorum agitator. *Palmam.*] Victoriam. *Palma petenda mihi est.*] Reliquum est, inquit, ut ego quoque victoria potiar. *Palma petenda mea est.*] *Mihi est* prima editio, Arondelia-

nus. & Sarravianus cum sex aliis. *Heins.*

83. *Argutis.*] Micantibus, radiantibus. *Argutis ocellis.*] Idem Eleg. seq. v. 9. *Argutus habuit, radiant ut fidus ocelli.* Quasi acute arguens animi affectum. Cic. 1. de legib. *Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti sumus, loquuntur.* Item arguta exta: quæ maxime declarant, quod futurum sit. Instantes oculi. Epist. 17. v. 78.

84. *Hoc satis est.*] Excerpta Douze, *Hoc satis hic,* quod & Naugerius in suis invenerat. sequor, duo alii ex nostris, *Hac satis hic,* etiam non male. *Heinsius.* *Hoc.*] Scilicet quod ocellis promissisti. *Hic.*] In Circo. *Redde.*] De mihi. *Domini.*

ELEGIA III.

De amica, quæ pejeraverat.

Esse Deos, i, crede. fidem jurata fefellit:
Et facies illi, quæ fuit ante, manet.

Quam

*E*sse Deos credanne.] Puteaneus & optimus Palatinus, *hic crede.* Scribe, i, crede. elegans loquendi modus, sed non raro ab oscitantibus librariis interversus. de quo nonnihil jam ad Claudianum diximus, & supra ad Epist. IV. xl. 127. Ep. Deianiræ,

Innum tolle animos & fortia facta recense.
Epicedio Drusi,

Innum & rebus tantâ impendente ruina,
In te unum oculos & tua damna refer.

Art. Am. 1.

Atque ais cæca tenens, ire, placeat mox.
Remed.

Tu tamen i, quamvis firmis retinebero
vincula.

I precor, & longas carpere perge vias.
Ita ex vestigiis membranarum utroque loco scribendum. & postea,
Quævis, ubi invenias? artes, i, perlege
nostras.

sic veterimus Regius, & mox demum,
Tu tamen, i, numero pugna; præcepta
que manas

Constat.

&c,

I fruere usque tua nullo prohibente puella.
Elegia de Nuce,

FF 5

Sali-

Quam longos habuit nondum perjura capillos,
 Tam longos, postquam numina lufit, habet.

Candida candorem roseo suffusa rubore

Ante stetit: niveo lucet in ore rubor.

Pes erat exiguus: pedis est artificissima forma.

Longa decensque fuit: longa decensque manet.

Argutos habuit, radiant ut fidus, ocellos;

Per

Scilicet ite, oleas distringite, cadite menses.

ita & illic ex vestigiis veteris scripturae emendo. Fast. vi.

Si vis es, i, distas exige dotis opes.
 ubi perperam indistat nunc legitur. Pont. ii. El. iii.

Nisi nisi quod prodest, carum est. i, detrabe menti.

Sperni fructus avida, nemo petendus erit.

sic & ibi ex vestigiis codicum refingo: Virgilius,

Tyrrenas, i, sternas acies: tege pace Latinos.

Catalectis Pithoei,
I nunc & vita fugientis tempora vende Divitibus carnis.

In iisdem pag. 33.

I nunc & Reges tantum fuge. vivere doletis.

Uni vive tibi, ne moriari tibi.

sic scribo. veterrimus enim codex Vossii sub finem, nam moriari. est ironia. idem codex Nunc & Reges tantum fuge. nimirum excidit To I initio versus. alludit ad illa Martialis lib. x. Ep. xcvi. i, cole nunc reges. sic supra Amor. i. El. vii.

I nunc magnificos victor molire triumphos.

veterrimus Putaneus I non agnoscit. unde alii codices postea finxerunt, Nunc jam, Nunc nunc, Nunc tibi & similia. Martialis lib. xi. vi. 71.

Vende fines servos, agros, i, vende paternos.

sic & ibi lego. nam duo libri veteres agnoscunt vende. nihil usitatius hoc loquendi modo apud poetas. Sed illud

minus obvium, pari modo ab illos dixisse. Luctetius libro iii.

Aufer, abi, hinc lacrimas, balatro, & compeste querelas.

ita locus mendosissimus fingendus. vulgati frigide,

Aufer ab hinc lacrimas, barde & compeste querelas.

Scripti plerique, quos inter duo Vossiani veterrimi baratre. unus Lambini baratro. quod illi frustra arripit. balatronem pro homine nihili aut nugaci veteres videntur summis. quo significato etiam apud Varonem occurrit libro ii. de re rustica cap. v. vide Festum in Balatrones, & Observationes parentis mei ad lib. ii. Sat. iii. Horatii haec ragicypoc. Heinss. *Esse deos i, crede. fidem jurata sefellit, &c.* J Deceptus Naso puellae iurejurando, cum eam nulla affectam poena videret, de diis dubitat. Aut, inquit, nulli sunt dii, & falsa religione tenemur: aut si sunt, puellis nimirum indulgent. *Inrata.* J Quz juravit.

4. *Postquam numina lufit.* J Rectius lufit quinque scripti cum excerptis Iureti. sic infra,

Es mecum lufos videt inulsa Deos, fallere Deos Epistola ii. vi. 37. ut illic observavi. Heinss. Lufu. J Pejerando.

6. *Luceat ore.* J Tantum egregio decus enitet ore.

7. *Pedis est artificissima forma.* J Artificissima meliores. frustra. Heinss. *Pedis est artificissima forma.* J Non major factus est post perjurium.

8. *Longa decensque.* J Id est, longa cum decore. Manet. J Postquam numina lufit.

9. *Argutos.* J Micantes.

10. Per

Per quos mentita est perfida sæpe mihi. 10
 Scilicet æterno falsum jurare puellis
 Dî quoque concedunt; formaque numen habet.
 Perque suos illam nuper jurasse recordor,
 Perque meos oculos; & doluere mei.
 Dicite, Dî; si vos impune fefellerit illa, 15
 Alterius meritis cur ego damna tuli?
 At non invidiæ vobis Cepheïa virgo est,
 Pro male formosâ iussâ parente mori.
 Non satis est, quod vos habui sine pondere testes,
 Et mecum lufos ridet inulta Deos: 20
 Ut sua per nostram redimat perjuriam poenam,
 Victimâ deceptus decipientis ero?
 Aut sine re nomen Deus est, frustra que timetur;
 Et stultâ populos credulitate movet:
 Aut, si quis Deus est, teneras amat ille puellas; 25
 Et nimium solas omnia posse jubet.

Nobis

10. *Per quos mentita est.*] Et puellæ per suos oculos jurabant. Tibullus libro tertio, *Et si perque suos fallax juravit oculos.* *Per quos mentita.*] *Tegit puer oculos suos, conceptissimisque verbis juravit.* Petron.

11. *Scilicet æterni.*] *Æterno* prima editio cum Putcaneo, optimo Palatino & sex aliis. quod esset pro *æternum*. ut habent duo alii. Plinius lib. 11. cap. ult.

Vire æterno hanc fontem igneam contogens fraxinus. Exit in Mæminensi agro flatis Vulcani diabus. Heins. *Falsum jurare.*] Pejerare.

22. *Forma.*] Corporis pulchritudo. *Habet numen.*] In deos jus habet.

14. *Et doluere mei.*] Quasi hic dolor proveniret ex perjurio puellæ.

15. *Fefellerit illa.*] *Fefellerat* meliores. Heins.

16. *Alterius meriti.*] *Meritis* opt. Palatinus, & unus Moreti. *Idem.* *Alterius meriti.*] Alterius peccatis. *Damna.*] Oculorum dolorem, quem pati

debuerat, ipsa puella, criminis rea.

17. *At non.*] Cassiopea, Cepheï regis Æthiopum uxor, adeo forma superbiuit, ut ausa fuerit ubique jactare se Nereidibus esse pulchriorem. Fabulam tetigit Higynus, & Naso lib. 4. Metamorph. Inquit igitur hic Poëta: Odi, nonne satis invidiæ contraxistis quando pro Cassiopeæ matris peccato insontem filiam Andromedam mori iussistis? nunc quoque me immeritum perjuriam puellæ hære facitis? *Cepheia virgo.*] Andromeda Cepheï filia.

18. *Male formosa.*] Quia formæ superbia adjuncta erat, unde mortis periculum filiz evenit. *Iussa.*] A Jove Ammonæ. Hoc tamen Poëta nunc ad omnes deos refert. *Parentis.*] Matre Cassiopea. *Mori.*] Quia cetero devoranda exposita fuit.

19. *Quod vos.*] Quod vos cum fraude testata est, & vos una mecum læserit. *Habuit sine pondere testes.*] *Habui* cum castigacionibus scribendum. Heins.

27. No-

Nobis fatifero Mavors accingitur ense:

Nos petit invictâ Palladis hasta manu.

Nobis flexibiles curvantur Apollinis arcus:

In nos alta Jovis dextera fulmen habet.

30

Formosas Superi metuunt offendere læsi:

Atque ultrò, quæ se non timuere, timent.

Et quisquam pia thura focis imponere curet?

Certe plus animi debet inesse viris.

Jupiter igne suo lucos jaculatur & arces.

35

Missaque perjuras tela ferire vetat.

Tot meruere peti. Semele miserabilis arsit:

Officio est illi pœna reperta suo.

At si venturo se subduxisset amanti,

Non pater in Baccho matris haberet onus.

40
Quid

27. *Nobis.*] Ita, inquit, deorum, viris tantum nocet, foeminis aurem parcat. *Nobis.*] Contra nos; in nostram perniciem. *Nobis accingitur.*] Archaismus. Sic antiqui dicebant, ut Servius ad illud Virgil. *impar ingressus Achilli.*

— *Pelida tunc ego forti*

Congressum Enaeam nec dis nec viribus equum

Nube caeva eripui.

Fatifero.] Fatum, id est, mortem, ferente: letifero. *Accingitur.*] Armatur.

28. *Palladis.*] Quæ & ipsa bellis præest. *Hasta.*] Quod est Palladis telum, unde dicta est Pallas, ἀστὴρ τῆ παλλὰς id est, à vibrando.

29. *Nobis.*] In nostra damna. *Curvantur.*] Intenduntur.

33. *Imponere curat.*] Curat opt. Palatinus, sed nil necesse, vide infra quæ noto ad Eleg. VIII. §. 1. *Heinsius.*

35. *Arces.*] Sancta deorum templa.

37. *Tot meruere peti.*] Imo peti, fulmine nimirum, atque ita libri præstantiores. idque Ciofanius in uno ex suis invenit. Elegia de Nuce.

Optavi valido fulminis igne peti.

Trist. I. El. I.

Idæ tot infecto, cum totas, igne peti.

Heinsius. *Tot meruere.*] Cum Semelem Cadmi & Hermionis filiam Jupiter amaret, Juno pellicis impatiens, eam de medio tollere decrevit. Fabulam narrat Ovid. lib. 3. Metamorph. *Arfit.*] Jovis fulminibus incensa & extincta est.

31. *Officio.*] Beneficio: quia obsecrata est Jovi. Sensus est: Cum Semele benemerita esset de Jove, ab illo pœnis est affecta: eoque pacto Jupiter illi gratiam retulit, beneficiorum memor.

39. *At si.*] Sed si, inquit, Semele subterfugisset Jovem cum fulminibus properantem in suos complexus, extincta non esset, nec ejus utero cæso Bacchus infans adhuc immaturus femori Jovis infusus fuisset. *Amanti.*] Jovi.

40. *Pater.*] Jupiter. *In Baccho.*] Scilicet ferendo. *Onus matris.*] Quod mater Semele ferre utero debuerat. Sane hac de causâ Poëtæ bimatrem Bacchum appellarunt, & *Dithyrambon*, quod *διὰ δύο θύρας*, hoc est, per duas januas transierit. *Habere onus.*] Opus Pœneus & Barberinianus cum Scaligeri excerptis. sed *onus* rectum est. Adi Notas Fast. III. §. 718. *Heinsius.*

41. *Totæ*

Quid queror, & toti facio convitia cælo?

Dî quoque habent oculos: Dî quoque pectus habent.

Si Deus ipse forem; numen sine fraude liceret

Fœmina mendaci falleret ore meum.

Ipse ego jurarem verum jurare puellas;

45

Et non de tetricis dicerer esse Deus.

Tu tamen illorum moderatius utere dono:

Aut oculis certè parce, puella, meis.

41. *Toto facio convitia cælo.*] Toti magis aridet cum duobus scriptis. vide *Notas Remed. Am.* 507. *Idem. Convitia.*] Jurgia. *Calo.*] Id est, deis, qui coelum habitant.

43. *Sine fraude.*] Sine læsione, impune. *Licet.*] Scilicet per me: id est, permitterem.

45. *Ipse ego jurarem.*] Perjurio puellæ perjurium meum adderem, dum eam defendere studerem. *Verum jurasse puellas.*] Jurare *Puteanus*, *Arondelianus*, & duo alii. *Heins.*

46. *Tetricis.*] *Severis.* *Diceret esse deis.*] *Deus* idem cum primâ editione & multis scriptis. *Heins. Tetricis.*] De Dis non tristibus, *Metam.* 4. v. 187. *Respicit Poëta ad illud Homer. Od. 8. v. 351.*

Δεινὰ τοι δειλὸν γὰρ καὶ ἰσχυρὰς ἰγυῖας θάλασσαν.

47. *Tamen.*] Licet tibi indulgeant. *Illorum.*] *Deorum.* *Moderatius*] *Parcius*, *Demo.*] *Indulgentia.*

48. *Aut oculis certo.*] Aut saltem noli per meos oculos falsò jurare, ne inde mihi dolor accedat. *Domin.*

ELEGIA IV.

Ad virum servantem conjugem.

Dure vir, imposito teneræ custode puellæ,

Nil agis. ingenio quæque tuenda suo.

Si qua metu demto casta est; ea denique casta est:

Quæ, quia non liceat, non facit; illa facit.

Ut jam servaris bene corpus; adultera mens est:

5

Nec custodiri, ni velit, illa potest.

Nec mentem servare potes, licet omnia claudas.

Omnibus occlusis intus adulter erit.

Cui

Dure vir imposito tenera custode puellæ, &c.] *Maritum* puellæ, cui adhibitus fuerat custos, monet, ne tantopere servare eam velit: quia frustra id faciat. *Ingenia* enim mulier quanto majorem habet peccandi potestatem, tanto minus peccat. *Imposito.*] *Addito.*

3. *Metu dempto.*] *Ablato* peccandi timore. *Sensus* est: Si quæ, cui est pec-

candi potestas, non peccat, illa est dicenda casta & pudica: non autem, quæ, quia non licet, pudica esse cogitur.

5. *Ut.*] *Quamvis.* *Bene.*] *Diligenter.*

Corpus.] Scilicet puellæ, quia animus servari minime potest. *Adultera mens est.*] Quia animo & voluntate peccat.

6. *Custodiri.*] *Servari.*

8. *Omnibus occlusis.*] *Prima editio* & duo

Cui peccare licet, peccat minus. ipsa potestas
Semina nequitiae languidiora facit.

10

Desine (crede mihi) vitia irritare vetando:

Obsequio vincas aptius illa tuo.

Vidi ego nuper equum, contra sua vincla tenacem,
Ore reluctanti fulminis ire modo.

Constitit, ut primum concessas sensit habenas, 15
Frænaque in effusâ laxa jacere jubâ.

Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.

Sic interdictis imminet æger aquis.

Centum fronte oculos, centum cervice gerebat

Argus: & hos unus sæpe fefellit Amor.

20

In thalamum Danaë saxo ferroque perennem

Quæ

duo scripti, *occlusis*. venusta repetitione. nisi superiore versu legas, licet omnia servet. quod est in quinque codicibus. *Heinsius*. *Intus*.] In mente & animo.

10. *Nequitia*.] Lascivie, libidinis. *Languidiora facit*.] Hoc est, quod supra dixerat: *Quod licet, ingratum est*: quod non licet, acris urit.

12. *Obsequio vinces aptius ipse tuo*.] Illa meliores. quod sequendum existimo. *vincas etiam unus Moreti*. *Heinsius*.

13. *Contra sua frena tenacem*.] Vincla meliores omnes recte. *frena* alterius interpretamentum est, quod & mox sequitur. *Idem*.

14. *Ire modo fulminis*.] Id est, velocissime.

15. *Constitit*.] Se repressit, cursum inhibuit. *Concessas*.] Immisissas.

16. *Frænaque in effusâ laxa jacere jubas*.] In effusâ jubâ Puteaneus cum multis aliis. *Heinsius*. In effusâ jubâ.] Equi exemplo probavit Poëta, obsequium valere plus quam vim, ad regendam uxorem.

19. *Centum fronte*.] Iôs & Danaës exemplo ostendit, non tutum esse puellam servare: cum tutius sit, liberam amoto custode eam habere. Nam Penelope nemo servabat; ea tamen, quam-

vis inter lascivam procorum turbam versaretur, pudicissima mansit, & absenti viro fidem incorrupta servavit. *Centum oculos*.] Id est, plurimos. Argus enim non poterat, nisi quinquaginta oculos in fronte, & totidem in cervice habere, tot enim illi dat Naso, cujus hæc sunt verba ex lib. i. *Metamorph.* *Centum luminibus cinctum caput Argus habebat*. *Cervice*.] Ut & averfus videre possiet.

20. *Argus*.] Hic Arestoris filius, armentorum Junonis pastor fuisse dicitur. *Hos*.] Licet multi essent. *Sæpe fefellit*.] Innuit Jovem sæpenumero oculatum Argum fefellisse, dum in Iûs amasie suæ amplexus iret, postquam in vaccam versa, & à Junone custodienda ipsi Argo est tradita. ut ostendat: parum prodesse custodiam.

21. *In thalamo Danaë saxo ferroque perenni*.] In thalamum perennem prima editio & castigatior scripti. recte perennem. sic perennem adamantem *Met.* xv. v. 113. dixit. quem *inviction* vocavit Pont. iv. El. xxi. alludens ad Græcum adamantis nomen. Claudianus,

— *Mansuroque adamante legat*.
Heins. *Danaë*.] Acrisii Argivorum regis filia. *Saxo ferroque*.] Id est, munitissima tuni.

Quæ fuerat virgo tradita, mater erat.

Penelope mansit, quamvis custode carebat,

Inter tot juvenes intemerata procos.

Quidquid servatur, cupimus magis: ipsaque furem 25

Cura vocat. pauci, quod finit alter, amant.

Nec facie placet illa suâ, sed amore mariti.

Nescio quid, quod te ceperit, esse putant.

Non proba sit, quam vir servat, sed adultera; cara est.

Ipse timor pretium corpore majus habet. 30

Indignere licet; juvat inconcessa voluptas.

Sola placet; Timeo, dicere si qua potest.

Nec tamen ingenuam jus est servare puellam.

Hic metus externæ corpora gentis agat.

Scilicet ut possit custos, Ego, dicere, feci, 35

In laudem servi casta sit illa tui.

Rusticus est nimium, quem lædit adultera conjux;

Et notos mores non satis Urbis habet:

In

turri. Danaë in thalamum tradita.] Quod etiam attingit Propert. 2. 32.

Nec minus erato Danaë circumdata muro,

Non potuit magno casti negare Jovi.

Pausan. in Corinthiac. dicit subterraneum fuisse conditorium ibique thalamum ex ære. Et Lucianus in Timoth. Κατὰ τὴν τῶν Δαναῶν παρθενίαν. Πάλιν ἐν Χαλκιδεὺς ἱστορίᾳ Δανάμην. Adi l. 2. Amor. eleg. 19. vers. 27. Et Horat. 3. Od. 16.

22. Quæ fuerat virgo credita.] Iidem meliores tradita. Heinsius. Mater erat.] Quia ex Jove Perseum conceperat.

23. Penelope.] Contra Penelope incustodita pudicitiam servavit. Quamvis custode careret.] Caribus meliores. Scævianus vacaret. sic lib. 11. Met.

Jupiter ut vidit sessam & custode vacantem. Heinsius.

24. Inter tam multas.] Inter tot juvenes Puteaneus, quod sequor, quomodo & Scaligeri excerpta & Aronelianus. Idem. Intemerata.] Inviolata, incorru-

pta. Ergo unaquæque tuenda est ingenio suo.

25. Quidquid.] Alio argumento dissuadet marito custodiam uxoris. Servatur.] Custoditur. Furem.] Adulterum.

26. Cura.] Id est, servandi diligentia, & accurata custodia. Vocat.] Provocat.

17. Facie.] Faciet pulchritudine. Illa.] Tua uxor. Sed amore mariti.] Arbitratur enim, uxorem tuam longe pulchriorem esse, quam illis appareat, cum tu ex nimio amore ei custodem adhibueris.

29. Proba.] Pudica, casta. Contra improba impudica & lasciva dicitur.

30. Ipse timor.] Sensus est: Ipsa puella magis censetur timore mariti, quam corporis pulchritudine.

32. Sola placet, timeo.] Ordo est: Si qua potest dicere, Timeo, scilicet mariti minas, custodis servitium, & hujusmodi verbis quibus ostendit formina non nisi difficulter adulteris copiam sui facere posse.

37. Rusticus.] Durus, difficilis.

38. Et notus.] Et non satis cognoscit ille

In qua Martigenæ non sunt sine crimine nati
Romulus Iliades Iliadesque Remus.

40

Quo tibi formosam, si non nisi casta placebat?

Non possunt ullis ista coire modis.

Si sapis, indulge dominæ; vultusque severos

Exue: nec rigidi jura tuere viri.

Et cole, quos dederit (multos dabit) uxor amicos. 45

Gratia sic minimo magna labore venit.

Sic poteris juvenum convivia semper inire:

Et, quæ non dederis, multa videre domi.

ille mores urbis Romæ, in qua non possunt retineri puellæ, quo minus peccent.

39. In qua.] Urbe Roma. Martigenæ.] A Marte geniti. Sine crimine.] Ex sacrilegio enim nati sunt: quod gravius est crimen, quam adulterium.

50. Iliadesque Romas.] Remos Puteaneus. Heinſius.

41. Quid tibi formosa.] Alii, Quid formosa tibi. prima editio & duo scripti, Quid tibi formosam. Lege cum Puteaneo & optimo Palatino, Quo tibi formosam ut jam monuimus Ep. II. v. 53. Aron- delianus, Quo tibi formosa. vidit jam ad Senecam Gronovius. Idem. Si non nisi casta placebat?] Si casta uxor tibi placebat, non formosam ducere debebas.

42. Ista.] Forma & castitas. Non possunt coire.] Id est, misceri, & simul esse. Sic Juvenalis: Rara est adeo concordia forma Atque pudicitia.

44. Rigidi.] Asperi. Inra.] Potestatem.

47. Sic.] Cum uxoris opera gratiam acquisiveris.

48. Et quæ non tuleris.] Dederis. codices meliores ad unum omnes. pro domi Barbeſinus dare. Forte,

Et, quæ non dederis, multa videre dari. Heinſ. Et quæ non.] Præterquam quod ad convivia semper invitaberis, domi quoque tux, res crescet: nam adulteri multa munera uxori tux dabunt. Damin.

ELEGIA V.

Somnium. Elegia quæ ex MSS. huc revocata est.

N^Ox erat: & somnus lassos summisit ocellos.

Ter-

Hæc Elegia, quæ sub finem operum Ovidianorum fragmenti nomine perperam hæctenus legebatur, huc revocanda est ex fide optimorum ac veterum codicum. uti patens meus jam pridem monuit. Heinſius.

1. Lassos summisit ocellos.] Lassos pro diversâ lectione Sarravianus. utrumque probum est. sic Seneca Epist. VII. Oculos vigilia fatigatos cadentesque dixit. Trist. III. El. IV. ex scriptis.

Labentes oculos condet amica manus. ubi plura. Propertius lib. I. El. x.

Quamvis labentes premeret nubi somnus ocellos.

& Eleg. III. ejusdem libri,

Dum me jucundis lassam sopor impulit alis.

ubi frustra lassam Lipsius reponit. Noster tamen Epistola Herus, subit fortim lumina fessa sopor. idem Propertius I. El. xv.

Alia

Terruerunt animum talia visa meum.
 Colle sub aprico celeberrimus ilice lucus
 Stabat; & in ramis multa latebat avis.
 Area gramineo suberat viridissima prato,
 Uvida de guttis lenē sonantis aquæ.
 Ipse sub arboreis vitabam frondibus æstum;
 Fronde sub arboreâ sed tamen æstus erat.
 Ecce, petens variis immistas floribus herbas,
 Constitit ante oculos candida vacca meos. 10
 Candidior nivibus, tunc cum cecidere recentes;
 In liquidas nondum quas mora vertit aquas.
 Candidior, quod adhuc spumis stridentibus albet,
 Et modo siccata, lacte, relinquit ovem.
 Taurus erat cōmes huic, feliciter ille maritus: 15
 Cum-

Ille meos somno lapsos patefecit ocellos.
 sic veteres libri. Quintilianus in Proo-
 mio lib. vi. de filio moriente, *Tuosne,*
o mea spes inanis, labentes oculos, tuum
fugientem spiritum vidi? Petronius,
Ego tremulis manibus. Exempli jam
in soporem labentis laciniam duci. I-
dem.

2. *Terruerunt.*] *Terruerunt* Puterantus.
 recte. dixi Ep. vii. v. 166. *Idem. Visa.*
 Insomnia, quæ videre per quietem visus
 sum.

3. *Aprica.*] Soli exposito, ac propter
 hoc florido & ameno. *Celeberrimus.*
 Maxime frequens.

5. *Area.*] Campus, planities. Pro-
 prie area locus est æquus, consolidatus-
 que, in quo rustici frumentum tritant.
Gramineo.] Herbofo.

6. *Humida.*] *Puteantus Uvida.* Avic-
 nus Ora Maritima,

Uvetque semper dulcibus tellus aquis.
 sic *Uvida vestimenta* apud Horatium l. i.
 Od. v. ut est in libris antiquis. Fast. iv.

Vallis sub umbrosa locus est aspergine mul-
ta

Uvidus ex alto defluentis aqua.

&c

Hinc ego Pelignos natalia tuta petebam,

Parva, sed assiduis uvida semper a-
quis.

sic repono. nam libri veteres *uvia.* Met.
 lib. v.

Frigora dant rami: varies huius uvida
flores.

sic & ibi lego. nam *humus humida* ingra-
 tum sonat. Virgilian lib. i. Georg. & Ju-
 piter *uvidus Anfrus.* quomodo veterri-
 mus Medicus in Budeolicis dixerat,

Uvidus hybernâ venit de glande Menal-
cas. Héméus.

11. *Nives recentes.*] Metam. 2. v. 854.

Quippe color nivis est, quam nec vestigia
duri

Calcatoris pedis, non solvis aquaticis au-
ster.

item, 2. de Ponto.

Et non calcant candidiora nive.

sic & Rhesi equos Euripides comparat
 cum cygnorum candidis pennis. v. 618.

Στίλβει δ' ὅς τε ποταμὸς ἄλβαν
πύριν.

13. *Candidior.*] Ordo est: Vacca can-
 didior lacte, quod albet, spumis adhuc
 stridentibus, & modo reliquit ovem sic-
 catam.

14. *Relinquit ovem.*] *Relinquit* Puter-
 antus & unus Vaticanus, *Hainsius.*

Gg

16. Te-

Cumque suâ teneram conjuge pressit humum.
Dum jacet, & lentè revocatas ruminat herbas,

Atque iterum pasto pascitur ante cibo;

Visus erat, somno vires adimente; ferenti

Cornigerum terræ deposuisse caput.

20

Huc levibus cornix pennis delapsa per auras

Venit; & in viridi garrula sedit humo.

Terque bovis niveæ petulanti pectora rostro

Fodit; & albentes abstulit ore jubas.

Illa locum taurumque diu cunctata relinquit.

25

Sed niger in vaccæ pectore livor erat.

Utque procul vidit carpentes pabula tauros;

(Carpebant tauri pabula læta procul)

Illuc se rapuit, gregibusque immiscuit illis;

Et petiit herbæ fertilioris humum.

30

Dic, age, nocturnæ, quicumque es, imaginis augur,

(Si quid habent veri) visa quid ista ferant.

Sic

16. *Teneram.*] Propter molles herbas.

17. *Lente.*] Avidè enim pascuntur, & tarde ruminant boves. *Revocatas.*] In os reductas: eo enim pasto fit ruminatio.

18. *Atque iterum pasto.*] Ita citat Servius ad Eclog. vi. frustra Puteaneus ergo pasto cibo. Heinf. *Atque iterum, &c.*] Ruminationem describit.

19. *Somno vires adimente ferendi.*] Ferenti Puteaneus, Arondelianus, & unus Moreti. scilicet terra. sic Statius,

— quantâque ferentem

Fortunam virtute domas!

ita & ferentes venti Poëtis. fuit cum virenti terra scribendum censerem. quod confirmat Mentelianus. Heinf.

20. *Cornigerum terræ.*] Terrâ Puteaneus & Arondelianus. Idem.

23. *Bovis.*] Vaccæ. Per hunc candorem amicæ suæ simplicitatem ostendit. *Petulanti rostro.*] Per hoc designat lænæ procacitatem & perulantiam, in prævertendo puellæ animo.

24. *Fodit & albentes.*] Cedit Fragmentum Patavinum. quod placet. Scriveria-

nus Rodit. Heinf. *Albentes.*] Per hoc candorem & probitatem ex puellæ animo sublatam demonstrat.

25. *Diu cunctata.*] Per hoc ostenditur puellæ probitas, quæ haud facile impelli potuerit, ut statim amatorem suum relinqueret. *Relinquit.*] Rectius relinquit in Menteliano. Heinf.

29. *Ille se rapuit.*] Illuc cum primâ editione & scriptis melioribus. sic alibi, *Quo te rapis?* Idem.

30. *Et petiit herbæ fertilioris opem.*] *Humum* Puteaneus & Sarravianus cum primâ editione, Jureti excerptis, ac quatuor aliis scriptis. Idem. *Petiit.*] Carpsit. ut supra, *Ecce potens variis inamistis floribus herbas.* *Herba fertilioris.*] Per hoc largioribus muneribus, quam quæ à se dabantur, corruptam puellam demonstrat.

31. *Nocturnæ imaginis.*] Id est, insomnii. Somniorum autem interpretationem; sicut etiam ostensorum, Amphyction primus invenit. Auctor Plin. Natur. hist. lib. 7.

33. Sic

Sic ego: nocturnæ sic dixit imaginis augur,

Expendens animo singula visa suo:

Quem tu mobilibus foliis vitare volebas,

35

Sed male vitabas, æstus amoris erat.

Vacca puella tua est. aptus color ille puellæ.

Tu vir, & in vaccâ compare taurus eras.

Pectora quod rostro cornix fodiebat acuto;

Ingenium, dominæ lena movebit anus.

40

Quod cunctata diu taurum sua vacca reliquit;

Frigidus in viduo destituere toro.

Livor, & adverso maculæ sub pectore nigræ,

Pectus adulterii labe carere negant.

Dixerat interpres. gelido mihi sanguis ab ore

45

Fugit; & ante oculos nox stetit alta meos.

33. Sic ego.] Subaudi, dixi.

34. Expendens.] Quatuor. Exponens. totidem Expediens. Quomodo Fast. III. in re simili,

Expedit errantem nemori gratissima con-
jux.

unus Attendens. duo Extendens. unus Ex-
cedens. unus Ambrosianus Excutiens, non
male. Vulgati quidam Excudens. Heinf.

35. Quem tu.] Verba sunt auguris in-
terpretantis somnium.

36. Aestus amoris.] Ardor ex amore
proveniens, qui male vitatur.

40. Ingenium domina lena movebit anus.]
Scribe cum melioribus. ac primâ editione
lena anus. septem alii prona. movebit etiam
rectius quatuor scripti. Heinfius. Ingenium.]
Bonam puellæ naturam & animum. Mo-
vebit.] Sollicitabit, prævertet.

42. Frigidus.] Solus, sine puella.

44. Labe.] Turpitudine.

46. Et ante oculos nox stetit alta meos.]
Hoc quidem usu venire solet, ut præ ni-
mio timore & dolore sensus amittamus &
vel medio die nos in tenebris esse existi-
memus. Domin.

ELEGIA VI.

Ad amnem, dum iter faceret ad amicam.

Amnis, arundinibus limosas obsite ripas,
Ad dominam propero; siste parumper aquas.

Nec

Amnis.] Magis proprie inferius Torrens
dixit. Domin. Amnis de quo hic a-
git Poëta, is est, qui propè Sulmonis mœ-
nia labitur, quem nostro idiomate Vellam
dicimus. Ciosani. Arundinibus.] Id est,
cannis, calamis, quibus fluminum ripæ

abundant. Limosas.] Lutulentas, coeno-
sas. Obsite.] Pro, obsitas & circumfusas
habens ripas arundinibus.

2. Ad dominam.] Ad amicam meam.
Causam petitioni præponit, ne prima
fronte arrogans videatur.

Gg 2

4. Nec

Nec tibi sunt pontes, nec quæ sine remigis ictu
Concava trajecto cymba rudente vehat.

Parvus eras, memini; nec te transire refugi;

Summaque vix talos contigit unda meos.

Nunc ruis adposito nivibus de monte solutis,

Et turpi crassas gurgite volvis aquas.

Quid properasse juvat? quid parca dedisse quieti

Tempora? quid nocti conseruisse diem?

Si tamen hic standum; si non datur artibus ullis

Uterior nostro ripa premenda pedi?

Nunc

3. *Nec quæ.*] Nectibisunt lintres, & naviculæ quæ fune trahantur, & ad ulteriorem ripam homines trajiciant. *Remigiu.*] Nautæ, qui remo naviculam impellant.

4. *Concava cymba.*] Periphrasis est lintris. Lintres enim naviculæ sunt & cavatis arboribus confectæ. *Cymba.*] Proprie cymba ea dicitur navicula, cujus in medio major est latitudo. hanc Phœnices invenerunt. *Rudente.*] Nautico fune.

5. *Refugi.*] Recusavi, timui.

7. *Ruis.*] Cum magno impetu fluit. *Adposito.*] In manuscriptis legitur, *Opposito*, id est, adverso monte: hic enim mons est regione & in conspectu fluminis erat. Hunc altum & sublimem montem *Majellam*, vocant. *Solutis.*] Liquefactibus. *Opposito nivibus de monte solutis.*] *Adposito* Putaneus & reliqui majori ex parte: nisi quod in plerisque eorum *adpositis*. *adposito monte* recte. sic supra Elegia primâ hujus libri *adpositam aquam* pro vicinâ dixit. Val. Flaccus l. v. v. 556.

— longo nam intra recessu

Pappis, & *apposua* fluvius descendit urbe.

ubi pari modo in vulgatis libris peccatur. Corippus,

Portus, quem gemina complexant brachia ripa

Manibus apposuis.

Propertius lib. ii. El. ix.

— dominum lævis capta cymantem

Apposum fluvius in Simeonta vadis.

quomodo locus vexatissimus scribendus. ni *navis apposto Simeonte*. de *fluvio vadis* nollem arguti essent viri eruditi. Amor. i. El. xiv.

— *apposus sparsus in ora rivas.*

infra El. xiv.

Apposita populum submerget ante sera.

ita codex optimus. plura qui cupit, addeat, quæ notamus ad Epist. vii. & ix. *Heinsius.*

8. *Crassas.*] Turbidas, cretolas. *Gurgite.*] Alveo.

9. *Quid parca dedisse quieti Tempora.*] *Parva* libri quatuor. *parca* Putaneus cum Jureti & Scaligeri excerptis. sic lib. ii. El. xv. sub finem ex codice Manteliano, *parcum proficiscere munus. grana parca* ex antiquis libris Art. Am. l. iiii. v. 54. & Fast. ii. v. 538. *vena parca* Trist. iiii. El. ult. ut scribendum puto. etiam Art. Am. iiii. *parca alma*. & *parca crimina*. ex scriptis codicibus. *Heinsius.* *Quid.*] Frustra, inquit, ante lucem propere huc veni, siquidem hic cessandum est. *Quid parca dedisse quieti Tempora.*] Id est, me somno fraudasse festinationis causâ.

10. *Quid nocti conseruisse diem?*] Id est, ante diei ortum luxeruisse? *Conseruisse.*] Conjunxisse.

12. *Ripa premenda pede.*] *Pedi* rectius quinque libri. *Heins.* *Premenda.*] *Calcanda.* Si ad ulteriorem ripam pervenire non possum,

13. *Nunc*

Nunc ego, quas habuit pennas Danaëius heros,
 Terribili densum cum tulit angue caput;
 Nunc opto currum; de quo Cerealia primum 15
 Semina venerunt in rude missa solum.
 Prodigiosa loquor veterum mendacia vatum.
 Nec tulit hæc; nec fert, nec feret ulla dies.
 Tu potius, ripis effuse capacibus amnis,
 (Sic æternus eas) labere fine tuo. 20
 Non eris invidiæ, torrens, (mihi crede) ferendæ,
 Si dicar per te forte retentus amans.
 Flumina deberent juvenes in amore juvare?
 Flumina senserunt ipsa, quid esset amor.
 Inachus in Melie Bithynide pallidus îsse 25

Di-

13. *Nunc ego.*] Sic cupere dicit aut Persei talaria, aut Triptolemiurn curns, quibus per aërem vehatur ad ripam ulteriorem. *Opto pennas.*] Mercurii talaria, alas. *Danaëius heros.*] Id est, Perseus, Jovis & Danaëis filius, fabulam pete ex Ovidio, Hygino, &c.

14. *Densum.*] Spissum anguibz pro capillis. *Angue.*] Pro anguibz. *Caput.*] Scilicet Medusæ.

15. *Nunc opto currum.*] *Malo optem.* Trist. lib. 311.

Nunc ego Triptolemi cuperem conscendere currum. Heinſius.

Currum.] Qui ab alatis draconibus per aëra tractus, Triptolemum vehebat, qui frumenti usum & agriculturam docuit: vide Nalsonem lib. 5. Metam. *Cerealia semina.*] Id est, fruges, quarum Ceres dea dicitur.

16. *Rude solum.*] Incultam terram.

18. *Nec tulit hæc unquam.*] *Nec tulit hæc, nec fert duo Moreti,* cum Neapolitano, Menteliano, ac uno Palatino, placet. sic Homerus,

‘Ος ἔδν τὰ τ’ ἰορτα, τὰ τ’ ἰσοόμενα, πρὸ τ’ ἰορτα.

de Calchante. Apollo apud nostrum Met.

1.

— per me quod erisqz suisqz
 Esqz, patet. Heinſius.

20. *Æternus eas.*] Perpetuum fluas. Ætatis enim tempore hujusmodi brevissima flumina siccantur. *Labere fine tuo.*] Effusus enim super ripas, terminum, ad quem fluere solitus fuerat, transierat.

21. *Non eris invidiæ, &c.*] Omnes te acerbissimo odio prosequuntur, quicunque audient, te mihi ad amicam properanti obstitisse. *Torrens.*] Proprie torrens fluvius is dicitur, qui ætatis tempore siccatur. *Ferenda.*] Toleranda. *Domina.*

25. *Inachus in media Bithynide.*] Quidam in Nympha. Excerpta Politiani brevissima Melie. quomodo Parthasius Epist. vi. & Naugerius in Notis. qui videantur. Hæc opinor Amici Bebrycis mater fuit. nam & illa Βιβυλῆς Μελίης Apollonio dicta initio libri II. Argonautic. hinc emenda Apollodorum libro primo. ubi Ἀμύκων Ποσειδῶν παῖς καὶ Βιβυλὶς dicitur. cum vox una exciderit. scribendum enim καὶ Μελίης Βιβυλὶς. *Melien* quoque Valerius Flaccus appellat, & Hyginus. *Heins.* *Inachus.*] Fluvius hic est Achaiz, sic dictus ab Inacho primo Argivorum rege. *Melie.*] Est nomen proprium nymphæ, ex qua Nepertus Amycum suscepit: ut refert Servius super illud Virgilianum lib. 5. *Æneid.*

Dicitur, & gelidis incaluisse vadis.
 Nondum Troja fuit lustris obfessa duobus,
 Cum rapuit vultus, Xanthe, Neæra tuos.
 Quid? non Alpheon diversis currere terris
 Virginis Arcadiæ certus adegit amor? 30
 Te quoque promissam Xantho, Penée, Creüsam
 Phthiotum terris oculuisse ferunt.
 Quid referam Aſopon, quem cepit Martia Thebe,
 Natarum Thebe quinque futura parens?

Cor-

neld. *Bobricia veniens Amyci de gente ferretur. Pallidus.*] Quia color est hic aptus amanti.

26. *Gelidis incaluisse vadis.*] A contrariis exornavit. *Incaluisse.*] Amoris incendio arsiſſe.

29. *Quid non Alpheon.*] Fabula talis est: Arethusa virgo, Dianæ comes, cum post venationis laborem se ablueret in Alpheo flumine, ab eodem est adamata: illum tamen fugiens, ne virginitatem amitteret, Dianæ auxilio in fontem sui nominis mutata est, & in Siciliam per subterraneos meatus devenit, quousque eam insecutus est Alpheus: ut scribit Naſo libr. 5. *Metam. Diversis currereterris.*] Quia ab Arcadia per secretos meatus in Siciliam venit, dum Arethusam sequeretur, ut diximus.

30. *Virginis Arcadia.*] Arethusa. *Adegit.*] Impulſit.

31. *Te quoque promissam Xantho, Penée, Creüsam*

Phthiotum terris oculuisse ferunt.]

Suſpicabar aliquando scribendum esse *promissam Xuebo.* & intelligebam de Creüſa Erechtiæ Athenarum Regis filia, quæ Xutho Theſſalo Hellenis filio nupſit. rem narrat Pauſanias Achaïcorum initio: tum & alii, qui addunt ab Apolline compreſſam Ionem genuiſſe; atque hinc Apollinem πατρός ab Athenienſibus cultum. ſed cum Pindarus Pythiorum ode 1x. Creüsam Naidem Terræ filiam à Peneo amatam innuat, nunc muto ſententiam. de Xutho tamen placet conjectura, quod in Theſſalijs

fuerit. Xanthus toto orbe à Theſſalia remotus locum hic vix habet: præſertim cum ejus amores paulo ante jam occurrerint. *Phthiotum* autem terris repoſuimus ex Putaneo codice, in quo *Phiotum* cum *Phthiadum* ante legeretur. ſed quod codices plerique *Phthiadum* & *Phthiadum* agnoſcunt, opinor ſcribi debere.

— *Creüsam*

Phthiada ſub terris oculuisse ferunt.

Creüsam Phthiada ut ab Athenienſi altera Xuthi amica diſtinguat. De voce *Phthias* diximus ad Epist. vii. *Heinf. Te quoque.*] Peneus quoque ejuſdem Neæræ, quam Xanthus amavit, & cui antea promiſſa fuerat, amore capſus, eam abſcondidiſſe apud Phthiam, ne ſibi eriperetur. *Peneüs.*] Peneus fluvius eſt Theſſaliæ, qui inter Oſſam & Olympum nemoroſa convalle deſluit. *Domit.* *Xantho Peneo Nearam, &c.*] *Creüsam* Pindarus ode 9. Pythionum, ex Creüſa Naide, & Peneo, Hypſeum regem Lapitharum patrem Cyrenes natum dicit: ipſam autem Creüsam γαίης θύγατρα vocat.

33. *Aſopon.*] Aſopus annis juxta Thebas Boeotias fluit. Hic amavit Theben nympham, ex qua quinque filias ſuſcepit. *Martia.*] Bellicoſa. Aut quia ex ea Mars ſuſcepit Euadnen. *Domit.*

34. *Natarum Thebe quinque futura parens.*] Has quinque recenset interpres Pindari ode 6. Olympiorum, his nominibus: Corcyra, Ægina, Salamis, Thebe, & Harpinna: eaſque natas ex Metope dicit, quæ filia Ladonis. Sed Ovidius alios ſecurus auctores videtur, qui Martiam

Cornua si tua nunc ubi sint, Achelöe, requiram; 35

Herculis iratâ fracta querere manu.

Nec tanti Calydon, nec tota Ætolia tanti;

Una tamen tanti Deianira fuit.

Ille fluens dives septena per ostia Nilus,

Qui patriam tantæ tam bene celat aquæ,

40

Fertur in Euadne collectam Asopide flammam

Vincere gurgitibus non potuisse suis.

Siccus ut amplecti Salmonida posset Enipeus;

Ce-

nem harum Theben facit, non Metopen.

Myll.

35. *Cornua si tua sunt ubi nunc.*] Si tua nunc ubi sunt meliores recte. *Heinf.* *Cornua si tua.*] Achelous filius Oceani & Tethyos, pariter cum Hercule Deianiram Oenei Calydoniæ regis filiam petierunt: quamobrem in certamen ambo descenderunt. *Fab.* scribit *Ovid.* l. 9. *Metam. Requiram.*] Quæram.

36. *Iratâ manu.*] Pro, manu Herculis irati. *Fracta.*] A fronte rupta.

37. *Calydon.*] Calydonia civitas fuit Ætoliz, ubi regnavit Oeneus Deianiræ pater. *Ætolia.*] Regio hæc est contigua Acamaniz, Phocidi, & Locris: sic dicta ab Ætolo rege Martis filio.

38. *Una.*] Sola Deianira fuit tanti, ut Archelous esset comibus mutilatus.

39. *Ille fluens.*] Nilus quoque Euadnen Asopi filiam amavit. *Dives.*] Propter ingentem aquarum copiam, aut quia sua inundatione fertilem & divitem reddidit Ægyptum.

40. *Qui patriam.*] Nili fons ignoratur, & incertus est, quamvis Juba rex Nili ortum reperisse dicatur in monte Mauritaniz. *Patriam.*] Originem, fontem. *Tanta.*] Tam copiosa. Nilus celat patriam aqua.] Muki muka de Nilo, nec reperire ejus fontem potuerunt. Noster ad fabulas refert in *Metam.* 2. *M.* 254.

Nilus in extremum fugit perterritus orbem,

Oculisque caput, quod adhuc læta.

vide *aprimis* Plutarch. de placit. Philosophor. ibidemque de Nili incremento varias

variorum sententias: quarum pleraque ridiculæ. Interim non abs re videtur Homeri versiculus. *Od.* *δ. v.* 581.

ἈΨ δ' ἐς Ἀργύρεον διπρὸν πρὸ ταμῖο

Ἰππῶνα νῆας.

Quod Lucanus 10. videtur attingere:

— medio confurgis ab axe:

idque fortasse ad australes & æstivas pluvias, nivesque liquefactas referendum, unde illa inundatio & incrementum Nili. Euripid. quoque in *Helena* vers. 3. ad nives liquefactas respicit: Ἀυαῖς, τανύσιν, χλοῖν, ὑγπαῖν γῆας — Νεῖλα. — Καὶ Ἀργύρεον πρὸν. Vide *Lindsch.* in descriptione *Chinens.* ubi de lacu Caire, fonte Nili in Congo.

41. *In Euadne collectam.*] Sensus est: Quamvis Nilus maximam habeat aquarum copiam, illa tamen non potuit extinguere amoris incendium, quod ipse collegerat in Euadne, quam ardentissime amavit. *Asopide.*] Patronymicum est à marito matris. Euadne enim hæc filia fuit Martis ex Thebe uxore Asopi. *Flammam.*] Amoris incendium.

42. *Vincere.*] Extinguere.

43. *Siccus.*] Enipeus etiam fluvius, & Tyro Salmoniæ filia se invicem miro amore dilexerunt. *Salmonida.*] Id est, Tyro, filiam Salmoniæ, qui in Pisana regione dicitur regnasse. Hanc Neptunus in Enipei formam versus compressit, ex quo compressus nati sunt Pelias & Neleus. *Enipeus.*] Duos hujus nominis fluvios legimus, alterum Achaiz, alterum Thessaliz.

G g 4

45. Nec

Cedere iussit aquam : iussa recessit aqua.
 Nec te prætereo, qui per cava saxa volutans
 Tiburis Argæi pomifer arva rigas.
 Illa cui placuit, quamvis erat horrida cultu,
 Ungue notata comas, ungue notata genas.
 Illa, gemens patruique nefas delictaque Martis,
 Errabat nudo per loca sola pede.
 Hanc amnis rapidis animosus vidit ab undis,
 Raucaque de mediis sustulit ora vadis:

45

50

Atque

45. *Nec te prætereo qui per cava saxa volutus.*] *Volutus* Puteaneus & complures alii. Deinde Sarravianus cum Meteliano *Nec te prætereo.* Scribe, *Nec te prætereo.* cuiusmodi errores plures in hoc opere deprehendimus. *Heinsius.* *Nec te prætereo.*] Nec te silentio involvo. *Qui per cava.*] Anienem dicit. Anio enim fluvius, in monte Trebanorum ortus, lacus treis amenitate nobiles in Tiberim defert.

46. *Tiburis Argæi pomifer arva rigas.*] *Pomifer* Puteaneus & alii magno numero optime. Propertius lib. iv. El. vii.

Ramosis Anio qua pomifer incubat arvis. Horatius etiam,

Et præcepit Anio, & Tiburni locus, & ruda

Mobilibus pomaria ripis,

quem locum Naugerius quoque hæc adduxit. Silius præterea lib. iv. *Pomifera arva Tiburi dicit.* & *Pomifera* Tibur Columella. *Et Turni locus & pomifera Tiburis arva.* Tibur autem *Argæum*, ut apud Horatium *Tibur Argæo possum colono.* *Heinsius.* *Tiburi Argæi.*] Quia Tibur condidere tres fratres, scilicet Tiburtus, Catilius, & Coras, quos Argivos fuisse, testis est Maro lib. 7. Unde & dictum ab Horatio, *Ode festa libri secundi Cam. Tibur Argæo possum colono.* Oppidum autem hoc in Romæ conspectu situm erat loco admodum diviso. *Pomifer.*] Propertius lib. 4. eleg. 7. dixit, *Ramosis Anio qua pomifer incubat arvis.* *Rigas.*] Irrigas, interfluis.

47. *Illæ cui placuit.*] Illa, in annem

Tiberim iussu Amulii regis Albanorum præcipitata fuit. Acron autem scribit, mortuam Iliam sepultam fuisse ad ripam Anienis fluvii, qui in Tiberim incidit : abundanteque aquis alveo, cineres Iliæ in Tiberim deduxisse. Inde fabulæ datum locum, ut Tiberi nupisse dicatur. *Cui.*] Anieni. *Horrida.*] Quia suis unguibus præ nimio dolore faciem sibi dilaceraverat. *Quamvis erat horrida vultu.*] *Cultu* meliores cum prima editione. & hoc verum est. nisi quod Moreti unus *horrida cultus.* ut sit Græcismus. infra Tybris ad Iliam, *Quo cultus abire sui & Heinsius.*

49. *Illæ gemens patruique nefas.*] Existimo scribendum *patruumque nefas.* sic & noster Met. xi.

Quem (misera ô pietas) ego tum patruoque dolorum

Corde tuli, fratrique pio solatia dixi.

lib. xii.

Annis, atque animo pariter patruoque suoque

Debit indulgens.

sic scribendum utroque loco ex optimis membranæ, ut & Fast. iv. *Ense cadit patruo Laufus.* apud Horatium habes *patrua verbera lingua.* *Heins.* *Patru.*] Amulii, qui Numitorem fratrem regno pepulerat, ejusque virilem stirpem necari, & Iliam nepotem, ut pariendi spem eriperet, Vestalem virginem esse iussit. *Delictaque Martis.*] Quia à Marte stuprata fuerat.

52. *Rauca ora.*] Ad fluminis naturam refert.

53. Te:

Atque ita, Quid nostras, inquit, teris anxia ripas,
Ilia ab Idæo Laomedonte genus?

Quo cultus abiere tui? quid sola vagaris?

55

Vitta nec evinctas impedit alba comas?

Quid fles, & madidos lacrymis corrumpis ocellos?

Pectoraque infanâ plangis aperta manu?

Ille habet & silices, & vivum in pectore ferrum,

Qui tenero lacrymas lentus in ore videt.

60

Ilia, pone metus; tibi regia nostra patebit:

Teque colent amnes. Ilia, pone metus.

Tu centum, aut plures, inter dominabere Nymphas:

Nam centum, aut plures flumina nostra tenent.

Nem sperne, precor, tantum, Trojana propago:

65

Munera promissis uberiora feres.

Dixerat. illa oculos in humum dejecta modestos

Spargebat tepidos flebilis imbre sinus.

Ter

53. *Teris.*] Perambulans. *Anxia.*] Sollicita.

54. *Idæo.*] Trojano. *Laomedonte.*] Laomedon fuit rex Trojæ, Ili Trojani regis filius.

55. *Quo.*] Cur tibi, inquit, non idem est cultus, quem habere soles. *Sola.*] Incomitata. *Vagaris.*] Erras.

56. *Vitta.*] Vittis enim ligabant sibi capillos Vestales virgines. *Evinctas.*] Obligatas. *Alba.*] Ut pudicitiz candorem indicaret.

58. *Tundis aperta manu.*] Plangis Puteaneus. parum refert. *Heinsius.*

59. *Es durum in pectore ferrum.*] Vivum ferrum Puteaneus cum Scaligeri excerptis. optime. hoc est quod alibi in Tristibus dixit,

Es rigidum ferri semina pectus habent.

Sæpe autem ea vox ad res non animatas transfertur. sic *viva saxa* Ep. Hypsip. & lib. VII. Met. *vivum gramen*, *vivus cespes*, *viva fontes*, *viva sulphura*, *viva flamma*. & similia passim apud nostrum aliosque veteres. Sulpitius Severus in Dialogis. *Donec, quod contra omnem naturam erat, lignum aridum in solo arente vivisceret.*

Met. VII. *extinctaque flamma revixit.* ita enim recte libri veteres, ubi plura. *Idem.*

60. *Qui tenero lacrymas, &c.*] Id est, qui non congemiscit, quando lachrymantem puellam videt. *Lentus in ore videt.*] *Lentus* probe Puteaneus. cum Scaligeri excerptis. dixi ad Epist. xv. v. 169. *Idem.*

65. *Remans propago.*] Trojana Puteani & Scaligeri excerpta & quatuor libri ex nostris. supra dixit,

Ilia ab Idæo Laomedonte genus. atque ita lib. III. Fastor. initio, videtur legendum,

Tum quoque inermis eras cum te Trojana sacerdos

Cepit, ut huic urbi semina digna dares. & apud Statium epulo Domitiani:

—Trojana qualis sub collibus Alba quod doctissimus Gronovius jam vidit. Nisi Romanam propaginem accipis, pro ea, unde Romani propagati. *Idem.*

67. *Dixerat.*] Scilicet Anio. *Ilia.*] Scilicet Ilia. *Dejecta.*] Pro, dejectos habens oculos, modeste terram intuens.

68. *Tepido flebilis imbre sinus.*] Teneros Puteaneus, optimus Palatinus, & unus

G g

Mo-

Ter molita fugam, ter ad altas restitit undas,
Currendi vires eripiente metu.

70

Sera tamen scindens inimico pollice crinem,
Edidit indignos ore tremente sonos:

O utinam mea lecta forent, patrioque sepulcro
Condita. dum poterant virginis ossa legi?

Cur modo Vestalis tædas invitor ad ullas

75

Turpis, & Iliacis inficienda focus?

Quid moror? en digitis designor adultera vulgi.

Desit famosus, qui notet ora, pudor.

Hactenus; & vestem tumidis prætendit ocellis:

Atque

Moreti cum Sarraviano, cui id pro diversa lectione adscriptum. alii multi cum prima editione *tepidos sinus*. Fast. IV.

Dixit, & ut lacryma (neque enim lacrymare deorum)

Decidit in tepidos lucida gutta sinus.

Art. Am. lib. II.

Hospitis est tepido nocte recepta sinus.

lib. III. ex auctoritate vetustorum codicum,

Quas tegat in tepido fascia lata sinus.

Epistola Briseidis,

Te tenet in tepido mollis amica sinus.

Martial. lib. IX. Ep. LIX.

Et laet in tepido plurima mappa sinus.

Calpurnius Ecloga V.

— natosque repenti

Ferte sinus tremulos.

Sed & tepidas lacrymas recte dici non inficior. Heinsius. *Tepidos imbre.*] Id est, lachrymis. *Flebilis.*] Flens.

69. *Molita.*] Conata, quæ paravit dare se præcipitem in fluvium. *Restitit.*] Se repressit. Puellaris metus exprimitur. *Altum* & profundum promiscue usurpamus. Tum *Maja* genitum cælo demisit ab alto. Idemque vocat cælum profundum. Quod & de *Silvis*. Similiter de fastigio *Aneid.* 2. *Illicet ignis edax summa ad fastigia vento volvitur.* Alibi de imo. *Forſitan & scrobibus quæ sunt fastigia querat.* Quod Serv. etiam annotat.

71. *Sera tamen scindens.*] Lege *Sera*

cum *Puteaneo* & decem aliis. Nonnulli etiam *Sero*. proxime verum. Trist. IV. El. IX.

Nostraque vincetur lacrymis clementia seris. Heinsius.

73. *O utinam mea lecta forent.*] Scribe *mea lecta forent*. Nam *Puteaneus* sequenti versu optime, *dum poterant virginis ossa legi*, non *legi*. quod hactenus circumfertur. de offilegio dixit *Epist.* x. vl. 150. & *Passeratus* ad *Propertii* lib. II. *Eleg.* xxiv. *Idem.*

75. *Vestalis.*] Deæ *Vestæ* sacerdos. *Vestales*, per decem annos sacra discabant, per totidem faciebant, & per alios decem ceteras docebant: peractis autem triginta annis, sacerdotio solutæ, nubere poterant. *Invitor.*] Quia supra ad eam dixerat *Anio*: *Tibi regia nostra patebit*. hoc est, te uxorem ducam.

76. *Focus Iliacis.*] Sacrificiis *Vestæ* deæ, quam à *Phrygia* *Aneas* in Italiam advexit. *Focus.*] Aris.

77. *Quid moror?*] Sic *Virgiliana* *Dido*: *Quid moror? an mea Pygmalion dum mania frater destruat? En digitis.* Id est, Jam, inquit, infamis sum, & fabula vulgi. *Designor.*] Demonstror adultera digitis vulgi. *Adultera*, pro sacrilega dixit.

78. *Desit famosus.*] Nolo, inquit, vivere præ pudore amissæ pudicitia.

79. *Tumidis prætendit ocellis.*] Recte. *tumidis* *Puteaneus* & quatuor alii. ex sietu tumentes intelligit. Heins.

80. *Ita.*]

Atque ita se in rapidas perdita misit aquas.
Supposuisse manus ad pectora lubricus amnis

Dicitur; & socii jura dedisse tori.

Te quoque credibile est aliquâ caluisse puellâ:

Sed nemora & silvæ crimina vestra tegunt.

Dum loquor, increvit latis spatiosius undis,

85

Nec capit admissas alveus altus aquas.

Quid mecum, furiose tibi? quid mutua differs

Gaudia? quid coeptum, rustice, rumpis iter?

Quid, si legitimum flueres, si nobile flumen?

Si tibi per terras maxima fama foret?

90

Nomen habes nullum, rivis collecte caducis;

Nec tibi sunt fontes, nec tibi certa domus.

Fontis habes instar pluviamque nivesque solutas;

Quas tibi divitias pigra ministrat hyems.

Aut lutulentus agis brumali tempore cursus:

95

Aut premis arentem pulverulentus humum.

Quis te tum potuit sitiens haurire viator?

Quis gratâ dixit voce, Perennis eas?

Damnifus pecori curris, damnosior agris.

For-

80. *Ita.*] *Clausis ocellis. Misit.*] *Præcipitavit.*

81. *Supposuisse manus.*] *Scilicet cadenti illi.* *Amnis.*] *Anio.*

82. *Et socii jura dedisse tori.*] *Hoc est, eam conjugem accepisse.*

85. *Dum loquor.*] *Dum fluminum amores narro.* *Increvit.*] *Auctus est torrens.* *Latis spatiosus in undis.*] *Sic nostri. Naugerius ex suis malit latis spatiosus undis. quod & Græco ardebat, & jam ediciones nonnullas occupavit. Heinſius.*

88. *Capitum.*] *A me. Rustice.*] *Difficilis, inurbane. Iter.*] *Meum ad amicam.*

89. *Quid si legitimum flueres, &c.*] *Major esset tua insolentia & superbia, quando illegitimum & vile tantopere superbis.*

91. *Nivibus collecte caducis.*] *Libri potiores rivis. & recte. de nivibus mox sequetur. deinde Puteaneus. cum Scaligeri excerptis pluviamque pro pluviasque. Heinſius. Rivis collecte caducis.*] *Nam mox ait, Fontis habet instar pluviasque nivesque solutas.*

93. *Nivesque solutas.*] *Liquefactas.*

95. *Lutulentus.*] *Cœnoscus, limosus, luto plenus, turbidus. Brumali.*] *Hiberno.*

97. *Quis te unquam potuit.*] *Quis te tum potuit, Puteaneus. probe. ætivo tempore nimirum, quando arentem humum pulverulentus premis. Heinſius. Haurire.*] *Bibere.*

99. *Damnifus pecori curris.*] *Quia tuas aquas pecudes bibentes in morbos incidunt. Damnosior agris.*] *Quia inundati tuis aquis sterilesunt.*

100. *Har.*]

Forſitan hæc alios; me mea damna movent. 100
Huic ego vae demens narrabam fluminum amores?

Jaſtaſſe indigno nomina tanta pudet.
Neſcio quid ſpectans, Acheloon & Inachon amnes,
Et potui nomen, Nile, referre tuum.
At tibi pro meritis opto, non candide torrens, 105
Sint rapidi ſoles, ſiccaque ſemper hyems.

100. *Hæc.*] Scilicet damna movent alios. *Mea damna.*] Quia prohibeor in amica complexus ire.

101. *Huic ego vae demens.*] Vae libri meliores magno numero cum prima editione. unus *Mediceus*, ab *demens*. *Scrivianus vae demens. Lege.*

Huic ego vae demens.

ſic Epiſtola Herus:

Mentior ab demens! ille ſecundus erat.
Virgil.

Quo fugis, ab demens?

Deinde pro fluminum amores, quod præter morem Naſonis durius, duo codices, *ſuamen. unus flumini.* Optimus Palatinus, *flumis.* Latere mendum ſuſpicor. *Heinf.* *Huic.*] Quasi dicat, viliffimo. *Vae demens.*] Valde demens. *Vae*, Particula interdum augeat, interdum minuit.

102. *Jaſtaſſe.*] Jaſtaſſiſſe, id eſt, inamiter & fruſtra dixiſſe. *Indigno.*] Cui tan-

torum fluminum nomina & amores narrarentur, *Jaſtaſſe.*] Eclog. 2. *ſtudio jaſtabat inani.* ubi Serv. *Fundeſat in caſſum.*

103. *Neſcio quem ſpectans.*] Puteaneus cum Jureti excerptis, *Neſcio quem huic ſpectas. huic ſpectans* duo alii cum codice Neapolitano. *Neſcio quam ſpectas* Farnesianus. *amem* etiam Puteaneus. *Forte,*

Neſcio cui ſpectos Acheloon & Inachon amnes.

Latet certe mendum. *Heinfus.* *Neſcio quem.*] Id eſt, viliffimum & ignobilem quendam torrentem aſpiciens.

105. *Non candide.*] Id eſt, turbide.

106. *Rapidi.*] Maxime ardentes. Sol enim attrahit & rapit ad ſe liquorem: unde minores fluvii æſtatis tempore ſiccantur. *Sicca.*] Sine pluviis & nivibus, ut penitus areſcas. *Domin.*

ELEGIA VII.

*Quod ab amica receptus, cum ea coïre non potuerit,
conqueritur.*

AT non formoſa eſt, at non bene culta puella;
At, puto, non votis ſæpe petita meis!

Hanc

1. **A** *Ut non formoſa eſt, aut.*] At pro Aut ter geminandum ex auctoritate Puteanei, Sarraviani & trium aliorum. quomodo & Naugerius ex ſuis. Vide Notas noſtras initio Epiſt. XII. *Heinf.* *Aut non formoſa eſt, &c.*] Vehementiſſime dolet Naſo, quod cum ſibi pulcherrima puella contigerit, cum

illa tamen dulce Veneris opus peragere non potuerit: quod fortaſſe evenerat, quia tunc Corinna, quam ardentiffime amabat, recordatus eſt. Alii leg. *At non formoſa eſt at non, &c.* Ut ironice loquatur. Præcipuas enim cauſas removeret, quibus id evenire potuerit: cum deformi enim foemina, aut inornata,
aut

Hanc tamen in nullos tenui male languidus usus,
 Sed jacui pigro crimen onusque toro.
 Nec potui cupiens, pariter cupiente puellâ,
 Inguinis effœti parte iuvante frui.
 Illa quidem nostro subjecit eburnea collo
 Brachia, Sithoniâ candidiora nive:
 Osculaque inseruit cupidæ luctantia linguæ:
 Lascivum femori supposuitque femur. 10
 Et mihi blanditias dixit, Dominumque vocavit:
 Et quæ præterea publica verba iuvant.
 Tacta tamen veluti gelidâ mea membra cicutâ,
 Segnia propositum destituere suum.
 Truncus iners jacui, species, & inutile signum: 15
 Nec satis exactum est, corpus an umbra forem.
 Quæ mihi ventura est (siquidem ventura) senectus,
 Cum

aut non optata, non minus est, si quis nequiverit. Quod autem hæc puella formosa fuerit, ostendit inferius, dicens: *At qualem vidi, qualem totisq; puellam: Illius aspectu Pylus juvenescere possit.*

4. *Sed jacui.*] *Se jacui*, optimus Palatinus. Puto, *Et jacui*. Heinſius.

5. *Pariter.*] Una mecum.

6. *Effusi.*] Languidi. *Frui.*] Proprie fruimur cum delectatione.

8. *Sithonia nive.*] A Sithone monte Thraciz, qui perpetuis nivibus opertus est.

9. *Cupida luctantia lingua.*] Repone ex primâ editione & tribus scriptis *cupida lingua*. duo, *cupidis linguis*. Putancus & tres alii, *cupide linguis* Heinſius.

12. *Publica.*] Communia verba: ut *ζῷον καὶ ψυχὴ*, id est, vita & anima.

13. *Gelida.*] Mortifera. *Cicuta.*] Venenum est publica Atheniensium pœna inſita: ea enim Socratem necari jufferunt.

14. *Propositum mentem.*] *Suum* excerpta Politiani & Barberinianus. concinne nam *Τὸ μέγα πνεῦμα* præcesserat. Heinſius.

15. *Species.*] Non homo, sed veluti simulachrum & imago hominis. *Et inutile signum.*] *Pondus*. ac sequenti versu *Es non exactum corpus* Putancus cum aliis nonnullis ex meliorum numero. Nil mutem temere. Forte tamen scribendum, *signumque & inutile pondus*. certe Arondelianus, *pondusque & inutile signum*. Heinſius.

16. *Exactum.*] Exploratum: certum. Dubium est, inquit, fuerimne corpus, an umbra sine corpore. *Corpus an umbra.*] Umbras enim, tenues sine corpore vitas, cava sub imagine formæ volitare docuit docta comes Ænean. Quas Lucian. in Menip. vocat *τρίγυιαι τῶν νεκρῶν οὐκιδε*. ubi etiam vide *τὰς ἀπὸς τὸν ἄλλον ἀπολειμμένας οὐκιδε*. Quod sane philosopho dignum. Homer. Odyss. λ. 475. — *βροτῶν εἰδωλα κακίστα*. Ideoque non sine ratione 15. dixit, *inutile signum*, quod simulacrum, non ipsa res. Sic Noster Metam. 10. 14. Umbras vocat, *leves populos, simulacraque funesta sepulcro*.

17. *Quæ mihi.*] Si, inquit, juvenis puellam decepi, & iners fui: cum ad senectutem pervenero, multo segnior in

Vene-

Cum desit numeris ipsa juvena suis?
 Ah pudet annorum! quo me juvenemque virumque,
 Nec juvenem nec me sensit amica virum? 20
 Sic flammæ aditura pias æterna sacerdos
 Surgit, & à caro fratre verenda soror.
 At nuper bis flava Chlide, ter candida Pitho,
 Ter Libas officio continuata meo.
 Exigere à nobis angustâ nocte Corinnam, 25
 Me memini numeros sustinuisse novem.
 Num mea Thessalico languent devota veneno
 Corpora? num misero carmen & herba nocent?
 Sagave

Venerem ero. *Quæ.*] Inertissima. *Siquidem est ventura.*] Quia nemini exploratum est, utrum ad senectutem perventurus sit, an non. *Siquidem est ventura senectus.*] *Siquidem ventura* Putaneus cum quatuor aliis. complures si qua est ventura. Fast. 17.

Hoc quoque tentemus; siquidem jejunia remansu. Heinſius.

Senectus.] Cum sanguis hebet, & vires frigent in corpore effecto. Ideoque & Homero Odyſſ. λ. v. 195. vocatur χαλκρον γῆρας. Sic Plaut. lepide in Mercat. 4. 1. v. 6.

St. Neque mecaſtor, tantum hoc oneris est, quod fero.

Do. Quid oneris? *St.* annos octoginta & quatuor.

φοβῶ τὸ γῆρας, ἔ γὰρ ἔχεται μὲν.

Χαλκρὸν τὸ γῆρας ἔστι ἀνθρώποις βέβηλον.

Menand. in fragm. loc. 22. de Sen. Et Eurip. in Herc. fur. τὸ δὲ γῆρας αἰεὶ βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων. Quod Cic. de Senect. exprimit.

18. Numeris.] Perfectionibus, viribus, officiis. *Suis.*] Sibi propriis. Proprium enim adolescentiæ est, libidini- bus flagrare.

19. Quod me juvenemque virumque.] *Quæ me* Putaneus. dictum alibi. Heinſ. *Juvenemque virumque.*] Inter ætatem

juvenilem & virilem, quæ ætas ludo aptissima.

20. Nec juvenem.] Quia nec juvenis nec viri officio sumus sum.

21. Sic flammæ.] Ita à me intacta surrexit amica, ut Vestalis virgo è lecto ad sacra se confert, & pudica soror à fratre mane surgit. *Sic sacerdos surgit.*] *Οὐκ ἄν' ὕπνας ἄν.* Eurip. Ion. v. 150. *Pias æterna.*] Hypallage est: pro sacerdos pia, & flammæ æternæ. Nam in templo deæ Vestæ ignis perpetuus servabatur, qui tamen quotannis renovabatur Calendis Martiis.

22. Verenda.] Hoc verbo omnis suspicio sceleris removeretur.

23. At nuper.] Ex antea hoc decus abolere nititur. *Bu.*] Subaudi à consequentibus, continuata est meo officio. *Flava.*] A capillorum colore. *Pitho.*] Fortasse hæc meretrix facillime aliquid persuadere poterat suis amatoribus. *Bis flava Chie.*] Alii aliter. *Putaneus Clide.* hoc est χλιδῆ. *Clyo* Barberiniensis. Heinſius.

24. Libas.] Nomen hoc meretricis est, forsitan à λίσσα, libo ac degusto, sive à libandis osculis.

26. Et memini.] *Me memini* in scriptis. Heinſ.

27. Thessalico.] Thessalia enim veneficiis infamis. *Devota.*] Incurata.

28. Misera.] Mili.

29. Sage-

Sagave Poeniceâ defixit nomina cerâ,
 Et medium tenues in jecur egit acus? 30
 Carmine læsa Ceres sterilem vanescit in herbam:
 Deficiunt læsæ carmine fontis aquæ,
 Illicibus glandes, cantataque vitibus uva
 Decidit; & nullo poma movente fluunt.
 Quid vetat & nervos magicas torpere per artes? 35
 Forsitan impatiens sit latus inde meum.
 Huc pudor accessit: facti pudor ipse nocebat.
 Ille fuit vitii causa secunda mei.
 At qualem vidi tantum tetigique puellam,
 Sic etiam tunicâ tangitur ipsa suâ. 40
 Illius ad tactum Pylius juvenescere possit,
 Tithonosque annis fortior esse suis.

Hæc

29. *Sagave Phænicea.*] Sic Puteaneus & multi alii. quidam *pmicea*. quomodo noster alibi. Sed *Pamicea* legendum Metam. lib. xii. v. 104. apud Senecam Medea,

Offro sic niveus pamicea color.

ubi tamen Medicus liber *pamicea*. Heinsius. *Saga.*] *Saga*, dicitur incantatrix & mæstica, quæ carminibus vel accedere possit mala hominibus, vel pellere. *Phænicea.*] *Purpurea*: ut sit color ignis, propter amoris incendium. *Nomina.*] *Meum* nomen. Excantatores enim ceream imaginem fingeant, cum nomine illius quem incantabant.

30. *In jecur urget acus.*] *Egit* meliores. vulgata lectio ex Epistola Hypsip. promanavit,

Devotes absentes simulacraque ceræ figit.

Es miserum tenues in jecur urget acus. Certe & hic loci *miserum jecur* in nonnullis scriptis. *Heins.* *In jecur.*] Quia in jecore sedes amoris esse dicitur. *Levar.*] *Lectant.* lib. 6. c. 15. & de Opif. dei. c. 14. *Latris affectus*, inquit, *in sple-*
ne est: ira in felle, libidinis in jecore, timoris in corde, ut medici dicunt. Cui & Poëta accinit lib. 1. Od. 25.

Cum tibi flagrans amor, & libido,

Qua sola matres furere æquoribus.

Savies circa jecur ulcerosum,

Non sine questu.

Et lib. 4. Od. 1. *Si torrens jecur queris idoncum.* Quod videtur ex Theocriti Idyll. 13. v. 71.

—— *Χαλάρει γὰρ ἰσὺν δὴ δὲ ἱππὸς ἀπὸ τοῦ.*

31. *Sterilis vanescit in herbas.*] *Sterilem herbam* libri meliores. & *læsa aqua* sequenti versu. *Heinsius.*

32. *Deficiunt.*] *Finere desinunt.* *Carmine.*] *Incantatione.*

34. *Nullo movente.*] *Nemine excutiente.* *Fluunt.*] *Excantata poma ex arboribus sponte defluunt.*

36. *Impatiens.*] *Debile.* *Inde.*] *A magicis artibus.*

39. *At qualem vidi, qualem.*] *Vidi tantum* Puteaneus ac Arondelianus, cum tribus Moreti & aliis duobus. *Heinsius.* *Qualem.*] *Formosissimam.*

41. *Illius attactu.*] *Ad tactum* Puteaneus, & *possit.* & *Tithonosque* pro *Tithonosque*. *Heinsius.* *Pylius.*] *Nestor;* ex Pylo.

42. *Tithonus.*] *Fuit* Laomedontis regis Trojæ filius: quem, quia juvenis, & forma egregius erat, Aurora adamavit, rapuitque: ex quo Memnonem peperit, Tithonus

Hæc mihi contigerat; sed vir non contigit illi.

Quas nunc concipiam per nova vota preces?
Credo etiam magnos, quo sum tam turpiter usus, 45
Muneris oblati pœnituisse Deos.

Optabam certe recipi; sum nempe receptus:

Oscula ferre; tuli: proximus esse; fui.

Quo mihi fortunæ tantum? quo regna sine usu?

Quid nisi possedi dives avarus opes? 50

Sic aret mediis taciti vulgator in undis;

Pomaque, quæ nullo tempore tangat, habet.

A tenerâ quisquam sic surgit mane puellâ,

Protinus ut sanctos possit adire Deos.

Sed non blanda, puto, non optima perdidit in me 55

Oscula: non omni sollicitavit ope.

Illa graves potuit quercus, adamantaque durum,

Surdaque blanditiis saxa movere suis.

Digna movere fuit certe vivosque virosque.

Sed neque tum vixi; nec vir, ut ante, fui. 60

Quid

Tithonus autem post longissimam optatamque vitam, audita filii morte, in cicadam versus esse dicitur. Posuit autem Naso Nestorem & Tithonum pro quibuscunque hominibus senio confectis. Adeo pulchra, inquit, est hæc puella, ut senes vel decrepiti, si eam attingant, juvenes fieri possint.

43. Hæc.] Talis puella. Sed vir non contigit illi.] Dixit & supra: Nec juvenem, nec me sensit amica virum.

44. Nova.] Quia ante sæpius ejusdem puellæ consuetudinem cupivit.

45. Quo sum tam turpiter usus.] Malo sim. Heins. Quo.] Scilicet munere. Tam turpiter.] Quia puellam in nullos usus tenuit.

47. Recipi.] A puella admitti.

49. Quid mihi fortuna tantum.] Quo Puteaneus cum optimo Palatino, & mox, quo regno, vide Notas Epist. 11. v. 53. Heinsius.

50. Quid nisi.] Divites avari frustra possident divitias, cum illis uri timeant.

Non aliter inquit Poëta, puellam possedi: id est, sine usu.

51. Aret.] Siti conficitur, siccus est. Vulgator.] Proditor Tantalus, qui immortalium deorum secreta, quæ communis coenæ usu perceperat, vulgavit, & hominibus prodidit.

52. Tangat.] Tangere possit.

54. Protinus.] Statim, sine aliqua expiatione. Sanctos possit adire deos.] Religio enim removel pollutum hominem a re divina.

55. Sed puto non blanda.] Prafero quod est in nonnullis editionibus, Sed non blanda puto. Heins. Sed non blanda.] Ironice loquitur, ut supra: At non formosa est, &c. Perdidit.] Quia frustra me est exosculata.

59. Vivosque virosque.] Vivosque oprime Puteaneus cum Jureti excerptis. sequentia confirmant. atque ita Lucas Fruterius in Verisimilibus conjecerat scribendum. Heinsius.

60. Vixi.] Sensum habui.

61. Quid

Quid juvet, ad surdas si cantet Phemius aures:

Quid miserum Thamyran picta tabella juvet?

At quæ non tacitâ formavi gaudia mente!

Quos ego non finxi disposuique modos!

Nostra tamen jacuere, velut præmortua, membra 65

Turpiter, hesternâ languidiora rosâ.

Quæ nunc ecce rigent intempestiva valentque:

Nunc opus exposcunt, militiamque suam.

Quin istâc pudibunda jaces, pars pessima nostri?

Sic sum pollicitis captus & ante tuis.

70

Tu dominam fallis: per te deprensus inermis

Tristitia cum magno damna pudore tuli.

Hanc etiam non est mea dedignata puella

Molli-

61. Quid juvat.] Juvat Puteanëtis. Lege, juvet. & sic sequenti versu optimus Palatinus. Heinſius. Phemius.] Homer. Odyſſ. χ. v. 330.

Τετραδάς δὲ τ' αἰσὶς ἀλύσκαζε κῆ-
ρα μέλαιναν

Φήμι, ὅς ῥ' ἦϊδε μετὰ μνηστῶσιν
ἀνδλῆν.

& deinde v. 347.

Ἄυτοδίδακτ' ὃ εἰμί. Θεὸς δὲ μοι
ἐν φρεσὶν οἶμας

Παγτοίας ἐπέφουσιν. & alibi.

62. Quid miserum Thamyran.] Philamoniſ filius, cum ex urbe Oechalia reverteretur, in Dorio Musas obvias habuit, easque, canendi scientia gloriabundus, in certamen provocavit: qua insolentia Musæ permotæ, eum & modulatione, qua prælatus erat, & sensu videndi privaverunt. Hic autem poeta pro quocunque homine cæco Thamyran ponit. Thamyram.] Thamyran Puteaneus. quidam Thamyrim. utrumque rectum. Heinſius.

67. Quæ nunc ecce rigent.] Rigent prima editio & sex scripti. optime. hinc & arrigere de illa parte. lib. 11. Fast. ex antiquis libris,

Et rigidum cornu durius inguen erat.
sic & rigida tentigo vulva Juvenali dicta.
Horatius Epod. VIII.

Illiterati num magis nervi rigent,
Minusve languet fascinum?

Ita locus ille scribendus. languere & rigere inter se opponuntur, cum contraria sunt. Vulgo num minus nervi rigent? hinc & rigidus rursus custos nostro Priapus dictus lib. 1. Fast. & rigidus Deus in Priapeis. In loco Horatiano Franciscus Guierus scribi volebat notis ad Andriam Terentii. Act. 11. Sc. 1.

Illiterati num minus nervi rigent,
Minusve languet fascinum.

Sed non persuadet. alii alia commenti sunt. Idem.

68. Militiamque suam.] Et Virgil. At non in Venerem segnes, nocturna que bella.

69. Quin istic pudibunda jace.] Faces meliores recte, dixi supra lib. 11. El. XIX. prima editio, pars pessima rerum. non invenuisse. Heinſius.

70. Sic sum pollicitis captus, ut ante, tuis.] Libri fere omnes sic sum. & Puteaneus, captus es. unde captus & reflexi minimâ mutatione. atque ita unus Moreti.

Sic sum pollicitis captus & ante tuis. Idem.

17. Tu dominum fallis.] Malo dominam cum quatuor scriptis, atque in iis Neapolitano. Idem.

Hh

75. Assur-

Molliter admotâ sollicitare manu.
 Sed postquam nullas consurgere posse per artes, 75
 Immemoremque sui procubuisse videt;
 Quid me ludis, ait? quis te, male fane, jubebat
 Invitum nostro ponere membra toro?
 Aut te trajectis Ææa venefica lanis
 Devovet: aut alio lassus amore venis. 80
 Nec mora: defiluit tunicâ velata recinctâ:
 Et decuit nudos proripuisse pedes.
 Neve suæ possent intactam scire ministræ;
 Dedecus hoc sumtâ dissimulavit aquâ.

75. *Assurgere posse per artes.*] *Consurgere* meliores. *Idem.*

79. *Lanis.*] Id est, lanæ imagine. Excantatores enim duas imagines, ex lana alteram, alteram ex oera. finge-
 bant.

81. *Nec mora: defiluit.*] Imo *defiluit*, ut est in melioribus. de lecto videlicet.

sic supra Elegiâ primâ, de Corinna ite-
 dem,

Delabique toro tunicâ velata recinctâ.

Heinsius. *Defiluit.*] E toro se corripuit.

82. *Et decuit.*] Cum decore nudis pe-
 dibus proripuit.

83. *Intactam.*] Ad tempus hoc dicit:
 alias *intacta* dicitur incorrupta virgo.

ELEGIA VIII.

Quod ab amica non recipiatur, dolet.

ET quisquam ingenuas etiamnum suspicit artes,
 Aut tenerum dotes carmen habere putat?

Inge-

1. **E**N quisquam ingenuas etiamnum sus-
 cipis artes?] *Suspicit* rectius alii. be-
 ne etiam Puteancus, *Et quisquam.* sic su-
 pra Eleg. III.

*Et quisquam pia thura focis imponere cu-
 rat?*

In obitum Drusi,

Et quisquam leges audet tibi dicere stendi?
 & sub finem,

Et cuiquam miserandus ero?

Rem. Amor.

*Et quisquam præcepta potest mea dura
 vocare?*

Virgil. lib. I. ex optimo Mediceo:

— *Et quisquam nomen Junonis adorat?*
*Præterea, aut supplex aris imparet hono-
 rum?*

non adores & imponat. quod est in vul-
 garis. noster infra El. x. cum optimis li-
 bris,

*Hanc quisquam lacrymis Latari credit a-
 mantum?* Heins.

En quisquam ingenuas.] Exclusus ab
 amica, cuiusdam opulenti militis cau-
 sa, Naso dolet & conqueritur, plus
 posse divitias quam ingentium: & ri-
 valem, in odium & invidiam addu-
 cit. *En.*] Particula hæc comica est, &
 affectui servit. *Ingenuas.*] Liberales,
 quibus ingenui homines institui de-
 bent.

2. *Dotes.*] Id est, quibus in precio sit
 ille qui carmen facit. Unusquisque enim
 suis dotibus solet censeri.

3. Inge-

Ingenium quondam fuerat pretiosius auro :

At nunc barbaries grandis, habere nihil.

Cum pulchrè nostri dominæ placuere libelli ;

Quo licuit libris, non licet ire mihi.

Cum bene laudavit, laudato janua clausa est.

Turpiter huc illuc ingeniosus eo.

Ecce recens dives, parto per vulnera censu,

Præfertur nobis sanguine pastus eques.

Hunc potes amplecti formosis, vita, lacertis?

Hujus in amplexus, vita, jacere potes?

Si

3. *Ingenium quondam.*] Sic in Artibus ait : *Cura ducum fuerant olim regumque potestates, Præmiaque antiqui magna tulere chori : Nunc edere sine honore jacent.*

4. *At nunc barbaria est grandis.*] Lege barbaria est grandis secundo casu. nisi malis cum quisque scriptis barbaries grandis. idque sequor. *Heinsius.* At nunc barbaria.] Sed nunc, ait, barbarus, nullique ingenuis artibus præditus existimatur esse qui pauper est, licet virtutes habeat. *Habere nihil.*] Scilicet divitiarum, & egenum esse.

5. *Libelli.*] Scilicet Amorum.

6. *Quo.*] Admissi, inquit, fuere libelli : sed ego non admitto.

7. *Laudato.*] Scilicet mihi. *Janua clausa est.*] Ab amica. Nam (ut in Artibus ait Naso) *Carmina laudantur, sed munera magna petuntur : Dummodo sit dives, barbarus ille placet. Ipse licet venias, Manus comitatus Homero, Si nihil attuleris, idis, Homere, feras.*

9. *Per vulnera.*] Quæ aliis ipse intulit, & sibi ab aliis illata sunt. *Censu.*] Scilicet equestri, qui erat quadringentorum sestertiorum. nam qui eam summam habebant, inter equites Romanos numerabantur edicto Roscii Othonis.

10. *Sanguine factus eques.*] Unus Moreti cum Jureti excerptis sanguinolentus. alter Puteani sanguine sparsus. quomodo & Vossii excerpta. optimus Palatinus, *sanguinem partus.* quod & ex suo

Codice Barthius in Adversariis est secutus. sed frustra ; cum id verbi jam præcesserit superiore versu. proxime tamen veram lectionem, quatuor præ se fert Puteaneus ille, *sanguine partus.* Met. VIII.

At hæc bis partus sanguine monstrum. Petronius,

— est nulli cordi

Quippe cremare viros, & sanguine pascere luxum.

sic parvis flumina sanguinis Claudiano III. consulu Honori ex membranis. ff. 101. ubi vide quæ noto. sic in Tristibus codex præstantissimus, lib. IV. El. IV.

Cede phæretæra pascitur ara Deæ.

ubi plura. Val. Flaccus lib. VII.

— *Vobis hæc damus, vobis hæc parentes*

Esse potem, raris infandis quos sola rapiunt

Sævaque pascit hyems ? Heinsius. *Sanguine.*] Id est, precio sanguinis.

11. *Formosis stulta lacertis.*] Pro stulta tam hic quam sequenti versu. Puteaneus, *vita, mea vita, mea lux.* blanditiæ amatorum. Propertius lib. I. El. III.

Quid jure ornato procedere, vita, capilla ?

atque ita ille passim alibi. optimus Palatinus utroque loco stulta sequenti versu quidam,

Hujus in amplexus, stulta, venire potes ?

etiam bene. *in amplexu jacere non amplexu unus Moreti cum Puteaneo.* Heins.

Hh 2

15. Se

Si nescis, galeam caput hoc portare solebat:

Ense latus cinctum, quod tibi servit, erat.

Leva manus, cui nunc serum male convenit aurum, 15

Scuta tulit. dextrum tange, cruenta fuit.

Qua periit aliquis, potes hanc contingere dextram?

Heu! ubi mollities pectoris illa tui?

Cerne cicatrices veteris vestigia pugnae.

Quaesitum est illi corpore, quidquid habet. 20

Forſitan &, quoties hominem jugulaverit, ille

Indicet. hoc faſſas tangis, avara, manus?

Ille ego Muſarum purus Phœbique ſacerdos

Ad

15. *Serum.*] Quia ſero factus eſt eques: & cum antea in extrema paupertate fuerit, nunc male convenit illi aurum. *Aurum.*] Equeſtris annulus.

18. *Hem ubi.*] Lege *Heu* cum melioribus. Vide Notas Epist. iv. v. 150. *To eſt* etiam meliores non agnoſcunt. *Heinſius.*

20. *Quaesitum.*] Partum. *Corpore.*] Corporis exercitio. Pugnando, inquit, divitias omnes quas poſſidet, acquiſivit.

21. *Quoties hominem jugulaverit ipſe Indicet.*] Ille meliores. *hoſtem jugulaverit* etiam Sarravianus. probe, pro *Indicet.* Puteaneus *Et dicet.* Arondelianus *Dicat & hoc faſſas.* Lego *Prædict.* *Heinſius.*

22. *Avara.*] Quæ pecuniis corrupta, non times homicidam & impuriſſimum hominem atreſtare.

23. *Purus.*] Muſarum miniſtri & ſacerdotes ſunt eruditi omnes. Hinc *ſacri* poëtæ dicuntur. *Purus ſacerdos.*] Nulla cæde & cruore maculatas manus habens, ut decet ſacerdotem Phœbi, at ille miles ſcilicet, multo ſanguine reſperſus, & impurus eſt. Ideoque impura dicuntur loca, quæ cæde & ſanguine ſunt polluta. *Propert. lib. 4. eleg. 1. De Appia.*

Appia dic quaſo quantum, te teſte, triumphum

Egeris effuſus per tua ſaxa rotæ.

ſpectaculum ipſa ſedens primo ſemine pendit,

Anſa per impuros ſrena movere locos.

Contra, pura loca, quæ cadaveribus ſublatis purgata ſunt. Quod ex Homero diſcimus *Iliad. x. v. 199.*

Ἐν καθαροῖς, ὅθι δὴ νεκρῶν διαφαίνεται Χάρις.

Πιπτόντων. Et pura domus, in qua nemo mortuus. *Eurip. Helen. v. 1446. καὶ θάρσος γὰρ ἡμῖν δόματα. ἡ γὰρ ἐνθάδε ψυχὴν ἀφαιεῖ.* Pertinet hæc vox proinde ad multa. Sic mortem impuram vocat Homerus, quam quis elifis laqueo faucibus ſibi ipſe conſciſcit, anima intercluſa. *Odyſſ. x. v. 462.*

Μὴ μὲν δὴ καθαροῖς θανάτῳ ἀπὸ θυμὸν ἐλθιμην

Ἰδὼν αἱ δὴ ἐμῇ κεφαλῇ κατ' ὀνείδεα χεῖρας.

κελεύθῳ ἐν καθαροῖς. *Pind. Olimp. 6. ἐπὶ καθαροῖς πυρί.* *Halicarn. 1.* Non amplius humanis crematis hoſtiis. Haſta pura: non præpilato ferro: qua donabantur tirones, qui tunc primum viſciſſent. Quod *Serv.* annotat ex *Varron. de G. P. R.* Docemur tamen ex *Sueton. in Claud. non tironi magis quam veterano datam fuiſſe haſtam puram: Felix enim ille, donatus haſta pura à Claudio, non erat tiro, ſed trium reginarum maritus.* *Adi quoque Eleg. 12. Amor. 1. v. 16.*

24. *Rigi-*

Ad rigidas canto carmen inane fores.

Discite, qui sapitis, non quæ nos scimus inertes, 25

Sed trepidas acies, & fera castra sequi :

Proque bono versu primum deducite pilum.

Hoc tibi, si velles, posset, Homere, dari.

Jupiter admonitus nihil esse potentius auro,

Corruptæ pretium virginis ipse fuit. 30

Dum merces aberat; durus pater, ipsa severa,

Ærati postes, ferrea turris erat :

Sed postquam sapiens in munera venit adulter;

Præ-

24. *Rigidas.*] Asperas, duras. *Inane.*] Nihil profuturum. *Canto carmen inane.*] *Nomen inane* unus Moreti. ut de se ipso loquatur. *Heinsius.*

25. *Discite.*] Cum nulla, inquit, præmia sint carminibus, divitiarumque prævaleant, nullus sit qui posthac poetica se dedat; sed rei militari, quæ divites reddit homines. *Hæc.*] Humanitatis studia. *Inertes.*] Desides, pigri, inutiles. Cum stomacho id dixit ex vulgi sententia, qui poeticam ut inutilem & ignavam cavillantur. *Non hæc quæ scimus inertes.*] *Non quæ nos scimus* Puteaneus. *Lege,* non quæ nos scimus, atque ita unus Moreti & unus meus, Arondelianus quoque pro diversa lectione. at Neapolitanus, non quod nos scimus. *Heins.*

26. *Et fera bella sequi.*] *Castra sequi* Puteaneus cum Sarraviano & uno Moreti. sic Tibull. *Castra Macer sequitur.* Arondelianus *infra* mendose. *Lucanus,*

Nulla fides pietasque veris qui castra sequuntur. Idem.

27. *Deducite.*] Ingeniose Poëta verbum hoc elegit, quod utique rei congruit. nam & carmina proprie deduci dicuntur. *Primum pilum.*] Id est, centuriam primam primæ cohortis.

28. *Posset Homere.*] *Possit* Puteaneus. *Heins.*

29. *Admonitus.*] Sciens. *Nihil esse potentius auro.*] Hoc nobis Danaës fabula declarat.

30. *Corrupta virginis.*] Id est, Danaës. *Ipse fuit pretium.*] Quia in aurum verius est.

31. *Merces.*] Præmium, amplexus. *Durus.*] Difficilis, asper, intractabilis. *Pater.*] Actisius. *Ipsa.*] Virgo Danaë. *Severa.*] Minime inepta. Nullum admittens amantem : Non amans hunc ludum. *Ter. Eunuch. 2. 5.*

— *Hoc nemo fuit*

Minus ineptus, magis severus quisquam, nec magis continens.

Illud Severum Plautus explicat in *Captiv. 1. 2.*

Ille demum antiquis est adolescens moribus;

Cujus nunquam voltum tranquillavi grati.

32. *Ferrea turris erat.*] *Lege erant.* *Heinsius.*

33. *Sapiens amator.*] Est enim res ingeniosa, dare. *Jupiter* *ἀνυπερβόλος* — *ποθενὸν εἰδὼς τὸ πῦρ* τοῖς βροτοῖς. *Eurip.* in fragmento Danaës vi. 30. *Σαφὴς δὲ παῖδιν ἐκ ἔχων, εἰς μηχανὴν — τοῖσδε ἔχαρασσεν.* istud autem *Pindarus* vocat *αὐτοῖσι πυρὸν*. *Pyth. 7.*

Ζῆς κύνει, ταῦρ, σάτυρ,

χρυσός, δι' ἑρῶτα

Αἰδὼς, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δαρδανός.

Taurus, oler, Satyrus, sit & aurum

Jupiter, ardens

Europeen, Ledem, Antiopen, Danaem.

H h 3

34. *Ἰν-*

Præbuit ipsa sinus: &, dare iussa dedit.
 At cum regna senex cœli Saturnus haberet; 35
 Omne lucrum tenebris alta premebat humus.
 Æraque & argentum, cumque auro pondera ferri
 Manibus admôrat: nullaque massa fuit.
 At meliora dabat; curvo sine vomere fruges,
 Pomaque, & in quercu mella reperta cavâ. 40
 Nec valido quisquam terras findebat aratro:
 Signabat nullo limite mensor humum.
 Non freta dimissi verrebant eruta remi.
 Ultima mortali tum via littus erat.
 Contra te sollers hominum Natura, fuisti; 45
 Et nimium damnis ingeniosa tuis.
 Quo tibi turritis incingere mœnibus urbes?
 Quo tibi discordes addere in arma manus?
 Quid tibi cum pelago? terra contenta fuisses.
 Cur non & cœlum tertia regna petis? 50

Qua

34. *Iussa.*] Nec potuit magno casta negare Jovi. *Dedit.*] Sui copiam Jovi fecit.

34. *At cum regna senex cœli.*] *Iura* Scriverianus. Met. xv.

O cui ius cœli his sex fecere labores! Heinſius. *At cum.*] Virgil. lib. 8. *Auræque (ut perhibent) illo sub rege fuerunt Secula.*

38. *Manibus.*] Umbris inferorum. *Admôrat.*] Apposuerat. *Massa.*] Metallum pondus.

39. *Dabat.*] Præbebat, scilicet terra. *Sine vomere.*] Sic in Metamorph. *Max etiam fruges tellus inarata ferebat.*

41. *Terram scindebat aratro.*] Findebat quidam codices. *terras aperibat* excerpta Jureti venuste. *terras findebat* excerpta Politiani. Heinſius.

42. *Fosſor humum.*] *Mensor* recte Puteaneus cum aliis sex. sic Metam. libro 1.

Cautus humum longo signavit limite mensor.

ubi pari modo in quibusdam libris pecca-

tur. Horatius lib. 1. Od. xxviii.

Et maris & terra numeroque carentis arena.

Mensorem vocat Archytam. Hinc *agrimensura*, & *agrimensores*. Idem.

43. *Nec freta demisso verrebant eruta remo.*] *Non freta dimissi. v. e. remo* Puteaneus, *demissi remi* quatuor alii. recte. Idem. *Verrebant.*] Sic Virgil. *Certatim socii ferunt mare, & aquora verrunt. Eruta.*] Evulsa.

47. *Quid tibi turritis.*] Scribe tam hic, quam sequenti versu *Quo* ex auctoritate optimorum codicum, & vide notas nostras Artis Amatoria l. 1. v. 303. Heinſius. *Turritis.*] Turribus munita mœnia.

50. *Cur non & cœlum.*] Cum stomacho dixit. Sic Horat.

Nil mortalibus arduum est.

Cœlum ipsum petimus stultitia.

Tertia regna.] Jovi sorte obtigit cœlum, Neptuno mare, Plutoni terra. *Tertia regna petis.*] *Tertia dona facis* Puteaneus. *regna facis* excerpta Scaligeri. Heinſius.

51. Qua

Quà licet, affectas cœlum quoque. templa Quirinus,
Liber, & Alcides, & modo Cæsar, habent.

Eruimus terrâ solidum pro frugibus aurum.

Possidet inventas sanguine miles opes.

Curia pauperibus clausa est: dat census honores. 55

Inde gravis iudex; inde severus eques.

Omnia possideant: illis Campusque Forumque

Serviat. hi pacem crudaque bella gerant.

Tantum ne nostros avidi liceantur amores;

Et satis est, aliquid pauperis esse finant. 60

At nunc, exæquet tetricas licet illa Sabinas,

Imperat ut captæ, qui dare multa potest.

Me prohibet custos: in me timet illa maritum.

Si

51. *Qua licet.*] Optimus Palatinus, *Qua liber.* Forte *Quamlibet.* de quo ad Epistolas est dictum. *Idem. Affectus.*] Nimia, sed frustra petis. *Quirinus.*] Romanus.

52. *Liber & Alcides.*] Non damno hanc lectionem; cum tamen optimus Palatinus, *Viribus & Alcides.* Forte scribendum *Viribus, Alcides.* Certe in antiquis inscriptionibus *Virbialis Flaminis* occurrit mentio. *Heinsius. Liber.*] Bacchus. *Alcides.*] Hercules. *Cæsar.*] Julius, Augusti pater. Hi omnes mortales fuerunt, & post mortem inter deos fuisse relatos credidit posteritas.

55. *Curia pauperibus clausa est.*] Quia non licet pauperibus quamvis sapientibus, consulendi gratia in curiam accedere. *Dat census.*] Sic Fast. *In precio precium nunc est: dat census honores, Census amicitias: pauper ubique jacet. Census.*] Divitiar. *Honores.*] Magistratus.

57. *Campus.*] Scilicet Martius, ubi comitia habebantur. *Forum.*] Ubi iura reddebantur.

59. *Nostros avidi lacerantur amores.*] *Licentur* Puteanus. quo & optimus Palatinus alludit, in quo *ejiciantur.* Arondelianus etiam *ejiciantur.* cum diversa lectione *vellicantur.* Scribe *licentur.* *Licet* & *licitari* pretium offere pro

re venali. Festus, *Licitari,* in mercando *sive pugnando contendentes.* Vide & Nominum in eodem verbo. In aliis codicibus est, *vancantur, præcantur, precantur, laniantur, luctantur,* & similia. Verbum *licet* minus notum loco corrumpeudo an- sam dedit. quod tamen & apud Martialem existat. *Heins.* *Nostros amores.*] Nostram puellam.

60. *Et satis est, aliquam pauperis esse finant.*] *Aliquid* libri meliores. Præterea legebam *Id satis est.* sic apud Martialem lib. III. Ep. v. pro *Hoc satis est.* libri veteres *Et satis est.* Lege *Id.* Vide Notas supra Amo. II. El. XII. v. 44. Hoc tamen loco nihil mutandum præter distinctionem. Satis est finant aliquid esse pauperis. *Heins.*

61. *Tetricas licet illa Sabinas.*] *Rigidas* unus Medicus. ut lib. II. Amor. El. IV.

Aspera si visa est, rigidasque imitata Sabinas.

alii codices, *duras, fortes, tetras.* unus Farnesianus, *tacitas Sabinas.* Puto, *Tattas.* vide quæ noto Fast. I. v. 261. *Idem.*

62. *Multa.*] Munera. *Hæc etiam clausas expugnant arma pudicas:* ut Propertius ait.

63. *Me.*] Quia nihil assero. *Prohibet.*] In puellæ amplexus ire. *In me.*] Quasi di-

H h 4

cat

Si dederim, totâ cedet uterque domo.
 O, si neglecti quisquam Deus ultor amantis, 65
 Tam male quæsitâ pulvere mutet opes!

cat, non in eos qui afferunt. *Ille.*] Amica mea.

64. *Si dederim.*] Si precium attulerim. *Cedet.*] Sic Tibullus elegia quarta libro secundo, *Sed precium si grande feras, cu-*

stodia villa est: Nec prohibent claves, & cæcis ipse tacet. Uterque.] Scilicet custos & maritus.

66. *Pulvere mutet.*] In pulverem resolvat, id est, ad nihilum redigat. *Dom,*

ELEGIA IX.

Tibulli mortem deflet.

MEmnona si mater, mater ploravit Achillem,
 Et tangunt magnas tristitia fata Deas;
 Flebilis indignos, Elegeia, solve capillos.

Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit?
 Ille tui vates operis, tua fama Tibullus 5
 Ardet in extructo corpus inane rogo.

Ecce, puer Veneris fert everfamque pharetram,
 Et fractos arcus, & sine luce facem.
 Aspice, demissis ut eat miserabilis alis;

Pectoraque infestâ tundat aperta manu. 10
 Excipiunt sparfi lacrymas per colla capilli,
 Oraque singultu concutiente sonant.

Fratris in Æneæ sic illum funere dicunt
 Egredium tectis, pulcher Iule, tuis.
 Nec minus est confusa Venus moriente Tibullo, 15
 Quam juveni rupit cum ferus inguen aper.

At

1. *Mater.*] Aurora, *Mater.*] Thetis.

4. *Ex vero nunc tibi nomen.*] Elegia enim dicitur ἀπὸ τῆς ἐλέγῃς, id est, à Luctu. *Nunc tibi nomen erit.*] Quidam, *ineff.* Heinsius.

5. *Ille.*] Optimus amorum scriptor.

6. *Inane.*] Carens anima.

11. *Excipiunt.*] Proprie enim cadentia excipiuntur.

14. *Castis, pulcher Iule, tuis.*] *Tectis*

meliores. Heinsius. *Pulcher Iule.*] Ex Virgil. quilib. 5. ait:

Formaque ante omnes pulcher Iulus.

15. *Confusa.*] Turbata.

16. *Juveni.*] Adonin autem intelligit, quem ardentissime Venus amavit. Is dum venaretur, ab apro in inguine vulneratus interiit, non sine maximo Veneris dolore. *Fabulam scribit Naso lib. 10. Metamorph. Aper ferus.*] Trux aper. *Metam. 10. vs. 715. Hunc autem Veneri*

At sacri vates, & Divûm cura vocamur:

Sunt etiam, qui nos numen habere putent.

Scilicet omne sacrum mors importuna profanat:

Omnibus obscuras injicit illa manus. 20

Quid pater Ismario, quid mater profuit, Orpheo?

Carmine quid victas obstupuisse feras?

Ælinon in silvis idem pater, Ælinon, altis

Dicitur invitâ concinuisse lyrâ.

Adjice Mæonidem, à quo, ceu fonte perenni, 25

Vatum Piëriis ora rigantur aquis;

Huc quoque summa dies nigro submersit Averno,

Diffu-

Veneri hæc debuit Diana propter Hippolyti miserabilem interitum. Sic enim interminatur apud Eurip. in Hippolyto v. 1420.

Ἐγὼ γὰρ αὐτῆς ἄλλον ἔξιμι καὶ χορὸς,
ὅς ἐν μέλει φιλτάτῳ κυροῖ βροτῶν,

Τόξοις ἀρύκτοις τοῖσδε τιμωρήσομαι.

17. Cura.] Amor, ut Veneris iustissima cura.

18. Nos.] Poëtas. Numen habere.] Secundum Platonem. Sic Naso lib. 6. Fastorum. *Est Deus in nobis, agitante calascimus illo: Impetus hic sacra semina mentis habet. Numen.* Et fuit in tanto non parvum pectore numen. Silius. lib. 13. laudat autem Homerum prolixè.

19. Importuna.] Molesta. Profanat.] Violat.

20. Obscuras.] Nigras. Inferis enim & morti omnia nigra dantur.

21. Quid.] Probat exemplis, quod proposuerat: scilicet mortem omnibus manus injicere, nulla habita aut generis, aut doctrinæ, alteriusve rei ratione. Pater.] Apollo. Secundum eorum opinionem, qui dicunt Orpheum Apollinis ex Musâ Calliope filium fuisse. Ismario.] Thracio. Ismarus enim mons est Thraciz. Mater.] Calliopea.

23. Et Linon in silvis idem pater abditus altis.] Et Linon altis Puteaneus cum optimo Palatino, Arundeliano, & tri-

bus aliis. venustâ mehercules repetitione. pro quo alii, *edidit, abditum in*, vel *exposuit*. &c similia. Cætenum Puteaneus à manu primâ Elinon. ut utroque forsân loco sit scribendum Ælinon. priori certe. sic unus Vaticanus atque unus Medicæus. quomodo cantus ille vocatus, quo Linum Apollo descevit. atque ita Scaliger in margine codicis sui commendaret. Nota illa Moschi, Αἴλην μοι συναχάτω νέεα. Hefychius, Αἴλην, ὕμνον, ὄργανον. Vide Athenæum & Sophoclis Scholiasten in Ajace. sed nec αἴλην semper carmen lugubre. Athenæus lib. xiv. αἴλην δὲ καὶ αἴλην ἢ μόνον ἐν πένθει σιν, ἀλλὰ καὶ ἐν εὐτυχίᾳ μολεῖται κατὰ τὴν Ἑμπίδαν. Ruyterius præterea Venerinis Lectionibus cap. v. id silvis Ida legendum contendit. quomodo unus Vaticanus. Apollo nimirum tutelaris Troadi deus, Heinf.

24. Invitâ concinuisse lyrâ.] Lege cum eodem Ruyterio & quibusdam codicibus invitâ lyrâ. Idem.

25. Aspice Mæonidem.] Adjice meliores. &c recte. Idem. Mæonidem.] Homerum.

27. Hinc quoque summa dies.] Zinzlingus ex veteri libro, magna dies. nostri omnes pro vulgari lectione stant. quibus accedo. Heinf. Averno.] Avernus est lacus in sinu Bajano prope Puteolos.

Hh 5

Diffugiunt avidos carmina sola rogos.
 Durat opus vaturn Trojani fama laboris,
 Tardaue nocturno tela retexta dolo. 30
 Sic Nemesis longum, sic Delia nomen habebunt;
 Altera cura recens, altera primus amor.
 Quid vos sacra juvant? quid nunc Ægyptia profunt
 Sistra? quid in vacuo secubuisse toro?
 Cum rapiant mala fata bonos, (ignoscite fasso) 35
 Sollicitor nullos esse putare Deos.
 Vive pius; moriere pius. cole sacra; colentem
 Mors gravis à templis in cava busta trahet.

Carmi-

teolos. Hic pro inferno ponitur, quia inde ad inferos aditum esse vulgo credunt.

28. *Effugiunt avidos.*] *Diffugiunt* vultuosiores cum primâ editione. Heins.

30. *Tardaue nocturno tela,* &c.] Scribit Homerus in Odyssæa, Penelopem, cum à prociis sollicitaretur, pollicitam se tunc conditionem accepturam, cum telæ finem imposuisset: utque procos in longum duceret, quantum per diem texuisset, tantum per noctem ad lucernam detexuisse solitam. Hic igitur Poëta per *Trojanum laborem*, Iliada: per *telam retextam*, Odyssæam intelligit. *Tela retexta.*] Sic ipsa de se, Epist. 1.

Nec mihi quarenti spatiosam fallere noctem

Lafaret viduas pendula tela manus.

Penelope autem hanc sese telam institueret simulabat ad *ταπείον Λαίρην ἡρώϊ*. Simile hujus exemplum habemus 9. *Æneid.* ubi mater Euryali:

— nec te, tua funera, mater

Produci, pressive oculos, aut vulnera lavi,

Vestis tagens, tibi quam noctes sexima diefque

Urgebam, et tela curas solabar amiles.

Ad Penelopes *ἰσὺν λαπτόν καὶ προίμια-τρον* videtur Plautus alludere in *Pseud.* 1. 4. v. 7. *Neque ad detexendam telam certos terminos.* — *Habes.* Ubi vide Casaub. qui hoc eleganter explicat. Quid

sit pallium detexere, docet Douza in *Amphit.* Plaut. 1. v. 138. Quo refer illud Virgil. 10. *Dum texit Imama Halesus.* id est, spoliat.

31. *Sic.*] Per carmina.

32. *Altera.*] *Nemesis. Cura recens.*] Amor novus. *Alter.*] *Delia.* Primum enim Tibullus Deliam, tum Nemesis amavit.

33. *Quid vos sacra juvant.*] Bene vos Puteaneus &c. quinque alii. ut ad Nemesis &c. Deliam referatur, nisi nunc præferas cum aliis codicibus. Respexit illa Tibulli. ubi mihi pro tibi repono.

Quid tua nunc Isis mihi, Delia quid mihi profunt

Illâ tuâ toties ara repulsa manu?

Heins. *Quid.*] Nihil, inquit, prodest religio, si nemini mors parcat. *Ægyptia.*] Ex Ægypto enim Isis sacra Romam advecta sunt.

35. *Cum rapiant.*] *Rapiant* meliores. Heinsius

37. *Vive pius, moriere tamen.*] *Moriere pius* idem cum Puteaneo. recte. nisi quod Neapolitani codicis lectio omnino atridet, in quo, *Vive pius, moriure pius.* quomodo legendum jam pridem conieceram. *Idem.*

38. *Mors tamen à templis.*] *Mors gravis.* codices castigiores magno numero &c. prima editio. *Idem.* *Cava busta.*] In sepulchra. *Bustum* tamen proprie locus dicitur, in quo combustionum cadaverum

Carminibus confide bonis. jacet ecce Tibullus.

Vix manet è tanto parva quod urna capit.

40

Tene, sacer Vates, flammæ rapuere rogales;

Pectoribus pasci nec timuere tuis?

Aurea sanctorum potuissent templa Deorum

Urere, quæ tantum sustinuerunt nefas.

Avertit vultus Erycis quæ possidet arces.

45

Sunt quoque, qui lacrymas continuissè negent.

Sed tamen hoc melius, quam si Phæacia tellus

Ignotum vili supposuisset humo.

Hinc certè madidos fugientis preffit ocellos

Mater; & in cineres ultima dona tulit:

50

Hinc soror in partem miserâ cum matre doloris

Venit, inornatas dilaniata comas.

Cum-

rum cineres reponuntur. Aut potius id quod ex combusto cadavere restat.

39. *Lacti ecce Tibullus.*] *Ille Tibullus* excerpta Jureti. Vide Notas ad Ep. xiv. v. 95. supra,

Ille tui vates oporis, tua fama Tibullus Ardet. Heinsius.

40. *Vix manet è tanto parva quod urna capit.*] *Ex tanto* rectius unus Palatinus, & unus Vaticanus. Præterea in uno Moreti & Menteliano *curva urna*. Putem cur-
ta. Met. XIII.

Iam cinis est, & de tam magno restat Achille

Nescio quid, parvam quod non bene compleat urnam.

Propert. lib. xi. El. ix.

— *et tanti corpus Achillis*

Maximaque in parva sustulit ossa manu. Heinsius.

42. *Pectoribus.*] *Corpore. Pasci.*] *Proprie ignis dicitur pasci materia, quam comburit.*

43. *Aurea.*] *Ad Capitolium alludit.*

45. *Erycis quæ possides arces.*] *Id est, Venus, cui magnificentissimum templum structum fuit in Erycino monte Siciliæ: unde ipsa Venus appellatur à poetis Erycina.*

47. *Sed tamen hoc melius.*] *Ut mos-*

tus sit inter suorum manus. *Phæacia tellus.*] *Corcyra, Ionii maris insula, olim Phæacum patria, ubi Alcinoüs regnavit. In hac insula Tibullus Messalam secutus, in adversam valetudinem incidens: qua tamen levatus, Roman rediit, ubi mortem obiit.*

48. *Supposuisset.*] *Sepellivisset. Humo vili.*] *Respectu Italici.*

49. *Hic certe manibus.*] *Puteaneus & optime Palatinus Hinc tam hic, quam sequenti hexametro. alii tres Hinc cum Jureti excerptis. At idem Puteaneus cum Sarraviano & Farnesiano madidos fugientes, septem madidos fugientis. Forte, madidos fugienti preffit ocellos, ut sine madido ocelli, quos Met. iv. vocat, ocellos jam morte natantes. & Epiccedio Drusi, Læmina carneâ jam jamque natantia morte.*

Sed opinor scribendum gravidos fugienti preffit ocellos. quomodo Met. iv.

— *oculos jam morte gravatos*

Pyramus exiit.

& apud Virgilium Dido moritura.

Ille graves oculos comata attollere.

Heinsius.

52. *Dilacerata comas.*] *Dilaniata cum primâ editione & scriptis compluribus. Idem.*

53. *Tuis.*]

Cumque tuis sua junxerunt Nemesisque priorque
Oscula: nec solos destituere rogos.

Delia discedens, Felicius, inquit, amata
Sum tibi: vixisti, dum tuus ignis eram.

Cui Nemesis, Quid, ait, tibi sint mea damna dolori?
Me tenuit moriens deficiente manu.

Si tamen è nobis aliquid, nisi nomen & umbra,
Restat; in Elysia valle Tibullus erit.

Obvius huic venias hedera juvenilia cinctus
Tempora cum Calvo, docte Catulle, tuo.

Tu quoque (si falsum temerati crimen amici)
Sanguinis atque animæ prodige Galle tuæ.

His comes umbra tua est; si quid modo corporis um-
bra est.

Auxi-

53. Tuis.] Osculis. Prior.] Delia, quam primum amavit.

54. Oscula.] Id optavit ipse Tibullus elegia prima lib. 1. dicens: *Te spectem, suprema mihi cum venerit hora, Et teneam moriens deficiente manu. Flebis & arsuro positum me Delia lecto: Tristibus & lacrimis oscula mista dabis.*

56. Vixisti, dum tuus ignis eram.] Quasi hæc mors ex eo proveniret, quod Nemesis amarit.

57. Cui.] Scilicet Delia. Tibi sunt.] Quid tu tantopere doles meis damnis? Tibi sunt mea damna dolori.] Sint Moreti. Heinsius.

60. In Elysia valle Tibullus.] Hoc prædixit ipse Tibullus l. 1. Eleg. 3. inquires: *Sed me quod facilis tenero sum semper amari, Ipsa Venus campos ducet in Elysios.*

61. Obvius huic venies.] Venias, Putecaneus & alius Moreti. Heinsius.

62. Calvo.] Calvus poëta. Propert. lib. 2. *Hæc eadem docti confessa est pagina Calvi, cum caneret misera funera Quintilia. Docte Catulle.*] Catullus Veronensis fuit, poëtarum elegantissimus, eruditissimusque. Non est autem mirum, Nasonem hic Calvum & Catullum conjunxisse: horum enim carmina à musica

modulatoribus Hermogene, Tigellio, & Demetrio cantabantur.

63. Quoque.] Sicut Catullus & Calvus. *Si falsum est.*] Nam si verum esset crimen illud, inter impiorum umbras in tartaro acerbis poenis multaretur, neque in Elysio cum piis esset. *Temerati.*] Violati. Suspicio enim fuit, Cornelium Gallum conjurasse in Augustum: cumque senatui damnandus traditus esset, sua se manu interfecisse. *Amici.*] Augusti: qui eum adeo amavit, ut Egypti provinciam illi primum commiserit.

64. Prodigè.] Contemptor. ut apud Horat. *Animæque magna Prodigum Paulum.*

65. Si qua est modo corporis umbra.] Si quæ modo Putecaneus à manu emendatrice, excerpta Jureti & tres alii codices, *si quid modo corporis umbra est.* recte. Pont. iv. El. 1.

Da mihi (si quid ea est) hebetantem pectora Lethon.

El. XIII.

Stryx quoque (si quid ea est) bene commutabitur Istro.

Prudentius Proëmio Cathem. *Con jam, quicquid id est, quod fueram, mori aboleret.* Heinsius.

Auxisti numeros: culte Tibulle, pios.
 Ossa quæta, precor, tutâ requiescite in urnâ:
 Et sit humus cineri non onerosa tuo.

68. *Es sit humus cineri non onerosa tuo.*] Sic solebant antiqui amicis mortuis precari. *Micyl.*

ELEGIA X.

*Ad Cererem, conquerens quod sacris ejus cum
 amica esse non permittatur.*

ANnuæ venerunt Cerealis tempora sacri.
 Secubat in vacuo sola puella toro.
 Flava Ceres, tenues spicis redimita capillos,
 Cur inhibes sacris commoda nostra tuis?
 Te, Dea, munificam gentes ubicunque loquuntur: 5
 Nec minus humanis invidet ulla bonis.
 Ante nec hirsuti torrebant farra coloni:
 Nec notum terris area nomen erat.
 Sed glandem quercus oracula prima ferebant.
 Hæc erat, & teneri cespitis herba cibus.

10

Pri-

Cerealis.] Hujus dez ludi celebrabantur Romæ quinto Idus Aprilis.

3. *Flava.*] A maturæ segetis colore.

4. *Inhibes.*] Prohibes.

7. *Hirsuti.*] Asperi, inculti, sylvestres.
Torrebant.] Coquebant. Sic Virg. 1. *Æn.*
Frugesque receptas. Et torrens parant
flamma, et frangere saxo. Farra.] Frum-

8. *Nec notum terris.*] Nec sciebant mortales: quid area esset. *Area.*] Area locus est in agris, creta consolidatus, ubi sætæ fruges tenentur & aresunt.

9. *Quercus.*] In Epiro enim Dodona urbs fuit, juxta quam Jovi sacrum nemus erat, glandibus abundans. *Oracula prima.*] Appositio est. Hoc dicit, quia fama est, in Dodonæo nemore arbores fuisse, quæ responsa darent. Virg. lib. 2. Georg. *Atque habita quondam Grajis oracula quercus. Quercus oracula.*] Dodonæa. quercus vetustissima credebatur, &

vetissima edere miracula: Cujus & Homer. mentionem facit Odyss. 5. 327.

*Τὸν δ' ἐς Δαδώνην φέτο βήμενας, ὄφρα
 θεοῖο*

*Ἐκ δρυὸς ὑ-πόμοιο Διὸς βυλὴν ἱπα-
 κίσσῃ.*

Unde & Lucan. 6.

*—primis quid frugibus altitæ
 Ore Jovis Dodona sonat.*

Et nostri Metam. 13. Herodot. lib. 2.

*Τὸ γὰρ δὴ μανθίον τὸ το νινόμεσο
 δεχάτοστον*

*Τῶν ἐν Ἑλλάσι χρεστίων εἶναι,
 Et Eucip. in Phœnili.*

Σεμνὰ Δαδώνης βάδρα.

*Hæc tibi non hominem, sed quercus cro-
 de Pelasgæ*

Dicere. 2. Art. anat. 51. 541.

10. *Hæc cibus, & teneri cespitis herba torus.*] Puteaneus cum multis aliis melioris notæ.

*Hæc erat, & teneri cespitis herba cibus.
 Quod*

Prima Ceres docuit turgescere semen in agris;
Falce coloratas subsecuitque comas.

Prima iugo tauros supponere colla coëgit;
Et veterem curvo dente revellit humum.

Hanc quisquam lacrymis lætari credit amantum, 15
Et bene tormentis socubituque coli?

Nec tamen est (quamvis agros amet illa feraces)
Rustica: nec viduum pectus amoris habet.

Cretes erunt testes; nec fingunt omnia Cretes:

Cretes, nutrito terra superba Jove. 20

Illic, fideream qui mundi temperat arcem,

Exiguus tenero lac bibit ore puer.

Magna fides testi: testis laudatur alumno.

Fassu-

Quod amplector. neque aliter Jureti & Scaligeri excerpta. similis locus Fast. 1v.

Penis erant primis virides mortalibus herba

Quas tellus nullo sollicitante dabat.

Es modo carpebant virvax & cespitis gra-
men,

Nunc epula tenera fronde cacumum
erant.

Postmodo glans nata est: bene erat jam
glande reperta:

Duraque magnificas quercus habebat
opes.

Prima Ceres hominem ad meliora alimen-
ta vocat.

Mouerat glandes utiliore cibo.

Nihil ibi de toro gramineo. lib. 11. Ar-

tis tamen,
Tum genus humanum solis errabat in ar-
vis:

Idque mera vires & rudo corpus erat.

Sylvæ damus fuerat, cibus herba, cubilia
frondes. Heinſius.

11. *Prima Ceres.*] Sic in 5. Met. ait:
Prima Ceres unco glebam dimovit aratro,
Prima dedit frugis alimenta que initia ter-
ris.

12. *Coloratas.*] Flavæ, maturas. Co-
mas.] Fruges.

13. *Prima iugis tauros.*] Iugo excerpta
Politiari. quod mollius. Heinſ.

14. *Curvo dente.*] Periphrasis est vo-
meris.

15. *Hanc.*] Quæ tot ac tanta morta-
libus iniqua attulit. *Credis.*] Credibile
non esse, tam liberalem & matrem deam
lætari cruciatibus & tormentis aman-
tum. *Lætari credat amantum.*] *Credis* me-
liores cum primâ editione. dixi supra
El. VIII. Heinſ.

17. *Quamvis agros amet.*] Licet rure
deget, non tamen est rustica, id est, seve-
ra, difficilis.

18. *Nec vacuum pectus amoris habet.*]
Viduum libri castigatiores magna copiâ
cum vetustis editionibus. Heinſ.

19. *Cretes.*] Cretenses. *Nec fingunt*
omnia Cretes.] Hoc dixit, quia de Creten-
sibus proverbialiter dicitur, *neque dul-*
cius.

20. *Superba.*] Id est, nobilis, insignis,
Jove nutrito.] Vide Fabulam. Scribunt
nonnulli ideo fictum esse, ut in Creta
natus dicitur Jupiter: quia Cretenses
primo religionem invenerunt.

21. *Sideream.*] Sideribus ornata.
Arcem mundi.] Cœlum. *Temperat.*] Mo-
deratur, regit.

22. *Lac bibit.*] Scribit Lactantius, A-
maltheam una cum sorore Melissâ ab his-
se Jovem puerum lacte capitis ac melle.

23. *Testis.*] Creta. *Laudatur.*] Proba-

Fassuram Cererem crimina nota puto.
 Viderat Iasium Cretæâ Diva sub Idâ
 Figentem certa terga ferina manu.
 Vidit, & ut teneræ flammam rapuere medullæ;
 (Hinc pudor, ex alia parte trahebat amor.)
 Victus amore pudor. fulcos arere videres,
 Et fata cum minimâ parte redire sui.
 Cum bene jactati pulsarant arva ligones,
 Ruperat & duram vomer aduncus humum,
 Seminaque in latos iërant æqualiter agros;
 Irrita decepti vota colentis erant.
 Diva potens frugum silvis cessabat in altis:
 Deciderant longæ spicea ferta comæ.
 Sola fuit Crete foecundo fertilis anno.
 Omnia, quâ tulerat se Dea, messis erant.
 Ipse locus nemorum canebat frugibus Ide,
 Et ferus in silvâ farra metebat aper.
 Optavit Minos similes sibi legifer annos:

25

30

35

40

Opta-

tur. *Alunno.*] Jove.

24. *Fassuram Cererem.*] Adco hæc quæ mox dicam, nota sunt, ut nec ipsa Ceres sit negatura. *Crimina.*] Amores suos. *Crimina nota.*] *Nosstra* quinque ex melioribus. sequenti versu *Iasum* unus Vaticanus. *Heinsius.*

25. *Viderat.*] Ceteris amores narrare incipit. *Iasum.*] Iasius Jovis fuit filius ex Electra. Scribit Diodorus Cadmum Agenoris filium uxorem duxisse Harmoniam, Iasii sororem: quas nuptias à diis primum celebratas ferunt, Cere-remque in gratiam Iasii ex frumento panem attulisse. *Sub Ida Cretæa.*] Ad differentiam Idæ Phrygiæ. *Diva.*] Ceres.

26. *Figentem.*] Jaculo percutientem. *Certa.*] Ejus enim ictus nunquam fallebat.

27. *Flammam rapuere medulla.*] Ut amoris incendio ardere coepit.

28. *Hinc pudor ex illa parte.*] Multi libri ex alia. Saxtavianus aut alia parte. *Heinsius.*

30. *Sata.*] Segetes.

31. *Cum bene.*] Licet diligentissime terram colerent, non tamen iccirco uberiores proveniebant fruges.

33. *Ierant.*] Jacta & sparsa fuerant. *Æqualiter.*] Hoc ratio agriculturæ exigit.

35. *Diva potens frugum.*] Periphrasis est Cereris. *Silvis errabat in altis.*] Cessabat meliores. quomodo supra,

Nos, Mæcer, ignatâ Venaris cessamus in umbra. *Heinsius.*

38. *Qua tulerat se dea.*] Per quemcumque locum transierat Ceres. *Messis.*] Seges. Proprie tamen fructuum perceptio, *messis* dicitur.

39. *Ipsa locus nemorum.*] In sylvis minus proveniunt fruges: iccirco Poëtice hoc dicit. *Canebat.*] Arva enim maturis segetibus canescunt. Sic in *Metamorph.* *Nec renuatus ager gravidis canebat aristis.*

40. *Metebat.*] Aduncus dente decutiebat, ut metere videretur.

41. *Legifer.*] Minos primus Cretensibus

Optavit Cereris longus ut esset amor.
 Quod tibi secubitus tristes, Dea flava, fuissent;
 Hoc cogor sacris nunc ego ferre tuis.
 Cur ego sim tristis, cum sit tibi nata reperta; 45
 Regnaque quam Juno sorte minore regat?
 Festa dies, Veneremque vocat, cantusque merumque.
 Hæc decet ad dominos munera ferre Deos.

sibus leges dedit.

42. *Cereris longus ut esset amor.*] Maximilianus Crævus. Heinl. *Longus.*] Ut diutius fertilis esset Creta.

43. *Qui tibi secubitus.*] Alii codices *Quid concinne.* unus Palatinus *Quod*, & sequenti versu *Hoc pro Hoc.* Heinl.

45. *Cur ego sum tristis.*] Sim meliores. *Idem.* *Cur ego.*] Nulla, inquit, est causa. quamobrem ego tristis esse debeam tuis solennibus : nata enim, quam lachrymans per universum orbem quærebas, inventa tibi est uxor Phloxonis : unde tua sacra cum voluptate & leticia celebrari deberent, non cum amantium lachrymis & tormentis. Næa.]

Filia tua Proserpina.

46. *Regnaque quam Juno sorte minore regat.*] Sorte minore plerique libri. & recte. *sorte minore* Putaneus & sex alii. Posset etiam legi, *Regnaque Furoris sorte minore regat.* De hac sorte inter tres fratres ducta plena poetarum ubique scripta. Heinl. *Regna.*] Infernum. *Quam Juno.*] Junonis regna sorte majora sunt, quia in orbis divisione Jovi cælum obtigit.

47. *Festa dies Veneremque vocat.*] Alii codices *Cereremque colat. vocat*, ut l. iv. Fast.

Scena sonat, ludique vocat. spectas, Quiritis.

ELEGIA XI.

Ad amicam, à cujus amore discedere non potest.

Multa diuque tuli : vitiis patientia victa est.

Cede fatigato pectore, turpis Amor.

Scilicet asserui jam me, fugique catenas :

Et quæ depuduit ferre, tulisse pudet.

Vicinus; & domitum pedibus calcamus Amorem. 5

Venerunt capiti cornua sera meo.

Perfer, & obdura : dolor hic tibi proderit olim.

Sæpe

Multa diuque tuli, &c.] Hæc elegia mirum in modum exprimit amantem inconstantiam. Vitiis.] Puellæ.

3. *Fugique catenas.*] Rapique Scriverianus. Heinl.

4. *Et quæ non puduit ferre.*] Depuduit bene juncti excerpta. Epist. iv.

Depuduit, profususque rubor sua signa reliquit. Idem.

6. *Venerunt capiti cornua sera meo.*] Id est, sero admodum meam ignominiam animadverti. *Domin. Cornua sera meo.*] Id est : Sero tandem corpori indignari, & me opponere. Micyl.

8. Sæpe

Sæpe tulit lassus succus amarus opem.
 Ergo ego sustinui, foribus tam sæpe repulsus,
 Ingenuum durâ ponere corpus humo. 10
 Ergo ego nescio cui, quem tu complexa tenebas,
 Excubui clausam, servus ut, ante domum.
 Vidi, cum foribus lassus prodiret amator,
 Invalidum referens emeritumque latus.
 Hoc tamen est levius, quam quod sum visus ab illo. 15
 Eveniat nostris hostibus ille pudor.
 Quando ego non fixus lateri spatiantis adhæsi,
 Ipse tuus custos, ipse vir, ipse comes?
 Scilicet & populo per me comitata placebas.
 Causa fuit multis noster amoris amor. 20
 Turpia quid referam vanæ mendacia linguæ,
 Et perjuratos in mea damna Deos?
 Quid juvenum tacitos inter convivium nutus;
 Verbaque compositis dissimulata notis?
 Dicta erat ægra mihi: præceps amenque cucurri. 25

Veni;

8. Sæpe tulit.] Alibi: Ut valeas, multa dolenda ferēs. Sæpe bibi succos, quomodo in-vitum, amarus Ager, &c. Lassus.] Morbo jacentibus.

11. Nescio cui.] Nescio in cuius gratiam. Cum contemptu dixit.

12. Excubui ante domum.] Justin. 8. 4. optime utitur hoc verbo: ubi de Græcia, bellum deprecante, loquitur: regum certe, inquit, gentiumque semper victri-cem, & multarum adhuc urbium dominam, alieni excubare sedibus. Vide & Phædr. 3. in prol. ad Eurychi. tradere vigiliam suam alteri. Qua etiam Cicero utitur locutio-ne ad Brutum epist. 24. lib. 11. ad fam. Cupio jam, inquit, Vigiliam meam, Brute, tibi tradere. Horat. l. 4. Od. 13. — pota cupidinem — Lentum sollicitas. Ille vi-rentis & docta psallere Chia pulcris excubat in genu. Excubui.] Vigilavi. Clausam ser-vus ut ante domum.] Excerpta Scaligeri, Puteani, & Jureti, cum sex aliis forum. quod probarem, nisi foribus mox seque-retur. Heinſ.

13. Vidi ego cum foribus.] Meliores scripti Tò ego non agnoscunt. quare licet tollatur. Idem. Foribus.] A foribus & micæ.

17. Quando ego non.] Id est, semper. Spatiantis.] Mos enim erat Romanis vi-ris & mulieribus, refrigerationis gratia sub aliqua porticu æstatis tempore spatia-ri. Lateri spatiantis adhæsi.] Patienter Putea-nus cum duobus aliis. Hanſ.

21. Vana mendacia linguæ.] Tò γὰρ ψεύδου καὶ πάντων ἀνθρώποις μισοῦσθαι ἀξίον, καὶ ἐδὲ μετρίοις δόλοισι συνησ-σόν. Plutarch. de liber. educ. Plaut. ele-ganter in Curcul. 4. 1. §. 9.

Qui perjurum convenire vult hominem, mitto in Comitium.

Qui mendacem & gloriosum, apud Cloa-cina sacrum.

Et in Pseud. 1. 5. §. 12.

Homines qui gestant, quique auscultant crimina,

Si meo arbitrari liceat, omnes pendeat, Gestores linguis, audisores auribus.

11

26. Veni;

Veni; & rivali non erat ægra meo.
 His, & quæ taceo, duravi sæpe ferendis.
 Quære alium, pro me qui queat ista pati.
 Jam mea votivâ puppis redimita coronâ
 Læta tumescentes æquoris audit aquas. 30
 Define blanditias & verba potentia quondam
 Perdere. non ego sum stultus, ut ante fui.
 Luctantur, pectusque leve in contraria tendunt,
 Hac amor, hac odium: sed, puto, vincit amor.
 [Odero, si potero: si non, invitus amabo. 35
 Nec juga taurus amat: quæ tamen odit, habet.]
 Nequitiam fugio: fugientem forma reducet.
 Averfor morum crimina: corpus amo.
 Sic ego nec sine te, nec tecum vivere possum:
 Et videor voti nescius esse mei. 40
 Aut formosâ fores minus, aut minus improba, vellem.
 Non facit ad mores tam bona forma malos.
 Facta movent odium; facies exorat amorem.

Me

26. *Veni, rivali non erat ægra meo.*] *Veni* & rivali scripti pletique cum primâ editione. *Heins.*

27. *His.*] Scilicet superius commemoratis. *Es quæ taceo.*] Plura alia quam memoravi, perpeſſus ſum. *Duravi.*] Pro, *Obdurni.* *Micyll.*

29. *Jam mea.*] Se jam extra periculum conſtiturum eſſe dicit. *Votiva corona.*] Quam ego in tempeſtate vovi.

30. *Læta tumescentes.*] *Læta* ſcribendum, quicquid libri veteres diſſentiunt. dixi *Epist. xix. v. 81.* at nunc eam conjecturam invenio confirmatam in codice *Arondeliano.* *Heins.* *Læta.*] Quod periculum evaſit. *Tumescentes.*] Turgidas, inflatas. *Æquoris.*] Allegoricas ad puellæ inconstantiam & fraudem reſpiciens, ipſam æquori comparavit. *Audit.*] Non horreſcit, ut antea, quia in tuto eſt.

31. *Potentia quondam.*] Quæ olim valebant, & poterant mihi perſuadere quicquid volebas.

32. *Non ego ſum ſtultus.*] *Non ego nunc*

ſcriverianus. uſtius. Heinsius.

33. *In contraria ducunt.*] *Tendunt* meliores. nonnulli *vertunt.* ſequenti verſu *vincit* pro *vincit* iſdem præſtantioreſ. *Idem.*

34. *Hac amor, hac odium.*] Vide *Epist. 19. v. 173.*

Calor & reverentia præſtant.

35. *Odero ſi potero.*] Diſtichon hoc *Ovidianum* non videtur eſſe. *Heinsius.*

37. *Nequitiam.*] Amicæ improbitatem. *Fugientis.*] *Me. Forma.*] Pulchritudo corporis. *Reducet.*] Revocabit. *Forma reducit.*] *Reducet* *Puteaneus. Heins.*

38. *Morum crimina.*] Id eſt, malos mores.

39. *Sine te.*] Quia corpus tuum amo. *Nec tacum vivere poſſum.*] Quia animam odi.

40. *Voti.*] Voluntatis, deſiderii.

42. *Non facit ad mores tam bona forma.*] Dedecorant ergo mores quem vultus honeſtat.

43. *Facta movent odium.*] *Movement* quidam

Me miserum! vitiis plus valet illa suis.
 Parce, per ô lecti socialia jura, per omnes 45
 (Qui dent fallendos se tibi sæpe) Deos,
 Perque tuam faciem magni mihi numinis instar,
 Perque tuos oculos, qui rapuere meos;
 Quidquid eris, mea semper eris. tu selige tantum,
 Me quoque velle velis, anne coactus amem? 50
 Lintea dem potius, ventisque ferentibus utar;
 Ut quamvis nolim, cogar amare tamen.

dam codices. *merent* pro *merentur*. *Medicamine faciei. mundicie crimine nulla merent.* si tamen locus iste est sanus. *Heinsius. Exorat.]* Impetrat à me amorem.

44. *Vitiis plus valet illa suis.]* Quia non prohibent ejus mores, quo minus eam amem.

46. *Qui dent fallendos.]* Qui dent legendum cum codice Neapolitano. Vide No-

tas ad Epistolam xv. ff. 107. *Heins.*

48. *Qui rapuere meos.]* Sic libro secundo Amorum: *Per te, perque oculos, qui rapuere meos.*

49. *Quidquid eris.]* Qualiscunque fueris.

51. *Lintea.]* Vela. *Patius.]* Quam te coactus amem. *Ferentibus.]* Secundis, prosperis.

52. *Cogar.]* Tuis illecebris. *Domin.*

ELEGIA XII.

*Dolet amicam suam ita suis carminibus innotuisse,
 ut rivales multos sibi pararit.*

Quis fuit ille dies, quo tristitia semper amanti
 Omina non albæ concinuistis aves?
 Quodve putem fidus nostris occurrere fatis?
 Quosve Deos in me bella movere querar?
 Quæ modo dicta mea est, quam coepi solus amare, 5
 Cum multis vereor ne sit habenda mihi.
 Fallimur? an nostris innotuit illa libellis?
 Sic erat: ingenio prostitit illa meo.
 Et merito. quod enim formæ præconia feci?

Ven-

3. *Quodve putem fidus nostris occurrere votis.]* *Fatis* Puteaneus & multi alii. Epistola OEnones vulgarem fuerit,

Quis Deus opposuit nostris sua nomina votis? *Heinsius.*

Occurrere.] Obstare, obesse, impedimentum asserre.

8. *Sic est.]* Sic eras meliores. nisi quod Sarravianus cum duobus aliis, *Sic erit lib.*
 1. El. 11.

Sic eras. haeremus molles in cordo sagitta.
 li 2

Vendibilis culpâ facta puella meâ est; 10
Me lenone placet. duce me perductus amator.

Janua per nostras est adaperata manus.
An profint, dubium; nocuerunt carminâ certè.

Invidiæ nostris illa fuere bonis.
Cum Thebe, cum Troja forent, cum Cæsaris acta; 15
Ingenium movit sola Corinna meum.

Aversis utinam tetigissem carmina Musis;
Phœbus & inceptum destituisset opus!
Nec tamen, ut testes mos est audire poëtas,
Malueram verbis pondus abesse meis. 20

Per nos Scylla patri canos furata capillos
Pube premit rabidos inguinibusque canes.
Nos pedibus pennas dedimus, nos crinibus angues.

Victor

gitta. Heinsius.

Ingenio.] Ingeniosis carminibus. Prostitit.] Prostare est, turpitudine corporis quæstum facere, ut meretrices.

10. Vendibilis.] Venalis.

11. Duce me productus amator.] Perductus Puteaneus & quatuor alii. hinc perductores pro lenonibus apud Comicos. Heinsius.

12. Est adaperata.] Patefacta est rivali ad amicam introeunti.

15. Cum Thebe, cum Troja forent.] Forent prima editio cum quinque scriptis. eadem Thebe quoque agnoscit. atque ita Puteaneus. neque aliter Statius pluresque ex antiquis singulari numero. Heins. Cum.] Cum multa alia essent, de quibus canere potuissim, Corinnam solam meis carminibus celebrandam suscepit. Thebe.] Thebana bella: de quibus Papius cecinit, & operi titulum Thebaidos indidit. Troja.] Trojana bella: quæ apud Latinos Macer Nasonis amicus scribebat. Cæsaris acta.] Hoc in Augusti gratiam dixit.

16. Movit.] Ad scribendum de ejus pulchritudine.

17. Adversus Musis.] Adversus Puteaneus & complures alii. dictum initio Epi-

stolæ VII. Heinsius.

19. Ut testes.] Tanquam testes, quos mentiri non decet.

20. Maluerim.] Malueram scripti. Heinsius.

21. Per nos.] Scilicet poëtas, qui hæc fingimus. Probat, quod supra dixit, non debere poëtas ut testes audiri quia monstrosa & naturæ repugnantia scribunt. Scylla.] Duas fuisse Scyllas fabulantur poëtae, alteram Nisi Megarensium regis filiam: Alteram autem Scyllam Phorci filiam, quam Glaucus amavit, quamque Circe Glauci amore capta in canes media sui parte mutavit. Fabulas scribit Naso l. 8. & 14. Metamorphos. Patri.] Niso. Canos.] Ad illius ætatem respiciens hoc dixit. Coma enim, quam furata est Scylla suo patri, purpurea fuisse dicitur. Canos furata capillos.] Caros Puteaneus & quinque alii quod sit, pretiosos. sed male. Met. VIII. de Niso,

Inter honoratos medio de vertice canos

Crinis inherabat magni fiducia regni.

Heinsius.

22. Pube.] Virgil. Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo Pube tenus: postrema immani corpore pistrix.

23. Pennas.] Talaria: quibus usus est: Per-

Victor Abantiades alite fertur equo.
 Idem per spatium Tityon porreximus ingens: 25
 Et tria vipereo fecimus ora cani.
 Fecimus Enceladum jaculantem mille lacertis;
 Ambigua captos virginis ore viros.
 Æolios Ithacis inclusimus utribus Euros:
 Proditor in medio Tantalus amne sitit. 30
 De Niobe filicem, de virgine fecimus urfam:
 Concinit Odryfium Cecropis ales Ityn.

Jupi-

Perseus, dum Medusam interficeret. *Criminibus argues.*] Medusam Phorci filiam intelligit.

24. *Abantiades.*] Significat Bellerophonem, Glauco regis Ephyræ filium, qui usus esse dicitur Pegaso alato equo, cum vinceret Chimæram. *Equo alite.*] Id est, Pergaso: Ovid. lib. 4. Metamorphos. *Fertur.*] Per nos poetas, qui hæc fingimus.

25. *Tityon.*] Tityus Jovis ex Elara filius, cum Latonæ vim inferre tentasset, ab Apolline sagittis confossus est: & apud inferos ea poena damnatus, ut ejus jecur semper renascens volucres exederent. Hunc poetæ adeo magnum finxerunt, ut ejus corpus novem jugera terræ occuparet. Ovid. lib. 4. Metamorph.

26. *Es tria.*] Cerberum tricipitem dicit, qui fingitur pro pilis habere serpentes.

27. *Fecimus Enceladum.*] Enceladon Moreti unus. Puteaneus deficiebat hoc loco. *Heinsf. Fecimus.*] Proprie poetæ facere dicuntur. *Enceladon.*] Enceladus fuit Titani & Terræ filius, qui cum deis bella gerere ausus est, cum Jupiter fulmine percussit, & monti Ætnæ supposit.

28. *Ambigua.*] Duplicis, bimembris. Et sic per ambiguum virginem poteris intelligere Sirenem, cujus à capite usque ad pubem forma erat formosæ virginis, cætera in duos pisces reflexos designabant. Aut, qui sensus fortasse erit melior, per virginem ambiguum accipe Circeem, quæ ambigua, id est, duplex, fallax & varia fuit. *Viros.*] Id est, Ulyssis so-

cios, qui carminibus Circeos in varias formas mutati sunt.

29. *Æolios Ithacis.*] Scribit Homerus Æolum ventorum regem Ulyssis, ut tutior navigaret, ventos utre conclusos dedisse: sed socios in coriis aurum inclusum existimantes, utrem Ulysses dormiente dissolvit, l. 4. Metamorphos. *Euros utribus inclusimus.*] Hanc fabulam habemus in Homer. *Odysl.* x. vs. 19.

Δαῖος δὲ μοι δαίρας ἀγκῶν βίος ἐν-
 νεόροιο.

Ἔγθα δὲ βυκτᾶν ἀνέμων κελύδοντα
 κίλυθα.

Hinc & Lycophr. *Cassandr.*

Βύκτας ἐν ἀσκή βυκτακαλίσας
 βίος.

Et noster *Metam.* 14. vs. 224.

*Æolon Hippotaden, cohinentem carcere
 ventos:*

*Quos bovis inclusos tergo memorabile
 munus*

Dulictium sumfisse ducem: &c.

30. *Proditor.*] Quia deorum secreta mortalibus prodidit.

31. *De Niobe.*] Niobe Tantali filia, & Amphionis uxor, cum septem filios totidemque filias forma egregias peperisset, ea re in tantam superbiam elata est, ut se Latonæ præferret: unde ejus proles omnis Apollinis & Dianæ sagittis interit, ipsa autem Niobe in marmormutata. Fabulam narrat Naso lib. 6. *Metamorphos. Virgine.*] Callistone. Calisto enim Lycaonis Arcadiæ regis filia. vide Ovid. lib. 2. *Metamorphos.*

32. *Concinit.*] Mortuum cantu desier.

li 3

Odry-

Jupiter aut in aves, aut se transformat in aurum :

Aut secat impositâ virgine taurus aquas.

Protea quid referam, Thebanaque semina dentes?

Qui vomerent flammâ ore, fuisse boves?

Flere genis electra tuas, auriga, sorores?

Quæque rates fuerint, nunc maris esse Deas?

Aversumque diem mensis furialibus Atrei?

Duraque percussam saxa secuta lyram?

Exit in immensum fœcunda licentia vatum :

Obligat historicâ nec sua verba fide.

Et mea debuerat falsò laudata videri

Fœmina. credulitas nunc mihi vestra nocet.

Odrysum.] Threïcium : ab Odrysarum gente, quæ Thracia fuit. *Cecropis.*] Atheniensis. *Ales.*] Progenem dicit, Pandionis Athenarum regis filiam : quæ, ut maritum Tereum ulcisceretur, ei Itym filium communem apposuit comedendum. Tum in hirundinem mutata esse dicitur, Itys in phasianum.

34. *Virgine.*] Europa Agenoris Phœnicum regis filia.

35. *Protea.*] De Proteo Oceani & Tethyos filio : qui se in varias formas secundum poetarum figmenta vertere solebat, diximus libro superiore, elegia decima quinta. *Thebanaque semina dentes.*] Fabulantur poëta, Cadmum Agenoris filium à patria profugum, maximi cujusdam serpentis dentes jussu Palladis feminasse : unde subito orti sunt armati homines, qui omnes præter quinque, quos condendæ urbis Thebarum socios habuit Cadmus, mutuis vulneribus se confecerunt. Fabulam Ovid. lib. 3. Metamorphos. describit. *Thebanaque semina dentes.*] Vide Ep. 6. v. 11.

36. *Vomerent.*] Jason Æsonis filius, ut aureum vellus raperet, boves ore naribusque ignem efflantes jugo submisisse à poëtis dicitur. Lege Nasonem lib. 7. Metamorphos.

37. *Flere genis electra.*] Apostrophe est ad Phæontem. Fabula narratur à

Nasone lib. 2. Metamorph. Ordo est : O auriga, subaudi à superioribus, quid referam tuas sorores flere electra genis? *Flere genis.*] Agenis. *Electra.*] Quod Græci ἤλεκτρον à sole, dicebant : id Latini, quia arboris succum credidere, succinum appellitarunt. hodie vulgo *ambra* dicitur. *Auriga.*] Phæton. *Sorores.*] Heliades.

38. *Quæque rates fuerint.*] Fuerint legendum cum octo libris. possit & fuerint rescribi. *Heins.* *Quæque rates.*] Subaudi à superioribus, Quid referam? Scribit Virgil. Ænæ naves, ne à Rutulis incenderentur, in Cybeles gratiam à Jove mutatas fuisse in marinas nymphas.

39. *Aversumque diem.*] Fabulantur poëta, Atreum & Thyestem Pelopis ex Hippodamia filios, cum sibi in dissensione nocere non possent, in simulacram gratiam rediisse. Inde captata occasione, cum fratrâ uxorem Thyestes subagitaſſet, illi Atreus filios epulandos apposuit : quæ scelera Sol, ne pollueretur, aversus effugisse dicitur. *Mensis.*] Epulis, *Furialibus.*] Furis impulsus Atreus.

40. *Duraque percussam saxa secuta lyram.*] Amphion, Jovis & Antiopes, sive Mercurii filius, tanta cantus suavitate valuit, ut ad citharam canens, saxa ad struenda Thebarum mœnia traxisse à poëtis dicatur. *Domin.*

E L E-

ELEGIA XIII.

De Junonis festo.

CUM mihi pomiferis conjux foret orta Phaliscis;
 Moenia contigimus victa, Camille, tibi.
 Casta sacerdotes Junoni festa parabant
 Per celebres ludos, indigenamque bovem.
 Grande moræ pretium, ritus cognoscere: quamvis
 Difficilis clivis huc via præbet iter.
 Stat vetus, & densâ prænubilus arbore lucus.
 Aspice; concedas numen inesse loco.
 Accipit ara preces, votivaque thura piorum;
 Ara per antiquas facta sine arte manus.

10
Hinc

Cum mihi pomiferis, &c.] Cum Nasoni è Phaliscorum gente uxor contigisset, illius gratia ad Phaliscos pervenit: ubi sacrorum Junonis ritum edidit, & simul originem Phaliscorum docet. *Pomiferis.*] In Phaliscis enim maxima provenit potuorum copia. *Conjux.*] Aut primam aut secundam intellige. Tercis enim uxores habuit Poëta, quarum duabus repudiatis, cum tertia conjunctissime vixit.

2. *Mania.*] Flerios oppidum Phaliscorum. *Victa Camille tibi.*] M. Furius Camillus vir summa virtute præditus, Faliscos ad deditionem coëgit. Vide Flor. lib. 1. cap. XII. *Tibi.*] A te. *Victa, Camille, tibi.*] Falerios intelligit. Excerpta Putæani & Jureti tamen cum octo scriptis contra tibi, ut Vejos designet. multi ex scriptis juncta tibi, vel, juncta tuis. Heinfs.

3. *Casti placent superis. Junoni.*] In honorem Junonis, quæ maxime à Phaliscis colebatur.

4. *Per celebres ludos indigenamque bovem.*] Et celebres scripti plerique cum primâ editione. Jureti Excerpta, indigenamque Jovi. frustra. Faliscus enim ager victimis pascendis dicitur. Heinfs. La-

das.] Ludi antiquitus dicebantur omnia spectacula publica, quæ in decorum honorem fiebant.

5. *Grande moræ pretium.*] Voco meritum quatuor codices. Forte, *Grande loco meritum.* Martialis lib. VIII. Ep. LXIV.

Grande loci meritum testantur & altera dona.

sed vulgata scriptura bene se habet. Epistola Didus,

Grande moræ pretium tuta futura via est. Heinfs.

6. *Difficilis via.*] Phalisci enim montana fere incolunt.

7. *Stat vetus.*] Lucum describit, in quo ara Junoni constituta erat.

8. *Aspice.*] Id est, si aspexeris, concedes. *Numen inesse loco.*] Sic supra: *Credibile est, illi numen inesse loco. Concedes numinis esse locum.*] Numen inesse loco Excerpta Scaligeri, Putæani, ac Jureti, cum nostrorum multis. Fast. III.

Lucus Aventino suberat niger ilicis umbra,

Quo possis viso dicere, numen inest. Heinfs.

10. *Ara per antiquas facta, &c.*] Antiqui enim non ambitiosi erant, nec in exornandis rebus multum elaborabant.

11 4

11. Hic

Hinc ubi præsonuit solenni tibia cantu;
 It per velatas annua pompa vias.
 Ducuntur nivæ populo plaudente juvenæ,
 Quas aluit campis herba Phalisca suis:
 Et vituli nondum metuendâ fronte minaces; 15
 Et minor ex humili victima porcus harâ:
 Duxque gregis cornu per tempora dura recurvo.
 Invisa est dominæ sola capella Deæ.
 Illius indicio silvis inventa sub altis
 Dicitur inceptam destituisse fugam. 20
 Nunc quoque per pueros jaculis incescitur index;
 Et pretium auctori vulneris ipsa datur.
 Qua ventura Dea est, juvenes timidæque puellæ
 Præverrunt latas veste jacente vias.
 Virginei crines auro gemmâque premuntur: 25
 Et tegit auratos palla superba pedes.
 More patrum Grajo velatæ vestibis albis

Tra-

11. *Hic ubi personavit.*] *Præsonavit* sex scripti. pro *Hic*, *Hæc* Sarravianus. tres alii *Hinc*. Lege *Hinc*, Heinſius.

12. *It.*] *Procedit.* *Velatas.*] *Velis & vestibis stratas.* Dicit enim inferius: *Qua ventura dea est, juvenes timidaeque puellæ Præverrunt latas veste jacente vias.*

14. *Herba Phalisca suis.*] Ex religione: ut supra: *Indignantemque bovem.* Dom. *Campis herba Phalisca suis.*] Perinde ac si dicat: *Quales peculiariter in agro Phalisco habentur, propter annem Cliturnum, cujus aqua candidas facit.* *Micyll.*

16. *Minor victima.*] *Quæ dicantur majores victimæ, quæ minores ex Livio & aliis cognitum est.* Hodie licenter confundimus Hostias cum Victimis. Veteres autem victimas eas vocabant, quæ post victoriam immolabantur: hostias, quum in hostem irent. Quod & Servius notat ad 1. *Æneid.*

Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.

18. *Invisa.*] Ex omnibus brutis solam capellam Juno odit. *Dea domina.*] Ju-

noni: quæ uxor dicitur Jovis, qui omnibus dominatur.

21. *Incescitur.*] *Petit.* *Index.*] *Capella: cujus indicio fugiens Juno in sylvis inventa est.*

23. *Dea.*] Junonis simulachrum.

24. *Præverrunt latas veste jacente vias.*] *Præverrunt* optime excerpta Scaligeri, Putciani, ac Jureti. etiam Arondelianus liber pro diversâ lectione. Auctor Moreti,

Præverrit candâ filices greniunisque molurum.

unus tamen Medicus *velant.* unus Vaticanus *Præverrunt.* Junianus *Præverrunt.* alius Vaticanus *Siraverunt.* Forte *Præsternunt.* Heinſius.

26. *Auratos.*] Aureis calceamentis ornatos. *Palla.*] Vestis longa.

27. *More patrum sancta.*] *Græto* excerpta Putciani, Scaligeri ac Jureti. Lege *Grajo.* atque ita Arondelianus, & pro diversâ lectione Sarravianus & Barberinianus. optimus Palatinus *Grajo.* mox dicit, *Argiva est pompa facies.* Statius

Tradita supposito vertice sacra ferunt.
 Ore favent populi, tunc cum venit aurea pompa:
 Ipsa sacerdotes subsequiturque suas. 30
 Argiva est pompæ facies. Agamemnone cæso
 Et scelus & patrias fugit Hæsus opes.
 Jamque pererratis profugus terrâque fretoque
 Mœnia felici condidit alta manu.
 Ille suos docuit Junonia sacra Phaliscos. 35
 Sint mihi, sint populo semper amica suo.

tius Theb. ix.

*Militiamque truxem sexum indignata fre-
 quento,*

Mors nihil Grajo. Heinſius.

*Albis.] Albarum enim vestium usus in
 sacrificiis.*

*28. Tradita sacra.] Saxtavianus Condi-
 ta. ut Arte Amatoria,*

*Condata si non sunt Veneris mysteria cistis.
 In Fastis tamen,*

*Captaque sunt purè tradita sacra coli.
 Met. lib. xi.*

— cui Thracius Orpheus

*Orgia tradiderat cum Cæcropsio Enmolpo.
 Heinſius. Tradita.] Sibi imposita. Veri-
 or.] Capite.*

*29. Ore favent populi.] Favet populus
 unus Politiani & Moreti. Puto favent
 populus. Heinſius. Ore favent populi.] Id
 est, tacent.*

31. Agamemnone cæso, Et scelus, &c.]

Hæsum alii aurigam, alii filium Aga-
 memnonis fuisse dicunt. Is, ubi Aga-
 memnon uxoris Clytæmnestræ & Ægi-
 ſti adulteri insidiis interfectus est, sceleris
 atrocitate permotus, patriam fugiens,
 in Italiam se contulit: & oppidum, quod
 non longe à Sabinis distabat, condidit:
 quod à suo nomine Phæsum. præposito P.
 nominavit. id postea Phaliscum appellatur.
*Cæso.] Ab Ægisto & Clytæmnestra inter-
 fecto. Scelus.] Agamemnonis cædem.*

*33. Terraque marique.] Fretoque scripti
 plerique. cum prima editione. Heinſ.*

*34. Mœnia.] Phæsum. Alta.] Quia
 in monte posita.*

*35. Ille.] Hæsius, qui Græcus erat.
 apud Græcos autem Juno maxime cole-
 batur.*

*36. Sint.] Sacra Junonia: per quæ
 ipsam deam intelligit. Suo populo.] Pha-
 liscis. Domin.*

E L E G I A XIV.

Ad amicam, si peccatura est, ut occultè peccet.

Non ego, ne pecces, cum sis formosa, recuso;
 Sed ne sit misero scire necesse mihi.
 Nec te nostra jubet fieri censura pudicam:
 Sed, tantum tentes dissimulare, rogat.

Non

*Cum sis formosa.] Quia difficile est, for-
 mosam mulierem pudicam esse.*

*2. Sed ne sit.] Ne cogar tua furta de-
 prehendere.*

3. Nostra censura.] Nostrum judicium.

*4. Sed tamen ne tentes.] Sed tantum
 Mentelianus. Excerpta Jureti, Sed tan-
 tum tentes. recte. Heinſius.*

li 5

6. So-

Non peccat, quæcunque potest peccasse negare:

Solaque famosam culpa professa facit.

Quis furor est, quæ nocte latent, sub luce fateri?

Et quæ clam facias, facta referre palam?

Ignoto meretrix corpus junctura Quiriti

Appositâ populum submovet ante ferâ.

Tu tua prostitues famæ peccata sinistrae;

Commissi perages indiciumque tui?

Sit tibi mens melior, saltemve imitere pudicas;

Teque probam, quamvis non eris, esse putem.

Quæ facis, hæc facito; tantum fecisse negato:

Nec pudeat coram verba modesta loqui.

Est qui nequitiam locus exigat. omnibus illum

Deliciis imple. stet procul inde pudor.

Hinc simul exieris; lascivia protinus omnis

Abstet: & in lecto crimina pone tuo.

Illic nec tunicam tibi sit posuisse rubori;

Nec femori impositum sustinuisse femur:

Illic

6. *Solaque.*] Famosa, inquit, & meretricis illæ tantum appellandæ sunt, quæ palam peccant: non illæ quarum furta dissimulantur.

7. *Quis furor.*] In artibus, inquit, Poëta: Præcipue Cytherea jubet sua sacra taceri. In luce fateri.] Sub luce duo ex melioribus. Heinsius.

9. *Ignoto.*] Ignobili. per quod vilem & diabolarem meretricem ostendit.

10. *Opposita fera.*] Apposita Puteaneus cum Jureti excerptis. vide quæ supra ad Elegiam vi. hujus libri notamus. l. ii. Artis, quomodo & illic in membranarum.

Atque erit apposita janua firma fera. ut & Fastor. lib. i.

Et jam conigerant portam. Saturnia custos Demserat appositas insidiosa seras.

Neque aliter apud Festum in Adserere antiqui codices. unde etiam sera appellatur, quia foribus admote apponuntur. addere postibus seram noster in Arte dixit;

— Et centum duris postibus adde seras.

apud Appulejum, adducta fore pessulis firmatis. Heins. Populum.] Prætereuntes. Submovet.] Remover, & arceret. Ante.] Priusquam corpus suum Quiriti jungat. Sera apposita.] Ostio pessulum obdit, & fores claudit.

12. *Commisisti.*] Peccati. Perages indicium.] Tu ipsa tui peccati eris index.

13. *Saltemque imitare pudicas.*] Saltemve meliores. rectius. imitere etiam Junianus. probe. tres alii cum Arondeliano pudicam. quomodo libri veteres. Arte Amatoria i.

— imitaturque amantem

Verba. Heinsius.

17. *Locus.*] Lectum dicit.

18. *Sit procul inde pudor.*] Stet procul Puteaneus. sic alibi, stat pudor ante genas. Heinsius.

19. *Hinc.*] E lecto.

21. *Tunicam tibi sit posuisse pudori.*] Rubori rectius Sarravianus. nam pudor præcesserat. Vide quæ observavi ad Epist. xx. v. 202. Heinsius.

25. Nec

Illic purpureis condatur lingua labellis;
 Inque modos Venerem mille figuret amor.
 Illic nec voces, nec verba iuvantia cessent: 25
 Spondaque lascivâ mobilitate tremat.
 Indue cum tunicis metuentem crimina vultum:
 Et pudor obscœnum diffiteatur opus.
 Da populo, da verba mihi: sine nescius errem;
 Et liceat stultâ credulitate frui. 30
 Cur toties video mitti recipique tabellas?
 Cur pressus prior est interiorque torus?
 Cur plus, quam somno, turbatos esse capillos;
 Collaque conspicui dentis habere notam?
 Tantùm non oculos crimen deducis ad ipsos. 35
 Si dubitas famæ parcere; parce mihi.
 Mens abit, & morior; quoties peccasse fateris:
 Perque meos artus frigida gutta fluit.
 Tunc amo: tunc odi frustra, quod amare necesse est.
 Tunc ego, sed tecum, mortuus esse velim. 40
 Nil equidem inquiram; nec, quæ celare parabis,
 Insequar: & falsi criminis instar erit.
 Si tamen in mediâ deprensâ tenebere culpâ,
 Et fuerint oculis probra videnda meis;
 Quæ bene visa mihi fuerint, bene visa negato. 45
 Con-

25. *Nec verba iuvantia cessent.*] Desunt tres libri, *Idem.*

27. *Vultum metuentem crimina.*] Id est, severum, honestum.

28. *Opus.*] Amoris. *Diffiteatur.*] Negat, cedit.

29. *Da populo, da verba mihi.*] Me & populum falle. *Sine.*] Permitte. *Nescius.*] Tui furti ignarus. *Errem.*] In dubio sum, an peccaveris.

34. *Collaque conspicio dentis.*] *Compositi dentis* Hæmmeris. *conspicuo* Neapolitanus. *Lege conspicui dentis.* Heinsius.

37. *Mens abit.*] Fugit Sarravianus. ut lib. 11. *Artis, misera mensque colorque fugit* ita libri veteres. *Epitola* Deianira, *Mens fugit admonitu; frigisque per-*

ambulat artus.

Barberinianus vero & Arondelianus *Mens* habet. ut & in Tristibus,

Temporis adversi sic mihi sensus habet.

Vulgata tamen lectio proba est. Fast. 11.

Mens abit & morior, quoties pugnantis imago

Me subit.

Idem.

42. *Falsi criminis instar erit.*] *Falsi muneris* optimus Palatinus. at in Putaneo, Sarraviano & quinque aliis, *falsi muneris.* Nil mirum nisi quod scribendum puto, *falsi criminis instar erunt.* nimirum, *qua parabis celare.* Heins. *Erit.*] Scilicet verum crimen.

44. *Probra.*] Tua flagitia & crimina.

74. *Prona*

Concedent verbis lumina nostra tuis.
 Prona tibi vinci cupientem vincere palma est.
 Sit modo, Non feci, dicere lingua memor.
 Cum tibi contingat verbis superare duobus;
 Et si non causâ, iudice vince tuo.

50

47. *Prona tibi.*] Ordo est: Palma, id est, victoria, est prona tibi vincere cupientem vinci. *Prona.*] Facilis. *Cupientem.*] Scilicet me, qui victoriam non quæro.

49. *Contingat.*] Liceat tibi. *Superare.*] Vincere me. *Duobus verbis.*] Non feci.

50. *Causa.*] Causæ honestate. *Judice.*] Scilicet me. *Domin.*

ELEGIA XV.

Ad Venerem, quod elegis finem imponat.

Quære novum vatem, tenerorum mater Amorum:
 Raditur hic Elegis ultima meta meis.

Quos

Alter Amorum.] Venus.

2. *Traditur hac Elegis ultima meta meis.*] Rectius hic Elegis unus Moreti. Scriberianus *his.* alius *hoc* pro *meta*, quidam codices tam scripti quam editi, *charta.* optimus Palatinus *nota.* Menrelianus *cura.* Lipsius Antiquis Lectionibus & ad Symmachum Jurerus *cæta* legendum contendunt. Sed perperam. Scribe minimâ mutatione vel invitis membranis,

Raditur hic Elegis ultima meta meis. Elegos enim tanquam curru vectos designat passim noster. sic Art. Am. 1. *imparibus vestra Thalia rotis.* *radere metas* quid sit, non est ut multis explicem. Nihil aptius aut elegantius dici potuit. *Terrere metas* id ipsum alibi vocat. Simile mendum ex Propertio sustuli l. 11. El. 1.

Hoc si quis vitium poteris mihi demere, solus

Tantaleid poteris radere poma manu. sic enim scribendum censeo. *Radere* pro *corrådere* posuit. Noster Metam. l. xiv.

Referat Occiduum Tartessia litora Phœbus.

sic & ibi opinor esse reponendum. Nam libri vetustiores, *Sparserat.* vulgati *Pres-*

ferat. *radere litora* Virgilius quoque dixit, etsi alio sensu,

Proxima Græcæ raduntur litora terra. & alibi,

Ille inter navemque Gya scopulosque sonantes

Rasit iter lacuum interior.

Val. Flaccus lib. v. *alba Cerambis Raditur* ab Argo videlicet. *ripas radentia flumina* Lucretius similiter duxit. Noster, *sicco freta radere passus* Met. x. Medic. Faciei radenti tubera nitro est legendum pro eradenti. sic *radere nomen fastis* apud Ciceronem pro eradere. *radere cultros* Martialis lib. ix. Ep. lxxxii.

Delibata seros summos modo purpura cultros

Raseras.

sic scribendum puto. quod molliem capillorum optime exprimit. vulgo *sparseras*, & *Et libata. lima radere librum* noster Trist. & Martialis. x. Ep. 2. *Tybris radit arenas* Fast. 1. *Aquosus Eurus arva radit imbribus* Horatio Epod. xvi. *Heinsius.* *Ultima meta.*] Id est, ultimus terminus. *Ultima.*] Quia in curuli certamine plures erant metæ. *Ultima meta.*] Quod explicat Virgil. s. *Æneid.*

Lam-

Quos ego composui Peligni ruris alumnus:

Nec me deliciæ dedecuerunt meæ.

Si quid id est, usque à proavis vetus ordinis hæres,

Non modo militiæ turbine factus eques.

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo:

Pelignæ dicar gloria gentis ego.

Quam sua libertas ad honesta coegerat arma,

Cum simul socias anxia Roma manus.

Atque aliquis spectans hospes Sulmonis aquosi

Moenia, qua campi jugera pauca tenent;

Quæ tantum, dicet, potuistis ferre poetam,

Quantulacunque estis, vos ego magna voco.

Culte puer, puerique parens Amathusia culti,

10

15

Au-

*Iamque fere spatium extremo, fessique sub
ipsum*

Finem advenabant.

4. *Nec me.*] Quia juvenis hæc lusi.
Dedecere mea.] Tua malim cum uno
Moreti. nam *meis* sub finem proximi
pentametri jam præcesserat. *Heinsius.*

5. *Si quid est.*] Esse ex equestri ordi-
ne. *A proavis.*] Modeste se à genere
laudat. *Ordinis.*] Equestris.

6. *Modo.*] Nuper. Ad illud refert, quod
dixit, *Vetus ordinis hæres.* *Militia tur-
bine factus eques.*] Rivalem suum obiter
mordet, de quo supra dixit:

*Ecco recens dives parvo per vulnera cunctis,
Præfertur nobis sanguine factus eques.*

Domin. Turbine.] Pro turbulentia &
inquietudine: aut certe pro rotatione
equorum, quos in gymnasium circumagere
solebant. Quasi dicat: Non bello, aut
arte aliqua militari equestrem dignita-
tem consecutus sum: sed à majoribus
accepi, &c. *Micyl. Militia turbine factus
eques.*] Quidam fortuna munere. ut lib. IV.
Trist. Elegia ult. *Heinsius.*

7. *Mantua Virgilio.*] Quenadmodum
Mantua Virgilio, & Verona Catullo a-
lumnus latatur, & illustris est: sic ego,
inquit, Pelignam gentem illustrabo.

9. *Quam sua libertas.*] Quam legen-
dum cum quatuor scriptis atque ita Sca-

liger in ora libri sui emendat. mox
Mantua Roma unus Moreti. *Heinsius*
Quam.] Scilicet Pelignam gentem: laus
enim hæc patriæ Nationis in ipsum quo-
que redundat. *Honestia.*] Honestissima
enim arma sunt, quæ pro libertate tu-
muntur. *Coegerat.*] Impulerat, est enim
boni viri, ut non nisi coactus ad arma
confugiat. *Libertas.*] — *Viri validis
cum viribus luctant* — *Libertatem ut
perpetuassent maxime.* Enn. 9. *Annal. Lu-
can.* 7. — *hæc libera nasci* — *Hæc vult
turba mori.* Sic Metius ad suos Albanos.
ἱλασθεοι γὰρ ἐξ ἱλασθῆσαν ἱουμεν. Ha-
lic. 3. *ἱμψυτον γὰρ πάντων ἀνθρώπων τῆς
ἱλασθῆσας πῶς.*

10. *Socias manus.*] Quando omnes
fere socii populi Romani defecerunt, &
ad arma conversi sunt. Unde maximus
terror & sollicitudo Romanis incessit.
Lege Lucium Florum lib. 3. *Anxia.*]
Sollicita. Adeo enim confirmatos so-
ciali bello Romanos legimus, ut ma-
gnos ludos Jovi Optim. Maxim. si Rem-
publ. in meliorem statum venisset, vo-
verint.

11. *Spectans.*] Aspiciens. *Hospes.*] Pe-
regrinus. *Sulmonis.*] Quæ est mea pa-
tria.

12. *Qua campi.*] Quæ rectius duo scri-
pti. nam quæ sequitur. *Heinsius.* *Jugera
pauc-*

Aurea de campo vellite signa meo.
 Corniger increpuit thyrsō graviore Lyæus:
 Pullanda est magnis area major equis.
 Imbelles Elegi, genialis Musa, valete;
 Post mea mansurum fata superstes opus.

20

pasca.] Parvum fuisse Sulmonis oppidum ostendit.

13. *Tantum.*] Tam magnum. Mose est poetarum, hujuscemodi laudes sibi attribueret. *Ferre.*] Proferre, gignere. *Poëtam.*] Nasonem.

15. *Culte puer.*] Satis superque, inquit, amoribus indultus: nunc ad majora tendo. Ordo est: O puer culte longo tempore mihi, & parens pueri, vellite signa, &c. *Culte.*] Amate. *Puerique parens mihi tempore longo.*] Tempore in omni excerpta Jureti & unus Moreti. Scriberianus, parens amat hostia cultus. Arondelianus pro diversa lectione amat hostia cultus. Optimus Palatinus, parens Amathuntia culta. Scribe, *Amathusia culti.* ab Amathunte, Amathusia, ut à Rhamnunte Rhamnusia, à Selinunte, Selinusia. hinc creta Selinusia apud Plinium. sic *Amathusiacas* bidentes noster dixit lib. x. Met. Amathuntem enim ab Amathusa Cinyre matre appellatam volunt. quomodo & apud Catullum lego,

Nam, mihi quam dederis duplex Amathusia curam,

Scitis.

& in Ciri Virgiliana,

*Nam te jactari, non est Amathusia nostri
 Tam rudis, ut nullo possim cognoscere
 signo.*

ubi & *nostra* male legitur. Catulli illa respiciebat

— non est Dea nescia nostri,

Qua dulcem curis miscet amaritiam.

Non est Amathusia tam rudis nostri, pro nos non sumus tam rudes Amathusiae aut Veneris. Symmachus l. i. Ep. viii. *Amathusias* remittens, sic in iis versibus scribendum esse alibi monemus. non *Amathusium*, ut nunc legitur. si quis *Amathuntia* praefraete tuetur, non omnino me oppono. nam & *Selinuntia* apud Ciceronem occurrunt, & *Hydruntia* apud Plinium. praestat tamen alterum. *Heinsius.*

61. *Vellite.*] Extrahite. *Signa.*] Vexilla.

17. *Corniger.*] Cornua gerens. Quare cum cornibus fingatur Bacchus, docet Diodorus lib. 4. *Increpuit.*] Scilicet me, monens ut majora scriberem. *Thyrso.*] Furore.

18. *Pullanda est magnis area major.*] Majora mihi scribenda sunt. *Magnis equis.*] Ad carminis qualitatem refert: id est, heroicis carminibus. *Area.*] Campus. Hoc ad materiam.

19. *Imbelles.*] Qui respuunt bellicam & altam materiam. *Genialis.*] A Genio voluptatis deo.

A M O R U M F I N I S.

P. OVI-

P. OVIDII NASONIS
ARTIS AMATORIAE
LIBER PRIMUS.

SI quis in hoc artem populo non novit amandi;
Me legat; & lecto carmine doctus amet.
Arte citæ veloque rates remoque moventur:
Arte leves currus, arte regendus Amor.
Curribus Automedon lentisque erat aptus habenis: ꝑ
Tiphys

P. OVIDII NASONIS ARTIS AMATORIAE LIBER PRIMUS.]
DE ARTE AMANDI hætenus
inscripti sunt in vulgatis editionibus hi
libri. nos veram inscriptionem revoca-
vimus; quam veterrimus Codex Galli-
cus bibliothecæ Regiæ, Francisci Jure-
ti, Josephi Scaligeri ac Claudii Putea-
ni excerpta cum fragmento Oxoniensi
Bodlejanæ bibliothecæ itidem antiquis-
simo agnoscunt. Seneca excerptis Con-
troversiarum lib. III. cap. VII. *Iste
sensus est ejus, qui hoc seculum Amato-
rus non Artibus tantum, sed sententiis im-
plevit. Ovidius enim in libris Metamor-
phoseon dicit, Ipse suos artus, &c. Au-
relius Victor vulgatus, in vita Augusti
Cæsaris: Nam & poetam Ovidium, qui
& Naso, pro eo quod tres libellos Artis
Amatoria conscripserat, exilio damnavit.*
Eteculphus lib. VIII. cap. x. Chronici:
*Quibus diebus Ovidius poeta in exilio diem
obit qui ab Augusto sena damnatus fuerat,
propter libros Amatoria Artis, quos com-
posuerat. Neque alio nomine ab Eutyche
Grammatico hi libri citantur, aut à
Scholiasticis Mss. in Metamorphoseis,
ac cætera ejusdem opera. idque passim.
Vocat quidem ARTEM AMANDI
ipse Ovidius primo hujus operis versu,
sed legi carminis id dedit, quæ verum
poëmatis hujus titulum non admitte-
bat. unde & errorem natum existimo.*
Ποταμοπόδης ἀποδοῦναι ἰσχυρῶς. λου-

dat Athenæus lib. IV. *Heinsius.*

1. *Si quis in hoc artem, &c.*] Ex Lati-
norum poetarum consuetudine propo-
nit, invocat, & narrat Ovidius. Nam
primis duobus versibus amatoriam ar-
tem se doctum profectur; deinde Ve-
nerem Amorum matrem invocat: nar-
rat postremo, quomodo inveniendæ &
conciliandæ sit amica. *In hoc populo.*] In
Romana civitate. *Artem amandi.*] Mo-
dum conciliandæ amicæ.

2. *Me legat.*] *Hoc legat* codex Re-
gius & Bodleianus cum duobus aliis.
sed nil muro. tres etiam doctus est, non
amat. & placet. quo alii alludunt non-
nulli, in quibus erat vel erit. Heinsius.

3. *Arte citæ.*] Ut naves & currus gu-
bernantur à perito homine, ita & amor
regi debet ab optimo magistro. *Remoque
rates veloque reguntur.*] *Moventur* Re-
gius, Bodlejanus, & alii nonnulli cum
excerptis Scaligeri & Puteani. placet. E-
pist. Laodam.

*Cum venies veloque moris remoque cari-
nam.*

viro clarissimo mihiq; conjunctissimo
Jano Vltrio legendum videbatur,

*Arte citæ remique rates velique regun-
tur.*

nec obnoit. dummodo moventur ad-
mittamus. *Heinsius.*

5. *Curribus Automedon.*] Automedon
Diorei filius fuit, & Achillis auriga.
Unde quum aurigam designant poetæ,
cum

Tiphys in Hæmoniâ puppe magister erat.
Me Venus artificem tenero præfecit Amori.

Tiphys & Automedon dicar Amoris ego.
Ille quidem ferus est, & qui mihi sæpe repugnet.

Sed puer est; ætas mollis & apta regi. 10
Phillyrides puerum citharâ perfecit Achillem;
Atque animos placidâ contudit arte feros.

Qui toties socios toties exterruit hostes;
Credetur annosum pertimuisse senem.

Quas Hector sensurus erat, poscente magistro: 15
Verberibus iussas præbuit ille manus.

Æacidæ Chiron, ego sum præceptor Amoris.

Sævus uterque puer: natus uterque Deâ.
Sed tamen & tauri cervix oneratur aratro:

Fræ-

cum *Automedonta* appellant. *Lentis habentis.*] Flexilibus, & se implicantibus.

6. *Tiphys in Æmonia.*] Tiphys fuit gubernator Argonautarum, qui in ea expeditione perit. In *Æmonia puppe.*] In Argo navi, fabricata in Thessalia.

8. *Tiphys & Automedon, &c.*] Dicar esse optimus amoris magister, ut Tiphys & Automedon habiti sunt optimi gubernatores.

9. *Ille quidem ferus est.*] Fateor fixum esse Cupidinem. *Es qui mihi sæpe repugnas.*] Repugnas excepta Putani & Scaligeri cum optimo Regio & Bodlejano. *Heinsius.*

11. *Phillyrides puerum.*] Chiron filius fuit Saturni ex Phillyra Oceani filia: cum qua ille in equum conversus, dum per Thraciam Jovem filium quaerit, consuevit. Hic herbariam disciplinam invenit: docuitque Achillem medicinam & citharædicam artem, ut Stadius tradit. *Perfecit Achillem.*] Sic à manu prima codex Regius, & quatuor alii. quomodo Naugerius monuit legendum. non præfecit. sic Amor. lib. 11.

Ponendis in mille modos perfecta capillis. Heinsius.

12. *Contudit.*] Domuit.

13. *Perterruit hostes.*] Exterruit libri meliores constant. *Heinsius.* *Exterruit socios.*] Centauros penecefecit, quum Pelion habitaret.

14. *Annosum senem.*] Longævum Chironem.

15. *Quas Hector sensurus erat.*] Hoc dicit, quoniam Achilles Hectorem occidit.

17. *Æacida Chiron præceptor.*] Vide Stat. *Achilleid.* — nam tunc labor unus Nosse salustiferas dubiis animantibus herbas,

Aut monstrare lyra vesteres Hectoris alumnus.

Elia. lib. 9. Ο μαρτὸν τὸν Ἀχιλλῆα ποιοῦντα τὰν ὀργὴν πικρὸν τὰν πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα διὰ Μουσικῆς, ἥς ἔμαθε παρὰ τῷ σοφωτάτῳ Χείρον. Ex Sen. *Troad.* 23. v. 830.

— hic vocantibus

*Mantis enesi spatiosus aratro
Lam truci Chiron pueri magister,
Tinnulas plectro feriente chordas,
Tunc quoque ingentes acubas iras*

Bella canenda.

18. *Uterque puer.*] Et Cupido & Achilles. *Natus uterque dea.*] Cupido ex Venere, Achilles ex Thetide.

18. *Sed tamen & tauri cervix.*] Tauri & equi

Frænaque magnanimi dente teruntur equi. 20
 Et mihi cedit Amor: quamvis mea vulneret arcu
 Pectora, jactatas excutiatque faces.
 Quo me fixit Amor, quo me violentius ussit;
 Hoc melior facti vulneris ultor ero.
 Non ego, Phœbe, datas à te mihi mentiar artes: 25
 Nec nos aëriæ voce monemur avis:
 Nec mihi sunt visæ Clio Cliusque sorores,
 Servanti pecudes vallibus, Ascræ, tuis:
 Usus opus movet hoc. vati parete perito.
 Vera canam. coeptis, mater Amoris, ades. 30
 Este procul vittæ tenues, insigne pudoris,
 Quæque tegis medios, instita longa, pedes.
 Nos Venerem tutam concessaque furta canemus:

Inque

& qui exemplo probat, Cupidinem posse gubernari. *Tauri cervix ornatur aratro.*] *Tauri curvis ornantur aratri* unus Ambrosianus & unus Vaticanus. *aratra* passim *curva* nostro aliisque poetis dicuntur. *Hesius.*

24. *Ultor ero.*] Docendo modum amandi.

25. *Non ego Phœbe datas.*] Non dicam; me autem amatoriam ab Apolline, non ab avium auspiciis, non à Musis: sed ab usu, & longa amandi peritia accepisse.

26. *Voce aëria avis.*] Garritu volucrum: quem augures maxime observant.

27. *Nec mihi sunt visæ Clio.*] Hesiodum dicit: qui cum patris oves pasceret juxta Heliconem, à Musis ad fontem Hippocrenem ductus, poeta evasit. *Clio* autem una est ex Musis: sic appellata propter gloriam, quæ ex poetarum laudibus oritur. *Cliusque sorores.*] Reliquas Musas intellige. *Clius* autem genitivus est Græcus. *Clio Cliusque sorores.*] *Cliusque* scripti. sic in Ptolepei Epigramm. lxxvii. cum in priscis codicibus,

Pendopos primam Dido fac prima sequatur,

existet, facile apparet *Didus* esse reponen-

dum. vulgati *Didonis prima*. præter ulum cultioris xvi. *Hesius.*

28. *Ascræ.*] Vicus est in Thespiis, juxta Heliconis partem: quam Dius & Pycimède, Hesiodi parentes incoluerunt, relicta patria Cuma.

29. *Usus opus movet hoc.*] Usu & experientia doctus hæc cano.

31. *Este procul vittæ tenues.*] Rejiciat Vestales, & matrones castissimas, quas tenui vittæ & instita denotat. *Stola* autem matronæ urebantur ad imos pedes: quam instita assuta, hoc est, tenuissima fasciola, ambibat. Hanc nonnulli limbum appellant. Vittæ vero Vestalium peculiaris erat, qua capillos ligabant. Magis tamen placet, ut per vittas, puellas virgines, & nondum nuptas intelligas, potius quam Vestales virgines; quæ etiam vittæ urebantur. Ovid. in Metam. Vittæ coercet positos sine lege capillos.

33. *Venerem tutam.*] Ignobiles feminas, ad quas est aditus tutus: Quam è diverso ad nobiles periculosus sit. *Concessaque furta.*] Amores lege permittos, & aditu faciles. *Nos Venerem tutam.*] Libro Tristium secundo, ubi quatuor hi versus reperuntur, legere est,

Kk

Nñ

Inque meo nullum carmine crimen erit.
 Principio, quod amare velis, reperire labora, 35
 Qui nova nunc primum miles in arma venis.
 Proximus huic labor est, placitam exorare puellam.
 Tertius, ut longo tempore duret amor.
 Hic modus; hæc nostro signabitur area curru:
 Hæc erit admiffa meta terenda rotâ. 40
 Dum licet, & loris passim potes ire solutis;
 Elige cui dicas, Tu mihi sola places.
 Hæc tibi non tenues veniet delapsa per auras.
 Quærenda est oculis apta puella tuis.
 Scit bene venator, cervis ubi retia tendat: 45
 Scit

Nil nisi legitimum concessaque furta ca-
nemus. Heinſius.
 37. *Placitam exorare puellam.] Placi-*
tam ex melioribus libris omnino est le-
gendum. & mox,
Tot tibi tamque dabis formosus Roma
puellas.
 non namque dabit. Epistola Acontii,
Per gladios alii placitas rapuere puellas.
 Amor. i. Eleg. x.
Non aries placitam munere captat ovem.
 lib. ii. El. iv.
Sive rudis, placita es simplicitate tua.
 Art. iii.
Nec Thufcus placitis devehit annis a-
quis.
 & mox,
Nos facimus placita late præconia for-
ma.
 ut illis locis restituendum. Plura vide
 Notis ad Epistolam xix. v. 208. *Idem.*
Exorare.] Precibus & blanditiis tibi mo-
rigeram reddere.
 39. *Hic modus.] Hæc mensura. Nostro*
curru.] Noſtris præceptis. Est enim ſi-
mililitudo ab aurigis ſumpta. Signabitur
area.] Deſcribetur ſpatium operis.
 40. *Hæc erit admiffa meta.] Curren-*
dum erit per hoc ſpatium. Admiſſa rota.]
Admoto vel celeri curru. Meta terenda
rota.] Memini illorum Propertii,
Septima quam metam triveris arte rota.
 Memini & à noſtro lib. ii. mox dici,

Interior curru meta terenda meo eſt.
 Libri tamen meliores hoc loco *meta præ-*
menda. nec male. unus Vaticanus cum
Ambroſiano, tenenda. quomodo Trift.
 lib. iv. El. viii.
Nec procul à metis, quas pene tenere vi-
debar.
 Virgilius lib. v.
Jamque propinquabant ſcopulo, metam-
que tenebant.
 Paulo poſt etiam nonnulli codices *meta*
tenenda, non terenda. Heinſius.
 41. *Dum licet.] Dum nihil tibi ob-*
ſtat: vel dum ſas eſt per atatem. nam
ſenem non decet. Loris ſolutis.] Amota
omni alia cura.
 43. *Hæc tibi non veniet tenues.] Tenues*
veniet meliores libri. Heinſius.
 44. *Quærenda eſt.] Non enim dor-*
mienti tibi hæc conſecturi ſunt ſuperi.
Nec ſine tua opera deducetur tibi ami-
ca.
 45. *Ubi retia tendat.] Ponat Argenti-*
nenſis liber. etiam non male. ſic & infra
 v. 263. libri meliores,
Hæcenus unde legas quod ames, ubi retia
ponas.
 Virgilius Georg. lib. i.
Tunc grævibus pedicas & retia ponere cer-
vis.
 noſter quoque Metam. vii.
 — *peſſimum lima plagarum.*
 & alibi,

Scit bene, qua frendens valle moretur aper.
 Aucupibus noti frutices. qui sustinet hamos,
 Novit quæ multo pisce natentur aquæ.
 Tu quoque, materiam longo qui quæris amor,
 Ante frequens quo sit disce puella loco. 50
 Non ego quærentem vento dare vela jubebo:
 Nec tibi, ut invenias, longa terenda via est.
 Andromedan Perseus nigris portarit ab Indis,
 Raptaque sit Phrygio Graja puella viro.
 Tot tibi tamque dabit formosæ Roma puellas; 55
 Hæc habet, ut dicas, quidquid in orbe fuit.
 Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos;
 Æquore quot pisces, fronde teguntur aves;
 [Quot cælum stellas, tot habet tua Roma puellas:
 Mater & Æneæ constat in urbe sui.] 60
 Seu caperis primis & adhuc crescentibus annis;
 Ante oculos veniet vera puella tuos:

Sive

— in laqueos, quos posuere, cadent.
 Heinſius.

47. *Qui sustinet hamos.*] Periphrasis est piscatoris. *Sustinet hamos.*] Continet fragmentum Bodlejanum & tres quatuorve alii codices. sic infra, *pressas continet arte jubas.* Heinſius.

49. *Longo amor.*] Diu duraturo.

51. *Dare vela.*] Non est, inquit, longius navigandum, ut puellam invenias: quemadmodum fecit Paris, qui in Græciam navigavit.

52. *Longa terenda via est.*] Non etiam peragrandæ erit terra, ut fecit Perseus, qui à Polydecte Magnetis filio ad Gorgonas missus, Andromedan invenit in littore, cetero expositam, ut in Metam. docet Ovid.

53. *Andromedan.*] *Andromedan* lege, ut meliores libri. quod jam monui notis ad Epist. xviii. v. 149. in ceteris Naugerii conjecturam expressimus. Nam scripti codices cum vulgatis portavit. & *Raptaque sic.* Heinſ. *Nigris portavit ab Indis.*] In Joppe, quæ est in Pa-

læstina, ante diluvium condita, ubi Cepheus regnavit, id factum fuisse prædicant. *Nigris* autem; hoc est, fulcis, solis ardore.

57. *Gargara quot segetes.*] Gargara sunt in Mysia, quæ est Helleſponti provincia. Hic autem pro oppido accipitur, frugum feraci. *Methymna racemos.*] Methymna est urbs Lesbiorum, in qua vinum optimum nascitur.

59. *Quot cælum stellas.*] Distichon hoc non esse Ovidianæ notæ contendo. Penitenter ex illis nostri adumbratus est Amor. lib. i. El. viii.

Nunc Mars externis animos exercet in armis;

At Venus Æneæ regnat in urbe sui.

In Oxoniensi fragmento legebatur,
Mater in Æneæ constitit urbe sui.

constitit etiam Regius. Heinſius.

60. *Mater & Æneæ.*] Venus, Æneæ mater, Romæ sedem habet: ex quo ostendit, lascivas esse Romanas mulieres.

Sive cupis juvenem; juvenes tibi mille placebunt.

Cogēris voti nescius esse tui.

Seu te forte juvat sera & sapientior ætas;

65

Hoc quoque (crede mihi) plenius agmen erit.

Tu modo Pompejâ lentus spatia sub umbrâ,

Cum sol Herculei terga leonis adit:

Aut ubi muneribus nati sua munera mater

Addit, externo marmore dives opus.

70

Nec tibi vitetur, quæ priscis sparsa tabellis

Porticus auctoris Livia nomen habet.

Quaque parare necem miseris patruelibus aufæ

Belides, & stricto stat ferus ense pater.

Nec te prætereat Veneri ploratus Adonis;

75

Cul-

63. *Sive cupis juvenem.*] Majorem namque puellam.

64. *Cogēris voti.*] Scripti plerique, *Cogēris & Puto, Cogēre &.* Comelianus codex superiori versu non male, *juvenes tibi mille placebunt.* patebit tibi aditus ad mille juvenes. dictum Notis ad lib. 11. Amor. El. XIX. vs. 25. *Heinsius.* *Cogēris voti nescius esse tui.*] Ignorabis, quam ex tam multis puellis eligenda sit.

66. *Crebrius agmen erit.*] Plenus meliora exemplaria. idque constanter. *Heinsius.*

67. *Tu modo Pompeja.*] Porticus olim Romæ erigebantur, ad inambulationes & umbras. Inter ceteras maximæ fuit admirationis porticus Corinthia, ad circum Flaminium erecta à Cneo Octavio: ita appellata propter æs Corinthium, quod erat in columnis.

68. *Quum sol Herculei.*] Quum Sol esset in Leone. Sol enim 13. Calend. Aug. in Leonem transitum facit. Designat ætatem. *Leonis Herculei.*] Nemeæum leonem dicit, quem Hercules inermis occidit, & inter sidera collocatus est.

69. *Aut ubi muneribus.*] Sunt qui intelligant de templo Concordiæ. Mihi magis placet, intelligas de porticu Octaviæ.

70. *Externo marmore.*] Peregrino marmore: quod è Laconia, Phrygia, Numidia, Paro, Caristo advehebant.

71. *Priscis tabellis.*] Antiquorum pictorum clarissimis picturis, quæ in porticibus locabantur.

72. *Livia nomen habet.*] Porticus Liviæ meminit Ovidius in Fastis: *Disce tamen veniens atas, ubi Liviæ nunc est Porticus, immensa testæ fuisse domus.* Domin. Porticus Liviæ, teste P. Victore, erat in tertia urbis regione, prope Suburram. *Cicero.*

73. *Quaque parare necem miseris.*] Porticum Apollinis Palatini intelligit. Nam Augustus templum Apollinis in parte Palatinæ domus excitavit, cui addidit porticum cum bibliotheca græca latinaque. In ea erant imagines Danaïdum 50.

74. *Belides.*] Danaïdes. Belus enim pater fuit Danaï & Ægypti.

75. *Nec te prætereat.*] In templis adulteria exerceri solita, docet Juvenalis. Intelligit autem hic Ovidius de templo Veneris: quæ ritu Assyrio Romæ colebatur cum Adonide, maxima veneratione. Fuit autem Adonis filius regis Cinyræ, & Myrrha ejus filia, quem ardentissime amavit Venus: sed ab apro vulneratus interijt, non sine dextro luctu maximo,

Cultaque Judæo septima sacra Syro.
Neu fuge linigeræ Memphitica templa juvenæ.

Multas illa facit, quod fuit ipsa Jovi.
Et fora conveniunt (quis credere possit?) amor; 80
Flammaque in arguto sæpe reperia foro.
Subdita qua Veneris facto de marmore templo

Appias

maximo, Is deinde in florem mutatus est, ut docet Ovid. in Metam.

76. *Cultaque Judæo septima sacra viro.*] Syro optime Bodlejanum fragmentum pro diversa lectione. Nisi quod *Idumeo* Syro reponi malim. quod magis poeti- cum. et si & Judæos Syris fuisse adscri- ptos ex Strabone liquet. Ptolemæus: Παλαιστίνης Συρίας, Ἰσραὴλ καὶ Ἰουδαία καλεῖται. θίσις. Infra v. 418. similiter ex Puteaneis excerptis scribendum,

Culta Palaestino septima sacra Syro. nam & illic viro legebatur. In fragmento Bodlejano tam illic quam hic *Deo*. Tibullus lib. 1.

Alba Palaestino sancta columba Syro.

Ubi minime ferendum suo, quod Scall- geri codex exhibebat, illo non impro- bante, Syria enim triplex apud veteres Geographos, *Supra Moab, Phœniam, καὶ Παλαιστίνην*. *Hæinsius. Cultaque Judæo.*] Cærimonias Judæicas accipe, ad quas confluebant Romanæ puellæ. Sed eas Tiberius postmodum compescuit. *Septi- ma sacra.*] Cærimoniarum Judæorum, quæ fiebant septimo quoque die, quem Ju- dæi Sabbathum appellant.

77. *Neu fuge Niligera Memphitica tem- pla juvenæ.*] Ad Nilum lo cum non sit genita, perperam Niligera dicatur. Scrip- ti plerique *linigera*. Sed *linigera* verum est. quod in optimo Regio, Puteani excerptis, & duobus tribuere aliis extra. lib. 1. Pont. Eleg. 1.

Vidi ego linigera munus violasse fateri- tem

Isidis Iliacæ aræ sedare focos.

& Amos. 11. El. 11.

Nec tu linigeram fieri quid possis ad- Isin

Quæstus.

Quibus locis pari modo turbant libro ve- teres. *Linigera* quemadmodum *Isis* sic ejus quoque sacerdotes *Linigeri* poetis passim dicti. Noster Met. 1.

Nunc dea linigera colitur celeberrima tur- ba.

Linigeri calvi Martiali iisdem lib. xii. Ep. 29. & Juvenali,

Qui grege linigero circumdatus & grege calvo.

Claudianus,

— pluvium infra

Liniger impositus suspirat veste sacerdos.

Sed hac de re jam copiose egerunt viri eruditi. *Hæins.* *Nec fuge linigera.*] Tem- plum *Isidis* dicit: quod fuit proximum ei campo, qui erat conjunctus cam- po Martio. Juven. *Isidis antiquo qua proxima surgit ovili.* Hujus deæ sacra celebrabantur quotannis à mulieribus, decem contiguis diebus, ut ostendit Propert. ubi sæpenumero scortationes & lenocinia exercebantur. *Memphiti- ca sacra.*] *Egyptia.* Memphis enim urbs in angustiis *Egypti* sita fuit. *Putea- na.*] *Isidis*, quam Juno mutavit in vac- cam.

78. *Multas illa facit.*] Multæ illæ vi- tiantur. *Quod fuit ipsa Jovi.*] Nam Io, quæ postea *Isis* dicta fuit, à Jove com- pressa est.

79. *Quis, credere possit.*] Possit melio- res. *Hæins.*

80. *Fora arguo.*] Frementi lisigantium vocibus, & convitiis.

81. *Subdita qua Veneris.*] *Qua*, ubi Appiam aquam dicit. nam Appius Clau- dius in censura viam munivit, quæ à porta Latina, sive Capena, quam etiam Fontinalem Pompejus appellat, Brun- desium usque ducebat. *Facto de marmo- re.*]

Kk 3

Appias expressis aëra pulsat aquis.
Illo sæpe loco capitur consultus Amori:

Quique aliis cavit, non cavet ipse sibi.

Illo sæpe loco defunt sua verba diserto: 85

Resque novæ veniunt, causaque agenda sui est.

Hunc Venus è templis: quæ sunt confinia, ridet.

Qui modo patronus, nunc cupit esse cliens.

Sed tu præcipue curvis venare theatri.

Hæc loca sunt voto fertilia tuo.

90

Illic invenies, quod ames, quod ludere possis,

Quodque semel tangas, quodque tenere velis.

Ut redit itque frequens longum formica per agmen,

Granifero solitum cum vehit ore cibum;

Aut ut apes, saltusque suos & olentia nactæ

95

Pascua,

re.] Nam in foro C. Cæsaris erat Veneris genitricis, quod fecit Archelaus; sed festinatione dedicandi reliquit impetfectum.

82. Appias.] Ab Appio censore eo ducta, ubi postea forum Cæsar extruxit. Expressis.] Ejaculatis, emissis. Aëra pulsat aquis.] Id est, è fontibus in altum erumpens, aërem ferit.

83. Capitur consultus amore.] Amoris vetustiores libri. Lege Amori, id est, Cupidini. atque ita fragmentum Bodlejanum, cum alio codice quem Andreas Cavalcantes Patricius Florentinus, vir ad comitatem & elegantias factus, mihi dono obtulit. Consultus pro jurisconsulto, ut noster Amorum lib. 1. El. XIII.

Nec tu consulto, nec tu jucunda diserto es.

& mox,

Hæc eadem sponsam consulti ante, atria mittit.

Horatius,

—eristu, qui modo miles,

Mercator, tu consultus modo

& consultor apud eundem,

Sub galli cantem consultor ubi ostia pulsat.

Heins. Consultus.] Jurisperitus. Aliis curat.] Reos defendit.

85. Defunt sua verba.] Nescit jurisperitus uti apud amicam eloquentia, qua in foro uti solet.

86. Resque novæ.] Novæ causæ, non judiciales, sed amoris. Causaque agenda sui est.] Unus Vatican. & Palatin. subit. Rottendorphianus subest. Scribe cum Politiani codice, causaque agenda sui est. sui ipsius causa, non aliena. Heinsius.

89. Sed tu præcipue.] Fœminæ ad spectandos ludos ex omni urbis parte in theatrum decurrebant. Curvis theatri.] Curvum theatrum appellatur propter formam hemicycli quam obtinebat.

90. Voto fertilia.] In theatro uberior est puellarum copia, quam speres. Votis fertilia tuis.] Voto tuo meliores. Heinsius.

93. Longum formica per agmen.] Quod ex Virgil. 4. Æncid. videtur desumptum. It nigrum campis agmen & quæ seqq. Et hoc ex Ennio, & Acilio.

95. Et olentia nacta Pascua.] Non damno penitus hanc lectionem, quam codices scripti tuentur. minimum tamen abest, quin Hymettia pascua repomendum censeam. sic infra pro Hymettia nella plurimæ membranz hœmencia. Laudatissimum mel Atticum ex Hymetto

to

Pascua, per flores & thyma summa volant;
Sic ruit ad celebres cultissima foemina ludos.

Copia iudicium saepe morata meum.
Spectatum veniunt, veniunt spectentur ut ipsae.

Ille locus casti damna pudoris habet. 100

Primus sollicitos fecisti, Romule, ludos;

Cum iuvit viduos rapta Sabina viros.

Tunc neque marmoreo pendebant vela theatro:

Nec fuerant liquido pulpita rubra croco.

Illic, quas tulerant nemorosa Palatia, frondes 105

Simpliciter positae; scena sine arte fuit.

In gradibus sedit populus de cespite factis;

Qualibet hirsutas fronde tegente comas.

Respi-

to monte. ut & Hyblarum favi Siculi. noster Met. x. ut *Hymettia* sole cere remollefecit. *Hymettia* quoque mella habes apud Horatium. & sane frequenter in hisce propriis nominibus peccatur. sic in *Tristibus* pro *Pestana rosaria* nunc legitur & *amara*. ut suo loco diceretur. *Hainsius*.

96. *Per flores & thyma.*] *Fervet opus, redolensque thymum fragrantia mella.*

101. *Sollicitos.*] A Romulo primum in theatro coepisse lasciviam licentiam, ostendit. *Ludos sollicitos.*] Inquietos, & curarum amoris plenos.

102. *Rapta Sabina.*] Noster *Fastor.* 3. à v. 187.

Jamque loco majus nomen Romanus habebat:

Nec conjux illi, nec sacer ullus erat, Spernebat generos inopes vicinia divae

& quæ seqq.

103. *Tunc neque marmoreo.*] Vela in theatri umbram faciebant: quod primum omnium invenit Q. Catulus, quum Capitolium dedicaret. Mox Cæsar totum forum Romanum intexit. *Pendebant.*] Sic & *Propert.* *Nec sinuosa cavo pendebant vela theatro.* *Marmoreo theatro.*] Theatra quondam non ex marmore structa erant: ut postea theatrum Pompeji.

104. *Nec fuerant liquida.*] Croco trito, & mero infuso vasi vitreo, quod Mart. *nimbium* appellat, spargebantur theatra, populo nimia opulencia luxuriant, ut testis est Plin. *Pulpita rubra croco.*] Similiter in *Fast.* 1. v. 342. *Nec fuerant rubri cognita fila croci.* Vide Ep. 21. v. 162.

105. *Illic quas tulerant.*] Scena prius frondibus à Palatino monte decerptis ornabatur. At postea Claud. Pulcher scenam varietate colorum adumbravit.

107. *In gradibus de cespite factis.*] Hanc Romanorum tunc temporis honestam paupertatem, vel continentiam laudat Poëta in *Fast.* 1. v. 203.

Frondibus ornabant, quæ nunc Capitolia geramus:

Pascebatque suas ipse Senator oves.

Nec pudor, in stipula placidam cepisse quietem,

Et sanum capiti supposuisse, fuit.

108. *Qualibet hirsutus.*] Coronam frondeam gestabant majores in spectandis ludis. Postea tanta inolevit luxuria, ut etiam rosacea coeperint uti. *Comas hirsutas.*] Quia Romani antea inronsi fuerunt. Olim tonsores non fuisse, significat antiquorum statua.

Kk 4

109. Re-

Respiciunt, oculisque notant sibi quisque puellam,
 Quam velit: & tacito pectore multa movent. 110
 Dumque, rudem præbente modum tibicine Thufco,
 Ludius æquatam ter pede pulsat humum;
 In medio plausu (plausus tunc arte carebat)
 Rex populo prædæ signa petenda dedit.
 Protinus exiliunt, animum clamore fatentes: 115
 Virginibus cupidas injiciuntque manus.
 Ut fugiunt aquilas timidissima turba columbæ,
 Utque fugit visos agna novella lupos;

Sic

109. *Respiciunt.*] Lustrant, & inquirunt quam rapiant.

110. *Multa movent.*] Cum animo suo taciti cogitant, inque varias partes rapiunt, & volunt per singula.

111. *Rudem modum.*] Rudem modulationem. Rudibus adhuc hujus artis Hetruscis: quia nondum tam inflexo sono, nec multiforatili tibia urebantur. *Tibicine Thufco.*] Quia ex Hetruria venerant tibicines: quorum ad sacra tibiæ ex buxo fiebant, ludicræ vero ex loti arbore. Deinde ex ossibus asininis, postea ex argento.

112. *Lydus æquatam.*] *Ludius* Scalliger & Politianus. nec aliter pro diversa lectione in Moreti libro. *Ludius* idem qui histriones. de quibus cum alii jam abunde ex professo egerint, quod addam non habeo. Ad rem tamen facit Livii locus lib. VII. cap. 11. *Ludiones* ex Hetruria acciti, ad tibicines modos saltantes haud indecoros motus more Thufco dabant. Optimus Regius *Ludis* à manu primâ, sed emendatum postea *Lydus*. Heinsius. *Pulsat pede humum.*] Saltat. Sic Horat. I. Carmin. od. 37. — nunc pede libero pulsanda tellus. De veterum Saltatione vide Athen. lib. I. c. 14. 18. & 19. Homer. Odyss. 9. v. 264.

— αὐτὰρ ἰδυσσεὺς
 μαρμαρυγᾷ θνήτο ποδῶν θαύμαζ'
 δὲ θυμῷ.

Quod Didym. explicat, illas pedum imitationes vocans τὰς συντόνας τῶν ποδῶν

κινήσει. & deinde ἐν γὰρ ταῖς ὀξείαις κινήσεισι ἀπόσιγ' τις τῶν ποδῶν γίνεται.

113. *In medio plausu.* [In media populi plaudentis lætitia.

114. *Rex populo.*] Romulus signum dedit rapiendi virgines Sabinas.

115. *Animum clamore fatentes.*] Hostili & incondito fremitu, qualem tollere solent qui in hostem procurant: Δορίκτυπον ἀλαλάν. Pindar. Nem. 3. Et Diod. Sicul. 14. c. 11. De Persis. Ἐπεφάνησαν οἱ Πέρσαι δισσοκλασμένοι κατὰ πλεκτηίνῃς, καὶ μετὰ βούης ἐπιφερόμενοι.

117. *Ut fugiunt aquilas.*] Idem in Metamorphos. Sic aquilam penna fugiens trepidante columba. *Ut fugiunt columbæ.*] Similiter de accipitre. Horat. I. Carmin. od. 37.

Remis adurgens, accipiter velut
 Molleis columbas, aut leporem citus
 Venator, in campis nivalis
 Exoniæ.

Ideoque & Homero Iliad. 6. vocatur.
 Ἴπνξ φασσασφόνθ'.

118. *Utque fugit visos.*] *Ut fugit visos* Regius & Bodlejani. in quinque aliis, ut fugit invisos. sed nulla opus mutatione. Pont. II. El. VII.

Sape canem longe visum fugit agna, lupumque

Credit: & ipsa suam nescia vitat opem.
 Heinl.

Agna novella.] Tenera: recens à matre. Sic Cicero. novella arbores. Prada novella.

Sic illæ timuere viros sine lege ruentes.

Constitit in nullâ, qui fuit ante, color. 120

Nam timor unus erat; facies non una timoris.

Pars laniant crines: pars sine mente sedet:

Altera mœsta filet; frustra vocat altera matrem:

Hæc queritur; stupet hæc: hæc manet; illa fugit.

Ducuntur raptæ genialis præda puellæ: 125

Et potuit multas ipse decere pudor.

Si qua repugnârat nimium, comitemque negarat;

Sublatam cupido vir tulit ipse sinu.

Atque ita, Quid teneros lacrymis corrumpis ocellos?

Quod matri pater est, hoc tibi, dixit, ero. 130

Romule, militibus scisti dare commoda solus.

Hæc mihi si dederis commoda, miles ero.

Scilicet ex illo solennia more theatra

Nunc quoque formosis insidiosa manent.

Nec te nobilium fugiat certamen equorum: 135

Multa

vella. 3. Art. 560. Quo vulgo utuntur pro commentariis, & actis.

119. Sine lege.] Sine ordine.

121. Nam timor unus erat.] Omnes pariter timebant. Facies non una timoris.] Quia aliæ aliam timoris faciem ostendebant. Quædam enim mortem, aliæ captivitatem, & alia id genus supplicia timebant.

122. Pars laniat.] Laniant Vaticanus unus cum codice Patritii Junii. & tum sedent. lege. Heinssius.

124. Hæc fugit, illa manet.] Hæc manet, illa fugit scripti fere omnes. Idem.

125. Genialis præda.] Generandis liberis parata.

126. Ipse decere pudor.] Verustiores, timor. Heinssius.

127. Si qua repugnabat nimium, comitemque negabat.] Repugnabat & negarat: melioris notæ libri. sed comitem negarat non placet, ut se subintelligatur. Nimirum huic loco accidit, quod aliis multis, ut repetitio ejusdem vocis neglecta à supinis librariis causam errori

dederit. Lege,

Si qua repugnarat nimium, nimiumque negarat.

plures hujusmodi errores deteximus à librariis commissos Notis ad Epist. vi. v. 29. Idem.

129. Atque ita, Quid teneros.] Livius quoque docet, Romanos precibus, quæ maxime ad muliebre ingenium efficaces sunt, Sabinas raptas conciliasse.

133. Solennia theatra.] In quibus solennes ludi exhibentur.

134. Insidiosa manent.] Ex eo tempore quo raptæ sunt Sabinæ, semper in theatris paratæ fuerunt puellis ab amantibus insidia.

135. Nec te nobilium.] Sunt qui hoc ab equiritia tantum referendum putent: quæ fiebant quinto idus Apriles, in Circo maximo, inter Palatinum & Aventinum. Magis placet intelligas de ludis omnibus, qui fiebant in Circo. Inter quos etiam Megalesiaci, qui in honorem magnæ matris celebrabantur, magna hominum frequentia.

Kk 5

136. Mul-

Multa capax populi commoda Circus habet.
Nil opus est digitis, per quos arcana loquaris :

Nec tibi per nutus accipienda nota est.

Proximus à dominâ, nullo prohibente, sedeto :

Junge tuum lateri, quàm potes, usque latus : 140

Et bene, quod cogit, si nolis, linea jungi ;

Quod tibi tangenda est lege puella loci.

Hic tibi quæratu locii sermonis origo :

Et moveant primos publica verba sonos.

Cujus equi veniant, facito, studiose, requiras.

145

Nec mora ; quisquis erit, cui favet illa, fave.

At cum pompa frequens coelestibus ibit eburnis,

Tu

136. *Multa commoda.*] Quia eo confuunt puellæ. *Circus habet.*] Circus dictus est, quod circum metas pompa ferebatur, & equi currebant : ut auctor est Varro. Tres autem Circos Romæ fuisse legimus : Maximum, Flaminium vel Appollinarem, & Neronianum in Vaticano. Disponebatur autem circus in formam spacii oblongi : & in summitate circi, cæceres erant, unde equi curribus juncti ad cursum incitabantur.

139. *Proximus à domina.*] *Ad dominam* multi ex scriptis. Forte, *Proximus ad dominam.* ut apud Ciceronem lib. 1. Ep. ix. ad Atticum, *Proximus Pompejum sedebam.* Heinſius.

140. *Quam potes.*] Scripti majori ex parte *qua.* sed nihil mutandum. vid. lib. iiii. ff. 262. *Idem.*

141. *Et bene quod cogit si nolis linea jungi.*] Si nolis recte castigatioris libri. Amor. lib. iiii. El. 11.

Quid frustra refugis ? cogis nas linea jungi.

Hæc ex lege loci commoda Circus habet.

hinc apparet infra v. 497. scribendum esse,

Nec sine te curvo sedeat spatiosa theatro. idque cum melioribus libris. *Idem.* *Et bene te cogis.*] Sedendi ordo & locus jungit te puellæ, etiam si id ipsa nolle. *Mer.* *Et bene te cogis, si nolis, linea jun-*

gi.] Per lineam funiculum, aut simile aliquid intelligo, quo sedilia in circo distincta fuere. *Micyl.*

142. *Quæ tibi tangenda est.*] *Quæd* Regius, & unus Palatinus, ut referantur hæc ad Tō *Et bene.* Oxoniensis *Quid,* primus Vaticanus *Quæ.* proxime verum. *Heinſius.*

144. *Et moveant primos.*] Primus sermo sit cum puella, quisnam sit futurus victor in ludis, ex omnium sententia, vel simile quid.

145. *Cujus equi veniant.*] Docet juvenes studiis puellarum obsequi debere, favendo ei quem ipsa laudat, ex illis quatuor factionibus Circensium ludorum, à panni coloribus denominatis.

147. *At quam pompa frequens.*] Qualis sit hæc pompa in ludis Megaleſiacis, docet in Fast. *At cum pompa frequens, etc.*] De ea pompa intellige, quæ ipsum certamen præibat, in qua deorum imagines per circum & circa metam gestabantur. *Micyl.* *Pompa frequens certantibus ibit opulens.*] *Calæſtibus domus* Juveni liber & fragmentum Oxoniense, quomodo & Comelini codex pro diversa lectione optime. Vide de hac Deorum pompa per Circum ferri solita ipsum Ovidium copiose agentem Amor. lib. iiii. Elegia 11. quibus totus hic locus mire illustratur. *Heinſius.*

148. Tu

Tu Veneri dominæ plaude favente manu.
 Utque fit, in gremium pulvis si forte puellæ
 Deciderit, digitis excutiendus erit. 150
 Et, si nullus erit pulvis, tamen excute nullum.
 Quælibet officio causa sit apta tuo.
 Pallia si terræ nimium demissa jacebunt;
 Collige, & immundâ sedulus effer humo.
 Protinus officio pretium, patiente puella, 155
 Contingent oculis crura videnda tuis.
 Respice præterea, post vos quicumque sedebit:
 Ne premat opposito mollia terga genu.
 Parva leves capiunt animos. fuit utile multis,
 Pulvinum facili composuisse manu. 160
 Profuit & tenui vento movisse tabellam;

Et

148. *Tu Veneri domina.*] In pompa Megalesiaca non modo ipsam Cybelen deferrebant in circum, sed alia quoque simulacra: id quod etiam in pompa Cereis fieri solitum testatur Ovid. in Fast. Amantes autem Veneri potissimum asurgebant.

153. *Pallia si terra.*] Pallium supra tunicam gestabatur à viris & mulieribus. *Terra nimium demissa.*] *Terra demissa* Regius & Oxoniensis cum aliis nonnullis motui Amor. III. El. II. §1. 25. Heinss.

154. *In munda sedulus effer humo.*] *Immundus humo* bene libri veteres. nonnulli *auser*. Idem. *Effer humo.*] Id est, amoveas e loco immundo.

155. *Protinus officii pretium.*] *Officio* Regius, Oxoniensis, & unus ex meis, quo vir optimus Angelus Apollus Intimelius me donavit. Heinss.

159. *Parva leves capiunt animos.*] *Parvis* hujusmodi officiis conciliantur puel-
 læ.

160. *Pulvinum facili.*] *Pulvinar* multi ex scriptis. sed male. Pulvinaria enim proprie in sacris locum habent. Epistola Herus,

Collaque pulvino nostra ferenda dedi.
 Heinss. *Pulvinum facili suppositis manu.*]

Huc non incommode videtur referri posse illud Plaut. in Stich. 1. 2. §1. 35. *Pl. affide hic, Pater.* — AN. *Non sedes istis: vos sedete: ego sedero in subsellio.* *Pl. Mane pulvinum.* AN. *bene procuras mihi: satis sic fultum est mihi.*

161. *Profuit & tenuis ventos movisse tabella.*] *Tenui ventos*, scripti plerique. Regius tamen & Oxoniensis, *tenui ventos movisse tabellam*. optime. Intimelii codex *ventos movisse tabello*. in uno Vaticano, *tenui tabella*. quod maxime placet. neque aliter Arondeliamus. In Farnesiano *scabella*. duo alii *flagello*. Amor. lib. III. El. II.

Vis tamen interea totius arcescere ventos,
Quos faciat nostra mota tabella manu.

Ita & illo loco vetustiores libri, ut Salmastius in suis quoque invenerat. ut testatur ad Pallium Terrulliani. apud Propertium lib. IV. El. IX. Hercules de se.

Mollis & hirsutum capis mihi fasciæ postus,

Et manibus duris apta tabella fuit,
 Ita scribo. vulgo inepte legitur *apta puella fuit*. Noster Fast. II. de Omphace eadem,

Aurea pollebant rapidos umbracula soles,
Quæ tamen Hercules sustinere manus.
Tabellam Latine dici haud ignoro, cum Teren-

Et cava sub tenerum scamna dedisse pedem.
Hos aditus Circusque novo præbebit amor,
Sparfaque sollicito tristis arena foro.

Illâ sæpe puer Veneris pugnavit arenâ:

165

Et qui spectavit vulnere, vulnus habet.

Dum loquitur, tangitque manum, poscitque libellum;

Et quærit posito pignore, vincat uter;

Saucius ingemuit, telumque volatile sensit:

Et pars spectati muneris ipse fuit.

170

Quid

Terentius ac Martialis ea voce sint usi, sed primam ejus vocis syllabam non posse corripi habeo persuasum. Produciunt certe Propertius, & Martialis. Fiebant autem sabella ex tabulis tenuioribus, unde & tabellæ dicuntur. Puto prius modo corrigendum esse carmen de Mensibus, quod in Catalectis Pithæonis extat,

Augustum panis torres Phæbentius ardor:

Quem recreant fessum, gillo, sabilla, mole.

Ita enim legitur posterior versus in codice longe vetustissimo, quem Petrus Scribentius mihi aliquando utendum dedit. Nec in divorsum abis alter, qui penes multæ enuditionis virum Isaacum Vossium extat. in quo *gillo, saula*. Eliz Vineti codex *gillo, saula*. Scripsit auctor, nisi fallor, *gillo tabella*, unde *tabella* & mox *saula, saula, saula* factum. Nisi *sabella* ab eo relictum fuisse credimus, non habita metri ratione. Esse enim carmen posteriorum temporum vox *gello* abunde evincit, cum *gellonem* Isidorus in Glossis *basileam* interpretetur, vas nempe vitreum. de quo videndum Scaliger ad illa Propertii l. iv. *Varique afrika supellex*. nam quod idem *facilla* pro *sabilla* agnoscit in illo carmine, non persuadet, nec probo. alter tamen *gillonem* seu *gellonem* interpretantur Glossæ optimæ Mss. in quibus, *Αγνاله, gello, ποδινολον*. Heinsh.

164. *Sparfaque sollicito*.] Ludos gladiatorios intelligit, de quibus multa Juvenalis. Exhibebantur autem in foro

arena conftrato: unde arena pro loco accipitur, ubi munus gladiatorum exhibebatur. *Tristem* autem arenam appellat, propter gladiatorum vulnere.

166. *Vulnere habet*.] Vulneratur à Cupidine. *Vulnus habet*.] Proprie de gladiatoribus: quorum si quis vulneraretur, spectatores clamabant, *habet* i. e. ictus est, percussus est. Sic Virgil. l. 2.

Desuper altus æquo graviter feris, atque ita facit:

Hoc habet, hac melior magnis data virtutibus dritis.

Quò etiam referunt illud Terent. *certa capras est: habet*. Et Plaut. *Mossell. 3. 2. Pl. 26. Hoc habet: repperi, qui senem docturum*. Ubi Donatus: *Vox propria in gladiatores vulneratos, aut irritatos: vel insulantis adversarii: vel vulgi acclamantis*. Et in Rudente. 4. 4. vl. 99. *Hoc habet, solusque est*. ubi Taubert. *exultatio more exultantium exclamatio statim à solutione*.

168. *Posito pignore*.] Amantes in spectaculis sponsione facta, anulos deponebant, quam alii aliam victorem fore affirmarent.

169. *Saucius ingemuit*.] Amator sensit, se esse à Cupidine vulneratum.

170. *Et pars spectati muneris ipse fuit*.] Regius & Oxoniensis cum Excerptis Scaligeri ac Puteani, *spectati muneris*. egregie, ut jam monui ad Claudianum, lib. 11. in Rufin. vl. 396. intelligit enim munus gladiatorum. sic *spectare munus*. Martiali,

*Spectabat modo solus inter cuntes
Nigris munus Horatius lauribus.*

Cur

Quid modo cum belli navalis imagine Cæsar
Perfidas induxit Cæropidasque rates?

Nempe ab utroque mari juvenes, ab utroque puellæ
Venère: atque ingens orbis in Urbe fuit.

Quis non invênit, turbâ quod amaret in illâ? 175

Eheu, quàm multos advena torfit Amor!

Ecce parat Cæsar domito, quod defuit, orbi

Addere. nunc, Oriens ultime, noster eris:

Parthe, dabis poenas: Crassi gaudete sepulti,

Signa-

Cur autem munera dicta causam adfect
Servius l. 111. *Æn.* Apud veteres etiam
homines interfeciebantur, sed mortuo Junio
Bruto cum multa gentes ad ejus funus ca-
pitivos misissent, nepos illius eos qui missi
erant, inter se composuit, et sic pugnave-
rant: et quod muneri missi erant, inde mu-
nus appellatum. Quamquam munus vo-
catum, quicquid spectaculi aut in thea-
tris aut in circis exhiberetur. *Circi munus*
dixit noster lib. v. Fastorum. *Heinsius.*

171. *Quid modo, quomodo belli.*] Augustus
Cæsar præter cæteros ludos, quorum
assiduitate varietate, & magnificentia
omnes antecessit, dedit etiam prælium
navale circa Tiberim, cavato solo, in
quo postea fuit Cæsarum nemus: quibus
diebus custodes in urbe disposuit, ne ra-
ritate remanentium grassatoribus ob-
noxia esset.

173. *Perfidas induxit Cæropidasque ra-
tes.*] *Cæropidasque* lege cum prima edi-
tione & multis scriptis. Schedæ Oxo-
nienses *Cæropidasque*. sic *Dardanides ra-
tes* ex veteri libro, & *Argolides puppes*
Remedii Amoris. & *Paratonides rates*
lib. infra 111. & *Dardanides pinus* lib. 1.
Fast. & *Hæmonides aqua* ex veteri libro
Fast. 11. *Bistonides aqua* Trist. 1. El. 1x.
itidem ex veteri codice. *Pegafides unda*
Trist. 111. El. vii. quod male mutant
libri veteres. Plura à me hujus generis
observata ad Epist. ix. §. 73. *Heinsius.*
Perfidas induxit.] Classem designat,
quam M. Antonius (ut docet Plutarch.)
partim orientalibus copiis, partim via-
toribus, agasionibus, messioribus, ado-

lescentulis per totam Græciam à magi-
stris captis, collegerat, & contra Augu-
stum duxerat: quæ deinde apud Actium
devicta, & Romam adducta, in nau-
machia Cæsar's pulcherrimum præbuit
spectaculum. *Perfidas* ergo, Orientis
populos accipe. *Induxit.*] Invenit in ca-
vatum circa Tiberim solum ut pugna-
rent. *Cæropidas.*] Athenienses, qui An-
tonianas partes secuti sunt.

173. *Ab utroque mari.*] Ab orientali
& occidentali plaga.

177. *Ecce parat Cæsar.*] Augustus fini-
to Hispano bello, in Syriam ad compo-
nendum Orientis statum venit: metum-
que Phrahati injecit, ne bellum Parthis
inferret. Itaque tota Parthia captivi ex
Crassiano, sive Antonii exercitu recolle-
cti, signaque cum his militaria Augusto
remissa. *Mer. Domito quod defuit, &c.*]
De Cajo magis quam de Tiberio intel-
ligendum hoc loco & sequentibus vide-
tur: propterea quod Tiberius, Lucio &
Cajo jam mortuis, in Cæsarum fami-
liam adoptatus dentium fuit: ut per id
tempus, quando ipse in Armeniam pro-
fectus est, id quod longe ante mortem
C. & Lucii factum est, Cæsar dici non-
dum potuerit. Deinde, quod & puerum
vocat: quo nomine immerito, ut puto,
Tiberius vocaretur, qui jam plusquam
viginti ætatis annos impleverat, Cum
expeditio Syriaca susciperetur.

179. *Crassi gaudete.*] M. Crassum pa-
trem, & Publium filium, spectatæ virtu-
tis adolescentem designat, quos Parthi
trucidarunt.

Signaque barbaricas non bene passa manus. 180
 Ultor adest; primisque ducem profitetur in armis:
 Bellaque non puero tractat agenda puer.
 Parcite natales, timidi, numerare Deorum:
 Cæsaribus virtus contigit ante diem.
 Ingenium cæleste suis velocius annis. 185
 Surgit; & ignavæ fert male damna moræ.
 Parvus erat, manibusque duos Tirynthius angues
 Pressit: & in cunis jam Jove dignus erat.
 Nunc quoque qui puer es, quantus tum, Bacche, fuisti,
 Cum timuit thyrsos India victa tuos! 190
 Auspiciis animisque patris puer arma movebis:
 Et vinces animis auspiciisque patris.
 Tale rudimentum tanto sub nomine debes;
 Nunc juvenum princeps, deinde future senum.
 Cum tibi sint fratres; fratres ulciscere læsos: 105
 Cum-

180. *Signaque barbarica.*] Signa à Parthis his sunt adempta Romanis: primo Crasso devicto, deinde etiam M. Antonio.

188. *Primisque ducem profectur in armis.*] *Armis* sex libri. sic l. viii. Met.

— *Et primis etiamnum Noster in armis.*

ut quidem illic complures membranz ex melioribus. Intelligenda autem hæc de Cajo Cæsare Agrippæ filio, qui ab Augusto adoptatus expeditionem Parthicam suscepit. Rem narrat Dio & Paternus. Adi Notas lib. viii. Met. M. 313. *Heinsius.*

183. *Parcite natales.*] Pucillis ætatis immaturam virtutem divinitati Cæsarium ascribit. *Timidi.*] Pavidi & timentes, ne quid adversi accidat Cajo contra Parthos eunti, propter ætatem. *Natales deorum.*] Dies quibus nati sunt dii, seu partus deorum.

187. *Tirynthius.*] Hercules, à Tirynthæ oppido haud longe à Mycenis, appellatus: ex quo pulsus Amphytion ejus pater conventitius, Thebas concessit.

189. *Nunc quoque qui puer es.*] Bacchus Boeotias Thebas patriam habuit. Puer orbem peragravit, multas domuit nationes. Primus omnium triumphavit, vestitus Indico elephanto.

191. *Auspiciis animisque patris.*] Ita castigatiores libri. ante perperam *annis* in utroque versu legebatur. *Heins.* *Auspiciis animisque patris.*] Auspiciis & annis Augusti patris per adoptionem, quasi dicat, multum tibi puero conferent auspicia & anni Augusti. Tiberius, sive Cæjus, dicitur arma movere auspiciis Augusti: quoniam ei Cæsar bellum gerendum mandarat. Romæ enim consuetudo erat, ut nihil domi forisque gereretur, nisi captatis auspiciis. Captabantur autem auspicia duobus modis, aut volatu, aut garru avium: quarum quædam oscines, quædam præpeter dicebantur.

193. *Tale rudimentum.*] Tale initium, sub tanto nomine Cæs. Augusti patris.

195. *Quoniam tibi sint fratres.*] Vel M. Agrippam & Lucium innotuit, quos læsos dicit propter jus accipiendi rectores. Vel si ad Tiberium refertur, Cæjum & Læcium

Cumque pater tibi sit; jura tuere patris.
 Induit arma tibi genitor patriæque tuusque:
 Hostis ab invito regna parente rapit.
 Tu pia tela feres, sceleratas ille sagittas:
 Stabunt pro signis jusque piumque tuis. 200
 Vincuntur causâ Parthi, vincantur & armis.
 Eös Latio dux meus addat opes.
 Marisque pater, Cæsarque pater, date numen eunti.
 Nam Deus è vobis alter es, alter eris.
 Auguror en; vinctes: votivæque carmina reddam: 205
 Et magno nobis ore sonandus eris.
 Consistes; aciemque meis hortabere verbis.
 O desint animis ne mea verba tuis!
 Tergaque Parthorum, Romanaque pectora dicam,

Tela-

Lucium intelligit, quos ex Julia nepotes Augustus adoptavit: quibus intra triennium defunctis adoptatur ab Augusto Tiberius simul cum fratre M. Agrippa, quos læsos dicit Poëta propter Cajum à Parthis interemptum.

196. *Jura tuere patris.*] Nam Armenios victo rege Tigrane, in hoc unum servituri genus assuerat Pompejus, ut rectores à Romanis acciperent. Intermissum ergo jus Augustus primo per Cajum, deinde per Tiberium recuperare voluit.

197. *Genitor patriæque, tuusque.*] Augusto senatus populisque Romanus per Valerium Messalam patris patriæ cognomen demulerunt.

198. *Hostis.*] Parthus. *Rapit regna.*] Armeniam dicit; quæ ad Parthos detecerat. *Ab invito parente.*] Ab Augusto id moleste ferente.

199. *Pia tela.*] Quia causa tua est honesta. *Sceleratas ille sagittas.*] Quia Parthorum causa iniqua est.

200. *Stabis pro signis.*] Placet cum uno Vaticano legi *Stabant*. Heinsius. *Stabant pro signis.*] Romanæ militiæ consuetudinem notat. Solebant enim in exercitu numen aliquod Imperatores præferre: ut C. Cæsar victoriam Venerem,

Pompejus Herculem invictum in auxilium vocabat.

202. *Eas opes.*] Parthicas gentes. *Dux meus.*] Tiberius, vel Cajus.

204. *Deus è vobis alter.*] Cæsarem Augustum dicit, qui vivus divinos meruit honores, & mortuus in deorum numerum relatus est. *Alter es, alter eris.*] Intelligit autem Martem & Augustum, quorum alter, hoc est, Mars jam deus erat: alter autem, Augustus scilicet, fururus erat. Non autem de Cajo Tiberiove intelligendum, quorum neutro neque vivo neque mortuo divini honores constituti fuere.

205. *Votivæque carmina.*] Quæ diis vovi, si Parthos viceris.

207. *Consistes.*] In concione stabis. *Meis verbis.*] Meo carmine.

208. *O desint animis.*] *Eac desint unus Vaticanus.* *Heins.* *O desint animis ne mea verba tuis.*] Utinam nostra carmina respondeant & paria sint tuis animis ingentibus: nec deficiant mea verba, quàm scribam gesta tua, & Parthos à te debellatos.

209. *Terga Parthorum.*] Fugam Parthorum. *Romanaque pectora.*] Romanas vires & victoriam.

210. Tr-

Telaque, ab averſo quæ jacit hoſtis equo. 210
 Qui fugis, ut vincas, quid viſto, Parthe, relinques?
 Parthe, malum jam nunc Mars tuus omen habet.
 Ergo erit illa dies, qua tu, pulcherrime rerum,
 Quattuor in niveis aureus ibis equis?
 Ibunt ante duces onerati colla catenis; 215
 Ne poſſint tuti, quâ prius, eſſe fugâ.
 Spectabunt læti juvenes miſtæque puellæ:
 Diffundetque animos omnibus iſta dies:
 Atque aliqua ex illis cum Regum nomina quæret;
 Quæ loca, qui montes, quæve ferantur aquæ; 220
 Omnia reſponde: nec tantum ſi qua rogabit;
 Et quæ neſcieris, ut bene nota refer.
 Hic eſt Euphrates præcinctus arundine frontem:
 Cui coma dependet cærulea, Tigris erit.
 Hos facito Armenios: hæc eſt Danaëia Perſis: 225
 Urbs

210. *Telaque ab adverſo.*] Plutarchus ſcribit, Parthos in fuga etiam ſagittas emittere conſueviſſe, idque poſt Scythas omnium optime facere: unde fugientes non minori hoſtes afficiebant calamitate, quam ſtantes.

211. *Quid fugis ut vincas? quid viſtos, Parthe, relinquis?*] Ita ne? ut viſtos Ovidius Romanos appellavit, ob exercitum Craſſi à Parthis deſerum? abſit omen. Indignum ſane id fuerit majeſtate nominis Romani. Quid ergo? Libri ſex, *quid viſto, Parthe, relinquis?* Nec aliter fragmentum Bodlejani, niſi quod *relinques* in eo. Arondelianus,

Quod fugis ut vincas, quid te viſto parte relinques?

Scribe meo periculo,

Qui fugis ut vincas, quid viſto, Parthe, relinques?

hoc eſt, quid tibi ipſi viſto relinques. Quid aliud viſtus facias? In Vintimiliano certe codice, *Quo fugis.* Heinſius. *Quid fugis, ut vincas.*] Apoſtrophe ad Parthos eſt, quorum pugnandi morem deridet.

214. *Quattuor in niveis.*] Triumphi

forma deſcribitur.

216. *Ne poſſint tuti.*] Cauſam aſſignat, cur catena vinſti ſint captivi.

218. *Diffundetque animos.*] Exhilarabit. *Ille dies.*] Iſta meliores omnes, & ſuperiori verſu lati juvenes, & ſequenti: cum regum nomina quæret. Heinſius.

220. *Quæ loca.*] Nam homines & loca imaginibus ſcriptiſque in triumpho præferabantur.

223. *Hic eſt Euphrates.*] Qui ſerta arundinea capite geſtabit, illum Euphratem eſſe dicit. Coronæ enim ex arundine à poëtis fluminum diis dantur.

224. *Cui coma dependet cærulea.*] Qui capillos habet cœruleos. *Tigris erit.*] Tigris fluvius eſt, qui ex Armeniis fluit, à celeritate diſtus. Medi enim tigrum ſagittam appellant.

225. *Hos fac Armenios.*] Regius, facis cum duobus aliis, totidem cum fragmento Bodlejano, *facit.* Scribe, *Hos facito Armenios.* Simile mendum tollendum ex Ponticorum lib. 1. El. 111.

*Non petis ut bene ſit, ſed mi male tu-
tini.*

Ubi

Urbs in Achæmeniis vallibus ista fuit.

Ille, vel ille, duces. & erunt, quæ nomina dicas:

Si poteris, verè: si minus, apta tamen.

Dant etiam positis aditum convivium mensis:

Est aliquid, præter vina, quod inde petas. 230

Sæpe illic positi teneris adducta lacertis

Purpureus Bacchi cornua preffit Amor.

Vinaque cum bibulas sparsere Cupidinis alas,

Permanet, & capto stat gravis ille loco.

Ille

Ubi Vaticanus unus, petit. alius pete quod.
cum vera lectio sit,

Non petito ut bene sit, sed uti male tu-
tus.

& lib. II. Metamorph. fabula Phaëthon-
tis,

— posuimusque

Effugit Australem.

cum Effugio sit refingendum. Remed.
Amor.

— Exige quod cantes.

vetustissimi libri, Exige ut. pro Exigito
ut. Epist. IV. sub finem,

Perlegis, & lacrymas finge videre
meas.

pro perlegito. Heinſ. Hos fac Armenios.]
Finge illos esse Armenios, quos devicit
Augustus per Tiberium. Hac est Danaia
Persis.] Persis regio est orientalis post
Carmaniam, à Perse Danaës nepote,
cognominata.

226. In Achæmeniis vallibus.] Hoc est.
Persicis.

227. Et erunt quæ nomina dicas.] Fin-
ges nomen.

229. Dant etiam positis.] Inter epulas
quoque poteris tibi amicam conciliare.

231. Sæpe illic positis.] Lege positi cum
codice Regio. & intellige, Bacchi, quod
sequitur. infra hoc libro,

Ergo ubi contigerint positi tibi munera
Bacchi.

lib. III. Artis,

Et moveat posita brachia iussa mero.

Ep. Herus,

Diluitur posito serior hora mero.

Paridis,

Hosibus eveniant convivium talia nostris,
Exterior posito qualia sæpe mero.

Libro VI. Met. fabula Philomelæ,

Regales epula mensis, & Bacchus in an-
ro

Ponitur.

Fastorum lib. III.

Ecce nunc regis fusi per colla coronis

Inveniunt posito pervigilare mero.

lib. III. VI. 301.

Plenaque adorati Dis ponit pocula Bac-
chi.

sic emendo. cum hætenus legatur, dis-
ponit. eodem libro,

Et ducunt posito duras crateres choreas.

lib. V.

Nunc dape, nunc posito mensa nitere
Lyæo.

Amor. lib. IV.

— posito quod candida vino

Atracis ambiguos traxit in arma viros.

lib. II. El. XI.

Illic apposito narrabis multa Lyæo.

Propertius lib. II. El. III.

Quantum quod posito formosæ saltat Jac-
cho!

Sed exemplorum jam satis est. sic & posita
mensa & apposita passim, ut paulo ante
nosser. Heinſius.

232. Purpureus amor.] Formosus Cu-
pido, qui inter epulas versatur. Pressit.]
Demulſit, inclinando ad amoris illece-
bram, priorem animi ferociam & fastum.
Bersman.

234. Et capto stat gravis ille loco.] Libri
veteres capto vel cepto. sic Calpurnius E-
clog. V.

LI

ſix

Ille quidem pennas velociter excutit udas: 235

Sed tamen & spargi pectus amore nocet.

Vina parant animos, faciuntque caloribus aptos:

Cura fugit multo diluiturque mero.

Tunc veniunt risus; tunc pauper cornua fumit:

Tunc dolor & curæ, rugaque frontis abit. 240

Tunc aperit mentes, ævo rarissima nostro

Simplicitas; artes excutiente Deo.

Illic sæpe animos juvenum rapuere puellæ:

Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.

Hic tu fallaci nimium ne crede lucernæ.

Judicio formæ, noxque merumque nocent. 245

Luce deas cœloque Paris spectavit aperto;

Cum dixit Veneri, Vincis utramque Venus.

Nocte latent mendæ, vitioque ignoscitur omni:

Horaque formosam quamlibet illa facit. 250

Consule de gemmis, de tincta murice lana;

Consule de facie corporibusque diem.

Quid

——— *fit tibi cœli*

*Vilis amor, captamque pater ne desere
tortum.*

In Cataleptis Pithœi,

Occidis infelix capto modo flore juvenem.

sic *captum aarmon* Lucanus initio Phœgyrici ad Pisonem. *captus furor* Seneca Hecule funebre, & *capta verba* Hippolyto. iter *captum annus peragis* nostro Fast. lib. 1. & lib. 14. *captum perficere opus*. atque his similia plura, quæ passim occurrunt. Heinsius.

239. *Tunc pauper cornua fumit.*] Fit protervus: in effusam prohibetur audaciam.

243. *Illic sæpe animos, &c.*] In convivio sapientum juvenes capti sunt amore.

244. *Et Venus in vinis.*] Vera lectio. ne dubita. Epistola Parisidis,

*Sæpe mero volui stantem compertere,
at illa*

Crevit: & ebrietas ignis in igne fuit.

Claudianus de bello Gildon.

Ut vino calefacta Venus, tum savior ar-
des

Ebrietas.

Hinc natum apud Græcos proverbium *νὺξ ἐστὶ νὺξ*, de quo Zenobius & Apostolius videndi. Perperam alii, *Venus in vinis*. Callimachus apud Athenæum lib. 11.

Οὐδ' αὖτ' ἔστι νύξ ἐστὶ νύξ αὖτ'.

Heinsius. *Ignis in igne fuit.*] Amoris calor additur calori vini.

245. *Hic in fallaci.*] Docet, eligendum esse amicum in luce & sole.

246. *Noxque merumque nocet.*] Noxam meliores. Heinsius.

248. *Vincis utramque Venus.*] *Utramque Deam* Intimeli & Comelini libet. Idem.

251. *De tincta murice lana.*] Muræ genus conchæ est, à purpura haud dissimilis: sed pro purpura accipitur à Poëtis.

255. *Quid*

Quid tibi foemineos cortus venatibus aptos

Enumerem? numero cedit arena meo.

Quid referam Bajas, prætextaque littora velis, 255

Et, quæ de calido sulfure fumat, aquam?

Hinc aliquis vulnus referens in pectore, dixit;

Non hæc (ut fama est) unda salubris erat.

Ecce suburbanæ templum nemorale Dianæ,

Partaque per gladios regna nocente manu. 260

Illa quod est virgo, quod tela Cupidinis odit;

Multa dedit populo vulnera, multa dabit.

Hactenus, unde legas quod ames, ubi retia ponas,

Præci-

253. *Quid tibi fannius.*] Docet, atraneis quoque posse in sylvis puellas conciliare, præsertim si venatione delectentur. *Mer.*

255. *Quid referam Bajas.*] Bajæ à Bæjo Ulyxis socio nomen traxere. Fuit autem oppidum Campaniæ antiquissimum. Quo sub æstivum tempus, salubritatis causa navigabant matronæ cymbis, variis coloribus pictis, ubi nocturna cænentium coœivia & symphoniæ audiebantur. *Prætextaque littora velis.*] *Bæi* fragmentum Oxoniense. Puto *Bæli*. *Bæli* enim *Bæji* vicini, & quidem in ipso littore. Vide Claverii Italiam. utrumque locum conjunxit quoque Martialis, lib. iv.

Dum pecti à Bælis mater Corollæ Bajas,

Occidit infans crimine morsa fratri.

potest & ferri *prætexta* Bæjis littora ut totum illum tractum littoralem designet; qui à Puteolis Misenum usque promontorium incurvus tenditur, ac sinuosus. Sed & *prætexta velis littora* ita intelligi possunt, ut apud Virgil. lib. vi. *littora curvæ Prætextæ puppæ*. Per sinum enim istum inter Puteolas & Bajas linæ frequentissime volabant. *prætexta velis littora* Gronovius etiam eleganter conjiciebat. sequenti versu multi libri, *manet aquam*. Heins.

256. *Et quæ de calido.*] Bajæ habebant aquas calidas, & ad voluptatem & sanan-

dos morbos accommodatissimas.

257. *Vulnus referens.*] Annot. vuln. ma.

259. *Ecce suburbanæ.*] Locum describit, ubi erat Dianæ templum: de quo in Fastis Ovid. *Suburbana Diana.*] Templum enim non longe aberat ab Aricia.

260. *Partaque per gladios; &c.*] Poëta historiam & morem tangit, quo sacerdotes apud Ariciam alii aliis succedebant. Non enim ingenti hoc munus obibat, sed servi, idemque fugitivi. Qui singulari certamine inter sese dimicantes, cum victoria etiam sacerdotium adipiscerentur: semperque victor idem, & successor alterius erat. Per regnum ergo sacerdotum intellige. nam & ipse sacerdos rex nemoralis, à Nemore scilicet Aricino, ubi templum deæ erat, vocabatur. *Myall.*

261. *Illa quod est virgo.*] Diana enim à poëtis virginis dea appellatur.

262. *Multa vulnera.*] Quia illic nauti amore capiuntur.

263. *Hactenus unde legas.*] Docuit, ubi querenda esset amica: nam quemadmodum concilianda sit, præcipit. *Unde legas.*] Unde eligas. *Ubi retia ponas.*] Pomas scripti mediocres. nisi quod in Oxoniensi puto. *tendi retia* usitatum optimis auctoribus non ignoro. sed & aliter elegans, pro quo libetum piget auctoritas. idque eo magis aridet, quod *plagas tendere* paulo post sequitur.

Præcipit imparibus vecta Thalia rotis.

Nunc tibi, quæ placuit, quas sit capienda per artes, 265

Dicere præcipuæ molior artis opus.

Quisquis ubique viri, dociles advertite mentes;

Pollicitisque favens vulgus adeste meis.

Prima tuæ menti veniat fiducia, cunctas

Posse capi; capies. tu modo tende plagas. 270

Vere prius volucres taceant, æstate cicadæ;

Mænalius lepori det sua terga canis:

Fœmina quam juveni blandè tentata repugnet.

Hæc quoque, quam poteris credere nolle, *volet.*

Utque viro furtiva Venus, sic grata puellæ. 275

Vir male diffimulat: tectius illa cupit.

Conveniat maribus, ne quam nos ante rogemus;

Fœmina jam partes victa rogantis agat.

Mollibus in pratis admugit fœmina tauro:

Fœmina cornipedi semper adhinnit equo. 280

Fortior in nobis, nec tam furiosa libido.

Legi-

quatur. dixi super §. 45. sequenti versu
imparibus rotis, non modis reponendum
ex eorundem codicum auctoritate. Pon-
ticorum lib. 111. El. IV.

*Ferre etiam molles elogi tam vassa tri-
sumphi*

Pondera disparibus non potuero rotis.

Atque ita legendum jam vidit Zinzerlingius in Promulside Critica. Jureti codex notis. proxime verum. Heinsius.

264. *Imparibus modis.* Inæquali modulatione, Hexametri & Pentametri.

267. *Quisquis ubique viri.* Videtur legendum, *Quotquot ubique viri*, vel *Quicquid ubique virum.* Heinsius.

269. *Prima fiducia.* Prima spes. *Veniat fiducia cunctas.* Fiducia forma Regius & Oxoniensis. *Lego formâ posse capi*, puellas tua forma capi posse. idem Oxoniensis capias sequenti versu. Heinsius.

272. *Mænalius canis.* Canis Arcadicus, venaticus, qui in Mænalo monte fetus insequitur.

273. *Tentata repugnet.* Captata Vaticus unus, infra,

Nec temeris semper tutum captare puellas.

Epistola Acontii,

Sic dubium possis capi, captare certe.

Nihil tamen temere hic mirandum. Heinsius.

276. *Male diffimulat.* Nescit amorem celare. *Tectius capis illa.* Cautior est in regendo amore.

278. *Rogantis agat.* Agat meliores libri. *blanda roganque cogat*, pro *blanda rogantis agat* Oxoniensis. Heinsius.

280. *Adhinnit.* Quo desiderium & voluptatem Veneris significat. Cicero in Pison. translate dixit: *Sic suos sensus voluptarios omnes incitavit*; sic ad istius hanc orationem adhinnivit.

281. *Farcier in nobis nec tam furiosa libido est.* Fortior primæ editiones, & Intemelianus codex pro diversa lectione. eleganter, quomodo & Nagerius conj-

Legitimum finem flamma virilis habet.

Byblida quid referam, vetito quæ fratris amore

Arfit; & est laqueo fortiter ulta nefas?

Myrrha patrem, sed non quò filia debet, amavit: 285

Et nunc obducto cortice pressa latet.

Illius & lacrymis, quas arbore fundit odorâ,

Ungimur; & dominæ nomina gutta tenet.

Forte sub umbrosis nemorosæ vallibus Idæ

Candidus armenti gloria taurus erat;

290

Signa-

coniciebat. & in margine Gryphlanz legimur editionis. *Fortis* enim Ovidio pro eo, qui moderatur adfectibus, sæpe ponitur. Remed. Am.

Fortius è multis mater desiderat unum, Quam qua flens clamas, Tu mihi solus eras.

Ita enim illic legit optimus liber Regius. Paulo ante dixerat,

Hortor et ut pariter binas habeatis amicas.

Fortior est, plures si quis habere potest.

lib. II. ut & illic scribendum puto,

— *fortior ille est,*

Quo veniant alii conciliante viro.

lib. VII. Met. Fabula Medæ,

Et jam fortis erat, fractusque resederat arbor.

Pont. lib. I. El. IV.

Sic ego mentis jacens et acerbo sancius istu,

Admonitus capi fortior esse suo.

Epistola Herus:

Urinar igne pari, sed sum tibi viribus impar.

Fortius ingenium suspicio esse viris.

Auctor Elegiæ in obitum Drusi,

Scilicet exiguo percussa es fulminis istu,

Fortior ut possis cladibus esse tuis.

& mox,

Omnia jam metuo. fortior ante fui.

Plura vide Notis ad Remed. Amor. VI. 463. Heinsius.

282. *Legitimum finem.*] *Legitimam*

Mentellii liber. adi notas ad Amor. I. II.

El. XII. Propertius lib. I. Eleg. XVI.

Nullane finis erit. Virgilius lib. II. *Hæc finis Priami fatum.* lib. III. *Quam festis finem rebus dabis?* & lib. V. VI. 327. *sub ipsam finem.* quomodo illis locis Grammatici veteres & præstantiores membranz agnoscunt. Noster in ibide,

Quam finem vita Sardanapallus habet. ita optimus codex. *Idem.* *Legitimam finem.*] Certum modum. *Flamma virilis.*] Amor virorum.

283. *Byblida quid referam.*] Exemplis agit, amoris esse magis obnoxias feminas, quam viros. Byblis ex filia Mæandri nata, Cæum fratrem turpiter amavit: qui scelestis amore cognito, ex patria profugit. Fabulam Plin. narrat. Et Ovid. in Metam.

284. *Et est laqueo.*] Hic laqueo eam dicit vitam finivisse: in Metam. vero aliter ejus exitum describit.

285. *Myrrha patrem.*] Fabulam in Metam. narrat. *Qua filia debet.*] Quo meliores. Heinsius.

286. *Obducto cortice.*] *Abducto* tres libri. Commelinianus cum uno Palatino. *adducto.* placet. *conducto cortice* dixit libro IV. Met. *Idem.* *Obducto cortice.*] Nam in arborem mutata est.

287. *Illius lacrymis.*] *Illius* & scripti nonnulli. haud male. *Illius* è Oronienfis. Puto, *Illius* & lacrymis, quas arbore fundit odore, *Ungimur.* Heinsius. *Illius lacrymis.*] Myrrhæ guttis, ex arbore stillantibus.

289. *Vallibus Idæ.*] Ida mons fuit non modo Troicus, sed & Cretensis.

Signatus tenui media inter cornua nigro.

Una fuit labes; cætera lactis erant.

Illum Gnosiadesque Cydoneæque juvencæ

Optarunt tergo sustinuisse suo.

Pasiphaë fieri gaudebat adultera tauri:

295

Invida formosas oderat illa boves.

Nota cano. non hoc, centum quæ sustinet urbes,

Quamvis sit mendax, Creta negare potest.

Ipsa novas frondes, & prata tenerrima, tauro

Fertur inassuetâ subsecuisse manu.

300

It comes armentis; nec ituram cura moratur

Conjugis: & Minos à bove victus erat.

Quò tibi, Pasiphaë, pretiosas sumere vestes?

Iste

291. *Tenui media inter cornua nigro.*] Alii. *tenui virga.* unus Vaticanus, 8770. Sed nil mutandum. *nigro* ut *albo* apud Virgilium lib. 111. Georg.

Nec mihi displiceat maculis insignis & albo,

Aut juga detroctant.

Nostr Met. 111.

Et nigram medio frontem distinctam ab albo

Harpalus. Heinſius.

Tenui nigro.] Macula nigra, sed parva. *Met.*

292. *Una fuit labes.*] Hanc solum habuit maculam nigram. *Micyll.*

293. *Illum Gnosiadesque Cydoneasque juvencæ.*] Mixte variant hic libri. meliores tamen *Gnosiades Cydoneasque.* quod sequendum duxi. nisi quod *Gnosiadesque* lego vel invidis scriptis. cum prior in *Cydon* syllaba corripitur ab antiquis scriptoribus. apud Maronem tamen *Cydon* nomen viri productum existat. *Heins.* *Gnosiadesque.*] Cretenses à Gnoso Cretæ urbe, quam condidit Minos. *Cydoneaque.*] A Cydone ejusdem Cretæ oppido, condito ab eodem Minos.

297. *Centum quæ sustinet urbes.*] Creta enim à Creta nympha, Hesperidis filia cognominata, centum fuit urbium clara, ut Plin. docet. Et Strabo scribit, eam

Hecatompolin appellatam esse.

298. *Quamvis sit mendax.*] Cretenses enim mendaces appellantur.

299. *Ipsa novas frondes & prata tenerrima.*] Per *prata* libri nonnulli. sed male. frondes & herbas sic quoque conjunctis lib. 1. Metam. de 16,

Frondibus arboris & amarâ poscitur herba. Heinſius.

301. *Ituram.*] Pasiphaën taurum secuturam.

302. *A bove victus erat.*] Quia illa pluris faciebat taurum quam maritum.

303. *Quid tibi Pasiphaë, pretiosas sumere vestes?*] Omnino scribendum, vel contra libros, *Quo tibi?* eleganter enim id cum infinitivo jungitur. Certe in codice Regio, *Quod tibi.* sic apud Persium Sat. 1. *Quo didicisse.* ubi veterrimus codex Putaneorum fratrum *Quod* similiter scriptum exhibebat lib. 111. Amor. El. VIII.

Quo tibi turritis incingere mantus urbes?

Quo fera discordes addere in arma manus?

ut recte meliores libri. Horatius lib. 1. Sat. VI.

— *quo tibi Tully*

Sumere depositum clavum, ferique tribune.

noſter

Iste tuus nullus sentit adulter opes.

Quid tibi cum speculo montana armenta petenti? 305

Quid toties positas fingis, inepta, comas?

Crede tamen speculo, quod te negat esse juvencam.

Quam cuperes fronti cornua nata tuæ!

Sive placet Minos; nullus quæretur adulter.

Sive virum mavis fallere; falle viro. 310

In nemus & saltus thalamo regina relicto

Fertur, ut Aönio concita Baccha Deo.

Ah quoties vaccam vultu spectavit iniquo,

Et dixit, Domino cur placet ista meo!

Aspice, ut ante ipsum teneris exultet in herbis: 315

Nec dubito, quin se stulta decere putet.

Dixit; & ingenti jamdudum de grege duci

Jussit; & immeritam sub juga panda trahi:

Aut cadere ante aras commentaque sacra coëgit:

Et tenuit lætâ pellicis exta manu. 320

Pellicibus quoties placavit numina cæsis:

Atque

noster Fastor. lib. v. ex vestigiis veteris libri:

Quo tibi nunc solitas mitti post terga sagittas?

Pont. lib. i. El. v. ex antiquis itidem libris,

Quo mihi diversum famâ contendere in orbem?

Similiter dicebant, *Quo tibi, si contendas. eadem elegia, ut ex vestigiis veterum librorum est legendum,*

Quo tibi, si calidâ positus laudare Syene? Heinfius.

304. *Ille tuus.*] Iste Oxoniensis. Idem.

310. *Virum fallere.*] Maritum Minoa decipere. *Falle viro.*] Ames hominem, non taurum.

312. *Concita Baccha.*] Sacerdos Bacchi, furore numinis impulsio. *Aonio deo.*] Baccho, qui in Bœotia colitur, ubi erat Thebe, natale solum Liberi patris, & Herculis: & Cithæron, fabulis carminibusque celebratissimus.

315. *Ut ante ipsum teneris exultat.*]

Exultat meliora exemplaria. & mox, quin se stulta decere putet, non placere. ita in Metam. iv.

Et quid se deceat spectatas consulis mædas.

Remedio Amorum,

Et nihil est quod se dedecuisse putent. codex tamen Regius & Oxoniensis, quin est ultra decere. Forte quin & stulta decere putet. Heinf.

318. *Sub juga curva trahi.*] *Fuga panda* prima editio cum quatuor scriptis. quæ vox in deliciis est nostro. Epistola Hypsipyles,

Isse sacros Marti sub juga panda boves. Amor. lib. i. El. xiiii.

Prima vocas tardos sub juga panda boves.

Pont. lib. i. El. ix.

Ducam ruricolas sub juga panda boves. sic & pandus asellus, panda carina, pandum rostrum & similia apud nostrum passim. Vide Notas Metamorph. lib. x. v. 270. Idem.

Atque ait exta tenens, Ite, placete meo!
Et modo se Europen fieri, modo postulat Iö :

Altera quod bos est; altera vecta bove.

Hanc tamen implevit vaccâ deceptus acernâ 325

Dux gregis: & partu proditus auctor erat.

Cressa Thyestêo si se abstinuisset amore;

(O quantum est, uni posse placere viro!)

Non medium rupisset iter, curruque retorto

Auroram versis Phoebus adisset equis. 330

Filia purpureos Niso furata capillos,

Pube premit rabidos inguinibusque canes.

Qui Martem terrâ, Neptunum effugit in undis,

Conju-

323. *Et modo se furi Europam.*] *Se Europam fieri castigatioris libri. Idem.*

324. *Altera quod bos est.*] Iö facta est vacca.

327. *Cressa Thyestea.*] *Ærope* Cretensem *Atrei* uxorem cum *Thyeste* concubuisse, scribit *Seneca*: quod *aggre ferens Atreus*, liberos ei epulandos apposuit: quæ *Sol*, ne pollueretur, effugit. *Amore Thyestea.*] *Nefando Thyestis concubitu.*

328. *O quantum est.*] *Et quantum Regius* cum tribus aliis, *Puxo*, *At quantum est.* *Ha quantum decem alii.* *Oxonienfis,*

Et quantum est uno posse carere viro.

Heinsius.

329. *Non medium rupisset iter.*] *Non in medio itinere.* *Sol cursum avertisset, ne scelus conspiceret.* *Rupisset medium iter.*] *Interrupisset: nec petrexisset, retrogressisset.* *Sic Sen. in Thyest. 2. 4. 76.*

O Phæbe patiens, fugeris vatro licet,

Medioque ruptum merjeris caelo diem.

Sic dicimus, rumpere vocem, pro abruptum, tacere. infra v. 539. *Excidit illa metu, rupitque novissima verba.* *Contra, rumpere silentia, pro loqui.* *Virgil. 10.*

quid me alta silentia cogis Rumpere, & obdultum verbis vulgare dolorem? *Vide Æneid. 2. ibique Servium,*

Compasus rumpis vocem.

Curruque retorto.] *Curru reflexo, & ad orientem, unde discesserat, redeunti.*

331. *Filia purpureos.*] *Scylla*, *Nisi Megarensum* regis filia, capta a *Prote* *Minos*, qui ejus patriam obsidebat, purpuream comam patriæ, in qua fata urbis constabant, illi artulit, sed à *Minos* spreta, in avem *cyrin* à *Neptuno* mutata est: ut in *Metamorphosi* narrat *Ovid.*

332. *Puppe celsa.*] *Cui exsultat, dum Minos discederet. Puppe cadens celsa facta referret avis.*] *Multi codices,*

Hanc hostem patitur cum reliquis avibus.

at in *Oxonienfi* nec, hic nec sequens versus ille,

Altera Scylla maris monstrum medicamine Circes,

exstabat, ut nec in *Regio secundæ* notz. at optimus manu recentiori margini adscriptos agnoscebat, alterumque legebat hoc modo,

Altera Scylla novum Circes medicamine monstrum.

Patavinus Trevisani,

Filia sed Phœci correpta cupidinis Glau-

ci. alii codices aliter legunt hos versus. Quæ *Grammaticorum* commentata sunt. *Utrumque* autem delendum esse pluribus docui ad *Sabini Penelopem.* *Heinsius.*

333. *Qui Martem terris.*] *Terra meliores.* *Idem.* *Qui Martem terrâ.*] *A-*

gammæon

Conjugis Atrides victima dira fuit.

Cui non defleta est Ephyrææ flamma Creüsæ?

335

Et nece natorum sanguinolenta parens?

Flevit Amyntorides per inania lumina Phoenix:

Hippolytum pavidi diripuistis equi.

Quid fodis immeritis, Phineu, sua lumina natis?

Pœna reversura est in caput ista tuum.

340

Omnia foemineâ sunt ista libidine mota.

Acrior

Agamemnon post excidium Trojanz urbis totum annum erravit. Deinde in patriam venit: sed sceleratz conjugis Clytemnestrz dolis, ab Ægistho adultero incursus in convivio obtruncatur. *Marm. terræ.*] Ex prælio enim Trojano incolumis evasit. *Neptunum effugit.*] Evasis maris procellas.

334. *Atrides villima.*] Agamemnon enim convivio exceptus ab impia conjugē, tanquam bos cecidit. *Odyss. 8. V. 534.*

Τὸν δ' ἐκ εἰδὼτ' ἑλισσοῖ ἀνέγαγε καὶ
καλίστρεψε
δακτυλοῖσιν, ὡς τις τὰ καλίστρεψε βῆν
ἐπὶ φάτνῃ.

Similiter Juven. Satyr. 10. de Priamo.
Et ruit ante aras summi Jovis, ut vetulus bos.

Et Senec. Agamemn. 2. 5. v. 897.

Armas bipennis Tyndaris dextram fovens.

Qualisque ad aras, colla taurorum prius

Designat oculis, ante quam ferro potat.

Maciati more juveni. —

335. *Cui non defleta est.*] Jafon rapto vellere, id Creonti Corinthiorum regi detulit: cujus filiam Creusam vel Glaucon (ut maluit Diodorus) uxorem duxit, repudiata Medea: quæ irata regiam cum conjugē Creusâ incendit, laniavitque filios duos, quos ex Jafone suscepit. De Jafone plura legito apud Diodorum in 5. *Flammæ.*] Qua Medea Creusam absumpsit. *Creusa Ephyræa.*] Id est, Creusæ Corinthiæ. Corinthus enim urbs A-

chaz, quæ prius dicebatur *Ephyræ*, ut docet Plin.

336. *Nece natorum.*] Duos enim filios ex Jafone interemit.

337. *Flevit Amyntorides.*] Phoenix filius fuit Amyntoris filii Cercaphi: quem Phocidem, alii Ormenium genisse volunt. Hic cum amica patris rem habebat: sed post multas ejus imprecationes ex Hellade discessit. Is igitur ad Pelum fugit, quem filio Achilli comitem præceptoremque dedit. *Per inania lumina Phoenix.*] *Perinania* quidam, ut apud Martialem, *magnam* sed *perinane* *sophos*. unica voce. *Heinsius.*

338. *Hippolytum rapidi.*] Phædræ etiam exemplo, majorem esse in foeminis quam in viris amorem, ostendit. *Rapidi diripuistis equi.*] *Pavidi* est in nonnullis, ut *Remedio Amoris*,

Perdas opes Phædra, parcas, Neptuno, nepoti,

Nec faciet pavidos tauris avitus equos.

Eosdem equos *confermatos* & *attenuatos* alibi vocat. Regius, Oxoniensis & quatuor alii, *rabidi equi*. *Heinsius.*

339. *Quid fodis immeritis.*] Phineus rex fuit Arcadiæ: qui repudiata Cleopatra, uxorem Harpalicem Scythicam duxit, cujus instinctu filios occidit. Sed in hujus rei vindictam mox illum dii oculis privarunt, & harpyias aves immiserunt, quæ dapes diripiebant, atque ventris profluvio fœdebant.

341. *Sunt ista libidine mota.*] *Cupidine* plena Oxoniensis. *Heinsius.* *Libidine* *saevius.*] Amore muliebri.

L 1

343. Cui-

Acrior est nostrâ, plusque furoris habet.

Ergo age, ne dubita cunctas superare puellas.

Vix erit è multis quæ neget una tibi.

Quæ dant, quæque negant, gaudent tamen esse rogatæ.

Ut jam fallaris, tuta repulsa tua est.

Sed cur fallaris, cum sit nova grata voluptas?

Et capiant animos plus aliena suos?

Fertilior seges est alienis semper in agris:

Vicinumque pecus grandius uber habet.

350

Sed prius ancillam captandæ nosse puellæ

Cura sit: accessus molliat illa tuos.

Proxima consiliis dominæ sit ut illa videto;

Neve parum tacitis conscia fida jocis.

Hanc tu pollicitis, hanc tu corrumpere rogando.

355
Quod

348. *Omnes superare puellas.*] Imo sperari. quod emendatiores membranae agnoscunt, quoniam *superare* pro *copugnare* possit capi. ut in isto Virgilii,

— dominæque potentem

Supplicibus supera donis.

quomodo & idem alibi locutus. Heins.

346. *Ut jam fallaris.*] Quam negaverit mulier. *Tuta repulsa.*] Quia nihil meli ex ea consequeris.

348. *Et capiant animos plus aliena suis.*] Sues Jurcti & Politiani codex cum aliis quibusdam. Ozonienſis animos plus aliena suis. Metuo ne distichon sit ab interpolatrici manu confectum, cum ad rem non satis faciat: idque eo magis, quod *alienis* mox deinceps sequatur inconcinnâ repetitione. Heinsius.

351. *Captata nosse puella.*] Capienda Intimeliensis. Idem *Ancillam captanda puella nosse.*] Hæc enim disciplina est amatoribus: memoraret ancillas primas, ad dominam qui afflaret vicem. Hinc callida ancilla ad Menuchum. Sotici. 3. 3. v. 17.

AN. *Amato, in Menachme, inatris da mihi*

Faciemdas pondo dextra marmore flammis,

Ut te liberator videam, cum ad nos veneris.

ME. Fict.

Et in Afinar. 1. 3. v. 31.

Vult placere sese amico, vult mibi, vult pedissequa,

Vult famulis, vult etiam ancillis: & quoque casulo meo

Sublonditur novus amator.

352. *Molliat.*] Molles & faciles reddat. *Tuos accessus.*] Tuos aditus ad amicum. Mer.

353. *Proxima consiliis dominæ sit ut illa videto.*] Tunc libri quidam non agnoscunt. Ozonienſis & Petavianus, *se an illa.* Forte *Conscia consiliis.* consiliis etiam est in Commeliniano. de qua voce lib. 1. Met. v. 711. actum est. sic Ep. Helenæ legendum videtur,

Quæ mihi sum comites concubinaque dæ.

non consilium. Heins.

354. *Neve parum tacitis conscia, &c.*] Sensus est: Videto ne parum fida sit tacitis jocis conscia: hoc est, concilia eam tibi sic, ut iusibus occultis vestris, quoniam conscia fuerit ipsa, silentium adhibeat.

359. Latif-

Quod petis, è facili, si volet illa, feres.

Illā legat tempus (medici quoque tempora servant)

Quo facilis dominæ mens sit, & apta capi.

Mens erit apta capi tunc, cum lætissima rerum

Ut seges in pingui luxuriabit humo.

Pectora dum gaudent, nec sunt adstricta dolore,

Ipsa patent: blandâ tum subit arte Venus.

Tum cum tristis erat defensa est Ilios armis:

Militibus gravidum læta recepit equum.

Tum quoque tentanda est, cum pellice læsa dolebit:

Tum facias operâ, ne sit inulta, tuâ.

Hanc matutinos pectens ancilla capillos

Incitet: & velo remigis addat opem.

Et secum tenui suspirans murmure dicat;

Ut puto, non poteris ipsa referre vicem.

Tum de te narret: tum persuadentia verba

Addat; & infano juret amore mori.

Sed properet, ne vela cadant, auræque residant.

Ut

359. *Lætissima rerum.*] Amica hilaris.

360. *Luxuriabit humer.*] *Luxuriavit* Regius & Oxoniensis cum aliis nonnullis. Jureti *luxuriatur*. *Legē luxuriavit*. & sic unus Vaticanus. *Hainsius*.

363. *Defensa est Ilios armis.*] *Ilios* Regius, Oxoniensis, alique non pauci ex melioribus. Vide notas ad Epistolam primam, v. 48. *Idem*.

366. *Tunc facies.*] *Tum facias tres* scripti. *Idem*.

368. *Remigis addat opem.*] Subremiget: negotium nostrum promoveat, & in amore adjutrix sit, quo melius proveniat: uti, qui remis & velis utuntur, procedunt citatius. Et eam sententiam esse Virgilii 10. *Æneid.* mihi persuadeo; non simpliciter, *subnatas*, ut vult Servius: Versus hi sunt:

Pene sequens dextra puppium tenet, ipsaque dorso

Eminet, ac læva tacitis subremigat undis.

Id quod ex sequentibus clarum est:

Dixerat: & dextra discoloris impetum altum,

Haud ignara modi, puppium, fugis illa per undas

Ocior & jaculo, & ventos æquante sagitta.

Atque id remigis esse puto opem velo addere.

370. *Ut puto, non poteris ipsa.*] *Poteras ipse* Regius. alius, *poteras ipsa*. nihil videtur mutandum. Non poteris vicem illi in amando referre. *Hainsius*. *Referre vicem.*] *Referre gratiam amanti.* *Idem*. *Ipsa referre vicem.*] Hoc est, compensare id quod conjux in te precavit te ulcisci. *Micyll*.

373. *Sed propera, ne vela cadant, iraque residant.*] *Properas* Oxoniensis, ut ad ancillam referatur. deinde *auraque* residant unus Palatinus. ut in metaphora persistat. quo alludunt duo alii, in quibus *viresque*. Virgil. *Æn. vii*.

— *omnisque repente resedit* Flaut. *Heins*.

Ne

Ut fragilis glacies, interit ira morâ.
 Quæris, an hanc ipsam proſit violare miniſtram? 375
 Talibus admiſſis alca grandis ineſt.
 Hæc à concubitu fit ſedula; tardior illa:
 Hæc dominæ munus te parat, illa ſibi.
 Caſus in eventu eſt. licet hæc indulgeat auſis;
 Conſilium tamen eſt abſtinuiſſe meum. 380
 Non ego per præceps & acuta cacumina vadam:
 Nec juvenum quiſquam me duce captus erit.
 Si tamen illa tibi, dum dat recipitque tabellas,
 Corpore, non tantum ſedulitate, placet;
 Fac dominâ potiùs prius; comes illa ſequatur. 385
 Non tibi ab ancillâ eſt incipienda Venus.
 Hoc unum moneo (ſi quid modo creditur arti.
 Nec mea dicta rapax per mare ventus agit)
 Aut non tentaris, aut perſice. tollitur index;
 Cum ſemel in partem criminis ipſa venit. 390
 Non

Ne vela cadant.] Ne opportunitas negli-
 gatur. in tempore enim venire, omnium
 eſt rerum primum. πολλὴν γὰρ ὁ κα-
 πόξ γίνεται παρατήρ. Menand. lib. 53.
Dum vocat aura ratem.

375. *Violare miniſtram.*] Duo codi-
 ces variare. unus mollire. temerare opinor
 legendum Naſoniano verbo. Vide No-
 tas Amor. lib. 1. El. VII. v. 19. Hein-
 ſius.

377. *Hæc ad concubitum.*] A concu-
 bitu Regius à manu prima, cum Scali-
 geri & Puteani excerptis. Sequenti ex-
 iam verſu te parat pro temperat ex aucto-
 ritate optimorum codicum ſcribendum.
 quod in Obſervationibus jam monuit
 accuratiſſimus Gronovius lib. 1. cap. x.
Idem.

379. *Caſus in eventu eſt.*] Succellus
 rei pendet è fortuna. Licet hic indulgeat
 auſis.] Scripti plurimi hæc. nimirum
 ancilla. & recte. Heinſius.

381. *Acuta cacumina.*] Albertus Ru-
 benius magno rei literariæ damno hu-

per extinctus, retulit mihi aliquando
 vidiffſe ſe codicem, in quo acuta Ceramnia
 legeretur. noſtri omnes cum vulgatis
 ſentiunt. *Idem.*

385. *Comes illa ſequatur.*] Comes inde
 unus Palatinus. non male. Heinſius.

388. *Per mare ventus agit.*] Scribe
 agit cum melioribus. *Idem.*

389. *Aut nunquam tentes, aut perſi-
 ce.*] Aut non tentaffes Regius & multi
 alii. Jureti codex, nec pauci alii, Aut
 non tentabis. Oxoniensis, tentares. Lego
 Aut non tentaris. Mutarunt id ſcioli,
 quod neſcirent ultimam ſyllabam ſæpe
 produci in huiusmodi verbis. quâ de re
 diximus ad Epistolam VII. v. 53. noſter
 infra hoc ipſo libro, v. 447.

*Si dederis aliquod, poteris ratione re-
 linqui.*

Cum vulgo legatur, ſi dederis quicquam.
 ſequenti verſu ipſa veni pro illa ſdem
 libri. *Idem.*

390. *Cum ſemel in partem criminis illa
 venit.*] Quafi dicat, nunquam illa de do-
 mina

Non avis utiliter viscatis effugit alis:

Non bene de laxis cassibus exit aper.

Saucius arrepto piscis teneatur ab hamo.

Perprime tentatam: nec, nisi victor, abi.

Tum neque te prodet communi obnoxia culpæ: 395

Factaque erunt dominæ dictaque nota tibi.

Sed

mina indicabit marito, postquam ipsa quoque in eadem culpa erit, & in societatem criminis venit. *Micyl.*

391. *Non avis utiliter.*] Avis exemplo docet, ancillam non tuto intactam relinqui, cum semel tentatur.

392. *Laxis cassibus.*] Non bene tentis retibus.

393. *Piscis retinetur ab hamo.*] Tentatur scripti. *Heinsius.*

394. *Opprimo tentatam.*] Scripti fere omnes *Perprime.* id est, usque preme. *Idem.*

395. *Communi noxia culpa.*] Alii *conscia culpa*: duo *noxia culpa.* Patavinus unus *obnoxia culpa.* Scribe, *communi obnoxia culpa.* Accius apud Festum in Noxa, *Te esse huic noxa obnoxium.* Aufonius Cupidine Cruci adfixo,

Ipsa etiam simili genitrix obnoxia culpa Alma Venus.

Phœdrus libro 1. Fab. 2.

Lepus arguebat vulpem furti crimine:

Negabat illa se esse culpa obnoxiam.

ita scribo: non quod ignorem culpa proximum & affinem Latine dici: sed quod id minus huic loco convenire censeam, ubi de ipsa culpa agitur. opportunum vero *Tò proximus culpa* apud Val. Flaccum lib. 111. in oratione Mopii,

At quibus invito maduerunt sanguine dextra.

Si fors lava talis miseros & proxima culpa.

sic emenda. pereram nunc circumferetur,

Si fors lava talis miseros, sed proxima culpa.

agit enim de iis, qui nolentes eadem admisserunt. apud eundem Valerium ex eadem Mopii oratione aliud intendum tollatur,

— sed nostra requirit

Cura viam, memori jam pridem cognita vita.

sic enim restituo, cum *memori vatis* nunc occupet scriptos ac vulgatos, quos vidi, codices. atque ita libro 14. quoque restituendum puro in oratione Phinci,

— *Salva o mihi linguam*

Expectata manus, nostrisque, ait, agnita vitis.

quod sequentia confirmant. *vatis* nunc legitur. *vittas* pro vaticinio posuit. *communi noxia culpa* pro *obnoxia* apud nostrum absorpta una syllaba, cuiusmodi mendas non paucas alibi castigavimus. sic apud eundem Valerium hoc ipso tertio libro 213.

— *graviorque oculos jam lucis propinqua*

Umbra premit,

scribendum, cum locus inepte legatur. idem Valerius libro 14.

Savis inops Amycus, nullo discrimine sese Precipitans avidusque viri (respicitur evantes

Quippe praeclux Minyas) castis velatus utroque

Irruit.

Tò velatus otiosum. jam enim *castus velatus* satis descripserat, si tamen id recte dicitur. Legendam *castusque elatus utroque.* Sublato utroque *castu*, quod improvidum, & contra regulam artis. opinor etiam reponendum *avidusque ira.* nam sequitur mox *tracis ultro Advolat ora viri.* *Elatus* mediis aquis Alcides eidem Valerio libro 11. & lib. 1. *elatis cornibus amnes.* & *elata dextra* libro 111. & lib. 1111. & *elata securi* libro 5. pro sublata. apud Græcium,

Ipsè deus cultorque feri Tiryntius orbis Hinc decus & fama primum impetravit honorem.

per

Sed bene celetur. bene si celabitur index,
 Notitiæ suberit semper amica tuæ.
 Tempora qui solis operosa colentibus arva,
 Fallitur, & nautis aspicienda putat.
 Nec semper credenda Ceres fallacibus arvis:
 Nec semper viridi concava puppis aquæ.
 Nec teneras semper tutum captare puellas.
 Sæpe dato melius tempore fiet idem.
 Sive dies suberit natalis; sive Kalendæ,
 Quas Venerem Marti continuasse juvat:
 Sive erit ornatus, non ut fuit ante, sigillis;
 Sed Regum positas Circus habebit opes;

400

405

Differ

perperam *primus patavis* nunc legitur. *imparare* secunda producta apud Gratium bis alibi, & apud Propertium occurrit. *Hainsius*. *Nosia*.] Nocturnæ ancilla vel concia, & obnoxia.

397. *Sed bene celetur*.] Quicquid tibi ancilla dixerit de amica. *Bene si celabitur index*.] Ancilla.

400. *Et nautis aspicienda putat*.] Tempora non modo ab agricola & nauta, sed etiam ab amante observanda esse dicit.

401. *Nec semper*.] Non omni tempore feminandum est.

402. *Viridi aqua*.] Mari glauco. Nam austris spirantibus, mare fit glaucum & coerulum; aequilonibus, obscurius atriusculum.

403. *Nec teneras semper tutum est*.] Potiores scripti,

Nec teneras semper tutum captare.

Meisius.

404. *Fiet idem*.] Captabitur puella.

405. *Si dies suberit*.] Tò suberit paulo ante precesserat. Quare malim *sive dies quærit*. quod est in duobus. totidem *fuerit*. Aut forte *venit* scribendum. *Hainsius*. *Dies natalis*.] Amicæ: qui apud piseos habebatur in magna veneratione. *Sive kalenda*.] Ovid. in Fastis docet cur matronæ Romanæ, calendis Martiis Junoni sacrificent. Mittebantur autem munera ad amicas calendis Martiis.

406. *Quas Venerem Marti*.] Hoc dicit, quis calendæ Martiæ etiam Veneri serviebant, quoniam colebatur à mulieribus. Vel quia Martiæ calendæ Aprilem Veneri dicarum præcedebant.

407. *Sigillis*.] Parvis statuis, quibus etiam theatra ornabantur. Scribit Plin. lib. 7. cap. 3. Pompejum Magnam, in ornamento theatri: mirabiles fana posuisse effigies. Ordo autem est: Sive non erit ornatus circus sigillis, ut fuit ante: quia primo ille solum parvis statuis ornabatur, deinde regalibus muneribus ornari cœpit. Dicit Ovidius, non captandas esse puellas tempore quo tragœdiæ aliqua recitatur: quia tunc puellæ sunt tristes, propter flebilem tragœdiæ materiam.

408. *Sed regum positas*.] Oblectos dicit, qui in medio circo locabantur. Est autem oblectus lapis in figuram rostris cuiusdam, sensum in excoelsum confurgens. *Mer*. *Circus habebit opes*.] Ego vero simpliciter accipio de quibuscunque regum opibus ac spoliis, Romam per imperatores allatis, quibus circus & theatra exornari solebant. Innuat Poëta, cum varie ac speciosis rebus circus exornatus erit, ita ut puellæ illis contemplandis vacare magis quam amoris velint, tunc abstinendum esse: tunc enim operam in illis conciliandis frustra sumit. *Micyll*.

409. Dif-

Differ opus. tunc tristis hyems, tunc Pliades instant:

Tunc tener æquorea mergitur Hædus aqua. 410

Tunc bene definitur: tunc, si qui creditur alto,

Vix tenuit laceræ naufraga membra ratis.

Tu licet incipias, qua flebilis Allia luce

Vulneribus latius sanguinolenta fuit:

Quaque die redeunt rebus minus apta gerendis 415

Culta Palæstino septima festa Syro.

Magna superstitione tibi sit natalis amicæ:

Quaque aliquid dandum est, illa sit atra dies.

Cum bene vitaris; tamen auferet. invenit artem

Fœmi-

409. *Differ opus.*] Quia hyems, & Pliades, & Hædi instant: hoc est, non esse tentandum puellæ animum tunc, quia periclitaturus sit amator, perinde ut nauta, qui sub ortum aut occasum Pleiadum & Hædonum navigationem instituit. *Miscyl.* *Pleiades instant.*] Libri veterrimi *Pliades.* ut & alibi in iisdem scribi videas apud Virgilium Mediceum & Germanicum Cæsarem Vossii literis majoribus Romanæ exaratos. atque ita semper scribendum censeo, quoties ea vox trisyllaba occurrit. Cæterum legendum videntur,

— dum tristis hyems, dum Pliades instant,

Dum tener æquorea mergitur Hædus aqua.
ut metaphorice hæc omnia dicantur. *Heinsius.*

410. *Hædus aqua.*] Antiqui hædos humeris gestat, qui à poetis *Olenium* pecus appellantur. Et capram *Olenium* appellat Ovid. in *Metamorph.* Oritur autem Hædi 5. Calend. Octob. in ortu autem & occasu tempestatem pluviamque faciunt.

411. *Tunc bene definitur.*] Cessatur à captanda puella.

413. *Tunc licet incipias.*] Oxoniensis *Tu licet.* & sequor. sic infra,
Tu licet & Tamyran superes & Ammonæ carum.

& lib. III. Pont. El. IV.

Tu licet erroris sub imagine crimin obno-
bres. *Heinsius.*

Qua flebilis Allia.] Allia fluvius est 11. millibus passuum ab urbe distans. Crustumeniis desinens montibus: apud quem deletæ sunt à Gallis copię Romanæ ad 15. Calend. Sextiles, quem diem atrum, velut infausta appellatione damnantur.

415. *Quaque die redeunt.*] Saturnalia intelligit, id est, diem Saturno sacrum, qui erat ad decimum quartum, vel decimum sextum calendæ Januariæ. Erant autem dies lætitiæ & jococum pleni: quibus arma sumere, & potare à nocte exigere placulum erat.

416. *Palæstino.*] Viro Judæo. Nam Judæi diem, quem Latini Saturnum dicunt, *Sabbatum* appellant, & observant iuxta superstitionem. *Septima festa.*] Saturnalia. *Septima festa viri.*] Syro legendum esse ex Putoani & Scaligeri excerptis jam supra monui. *Heinsius.*

418. *Sis atra.*] Sic infamta.

419. *Invenit artem Fœmina.*] Quam natura instruxit dolis, sed vim negavit. Sic Orestes in Tair. Eurip. v. 1092.

Αἰνὰς γὰρ δὲ γυναικὸς τέχνην τίττω.

Hinc proverbii locum fecit

Τὸ γυναικίον τι δῶρ.

Et in Med.

Καὶ τὸν πᾶντων τίττωρες.

421. *Vindicta*

Foemina, qua cupidi carpat amantis opes. 420
 Institor ad dominam veniet discinctus emacem:
 Expediet merces teque sedente suas.
 Quas illa, inspicias, sapere ut videre, rogabit.
 Oscula deinde dabit: deinde rogabit, emas.
 Hoc fore contentam multos jurabit in annos. 425
 Nunc opus esse sibi, nunc bene dicet emi.
 Si non esse domi, quos des, causabere nummos;
 Littera poscetur; ne didicisse juvet.
 Quid, quasi natali cum poscit munera libo;
 Et quoties opus est, nascitur ipsa sibi? 430
 Quid, cum mendaci damno mœstissima plorat;
 Elapsusque cavâ fingitur aure lapis?
 Multa rogant utenda dari: data reddere nolunt.
 Perdis; & in damno gratia nulla tuo.
 Non mihi, sacrilegas meretricum ut prosequar artes, 435
 Cum totidem linguis, sint fatis ora decem.
 Cera vadum tentet rasis infusa tabellis:
 Cera tuæ primum nuncia mentis eat.

Blan-

421. *Veniet discinctus.*] Oxoniensis *veniat*, & sequenti versu *Expediat*. quomodo & duo alii recte. modo pro *Quas* illa reponas, *Has illa*. Heins.

428. *Littera poscatur, nec didicisse juvet.*] *Ne didicisse juvet* Regius, Oxoniensis, alique nonnulli. ne profit forte, quod didicisti literas. sic Trist. II.

*Hæc mihi cur didici? cur me docuisse per-
veneris?*

Litteraque est oculos ulla morata meos?
Heins. *Littera poscatur.*] Petet à te syn-
graphum pro emtis mercibus, ut insti-
tori cautum sit.

429. *Quid quasi natali.*] Arbitror ab
Ovidio fuisse scriptum,

Quid sua natali cum poscit munera libo.
mox libri nonnulli pro illa, ipsa sibi.
Heins. *Natali libo.* Sic etiam in Amo-
ribus: *Quem tibi deficient poscendi mune-
ra causa, Natalum libo testificare tuum.*

430. *Nascitur illa sibi.*] Fingit nata-
lem suam adesse, ut mittas ei munera.

432. *Lapis.*] Margarita. *Elapsusque
cava.*] Fingit ex aure unionem decidisse.

433. *Multa rogant reddenda dari.*]
Commodus his inest sensus. Libri ta-
men uno consensu meliores *utenda dari*
nisi quod Jureti codex pro vulgata stat.
lectione. quidam etiam *tradenda sibi*,
unus, *optanda dari*. Heins.

437. *Cera vadum tentet.*] Sollicitan-
dam esse literis amicam dicit. *Cera.*] Li-
teræ scriptæ in tabulis ceræ. *Tentet
vadum.*] Sollicitet & experietur ani-
mum puellæ.

438. *Cera tua primum conscia mentis
eat.*] *Nuncia* Oxoniensis, *Sarravianus*
& unus Palatinus. bene. Noster Epist.
Hypsip.

*Cur mihi fama prior, quam nuncia litteræ
venit?*

Epist. XVII. ut quidem illic scribendam
videtur,

*Haestens arcanum fortiva nuncia mentis
Littera jam lassæ pollice sistat opus.*

Pont.

Blanditias ferat illa tuas: imitataque amantem
 Verba, nec exiguas, quisquis es, adde preces. 440
 Hec̃t̃ora donavit Priamo prece motus Achilles:
 Flectitur iratus voce rogante Deus.
 Promittas facito: quid enim promittere lædit?
 Pollicitis dives quilibet esse potest.
 Spes tenet in tempus, semel est si credita, longum: 445
 Illa quidem fallax, sed tamen apta Dea est.
 Si dederis aliquid, poteris ratione relinqui.
 Præteritum tulerit, perdideritque nihil.

At

Pont. lib. iv. El. xi.

Nuncia nam luctus mihi nuper epistola venit.

Epistola Paridis,

Urer: habes animi nuncia verba mei.

Statius Sylv. lib. iv. ad Iulium Menecratem,

*Prætinus ingenti non venit nuncia cursu
 Litora.*sic & vultus nuncia fama Epistola Paridis.
*Heins.*439. *Imitataque amantum Verba.*]
 Neapolitanus *mentem*. Lego *amantem*.
 vel, *amorem*. nam *amorem* est in Oxo-
 niensi. infra,*Est tibi agendus amans, imitandaque vol-
 nera verbis.*sic Amor. lib. iiii. El. xiv. *imitare pudic-
 cam*. ut veteres libri. non *pudicas* cum
 vulgatis. *Idem*.441. *Hec̃t̃ora donavit Priamo.*] Precio
 sedemtum. Vide Iliad. α.— *ἰὺς ἵς δ' αἶψ' ἀπάνης**“Ἥριον Ἑυτορὺς κεφαλῆς ἀπὸ πάλαι
 ἀπὸ πάλαι.”*Quod invidiâ notæ Virg. i. *Æneid.**Exanimatumque auro corpus vendebat A-
 chilles.*

Sen. Agam. 2. 3. v. 447.

*Et amo redditum corpus rogo.*Quo Plautus alludit, solens, in *Mercor.*
 2. 4. v. 20. *Achillam orabo, aurum mihi
 dat, Hec̃tor quo expensus fuit.*446. *Spei apta dea.*] *Miserum enim
 sine spe vivere. Sed tamen apta dea est.*]

Spes tamen hominibus commoda.

447. *Si dederis quicquam.*] *Dederis ali-
 quid libri plerique meliores. & recte.
 diximus supra v. 389. l. ii. infra,
 Sed non, quo dederis, à littere carbasas
 venio**Utendum est.*ita & illic veteres libri. ut & in *Remē-
 dio Amoris*,*Munera, qua dederis, habeat sine lite
 iubeo.*

Amor. ii. El. ii.

Quod dederis illi, reddat ut ille tibi.

Trist. v. El. v.

Terga vapor dederis, Ausonianque petas.

Horatius,

*Omnia manus avidas fugiens heredis,
 amico**Qua dederis animo.*libro i. *Fastorum*,*Da mihi te placidum: dederis in carmina
 vires.*ubi *dederisque* insulte reponunt l. vii.
Met. vitam dederitis in undis. Vide quæ
 noto ad Epistolam Didus. v. 51. ubi
 plura hujus notæ. *Heins.* *Poteris ratione
 relinqui.*] Quia, quum accepit quod
 volet, te relinquet.448. *Præteritum tulerit perdideritque
 nihil.*] *Tulerit unus Patavinus. tertius
 Regius, perdiderisque.* nil *muta.* Vide-
 bimus accepisse, quod promiserat, nec
 quicquam perdet. *Heins.* *Præteritum tu-
 lerit.*] Illa, quod voluerit, abstulerit, ha-
 beatque, nempe à te munera data: nihil
 autem

M m

autem

At quod non dederis, semper videre daturus.

Sic dominum sterilis sæpe fefellit ager.

450

Sic, ne perdidit, non cessat perdere lusor :

Et revocat cupidas alea blanda manus.

Hoc opus, hic labor est : primò sine munere jungi.

Ne dederit gratis ; quæ dedit, usque dabit.

Ergo eat ; & blandis peraretur littera verbis :

455

Exploretque animos, primaque tentet iter.

Littera Cydippen pomo perlata fefellit :

Insiciaque est verbis capta puella suis.

Disce bonas artes, (moneo) Romana juvenitus ;

Non tantum trepidos ut tueare reos.

460

Quam populus, iudexque gravis, lectusque senatus ;

Tam dabit eloquio victa puella manus.

Sed lateant vires ; nec sis in fronte disertus.

Effugiant ceræ verba molesta tuæ.

Quis, nisi mentis inops, tenetæ declamet amicæ ?

465

Sæpe

autem reddiderit sui, nec voluptatem tuam expleverit.

449. *Es quis non dederis.*] *At quod meliores libri. nisi quod Oxoniensis At que non dederas.* Heinſ.

451. *Sic.*] *Sperando. Lusor.*] *Aleator.*

452. *Revocat cupidas alea sæpe manus.*] *Alea blanda* ex suo codice Zimringus Promulſide Critica. quod & in Commeliniano & quatuor aliis ipse offendi. Pont. l. i. El. vi.

Nec tenet incertas alea blanda manus.

sic & Martini. *blanda vagus aleæ December.* l. iv. Ep. xiv. & apud eundem l. i.

Supposita est blanda nunquam tibi tessera tale. Sequenti versu primo pro *primum* meliores libri. Heinſius.

454. *Si dederit gratis.*] *Regius & Oxoniensis, Ne dederit. argute.* Sperat enim se imposterum non datum gratiis. superiora hanc lectionem confirmant. Ambrosianus *Ne dederit.* alius, *Ne dederit.* Idem.

457. *Littera Cydippe.*] *Acontitis ex Cæa insula Delum navigavit ad Sicam*

Dianæ, quæ à virginibus celebrabantur : ubi in amorem Cydippes exarsit. & quam sperare non audeat eam uxorem perere, ipse dolo & fraude pomum ad pedes puellæ projecit, in quo hæc carmina scripta erant :

*Iuro tibi sane per mystica sacra Diana,
Mæ tibi venturam comitem, sponsamque
futuram.*

Puella, pomo accepto, doli ignara, carmen legit, visumque est sese uxorem polliceri Acontio. Erat enim lex, ut quæ in templo Dianæ Delic dicebantur, rata essent.

463. *Sed lateant vires.*] *Disimulandam esse eloquentiam dicite. id quod etiam præcipit Fabius. quo plus dicentibus fidei, minusque suspectæ advocatorum insidie forent. In fronte disertus.*] *Ne præ te feras, aut jactes artem.*

464. *Effugiant voces.*] *Cera libri tres. probe. verba magistra Argentinenſis. vide* Notes in Epistolam Sapphus p. 83. sed *Ti magistra* hic minus placet. Heinſ.

465. *Declamet amica.*] *Declamat verius meliores. Idem.*

466. *Lit-*

Sæpe valens odii littera causa fuit.

Sit tibi credibilis sermo, consuetaque verba:
 Blanda tamen, præsens ut videre loqui.
 Si non accipiet scriptum, illectumque remittet;
 Lecturam spera: propositumque tene. 470
 Tempore difficiles veniunt ad aratra iuveni:
 Tempore lenta pati fræna docentur equi.
 Ferreus affiduo consumitur anulus usu:
 Interit assiduâ vomer aduncus humo.
 Quid magis est saxo durum? quid mollius undâ? 475
 Dura tamen molli saxa cavantur aquâ.
 Penelopen ipsam (persta modo) tempore vinctas.
 Capta vides fero Pergama; capta tamen:
 Legerit, & nolit rescribere; cogere noli.
 Tu modo blanditias fac legat usque tuas. 480
 Quæ voluit legisse, volet rescribere lectis.
 Per numeros venient ista gradusque suos.
 Forsitan & primo veniet tibi littera tristis;
 Quæque roget, ne se sollicitare velis.
 Quod rogat illa, timet: quod non rogat, optat, ut infes.
 Insequere; & voti postmodo compos eris. (485
 Interea sive illa toro resupina feretur;
 Lecticam dominæ dissimulanter adi:
 Neve aliquis verbis odiosas offerat aures,

Quam

466. *Littera causa fuit.*] Epistolam dicit nimis disertam, & in declamationis modum compositam. *Littera valens.*] Epistola dicendi efficax.

467. *Consuetaque verba.*] Alii *consultaque.* hoc est cauta, prudentia. sed alterum præstat. Noster lib. xi. *Metam.*

Addidit his voces & consuetissima cuicunque Verba.

& infra libro i. i. *Artis,*

Munda, sed è medio consuetaque verba puella

Scribite. sermonis publica forma placet. Heinsius.

469. *Scriptum.*] Litteras missas.

477. *Perstes modo.*] *Persta* libri plerique. Heinsius.

480. *Legat ipsatnas.*] *Legat usque* iidem. Idem.

482. *Per numeros veniunt.*] *Veniunt Oxoniensis.* & quatuor alii. *duo veniant.* Idem.

484. *Quæque roget.*] Legendum vel invitis libris, *Quæque roget.* de epistola intellige. Idem.

487. *Sive illa toro resupina feratur.*] *Feretur scripti.* Idem.

488. *Quasi dissimulantur.*] *Nescias.* quæ sit in lectica.

489. *Odiosas afferat aures.*] *Offerat Regius*

M m 2

Quàm potes, ambiguis callidus abde notis. 490
 Seu pedibus vacuis illi spatiosa teretur
 Porticus; hic socias tu quoque junge moras.
 Et modo præcedas facito; modo terga sequaris:
 Et modo festines; & modo lentus eas.
 Nec tibi de mediis aliquot transire columnas 495
 Sit pudor, aut lateri continuasse latus.
 Nec sine te curvo sedeat spatiosa theatro:
 Quod spectes, humeris afferet illa suis.
 Illam respicias, illam mirere licebit;
 Multa supercilio, multa loquare notis. 500
 Et plaudas, aliquam mimo saltante puellam;
 Et faveas illi, quisquis agatur amans.
 Cum surget, surges; donec sedet illa, fedebis.
 Arbitrio dominæ tempora perde tuæ.
 Sed tibi nec ferro placeat torquere capillos: 505
 Nec tua mordaci pumice crura teras.
 Ista jube faciant, quorum Cybeleia mater
 Concinitur Phrygiis exululata modis.

For-

gius & Oxoniensis cum uno Varicano. dixi Epist. xx. §. 194. Heinsf.

490. *Abde.*] Absconde, ne intelligaris. *Notis ambiguis.*] Dubio sermone.

495. *Nec tibi de mediis aliquam transire columnis.*] Aliquot transire columnas Oxoniensis & decem alii. quæ vera lectio. *aliquot columnas* Regius. quidam *aliquot columnis*. quos inter Arondeletanus. etiam non male. Lapidem autem milliaries intelligit. Heinsf. *Aliquot transire columnas.*] Partem porticus, quæ columnis fulta erat.

497. *Sedeat spatiosa theatra.*] *Spatiosa* libri majore ex parte. idque vere. vide supra §. 143. Heinsf.

501. *Es plaudas aliquam mimo saltante puella.*] *Aliquam mimo saltante puellam* optime Scaligeri excerpta cum codicē Oxoniensi. neque aliter veterimus Regius à manu prima. Remedio Amo-

nis, ubi agit de theatris,

Illic affatus fisci saltantur amantes.

quæ vera illic lectio est. Juvenalis,

Chyronomon Ledam molli saltante Bathylo. Idem.

502. *Es faveas illi.*] *Ut faveas* potiores scripti. *Idem.* *Quisquis agatur amans.*] Quicumque amans representetur ab aliquo mimo saltante fabulam.

503. *Cum surget surgas, donec sedet illa sedet.*] *Surgas & sedebis* idem scripti. *surgas* etiam quidam. Heinsf.

505. *Torquere.*] Crispare. Ferrus.] Calamistiro.

506. *Mordaci pumice.*] *Pumices*, ut Plinius scribit, sunt in usu corporum levigandorum sceminis, jam quidem & viris. Precium in candore, & in minimo pondere, & ut quam maxime spongiosi aridique sint.

508. *Exululata.*] *Ulnam celebrata.*

509. For-

Forma viros neglecta decet. Minoïda Theseus
 Abstulit à nulla tempora comtus acu. 510
 Hippolytum Phædra, nec erat bene cultus, amavit.
 Cura Deæ filvis aptus Adonis erat.
 Munditiæ placeant: fuscentur corpora Campo:
 Sit bene conveniens, & sine labe toga.
 Linguaque ne rigeat: careant rubigine dentes: 515
 Nec vagus in laxâ pes tibi pelle natet.
 Nec male deformet rigidos tonsura capillos:
 Sit coma, sit doctâ barba resecta manu.
 Et nihil emineant, & sint sine sordibus unguës:
 Inque cavâ nullus stet tibi nare pilus. 520
 Nec male odorati sit tristis anhelitus oris:
 Nec lædant nares virque paterque gregis.
 Cætera lascivæ faciant concede puellæ:
 Et si quis male vir quærit habere virum.
 Ecce suum vatem Liber vocat. hic quoque amantes 525
 Ad-

509. *Forma viros neglecta decet.*] Cul-
 tus negligentia in viro laudatur. unde
 mollius ornatos à se rejicit Phædra:

*Sint procul à nobis juvenes ne fœmina
 compati,*

Fine colimodico forma virilis amat.
 Minoïda.] Phædræ. nota est fabula.

512. *Aptus Adonis.*] Adonis in sylvis
 amatus est à Venere.

513. *Fuscentur.*] Sole nigrescant. *Cor-
 pora campo.*] Campum Martium intellige:
 ubi juvenes Romani variis certaminibus
 corpora exercebant. Horat.

*Cui apricum oderis campum Patiens pulve-
 ris atque solis?*

514. *Sine labe.*] Toga sine macula &
 sordibus. *Est sine labe toga.*] *Sit sine labe*
 Aronkeliano. Heinſius.

515. *Linguaque nec rigeat.*] *Ne rigeat*
 plerique libri veteres. Idem.

516. *In laxa pelle.*] In calceo majori.

517. *Deformet capillos.*] Deformet fa-
 ciat capillos, sectos in gradus.

518. *Sit doctâ barba resecta manu.*] *Sit*
 una Oxoniensis & Regius. quod non

capio. nisi legendum *scita manu.* idque
 verum arbitror. sic in Fastis *curva scita*
Thalia lyra. & *scitus vadorum* libro ix.
 Metamorph. *scite & literate præscripta*
littera Ciceroni oratione in Pisonem.
 Multi sunt in ea voce Plautus ac Teren-
 tius: tum & Tullius. sequenti versu *Ut*
nihil emineamus pro *Et veteres fere omnes,*
 certe præcipui. Heinſius.

522. *Nec lædat nares.*] *Lædat* iidem.
 duo præterea libri *dæque paterque gregis,*
 non *virque,* quod mox sequitur. *Dux*
gregis, ut in istis,

Dux gregis ipse caper decurrerat.
 Heinſius. *Nec lædat nares.*] Alæ sive axillæ,
 partes sunt sub brachiis, per quas natura
 expellit sordidiores humores, qui fortis-
 simum relinquunt odorem, nisi munditia
 succurratur. Hinc proverbium est *hircum*
in alis cubare, quoniam male olet. Horat.

— *An gravis hircus cubet hircus in alis.*
 523. *Cætera.*] Superfluum cultum &
 mundum.

524. *Vel si quis male vir.*] *Et si quis*
scripti. Pithicis intelligit. Heinſius.

M m 3

527. Gno-

Adjuvat; & flammæ, qua caret ipse, favet.
Gnosius in ignotis amens errabat arenis,

Qua brevis æquoreis Dia feritur aquis.

Utque erat è somno tunicâ velata recinctâ,

Nuda pedem, croceas irreligata comas;

Thesea crudelem furdas clamabat ad undas,

Indigno teneras imbre rigante genas.

Clamabat, flebatque simul; sed utrumque decebat:

Nec facta est lacrymis turpior illa fuis.

Jamque iterum tundens mollissima pectora palmis, 535

Perfidus ille abiit: quid mihi fiet? ait.

Quid mihi fiet? ait. sonuerunt cymbala toto

Littore, & attonitâ tympana pulsa manu.

Excidit illa metu, rupitque novissima verba:

Nullus in exanimi corpore sanguis erat.

Ecce Mimallonides sparsis in terga capillis:

Ecce leves Satyri prævia turba Dei:

Ebrius ecce senex pando Silenus afello,

530

540

Vix

527. *Gnosius in ignotis.*] Theseus superato Minotauro Ariadnæ auxilio, cum ea & sorore Phædra Athenas redibat. Ariadnæ promiserat, se cum ducturum uxorem, Hippolyto vero filio Phædræ daturum. Quare quum Diam appulisset, Ariadnæ dormientem reliquit, ipse cum Phædra abiit 3. Fast. & 8. Metam. *Gnosius in ignotis amens.*] Ariadna, à Gnosio Cretæ urbe, Minos regia.

528. *Dia feritur.*] Alluitur. Dia insula Cretæ adjacens.

530. *Croceas comas.*] Flavos capillos.

532. *Imbre indigno.*] Indignis lachrymis.

536. *Quid mihi fiet.*] Etiam aufer. casu. Ter. Heax. *Quid te futurum confos.* Quod Plautinum. Mostellar. 1. 3. p. 65. *Di me faciant quod volum.* id est de me. Ut in Epidic. 1. 2. p. 48. *Quid de illa fiet felicitas igitur.* Qui & dandi casu in Trucul. 2. 8. p. 3. *Quid mihi futurum est.*

539. *Excidit illa metu.*] Quæcumque

tus illi animum expectoravit. Ut Ennius. Sen. casum addit, in Hippol. 2. 2. vers. 589. *Quam bene excideram mihi.* & ad omnes affectus accommodatur. sic Græci, ἐκπίπτειν φρενῶν. Eutyp. Hippolyt. p. 365. *ματαιλῦσαι φρενῶν.* quod Senec. respexit in d. l. *Excida; & misera voxque colorque fugi.* 2. art. aman. p. 450. *Rupit.*] Intermissit terribi cymbalorum strepitu. Mer.

541. *Mimallonides.*] Mimallonides sunt Bacchæ mulieres, dictæ à monte minoris Asiæ, qui Mimas dicitur, ubi sacra fieri consuevere. *Sparsis in terga capillis.*] De more Bacchantium. *Mimallonides.*] Vide Epist. 10. p. 41.

542. *Leves Satyri.*] Veloces Satyri. Ovid. *Me Satyri celeres, sylvis ego tæta latobam, Quæserant, rapido turba præterva pede.* *Prævia turba Dei.*] Malim deo ut vinotus κακοφύλα. Heinsius.

543. *Silenus.*] Silenus fuit Bacchi pædagogus, ac nutritor, bonorumque institutor studiorum: plurimum Dionysio ad

Vix sedet; & pressas continet arte júbas.

Dum sequitur Bacchas, Bacchæ fugiuntq; petuntq; 545

Quadrupedem ferula dum malus urget eques;

In caput aurito cecidit delapsus afello.

Clamarunt Satyri, Surge age, surge, pater.

Jam Deus è curru, quem summum texerat uvis,

Tigribus adjunctis aurea lora dabat. 550

Et color, & Theseus, & vox abiêre puellæ:

Terque fugam petiit: terque retenta metu.

Horruit, ut steriles, agitat quas ventus, aristæ:

Ut levis in madidâ canna palude tremit.

Cui deus, En adsum tibi cura fidelior, inquit: 555

Pone metum; Bacchi, Gnosias, uxor eris.

Munus habe cælum: cælo spectabile fidus

Sæpe reges dubiam Cressa Corona ratem.

Dixit;

ad virtutem & gloriam, resque bellicas profuit. Sileni appellantur Satyri seniores, qui in exteriori Oceano insulas multas desertas incolunt.

544. *Et pressas continet arte júbas.*] Præ nimia ebrietate titubabat. *Pressas júbas.*] Malim *pressas*. Heinſius.

548. *Surge pater.*] *Senex* Oxoniensis & Sarravianus. sequenti versu è *curru* quinque libri. Heinſius.

550. *Tigribus adjunctis.*] Curru enim Bacchus vehitur, quem tygres & lynces ducunt. Idcirco autem dicuntur currum Bacchi trahere simul cum lyncibus, quod (ut tradit Solinus) utrumque animal utras depascitur.

551. *Et color & Theseus.*] Politiani liber & Hafniensis, *Et color & sensus*. Heinſ. *Et Theseus, & vox abiêre, &c.*] Vox, Theseum vociferans.

553. *Steriles agitat quas ventus aristæ.*] Putabam aliquando legendum *steriles avenæ*. quod sic Virgilium quoque locutum meminissim. nunc nihil mutandum censeo. intelligit aristas sole adustas, ac proinde steriles. Epist. v.

Et minus est in te, quam summa pondus aristæ,

Qua levis assiduus solibus ussa riget.

Adi Notas ad Epist. xiv. vi. 39. Hainſ.

557. *Cælo spectabile fidus.*] *Spectabile* Arondelianus. ut ex eo monuit legendum præstantissimus Gronovius *Observat. lib. 11. cap. xx1.* cui subscribo. quam reliqui nostri vulgata sequuntur. sequenti versu scripti plerique *Cressa Corona*, non *puella*. De Ariadnes Corona in coelum relata fuisse nosſter l. 111. Faſtorum alique jam egerunt. Trist. lib. x. Eleg. 111.

Sic micet æternum vicinaque sidera vincas

Conjugis in calo Cressa Corona tme.

Ut vere illic Zulichemianus liber, cum in vulgatis sit *clara Corona*. *Gnosſida Coronam* vocat in Faſtis nosſter, *Gnosſiam Coronam* Virgilius, *Stacius Coronam Gnosſiam*. Idem.

558. *Sæpe reges dubiam.*] Nautæ solebant dirigere cursum ad siderum rationem: nec septentriones tantum, sed etiam illis vicinas stellas intruebantur, ut Boöten, Oriona, & coronam Ariadnæ, quam humero sinistro prope contingit Arctophylax. *Dubiam ratem.*] Navem vitæ ignaram.

M m 4

560. *Cressa*

Dixit; & è curru, ne tigres illa timeret,

Desilit: imposito cessit arena pedi.

560

Implicitamque sinu (neque enim pugnare valebat)

Abstulit: ut facile est omnia posse Deo.

Pars, Hymenæ: canunt: pars clamant, Evie evoe!

Sic coeunt sacro nupta Deusque toro.

Ergo, ubi contigerint positi tibi munera Bacchi, 565

Atque erit in socii foemina parte tori;

Nycteliumque patrem, nocturnaque sacra precare,

Ne jubeant capiti vina nocere tuo.

Hic tibi multa licet sermone latentia tecto

Dicere, quæ dici sentiat illa sibi:

570

Blan-

560. Cessit arena pede.] Pedi sex libri. bene. Hinf.

562. Ut facile est.] In facili est Regius & unus Patavinus. Oxoniensis & Vaticanus unus, in facile est. sic ex facili. Remed. Amor. ex facili gaudia ferre licet. & supra, Quod licet, ex facili, si volet illa, ferres. & in Fastis, Non ex difficili causa petenda subest. Idem.

563. Hymenæ canunt.] De more nubentium invocant Hymenæa, quem Catullus Musæ Uranix filium appellat. Eubios enim bonus filius est: quo nomine cum Jupiter pater appellavit, Pars Hymenæ canunt: pars altera Eviæ clamant.] Mire variant hic veteres libri. Regius cum Excerptis Scaligeri & Putæani, aliisque nonnullis atque eos inter Arondeliano,

Pars Hymenæ canunt, pars clamant Eviæ evoe.

Nec abludit Oxoniensis, in quo Eviæ evoe. forte pro Eviæ evoe. Posset & legi Eviæ evoe. ut versus sit spondaicus. Jureti liber,

Pars Hymenæa vocat, pars altera clamant ebohe.

Alii codices, pars Eviæ Eviæ clamat, & his similia, quæ recensere odiosum foret. Quare scribi etiam posset,

Hymen pars Hymenæ canunt, pars Eviæ evoe.

vel, Eviæ evoe, vel Eviæ Eviæ. ut Lucre-

tio, graditur simul Eviæ Eviæ. Columella libro x.

Exstimulet vatem per Dindyma casta Cybelleres

Perque Cithæronem, Nysæia per iuga Bacchi

Per sua Parnassi, per amica silentia Musis

Picrii nemoris Baccheâ voce frementem Delicis Pæon, teque Eviæ Eviæ Eviæ.

sic versus mendosissimi scribendi. Paulo ante etiam reponendum, Ista canat majore Deo. non majora. Heinsius.

567. Nocturnaque sacra.] Bacchi sacra, Orgia, Bacchanalia, & Trieterica appellata, nocte fiebant, Nyctelium.] Nocturnus est.

568. Ne jubeant capiti vina nocere tuo.] Scaliger conjiciebat, Ne subeant capiti vina nociva tuo. Lego, Ne subeant nocere, usitato Græcismo. noster in Tristibus l. i. El. vi.

Qua quoties spectas, subeat tibi dicere forsan.

Status Theb. vi.

Sunt & qui nudo subeant concurrere fæta, Propertius lib. iv. El. ii.

Clamabis capiti vina subisse tuo, quæ vera lectio. Idem l. i. El. xxvii.

Non subeant labris pocula nigratius.

Idem.

569. Sermone latentia fisco.] Tecto scripti nostri. Idem.

571. Per-

Blanditiasque leves tenui perscribere vino;
 Ut dominam in mensa se legat illa tuam:
 Atque oculos oculis spectare fatentibus ignem.

Sæpe tacens vocem verbaque vultus habet.
 Fac primus rapias illius tacta labellis 575

Pocula; quaque bibet parte puella, bibas.
 Et quodcumque cibi digitis libaverit illa,
 Tu pete: dumque petēs, sit tibi tacta manus.

Sint etiam tua vota viro placuisse puellæ.
 Utilior vobis factus amicus erit. 580

Huic, si forte bibes, sortem concede priorem:
 Huic detur capiti demta corona tuo.

Sive erit inferior, seu par, prior omnia sumat:
 Neu dubites illi verba secunda loqui.

Tuta frequensque via est, per amicum fallere nomen. 585
 Tuta

571. *Perscribere vino.*] *Prescribere* Regius cum quatuor aliis. nil muto. *Idem.*

573. *Oculus fatentibus ignem.*] Instantibus. Ut in epist. Helen. v. 78. in oculis enim & genis amor excubare videtur: unde ignis ille abfistit. *Fatentibus ignem.*] *Forventibus* tres libri, sed vulgata non est sollicitanda. *Heinsius.*

574. *Vultus habet.*] Sic & ad Corin-
 nam: *Me spolia, natusque meos, vultumque loquacem.*

576. *Quaque bibis.*] *Bibet* potiores. & Jureti codex cum quibusdam aliis, in quoque parte bibas. ut Epistola Helenæ,
 — modo pocula proxima nobis

Sumis, quaque bibi, in quoque parte bibis.
Heinsius.

577. *Es quemcumque cibum.*] Probe in uno Vaticano *Et quodcumque cibi.* sic Remedio Amoris ex antiquis libris,

— *Quodcumque in corpore munda est.*
Idem.

580. *Utilior vasis.*] *Vobis* Regius alii-
 que multi. *Idem.*

581. *Huic si forte bibas.*] *Si* forte Pu-
 teani & Scaligeri excerpta. vere. notum illud, *Nec regna vini sortiere talis.* tum &
 hoc, *Quem Venus arbitram dicat bibendi.*

De lege Talaria conviviorum jam abunde
 differuerunt homines eruditi. *Idem.* *Huic.*]
Marito, puellæ.

582. *Capiti missa corona tuo.*] *Demta*
corona Jureti codex, Ambrosianus unus
 & Neapolitanus. infra l. 11.

Et capiti demtas in fore pone resas.
Met. xv. fabula Cipi,

Et demta capiti populo prolixbente corona.
Epistola Medæ, (meo.)

Demta forens capiti quam mala multa
pro vulgata tamen lectione faciunt, quæ
notavi Fast. 11. v. 634. Heinsius. Demta
coronatus.] In potu atque hilaritate coro-
 nis utebantur, ut docet Plin.

583. *Prior omnia sumat.*] *Omina* Sca-
 liger. cuius ut & Jureti codex sequenti
 versu *Non dubites.* pro *sive erit inferior*
Regius mendose si velis. Lege sive su.
atque ita decem scripti. Heinsius.

584. *Verba secunda.*] *Optata.* aures ju-
 vantia, quibus eum capi posse putes.

585. *Tuta frequensque via est per amici*
fallere nomen.] Fuit cum *Trista frequensque*
via est opinarer legendum. Nunc nihil
 muto. nisi quod *amicum nomen* cum co-
 dice Patricii Junii & uno Vaticano ample-
 ctor. Manilius l. 11.

M m 5

— illis

Tuta frequensque licet sit via; crimen habet.
Inde procurator nimium quoque multa procurat,
Et sibi mandatis plura videnda putat.

Certa tibi à nobis dabitur mensura bibendi :

Officium præstent mensque pedesque suum. 590

Jurgia præcipue vino stimolata caveto,
Et nimium faciles ad fera bella manus.

Occidit Eurytion stultè data vina bibendo.

Aptior est dulci mensa merumque joco.

Si vox est, canta: si mollia brachia, salta: 595

Et, quacunque potes dote placere, place.

Ebrietas ut vera nocet, sic ficta juvabit.

Fac

— illis (sape est nam subdolos astus)

Scorpius aspergit maxas sub nomine amico.

Ubi perperam vitæ magnus nomine amici
reponit ex codice Gemblacensi. pro sub-
dolos astus erudendi astus. sic augures
amicos dixit Juvenalis Sat. v. ut in Lei-
densi codice legitur,

— castus adfusus ibidem

*Qui numerat gemmas, auguresque obser-
vat amicos.*

venius amicus nostro Met. XIII. ff. 440.
amica causa Trist. I. EL. VIII. ff. 65. ami-
ca tima Pont. II. EL. IV. ff. 17. quomodo
ista ex codicibus vetustis castigavi. sic
alienum nomen in Metamorph. & cognat-
um nomen in Vastis, aliasque his similia.
Heins.

587. Inde procurator nimium quoque
multa procurat.] De propinatore propi-
nante, quod viri eruditi, depravatos co-
dices secuti, hic produnt, à vero alienum
est. Libri certe meliores nihil variant.
Agit de procuratoribus, quos domini
absentes rebus suis constituebant, qui-
que ista occasione eorum auctoritate,
quorum res curabant, nonnunquam ab-
utebantur. Ita cum Naugerio etiam do-
ctissimus Gronovius locum capit. qui
illud videnda sequenti versu interpreta-
tur pro providenda & curanda. ut apud
Terentium, *Alind fides laurus vide: &*
Ciceronem, *Mandavi ei, ut prandium no-*

bis videret: & saepe apud eundem. Neque
aliter magnus Cujacius Observat. I. XII.
c. XXIV. qui addidit locum Varronis, *Tu
domi videris.* & Plauti, *Qui herilem rem
procurat, videt.* perperam igitur tres co-
dices cum Jureti libro, qui jubenda, &
Rottendorphian. qui bibenda exhibent.
quod postremum tamen Scaligero quoque
conjectanti in mentem venerat. Idem.

589. Certa tibi à nobis.] Regius Tò à
non agnosce. Idem.

590. Officium præstent.] Ὁ γὰρ νῦν ὑπὸ
τοῦ διαθοῦντος ταῦτα πᾶσι τοῖς ἀμα-
στοῖς τὰς ἀνέχουσας ἀποβάλλουσιν. Isocrat.
ad Demonic. Hoc nempe illud pocu-
lum Circæum, quo ex homine fiebat
fera. Ἀλλ' γὰρ ἀδρῶν, τῇ τῆς ἀρετῆς
καὶ κακίας ἀνὰ μίρον κτήσιν, ὁδὸς. ἢ
ἄλλοιον γένεσθαι λίσσεται. Hier. ad carn.
Pythag. v. 53. Vide v. 54. quid sit ὁρμὴ
τῆς περισπύσεως.

592. Faciles ad fera bella manus.] Re-
gius, & sex alii fera verba. hoc est, manus
cavete inter jurgia nimium paratas &
procuras, per quas ad verbera à verbis
veniat. Heins.

593. Occidit Eurytion.] Centaurus in
nuptiis Pirithoi mero incaluit: & quum
Hippodamen rapuisset, à Theseo vasto
cratere prostratus, animam viamque
evomuit. ut in 12. Metamorph.

597. Ebrietas ut vera nocet, sic ficta ju-
vabit.]

Fac titubet blæso subdola lingua sono:

Ut, quidquid facies dicere protervius æquo,

Credatur nimium causâ fuisse merum. 600

Et, Bene, dic, dominæ; bene, cum quo dormiat illa:

Sed male sit tacitâ mente precare viro.

At, cum discedet mensâ conviva remotâ;

(Ipsa tibi accessus turba locumque dabit)

Infer te turbæ: leviterque admotus eunti, 605

Velle latus digitis; & pede tange pedem.

Colloquio jam tempus adest. fuge rustice longe

Hinc pudor: audacem Forsque Venusque juvant.

Non tua sub nostras veniat facundia leges.

Fac

vabis.] Docet quandoque simulandam esse ebrietatem.

599. Et quicquid dicas faciesus.] Ut quicquid facias dicafus scripti meliores. Sed verè Neapolitanus. Ut, quicquid facias dicafus. Tò Ut refer ad Credatur. Heinſius.

601. Et bene, dic, Domina.] Dominam scribendum existimo vel contra libros. Plautus Stich. Act. v. Sc. iv.

Tibi propino decumâ fonte. tibi: nunc inde, si sapias.

S. A. Bene vos, bene nos, bene te, bene me, bene nostram etiam Stephanum. ut precor vobis subintelligatur. noster in Fastis l. ii.

Es, bene nos, bene te, patria pater optime, Caesar,

Dicite.

tibi bene tu perperam hætenus legebat. Tibullus,

Es bene Messalam, sua quisque ad pecula dicat.

Quod murari à Scaligero nolim. etſi non ignorem ista Plauti Persa Act. v. Sc. i.

Bene mihi, bene vobis, bene amica mea. & mox,

Bene omnibus nobis! hoc mea manus tua poculum donat,

Bene ei qui invidet mihi, & ei qui hoc gaudio gaudet.

unde liquet utrumque in usu fuisse. dor-

mis etiam pro dormis recte veteres libri. & discedet sequenti versu pro discidis. Idem. Bene dic domina.] Φίγες τὸ ξυ ἀγαθὸν, poculum offerentis vox. Athen. 15. c. 13. Τὸ τ' ἀγαθὸν δαίμωνος πόσιον, καὶ δὲ δὲ Ζεὺς ποτὶν, καὶ ὕμνιας. ἱστας ἰδιόχειρο ἀποτίνας ἱαυτοῖς τὰς δὲ ξίας. Idem lib. i. cap. 11. hoc est, ut Virgil. statuere dextris pocula. Et Plaut. in Pers. 5. l. v. 22. Tua factum opera BENE omnibus nobis, hoc mea manus tua poculum donat.

604. Turba locumque dabit.] Locumque dabunt unus Vaticanus. Lege, locumque dabunt. & sic Jureti liber. sic Turba ruinas & similia passim. Heinſius.

606. Velle latus.] Sic & in Hecyr. 3. 5. Noli fudere, jussi. Et Plaut. Menach. 4. 2. v. 49. Non hercle ego quidem usquam quidquam unto neque nullo tibi. Et in Trucul. 4. 3. v. 14.

Omnium primum diversa fate, hæc sic: istuc volo.

Neve inter vos significatis, ego ero paries.

609. Sub nostras leges.] Non finem statuo orationi. Nec præfinito loqui necesse est. Sic Argyrippus apud Plaut. Afinar. 1. 2. v. 26. Ideo modo loquar quæ volam, quoniam intus non licitum est mihi. Veniet facundia leges.] Veniat meliores libri. Scribo, Ne veniat. Heinſius.

610. Fac

Fac tantum incipias, sponte disertus eris. 610
Est tibi agendus amans, imitandaque vulnera verbis.

Hinc tibi quærat^{ur} qualibet arte fides.

Nec credi labor est: sibi quæque videtur amanda.

Pessima sit, nulli non sua forma placet.

Sæpe tamen verè cœpit simulator amare: 615

Sæpe, quod incipiens finxerat esse, fuit.

Quo magis ô faciles imitantibus esse, puellæ.

Fiet amor verus, qui modo falsus erat.

Blanditiis animum furtim deprendere nunc sit:

Ut pendens liquidâ ripa subitur aquâ. 620

Nec faciem, nec te pigeat laudare capillos;

Et teretes digitos, exiguumque pedem.

Delectant etiam castas præconia formæ.

Virginibus curæ grataque forma sua est.

Nam cur in Phrygiis Junonem & Pallada silvis 625

Nunc quoque iudicium non tenuisse pudet?

Laudatas ostentat avis Junonia pennas:

Si

610. *Fac tantum cupias.*] Imo incipias. quod in multis codicibus extat, & in Erfurtano Zinzerlingus invenit. notum illud, *Dimidium facti qui bene cepit, habet.* & adagium Græcum *Αχὼ δὲ τοῖς ἄλλου παύσας.* Heinsius.

911. *Est tibi agendus amans.*] Vetusiores *Est tibi agendus.* Idem. *Agendus amans.*] Amantis partes agendæ, vulnusque amoris exhibendum.

612. *Hinc tibi quærat^{ur}.*] Regius, Excerpta Scaligeri, prima editio, & decem libri scripti, *Hac tibi. Lege,*

Hac tibi quærat^{ur} quam libet arte fides. De voce *quamlibet*, quæ Ovidio in deliciis est, jam egi Notis ad Ep. vi. v. 140. Heinsius.

613. *Sibi quæque videtur amanda.*] Videtur unus meus. venuste. vide quæ noto Amor. 11. El. xi. v. 21. Idem.

614. *Forma placet.*] Nulla enim illi sexui sit major, quam spectæ formæ, injuria.

617. *Imitantibus.*] Simulantibus se amare.

618. *Qui modo falsus erat.*] Falsus libri meliores. & sane finxerat jam præcessit. Heinsius.

619. *Animum.*] Amantis puellæ. *Furtim deprendere nunc sit.*] Est Græcismus, de quo infra lib. 11. vers. 28. male igitur potior librorum pars *fas sit*, At Regius & Oxoniensis, cum Excerptis Scaligeri, & alio codice, *non sit.* proximo versu pro *ripa subitur*, Lincolnienfis *salitur.* Arondelianus *cavat^{ur}.* Heinsius.

625. *Nam cur in Phrygiis.*] Cur Juno & Pallas descenderunt ad iudicium Paridis, quo ille malum aureum, velæ viætoriz calculum Veneri dandum censuit? nempe quia ambe se Veneri præferendas formæ elegantia credidere.

626. *Non tenuisse.*] Non obtinuisse.

627. *Laudatas ostendit avis.*] Malo ostentat. quod in Sarraviano est, & quatuor aliis. Arondelianus & Aprosianus

ex-

Si tacitus spectes, illa recondit opes.

Quadrupedes, inter rapidi certamina curfus,

Depexæque jubæ plausaque colla juvant. 630

Nec timidè promitte: trahunt promissa puellas.

Pollicito testes quoslibet adde Deos.

Jupiter ex alto perjuria ridet amantum;

Et jubet Æolios irrita ferre Notos.

Per Styga Junoni falsum jurare solebat 635

Jupiter: exemplo nunc favet ipse suo.

Expedit esse Deos: & ut expedit, esse putemus.

Dentur in antiquos thura merumque focos.

Nec secura quies illos similisque sopori

Detinet. innocuè vivite; numen adest. 640

Reddite depositum: pietas sua fœdera servet:

Fraus ablit: vacuas cædis habete manus.

Ludite, si sapitis, solas impune puellas.

Hac magis est unâ fraude pudenda fides.

Fallite fallentes: ex magnâ parte profanum 645

Sunt genus. in laqueos, quos posuere, cadant.

Dicitur Ægyptos caruisse juvantibus arva

Im-

extendit. an distendit? picta pandit spectacula canda de Pavone Horatius. distenta umbracula mox habebimus. Heinsf. Avis Junonia.] Pavonem designat, cujus caudæ Argi oculos, à Mercurio interfecti Junonem apposuisse, narrat in Metam. 628. Recondit opes.] Aureas pennas, versicoloreſque abscondet.

632. Pollicitis testes.] Pollicito libri. quolibet adde etiam in nonnullis. Forte quamlibet adde, ut paulo ante. Heinsius.

633. Perjuria amantum.] Quære Ep. 20. v. 82. Et Amor. 2. v. 27. eleg. 7.

635. Per Styga.] Virgilius, Dii cuius jurare timent, & fallere numen.

636. Nunc favet ille.] Ipse libri. & superiori versu quidam falso jurare cum Regio. male. Amor. 111.

Scilicet æterni falsum jurare puellis Dii quoque concedunt. Heinsius.

638. Thura merumque.] Thure & vi-

no deos colamus.

639. Nec secura quies.] Secundum Stoicos dicit, deos curare mortalia, & nocentes punire. Secura quies.] Ut impius Epicurus docebat: & ejus sectatores, qui didicerant Deos securum agere ævum: nec ira nec gratiatangi.

640. Innocui vivite.] Innocue scripti. Heinsius.

644. Hac minus est una fraude.] Hac magis est Regius & alii quidam. Sed probe Oxoniensis & Scaligeri excerpta cum potioribus, Hac magis est una fraude. Jureti codex aliiq; tres, Hac magis est una parte. Idem.

647. Dicitur Ægyptus.] Ægyptus Regius. pro jurantibus Ramirezius in Martialem rigantibus reponit. sed perperam. noster Pont. l. 11. El. 1.

Jupiter milibus quoties jurat imbris arva

Alina

Imbribus; atque annos fræca fuisse novem.
 Cum Thrasius Busrin adit, monstratque piari
 Hospitis effuso sanguine posse Jovem. 650
 Illi Busris, Fies Jovis hostia primus,
 Inquit: & Ægypto tu dabis hospes aquam.
 Et Phalaris tauro violenti membra Perilli
 Torruit. infelix imbuat auctor opus.
 Justus uterque fuit. neque enim lex æquior ulla, 655
 Quam necis artifices arte perire suâ.
 Ergo, ut perjuras merito perjuria fallant,

Exem-

*Mixta tenax sequi crescere lappa solet.
 tæ vere illic membranz meliores. Plinius Epistola IX. L. VII.*

*Uique sacra fontes non sola incendia
 sistunt.*

*Sape etiam flores vernaque præta ju-
 vant.*

Ita scriptum offendit in veterissimo libro Mediceo. neque aliter edidit in catale-ctis Pichorus. Nam vulgari codices riganti agnoscunt. Seneca Natural. Quæst. I. IV. c. II. de Nilo, *ante nulli imbræ suos aut rari, et qui insuetam aquis celestibus terram non adiuvant.* Sic & rei rusticæ scriptores nonnunquam locutos memini. Sequenti versu annos novem libri plerique non annis. Idem. *Dicitur Ægypto.* Exemplis arguit, meretricias fraudes fraude propulsandas esse. Busris rex Ægypti, Neptuni & Libyes filius fuit, sub quo quum novem annis nimia siccitate magna esset sterilitas, Thrasius docuit Busrin, humana hospitum neque posse aquas elici: sed primus ipse immolatus est. Inde cum cæteri quoque hospites simili modo mactarentur, ab Hercule Busris eadem poena affectus interiit.

648. *Imbribus.*] Nili irrigationem intelligit.

650. *Hospitis effuso sanguine.*] *Adfuso* Regius, ut ad aram Jovis respiciat. Ep. Laodamiz,

*Ut soles adfuso surgere flamma mero.
 lib. I. Pont. EL. III. ex veteri codice,*

Ut soles affuso vena redire mero.

sic & apud Martialem scribendum l. IX. Ep. LXII.

Crevit et adfuso latior umbra mero. ubi de platano agit. Plinius libro XVI. Nat. Hist. cap. XLIV. Est in suburbano Tusculani agri colle, quæ Cornu appellatur, locus antiquæ religione Diana sacraus à Latini: velut arte Tusculicorû, fæci nemoris. In hoc arborum excruciatum ætate nostra adamavit Passienus Crispus, bis consul, orator. Agrippina matrimonio et Nerone privigena clarior postea; osculari complatiquæ eam solius, non modo cubare sub ea, vinumque illi affundere. ubi scribendum, *sacraus à Tatio.* ut in Priapeis ipso initio Petrus Scriverius recte castigabat,

Conveniens Tatio pone supercilium. cum Latio perpetram legatur. Apud Propertium quoque libro II. Eleg. XXXIII. Passienus scribendum censebat,

Largius effuso mactant tibi mensa Falerno. pro *effuso.* sed vide ne *infuso* illic respondendum sit, cum de potatione agat potius quam de libatione. Heins.

653. *Et Phalaris.*] Perillus ad Agrippinum tyrannum Phalaridem taurum æreum attulit: docuitque, eo includi posse noxios, & imposito circumque igni, vocem bovis mugientis audiri. Tyrannus opus laudavit, ut ipse in epistolis scripsit: sed artificem primum experiri voluit.

657. *Ergo et perjuras merito perjuria fallant.*] *Ut fallant* scripti plerique sed Regius & Oxoniensis, *ut fallant.* quinque alii:

Exemplo doceat formina lusa suo.

Et lacrymæ profunt: lacrymis adamanta movebis.

Fac madidas videat, si potes, illa genas. 660

Si lacrymæ (neque enim veniunt in tempore semper)

Deficient; unctâ lumina tange manu.

Quis sapiens blandis non misceat oscula verbis?

Illa licet non det; non data fume tamen.

Pugnabit primo fortassis; &, Improbe, dicet. 665

Pugnando vinci sed tamen illa volet.

Tantum, ne noceant teneris male rapta labellis,

Neve queri possit dura fuisse, cave.

Oscula qui sumsit, si non & cætera sumet;

Hæc quoque, quæ data sunt, perdere dignuserit. 670

Quantum defuerat pleno post oscula voto;

Hei mihi! rusticitas, non pudor ille fuit.

Vim licet appelles; grata est vis ista puellis:

Quod juvat, invitæ sæpe dedisse volunt.

Quæcunque est subitâ Veneris violata rapinâ, 675

Gaudet: & improbitas muneris instar habet.

At, quæ cum cogi posset, non tacta recessit,

Ut simulet vultu gaudia, tristis erit.

Vim passa est Phoebe; vis est allata forori:

Et

alii: ut perjuris merito perjuris fallunt.
quod verum puto, ut parenthesi hæc
includantur. sequenti versu femina lusa
non lusa codex meus. & placet. Heinsius.
659. Adamanta movebis.] Fœminam
durissimam.

662. Deficiunt, uda lumina tange ma-
nu.] Primo Deficient est in melioribus,
deinde, uncta manu Regius cum Politiani
codice & quinque aliis. Oxoniensis cun-
cta. tres tincta. duo unda. sed uncta ve-
rum est, sic & unctas comas pro unguento
delibutis lib. v. Fastorum dixit. Heins.

666. Pugnando vinci se tamen illa vo-
let.] Sed tamen scripti nonnulli. dictum
lib. i. Amor. El. v. Idem.

668. Dura oscula.] Hinc puella apud
Theocrit. Idyl. 27. ἢ 7. καλὸν οὖν δα-

μάλας φιλεῖν, ἐκ ἀδύνα καὶ ἀν.

670. Perdere dignus erat.] Erit melio-
res. & superiori versu, si non & cætera
sumet, vel, sumit. Heinsius.

671. Pleno post oscula voto.] Facto Ju-
reti & Intimeli liber. Forte furto. Idem.

673. Vim licet appellem.] Appelles &
vis ista Jureti & Intimeli libri. Idem.

676. Gaudet.] Οἷμασιν αἰδομένην,
καρδίῃ δὲ οἱ ἄνδρες ἰατρῶν. Theocr. Idyll.
27. ἢ 69.

679. Vim passa est Phæbe.] Phæben
& Iliaram formæ elegantia excellentes
Leucippus pater despondit Idæ & Lyn-
ceo fratribus: quas quum rapuissent Cas-
tor & Pollux, inter eos pugnatum est
ante Spartanam urbem, ut Hyginus do-
cet. Est passa vim.] Rapta est enim à Ca-
store

Et gratus raptæ raptor uterque fuit. 680
 Fabula nota quidem, sed non indigna referri,
 Scyrias Hæmonio juncta puella viro.
 Jam Dea laudatæ dederat sua præmia formæ
 Colle sub Idæo vincere digna duas.
 Jam nîrus ad Priamum diversio venerat orbe; 685
 Grajaquæ in Iliacis mœnibus uxor erat.
 Jurabant omnes in læsi verba mariti:
 Nam dolor unius, publica causa fuit.
 Turpe, nisi hoc matris precibus tribuisset, Achilles
 Veste virum longa dissimulatus erat. 690
 Quid facis, Æacide? non sunt tua munera lanæ.
 Tu titulos aliâ Palladis arte petas.
 Quid tibi cum calathis? clypeo manus apta tenendo est.
 Pensa quid in dextrâ, qua cadat Hector, habes?

Re-

fore & Polluce. *Sorori.*] *Illez.* *Vis est illata sorori.*] *Allata* Regius & Oxoniensis cum sex aliis. bene. dictum epistola xvii. *¶* 21. *Hænsius.*

680 *Et gratus raptis.*] *Rapta* meliores. *Idem.* *Uterque raptor.*] *Castor & Pollux.*

681. *Fabula nota quidem.*] *Vim* puellis gratam esse, docet exemplo Deidamiz Lycomedis regis filiz, apud quem Thetis Achillem sub muliebri habitu celavit: quoniam à Proteo acceperat, illum peritum esse in bello Trojano.

682. *Scyrias Hæmonio.*] *Puella* Scyrias, Deidamia filia Lycomedis, regis Scyri. Quæ clarissima propter Lycomedis cum Achille affinitatem, & Achillis filium Neoptolemum ibi procreatum. *Vista puella viro.*] *Juncta* idem, & sequenti versu sua præmia, non mala, ut vulgati. Forte legendum *Hæmonio juncta puella toto.* Frequenter enim inter se confunduntur *viro* & *toto*. ut monui. *Epist.* xix. v. 100. Propertius, *Scyria non viduo Deidamia toto.* ita enim vetus codex. vulgati. & illic *viro.* *Hænsius.*

683. *Jam dea.*] *Venus.* *Præmia.*] *Helenam, quam Venus Paridi promiserat.*

684. *Vincere digna Venus.*] *Duas* pro diversa lectione Oxoniensis. quomodo & prima editio & tres scripti. *Venus ex Glossa* videtur natum. *Epistola* Paridis,

Arbiter es forma, certamina seste deorum,

Vincere qua formâ digna sit una duas, *Hænsius.*

686. *Grataque in Iliacis.*] *Lege* *Grajaque* cum Jureti codice & aliis nonnullis. atque ita prima editio supra,

Raptaque sit Phrygia Graja puella viro. simile mendum ex *Metamorph.* lib. iv. sustulimus. *Idem.*

687. *Jurabant omnes.*] *Vide* *Amor.* 2. eleg. 18. *¶* 2.

690. *Veste longa.*] *Thetis* foemineo habitu Achillem induit.

692. *Titulos.*] *Gloriam.* *Alia arte Palladis.*] *Quoniam* tractabis arma & prælia, quorum Pallas quoque fuit princeps. *Idem.*

693. *Clypeo manus apta tenendo.*] *Tenenda est* Oxoniensis. *tenenda est* alii nonnulli. *Puto, tenendo est.* & sic unus *Varicanus.* *tenendo* tamen non ablegem. *Hænsius.*

695. *Sæc-*

Rejice succinctos operoso stamine fusos. 695

Quassanda est ista Pelias hasta manu.

Forte erat in thalamo virgo regalis eodem:

Hæc illum stupro comperit esse virum.

Viribus illa quidem victa est, ita credere oportet:

Sed voluit vinci viribus illa tamen. 700

Sæpe, Mane, dixit, cum jam properaret Achilles:

Fortia nam positâ sumserat arma colo.

Vis ubi nunc illa est? quid blanda voce moraris

Auctorem stupri, Deïdamia, tui?

Scilicet, ut pudor est quondam cœpisse priorem, 705

Sic alio gratum est incipiente pati.

Ah nimia est juveni propriæ fiducia formæ,

Expectat si quis, dum prior illa roget!

Vir prior accedat: vir verba precantia dicat.

Excipiet blandas comiter illa preces. 710

Ut potiare, roga: tantum cupit illa rogari.

Da causam voti principiumque tui.

Jupiter ad veteres supplex Heroïdas ibat:

Corripuit magnum nulla puella Jovem.

Si

695. *Succinctos stamine fusos.*] Vide Eleg. 2. 3. Amor. xl. 31. *Fusos succinctos.*] Alligatos.

696. *Pelias hasta.*] Hasta Achillis, à Pelio Thessaliæ monte. Ea erat ex fraxino, tantæ magnitudinis, ut cum Patroclus arma sumpsisset ab Achille, hastam reliquerit tanquam intractabilem. *Pelias hasta.*] Homer. Iliad. τ. vl. 387.

Ἐκ δ' ἀρα σύριγγος παπρῶιον ἐσ-
πίσας ἔλκε.

Βριθὺ, μέγα, σιχαρόν. τὸ μὲν ἔδ-
νατ' ἀλλ' Ἀχαιῶν

Πάλλειν, ἀλλὰ μιν οἷος ἐπίσας το
πύλας Ἀχιλλεύς,

Πηλιάδα μελίην, τὴν πατρὶ φίλω
τάμει Χείρων

Πηλὶς ἐκ κορυφῆς, φόνον ἔμμενα ἡ-
ρώισσιν.

697. *Virgo regalis.*] Deïdamia, regis filia.

698. *Comperit.*] Nam antea crediderat puellam esse Achillem.

702. *Fortia sumpserrat arma.*] Achillēs jam deposita colo, & muliebribus exercitiis relictis, induerat arma bellica, ut cum Græcis ad Trojam abiret: nihilominus tamen Deïdamia instabat rogando, ut maneret. &c. *Micyll.*

705. *Quiddam cœpisse priorem.*] Meliores libri, *quadam vel quandam.* Scribe, *quondam* cum prima editione & tribus scriptis. vide Notas Epistola xvii. v. 71. *Heinsius.*

708. *Expectet.*] *Expectat* meliores libri. & mox *Excipiet* pro *Excipiat.* pro *comiter* perperam multi, *molliter.* lib. ii. Fast. *Comiter excipitur: sanguine junctus erat.* Id.

Na

715. *Tam-*

Si tamen à precibus tumidos accedere flatus
Senseris? incepto parce, referque pedem. 715

Quod refugit, multæ cupiunt: odère, quod instat.

Lenius instando tædia tolle tui.

Nec semper Veneris spes est profitenda roganti:

Intret amicitiae nomine tectus amor. 720

Hoc aditu vidi tetricæ data verba puellæ:

Qui fuerat cultor, factus amator erat.

Candidus in nautâ turpis color: æquoris undâ

Debêt, & à radiis sideris esse niger.

Turpis & agricolæ, quia vomere semper adunco, 725

Et gravibus rastris sub Jove versat humum.

Et tua, Palladiæ petitur cui palma coronæ,

Candi-

715. *Tumidos accedere flatus.*] Flatus Oxoniensis, venuste. lib. III. v. 511.

Odinus immodicos (experte credite) flatus.

sic videtur legendum. nam vetus liber illic flatus. Propertius lib. III. El. xxv.

Mendaces ludant flatus in amore secundo. non secundi. quod nunc legitur. Statius Theb. III.

— *Cum magniloques luis impia flatus*

Tantalus.

& lib. I.

Attolit flatus ducis, & sedisse superbum

Dejeto se fratre potat.

Dracones de Turno,

De libertatem fandi, flatusque remittas.

Seneca Agamemnonem,

Tamen superba & impotens flatu nimis

Fortuna magno spiritus tumidos daret.

idem Thyeste,

Ponite inflatos tumidosque vultus.

Valerius Flaccus libro III.

Non hi tum flatus, non ista superbia dicitis.

& paulo ante,

— *tali mentem pars maxima flatu*

Ergit, & vana gliscunt præcordia lingua.

Corippus Africanus libro III.

Quod tua ventosis inflata superbia verbis fastidat.

tumens flatus in se simili dixit Ammianus Marcellinus. memini & apud Silium id occurrere, ad Claudianum plura. Cæterum Regius, Oxoniensis, Jureti codex & alii nonnulli, abscidere non accedere contratio plane sensu sed male. Heinss. Tumidos flatus.] Sic & Græci Theocr. In sacro Hercul. vers. 24.

— *ὄντις οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος. Et Eurip. in Herc. fur. πρὸς Σίγνυς πρὸς.*

722. *Qui fuerat cultor factus; amator erat.] Puro,*

Qui fuerat cultor factus, amator erat.

Heins.

725. *Turpis in agricolâ.] Et agricola libri veteres. Idem.*

726. *Sub Jove.] Sub cælo aperto. Horatius: Manet sub Jove frigido Venator.*

727. *Et tu Palladiâ.] Et tu Regius, Oxoniensis, Jureti codex, & tres alii bene, ut ad Corpora referatur. palma corona pro fama quatuor libri. nec damno Heinss. Corona Palladiâ.] Coronæ oleaginæ. Est enim olea arbor sacra Palladi, qua victores in Olympico certamine coronabantur. Erant olim in Græcia quatuor ludorum genera præ cæteris celebratissima. Ludi Olympici, qui celebrabantur quinto quoque anno, magna homi-*

Candida si fuerint corpora; turpis eris.

Palleat omnis amans: hic est color aptus amanti.

Hic decet: hoc vultu non valuisse putent.

730

Pallidus in Lyrice sylvis errabat Orion:

Pallidus in lentâ Naïde Daphnis erat.

Arguat & macies animum: nec turpe putaris,

Palliolum nitidis imposuisse comis.

Attenuent juvenum vigilatæ corpora noctes;

735

Cura-

hominum frequentia, in honorem Jovis Olympici. Pythii, Apollini sacri, in quibus victor poma referebat. Isthmii vero ludi erant Palamoni dicati, victori corona ex apio dabatur. Nemei, in memoriam Archemori instituti, victores pinea corona ornati discedebant.

730. *Hic decet: hoc vultu non valuisse putant.* Hic decet bene nonnulli codices: nimirum color. Hic decet hunc multum Excerpta Scaligeri & Puteani cum aliis quibundam. putant etiam Regius & duo alii. pro multis unus meus vultu. Pote,

Hic decet, hoc vultu non valuisse putant.

ex hoc vultu colligant ac persuadentur quælle te non valere, & agrum esse præ animo sui amore. T6 putant sic & usus est lib. 11.

Quo magis o juvenes deprendere paratis vestras.

Peccant: peccantes verba dedisse putant.

hic multis non valuisse putant, pœmaeditio. Heinsius.

731. *Pallidus in Lyrice sylvis errabat Orion.* Noti sunt Amores Orionis, qui OEnopionis filium perdidit amari, quam Metopen alii, Parthenius in Eroticiis cap. 11. Haro appellat. De Lyricis nihil legisse me memini. Nec constans sibi vereres memorant. Jureti codex Pallidus in Licæ. in Linceis unus ex meis. et & Regius. nisi quod à manu secunda Lincea. quomodo in multis aliis. Arondelianus in siveis Lincea, vel Licæ, vel Linceis. Cæteri, Linceam, Linceum, Lincæ, Lincis, Lincis, Lincis, in Lincis, &

lincis, & similia. Nam codex Gronovianus hunc versum non habebat. Lege in *Dirceis sylvis*. Nam Orion Thebanus. hinc *Bæotus* sæpe poetis dicitur, & Dirce fons Thebani agri, quem inter alios Statius in Thebaïde sua luculentis versibus descripsit. Regius etiam *Arion* pro *Orion*. De Daphnidis Amorebus ex Parthenio, Scholiaste Theocriti, Junio Philargyro, & Servio res est non plane ignota. Idem.

732. *Pallidus in lentâ.* Ex Mercurio & Nymphæ Daphnidem natum in Sicilia, scribit Diodorus: & à laurorum similitudine, in quas divergebantur nymphæ, ita appellatum. Educatur à nymphis bonam perennalem possedit amantem, à quorum cura *bu-* *bus* est dictus. Quam esset ingenio acri, studiumque plurimum gubernandæ bobus impenderet, cæmen bucolicum, quod postea à Siculis in pretio habitum fuit, invenit. In Dianæ gratiam venatui operam dedit, eamque fistula & cantu bucolico delectavit. *Lenta.* Dura, & tarda ad amandum Daphnidem.

734. *Palliolum nitidis imposuisse comis.* Palliolum melioris notæ fœbi. nec dubium quin recte. Qui enim infirmæ valetudinis erant, palliolis obnubebant caput. Quantilianus: *Palliolum*, sicut *fascias & fœcalia*, sola passim excusare valendo. Monuit jam ad Historiam Augustam Salmastius. Sequenti versu *Attenuent* etiam bene tres libri. vulgo *Attenuant*. & è magno qui se amore nonnulli, non in magno. Heinsius.

N D 2

739. Con-

Curaque, & è magno qui fit amore, dolor.
 Ut voto potiare tuo, miserabilis esto:
 Ut, qui te videat, dicere possit, Amas.
 Conquerar, an moneam, mistum fas omne nefasque?
 Nomen amicitiae, nomen inane fides. 740
 Hei mihi! non tutum est, quod ames, laudare sodali.
 Cum tibi laudanti credidit, ipse subit.
 At non Aëtorides lectum temeravit Achillis:
 Quantum ad Pirithoum, Phædra pudica fuit.
 Hermionen Pylades, quo Pallada Phœbus, amabat: 745
 Quodque tibi geminus, Tyndari, Castor erat.
 Si quis idem sperat; iacturas poma myricas
 Speret: & è medio flumine mella petat.

Nil,

739. *Conquerar, an moneam mistum fas esse nefasque.* Libri meliores fas omne nefasque. Deinde Regius Cum querar ad-moneam. Admoneam etiam est in Oxoniensi. Scribe,

Nam querar ac moneam mistum fas omne nefasque,

Nomen amicitias, nomen inane fides?

ut esse subintelligatur. Nisi quis male Conquerar an tacitam, quod est in excerptis Politiani, & tribus à me inspectis. Idem.

741. *Quod amas.* Quod ames meliores. Idem.

743. *At non Aëtorides.* Perpercos amicis fidos fuisse commemorat: sed nullos tales reperiri amplius posse, ostendit. Aëtorides, patronymicum est, ab avo deductum. Aëtor enim fuit pater Menœti, patris Patrocli. Lectum Achillis. Hippodamiam Brisei filiam. Lectum temeravit Achillis. Achilles Regius, Oxoniensis, & alii quidam. Scribe Achillei. sic Ulyssæi pro Ulyssis passim quoque tam apud Virgilium, quam nostrum. Remed. Amor. vl. 473. ope tentus Achilles. ex vestigiis vetustis codicis. in veterrimo codice Virgilii Mediceo semper Achilli & Ulyssæi scribitur in secundo casu. & Oili non Oili, quomo-

do & Oronti. & sunt Achilli & Ulyssæi apud Horatium quadrisyllaba sunt. pluribus de his accurate disputavit ex antiquis grammaticis Pierius Valerianus ad vl. 30. libri primi Æneidos. Persæi ala apud Propertium; & Persæi uxor. Vide Notas Gronovii ad Livium lib. xlii. cap. xxv. nos plura ad Metamorphoses. Hæmser.

744. *Ad Pirithoum.* Initium amicitiae inter Theseum & Pirithoum, & quam se mutuo dilexerint, docet Plutarch. in Theseo. Phædra pudica fuit. Pirithous non violavit Phædræ, uxorem Thesei. Met.

745. *Qua Pallada Phœbus.* Quod Regius. reliqui plerique, quo. ut supra,

Myrrha patrem, sed non quo filia debet, amavit. Heins.

747. *Letturas poma myricas.* Iacturas Regius: Oxoniensis & sex alii. quomodo in Observationibus ex Arondeliano codice restituit preclare Gronovius lib. i. cap. xviii. qui videatur omnino. cornua iacta Art. III.

Nec facimus cervos cornua iacta ferre. sic & alibi nix iacta. mox è medio flumine libri meliores. Remed. Amor.

Gedimus, è medio jam licet amebitis. Idem.

753. Fr-

Nil, nisi turpe juvat: curæ est sua cuique voluptas.

Hæc quoque ab alterius grata dolore venit. 750

Heu facinus: non est hostis metuendus amanti.

Quos credis fidos, effuge; tutus eris.

Cognatum fratremque cave, carumque sodalem:

Præbebit veros hæc tibi turba metus.

Finiturus eram: sed sunt diversa puellis 755

Pectora. mille animos excipe mille modis.

Nec tellus eadem parit omnia. vitibus illa

Convenit; hæc oleis; hac bene farra virent.

Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ:

Qui sapit, innumeris moribus aptus erit. 760

Utque leves Proteus modo se tenuabit in undas;

Nunc leo, nunc arbor, nunc erit hirtus aper.

Hi jaculo pisces, illi capiuntur ab hamis:

Hos cava contento retia fune trahunt.

Nec tibi conveniat cunctos modus unus ad annos: 765

Longius insidias cerva videbit anus.

Si

753. *Fidemque sodalem.*] *Carumque castigationes.* nam *fidos* præcesserat superiori versu. *Idem.*

761. *Utque levis Proteus modo se tenuabat in undas.*] Primo *leves* undas reponendum est ex auctoritate optimi Regii, fragmenti veterrimi Oxoniensis, & octo vel novem aliorum codicum. *leves* aquas noster alibi non uno loco dixit. ut in *Fastis*, *leves cursum sustinistis aqua*. Pro *tenuabat*, deinde idem Regius, & duo alii *tenuavit*. sed probe prima editio, & unus Vaticanus, *tenuabit*. & sequenti versu pro *erat*, fragmentum Oxoniense, Codex Regius, & duo alii, *erit*, verissime. Instar Protei, inquit, modo in *leves* undas, nunc in leonem, aut aprum, aut arborem se mutabit. De Proteo noster pluribus libro *Met.* VII. & res est cæteroquin nota. Porro Horatii ista, *Satyræ* III. lib. II. respexit hoc loco noster, ubi is agit de malo debitore.

Scribe decem à Norio. non est satis. adde Cicuta

Nodosi tabulas centum: mille adde catenas.

Effugiet tamen has sceleratus vincula Proteus,

Cum rapiens in jus malis videntem alieni:

Fiet aper, modo avis, modo saxum, & cum volet, arbor.

nam proverbii locum obtinuisse videtur, ut qui urgentes eludebant, Protei dicerentur, idem Horatius libro I. *Epist.* I.

Qua teneam vultus mutantem Protea nodo? Idem.

766. *Longius insidias curva videbit anus.*] *Ridicule profecto.* Causa scilicet multum est, cur anus jam curvata præ senio insidias amatorum metuat. Quis credat optimo poetæ tale quid excidisse? Tollit scrupulum codex Regius, in quo à manu prima legebatur *cerva anus.*

N n 3

Si doctus videre rudi, petulanſve pudenti;
 Diffidet miſeræ protinus illa ſibi.
 Inde fit, ut, quæ ſe timuit committere honeſto,
 Vilis in amplexus inferioris eat.
 Pars ſuperat cœpti, pars eſt exhausta, laboris.
 Hic teneat noſtras anchora jacta rates.

770

anſu. Necaliter in Oxoniensî pro diverſa lectione. *corvum ſenem* pari modo Lucretius dixit lib. 111. & noſter infra lib. 111.

Nec facietur *corvus* *corvus* jacta ſi-
 pum. ſimiles autem metaphoꝝ familiares ſupꝛ noſtro, quociens de puellis agit. ſic

ſupra.

Sanctus arrepto piſcis teneatur ab hano,
 & poſtea,

— *lepus hic aliis exegitandus erit.*
 & , initio ſequentis libri ,

Decidit in caſſes præda poſita meos.
 ſed nihil opus eſt, ut elegantiffimam le-
 ſtiopem pluribus adſtruaſmus. *Idem,*



P. OVIDII NASONIS
ARTIS AMATORIAE
LIBER SECUNDUS.

Dicite, Iō Pæan: &, iō, bis dicite, Pæan.
Decidit in cassēs præda petita meos.
Lætus amans donet viridi mea carmina palmâ:
Præferor Ascræo Mæonioque seni.
Talis ab armiferis Priameius hospes Amyclis
Candida cum raptâ conjuge vela dedit.
Talis erat, qui te curru victore ferebat,
Vecta peregrinis Hippodamia rotis.
Quid properas, juvenis? mediis tua pinus in undis
Navigat: & longè, quem peto, portus abest. 10
Non

1. **D**icite Iō Pæan.] Ex tribus partibus quas proposuerat Ovid. duas absolvit: tertia superest, quam nunc exequitur. Docet enim in hoc 2. lib. quemadmodum ab amatore conservandus diu sit amicæ amor, quam assiduo labore sibi morigeram reddidit. *Dicite Iō Pæan.*] Triumphandum esse dicit de amica victa: & Apollinem invocandum, ut in triumphis fieri solebat. *Pæan* autem non modo Apollinem significat, sed ipsius & cæterorum deorum laudem.

2. *In meas casses.*] Capta est. *Præda petita.*] Puella quaesita.

3. *Lætus amans donet.*] Donat optimus Regius cum aliis nonnullis & primâ editione. Forte *doma*. Heinsius.

4. *Præferor Ascræo.*] Præponor Hesiodo, ab Ascræ, Bzotiz vico appellato. *Mæonioque seni.*] Homero, à Mæzone patre, eodemque patruo, ut Plutarchus scribit.

5. *Ab Amyclis armiferis.*] A bellicosis Amyclis. Amyclæ autem fuit ci-

uitas Laconiz, patria Helenæ. *Priameius hospes.*] Paris, quem Menelaus suscepit hospitio.

6. *Conjuge vela dedit.*] Dedit meliores. *Heinsius.*

7. *Talis erat, qui te curru.*] Oenomaus rex Pisæ & Elidis in Peloponneso, filius Martis & Æginæ, quum accepisset ex oraculo, se moriturum, quamprimum filia nuplisset, eam in perpetua virginitate asservandam curavit. Itaque, quicumque filiam peteret, cursu certabat. Habebat enim duos velocissimos equos, Psillam & Harpinam. Tandem Pelops, Tantali filius, ex Peloponneso veniens, corrupto Myrtilo, victor evasit. Oenomaus, existimans advenisse responsi tempus: sibi mortem convicit. Pelops ducta uxore Hippodamia, Pisæ regnum tenuit. *Diadema.*

8. *Peregrinis rotis.*] Curru peregrini Pelopis.

9. *Tua pinus.*] Amoris cursus.

10. *Et longè.*] Nam plura adhuc restant dicenda.

N n 4

11. Non

Non satis est venisse tibi me vate puellam.

Arte meâ capta est: arte tenenda meâ est.

Nec minor est virtus, quam quærere, parta tueri.

Casus inest illic: hic erit artis opus.

Nunc mihi, si quando, Puer & Cytherêa, favete: 15

Nunc Erato: nam tu nomen amoris habes.

Magna paro; quas possit Amor remanere per artes

Dicere, tam vasto pervagus orbe puer.

Et levis est, & habet geminas, quibus avolet, alas.

Difficile est illis imposuisse modum.

20

Hospitis effugio præstruxerat omnia Minos.

Auda-

11. *Non satis invenisse tibi est me vate puellam.* Regius cum reliquis plerisque, *Non satis est venisse tibi*, optime. sic & Græci ferè *εὐρίπλοος* de re venerèd honesto vocabulo utebantur. noster infra,

Hec est, uxores quod non patietur amari.

Conveniant illas, cum voluere, viri.

Epistola Sapphus,

Jam tibi Sicelides veniunt nova præda puella.

Amor. 1, El. x,

Qua Venus ex aquo ventura est grata duobus,

Altera cur illam vendis, & alter amas?

El. xi.

Sape venire mihi dubitantem hortata Cerinnam.

ut illic scribendum videtur. Martial. lib.

1. Ep. lxxi,

Omnis ab infuso numeratur amica Falerno;

Et quia nulla venit, tu mihi, semine, veni.

in Apophoretis,

Tunc triplices nostros non vilia dona parabis,

Venturam cum se scribet amicitibi.

Propertius lib. 11. El. xiv.

Sic venit Iodis, si qua negavit heri.

El. xviii.

Mi formosa sat es, si modo sape venis.

Ita scribo. ubi Tò venis perperam inest-

pretatur magnus Scaliger. El. xx.

Speranti subito si qua veniro negat.

Noster infra,

— fortior ille est,

Quo venimus alii conciliant: viri.

uxores nimirum. ita corrigendum. Modus loquendi Propertio admodum familiaris. Heinsius.

15. *Puer & Cytheræa.* Cupidinem & Venerem invocat. *Si quando.* Favistis.

17. *Remanere.* Durare.

19. *Quibus rolet alas.* Avolet Regius & alii complures cum primâ editione. quod sequor. sed & multi advolet. proxime verum. Heins.

21. *Hospitis.* Dædalus genere Atheniensis, natus ex Metione Eupalami, præclarus architectus fuit. Fabulam refert Diodor. & Ovid. in Metam. *Præcluserat omnia.* Terras & maria clausera. *Præcluserat omnia Minos.* Præstruxerat meliores libri magno numero. rectius. nam clausit mox loquitur. Dædalus ipse lib. viii. Met. de Minos,

— Terras licet, inquit, & undas

Obstruat: ac cælum certe parat. ibidem illas.

Omnia possident, non possides aëra Minos.

Fast. 1. de Caco,

Ille adiacum fracti præstrinxerat obliqua montis.

Heins.

23. Cri-

Audacem pennis repperit ille viam.

Dædalus ut clausit conceptum crimine matris

Semibovemque virum semivirumque bovem;

Sit modus exilio, dixit, iustissime Minos:

25

Accipiat cineres terra paterna meos.

Et quoniam in patriâ fatis agitatus iniquis

Vivere non potui, sit mihi posse mori.

Da

23. (*crimine matris.*) Pædiphaës infando amore. *Ut clausit.*] Posteaquam labyrinthum ædificavit.

25. *Sit modus exilio.*] Verba sunt Dædali præcantis Minos.

26. *Terra paterna.*] Urbs Athenæ.

28. *Da mihi posse mori.*] *Sit mihi* Iu-
reti excerpta eleganti Græcismo, *ἄπο-
το; ἴσι, ἄδελφοντο.* sic contra, *Non est,*
ἢ ἴσι. *Non sit, Ne sit, μὴ ἄποτο, μὴ*
ἄδελφοντο. *ἢ ἴσι,* pro non licet, non da-
tur. imitatus hunc Nælonis locum Ma-
ximianus in Elegiis,

*Nunc, quia longa mihi gravis est & inu-
tilis ætas,*

Vivere cum nequam, sit mihi posse mori.

Libet paulum exspatiari, ut modum lo-
quendi elegantem illustremus. Tibul-
lus lib. I. El. VI.

Tunc mihi non oculis sit timuisse meis.

& lib. III. El. IV.

*Nec tibi sit duras acuisse in pectora den-
tes.*

Virgilius,

*Tu procul à patriâ, nec sit mihi credere
tantum.*

noster superiori libro, quod non est mu-
tandum,

*Blanditiis animum fortis deprendere
nunc sit.*

lib. III. Ant.

*Nec mihi sit posui numero comprehendere
nunc sit.*

ita scribo, vel invitis scriptis codicibus.
Vulgo nunc legitur. *fas est.* & hoc ipso
libro,

*O quater & quoties numero comprehende-
re non est.*

Felicem!

sic lego ex scriptis. vulgo, *O quantum.*
unde emendandus in xinerario Ruti-
lius,

*O quater & quoties non est numerare
beatos,*

Nasce felici qui meruere solo!

ita enim scribo, cum perperam ibi ex-
tet,

*O quantum & quoties possem numerare
beatos!*

respexit illa Rutilius Trist. III. El. XII.

*O quater, & quoties non est numerare,
beatum,*

Non interdictâ cui licet urbe frui.

Ubi etiam codices plurimi *O quantum.*
frustra. lib. V. Trist. El. XI.

*Utique aliis, quorum numerum compren-
dere non est,*

Cæsareum numen, sic mihi mite fuit.

noster libro III. infra,

*Quid minus Andromeda fuerat sperare
revincta,*

Quam doces nulli posse placere suas?

ita præstantiores libri recte. vulgati,

*Quid minus Andromeda poterat sperare
relictâ.*

lib. II. Met.

*Es modo, quos illi fato contingere non
est,*

Prospicit occasus.

quomodo & ille locus corrigendus. ubi
plura lib. II. Fast. & quam corrumpere
non est. pro quam non datur corrumpere.
lib. III. Met. fabula Narcissi,

— liceat, quod tangere non est,

Aspicere.

Trist. lib. I. El. I. ad Deos,

*Fallere quos non est, hanc mihi fertis
opem.*

ND 5

Pont.

Da reditum puero, senis est si gratia vilis:

Si non vis puero parcere, parce seni.

Dixerat hæc. sed & hæc, & multo plura licebat

Dicere: regressus non dabat ille viro.

Quod simulac sensit, Nunc, ô nunc, Dædale, dixit,

Mate-

PONT. IV. EL. XII.

Quid mandem. queris? petam, nisi dicere vix est.

Virgilius præfatione *Æneidos*,

Si mihi suscipium fueris decurrere mor-
tui.

Silius lib. VI.

Sed mihi sit Stygius ante intravisse pe-
nates.

Talia quam videam sermone patibâ La-
timis.

lib. VIII.

— *nec longius mi*

His opibus Bartoque suis.

lib. III. EL. IV.

Sic tamen hoc absens, ut qua contingere
non est,

Corpore, sunt oculis cuncta videnda
meis.

Virgil. IV. Georg.

Scis, Proteus, sis ipse: neque est te sal-
lere cuiquam.

Horat. lib. I. Sat. V.

Mansuri oppidulo, quod versu dicere
non est.

Propert. lib. II. EL. X.

Ut caput in magnis tibi non est tangere
signis,

Ponatur hic imas ante coram pedes.

idem lib. I. EL. XX.

Nec tibi sit duras montes et frigida
saxa,

Galle, nec expertos semper adire
lucus.

In codices, quos consului, ex scriptis
meliores. duri montes, usitato poetis
Epitheto. Noster Met. XIV.

— *durisque in manibus orte*

Malle fretum colebrant.

Idem Propertius lib. III. EL. III.

Nec tibi sit rance præterita classica cornu
Flare.

Germanicus Arateis,

Est etiam propiore deum cognoscere
motu.

ἔστι γινώσκων. Avicenna Prognosticis,
Nec minus ex aliis aderit cognoscere mo-
tus

Æquoris, et magnos cæli callere tra-
multus.

πάρος καὶ γινώσκων. Gracianus & ille.
Martialis lib. XII. Epist. XI.

Et si forte (sed hoc vix est sperare) va-
cabit.

& Ep. IXXIII. ejusdem libri,

Effugere à thermis et circa balnea non
est

Hermogenem, omni tu licet arte velis.
& lib. XI.

Effugere non est, Basse, basiatores.

ex quibus duobus postremis locis liquet
& apud nostrum infra loco vexatissimo
scribendum esse.

Effugere hunc non est, cave ne tibi possit
amica

Dicere.

Met. IX.

Et quoniam non est ad vos incumbere no-
bis.

ita enim ex vestigiis scriptorum codi-
cum reponendum videtur. vulgai,

— *mihi fas ad vos incumbere non*
est.

Heinsius.

29. Senis.] Patris Dædali.

30. Puero.] Filio Icaro.

32. *Dicere, at egressus.] Et egressus*
scripti plerique. Regius dicere egressus.
prima editio & sex scripti, regressus. Le-
ge, regressus nec dabat ille. Heinsius.

33. *Quod simul ac.] Simul ac Regius*
cum Scaligeri & Jureti excerptis & o-
cto aliis. sed frustra. Met. II. Quod so-
mul ac fassero, ruunt. quatuor libri, nunc
ô nunc Dædale. concinnus. senis etiam
recte Comelinianus. Idem.

35. Possi-

Materiam, qua sis ingeniosus, habes.

Possidet en terras, & possidet æquora Minos: 35

Nec tellus nostræ, nec patet unda fugæ.

Restat iter cœlo: cœlo tentabimus ire.

Da veniam cœpto, Jupiter alte, meo.

Non ego fidereas affecto tangere sedes.

Qua fugiam dominum nulla, nisi ista, via est. 40

Per Styga detur iter: Stygias tranabimus undas.

Sint mihi naturæ jura novanda meæ.

Ingenium mala sæpe movent. quis crederet unquam,

Aërias hominem carpere posse vias?

Remigium volucres disponit in ordine pennas: 45
Et

35. *Possidet & terras.*] Argentinus & unus Varicanus & pro diversa lectione Arondelianus, *Possidet en. Lego,*

Possidet en terras, en possidet æquora Minos. Idem.

Possidet & terras & æquora.] Virgil. 9.

Nec spes ulla fuga: rerum pars altera adempta est:

Terra autem in manibus nostris.

Quod imitatur Lucan.

Absulimus terras, exclusimus æquore toto.

Ecce maris magno claudit nos obijce Pontus,

Decet jam terra fuga.

Virgil. d. I. *Χαῖρος ὀλίγην ἔτι μοῖραν ἔχοντες — Ἀγέτοια.*

37. *Restat iter cœli.*] Cælo Politiani excerpta & duo alii. non male. Cælo tentabimus ire.] Cælum Sarravianus & duo alii. vide Notas ad Epist. VII. v. 40. Heinsius.

42. *Sint mihi.*] *Sint mihi* Regius & Puteani excerpta. Idem. *Jura novanda.*] Naturæ jura Dædalus dicitur innovare, quum aërem volucibus concessum tentat, relicta terra.

43. *Ingenium mala sæpe movent.*] Pericula reddunt hominem ingeniosum.

44. *Aërias vias.*] Horat. *Expertus vacuum Dædalus æra Pennis non homini dari.*

5. *Remigium volucrum disponit in or-*

dine pennas.] Alas remigium quoque Græci vocant nonnunquam. sic *ειρεσίαν πτερόν* Lucianus Timone de Mercurio. *ὁ μὲν ἀπεδάλυθεν, ὡς δὲ καὶ Τεκμαίρομαι γὰρ τῇ εἰρεσίᾳ τῶν πτερόν.* sic & *alarum remigium* Virgilius in hac eadem de Dædalo Fabula, & *Dadaleum remigium* auctor supplementi ad Plautinam Amphitryonem,

— non ocyus quivi, si me

Dadaleis tulissem remigiis.

noster alarum remos. Met. v.

— *Posse super stultus alarum insistere remis*

Optastu.

Silius lib. XII. de Dædalo,

— *natumque salutis*

Pennarum remis & non felicibus alis

Turbida plaudentem vidit freta.

Lucret. VI.

Remigii oblita pennarum vela remittunt.

ubi *remigium* simpliciter habes. quomodo & apud Avienum in *Phænomenis*, de Cygno,

— *dextro late Cepheida dextram*

Radens remigio.

pennarum quoq; *vela* Lucretianum imitatus Apulejus in *Floridis*, de Aquila, *Velificatas alas quo libuit adveniens modo cauda gubernaculo.* & noster infra, *Quaque ferent aura, vela secunda duos.*

de

Et leve per lini vincula necsit opus :

Imaque pars cæris astringitur igne solutis :

Finitusque novæ jam labor artis erat.

Tractabat ceramque puer pennasque renidens,

Nescius hæc humeris arma parata suis.

Cui pater, His, inquit, patria est adeunda carinis:

Hac nobis Minos effugiendus ope.

Aëra non potuit Minos; alia omnia clausit.

Quem licet, inventis aëra rumpe meis.

Sed tibi nec virgo Tegeæa, comesque Bootæ

Ensigner Orion aspiciendus erit.

Me pennis sectare datis: ego prævius ibo.

Sit

de alia. *Padum remigium* dixit Statius Theb. ix. hinc *tramaræ* mobila obvium, tanquam de mari. cæterum in quinque scriptis *Remigium volucris* legitur. sed *volucris pennas*, ut unus habet Palatinus, probum est. eleganti appositione. sic *volucris Cupido*, &c. similia. *volucris turba* pro avibus Met. v. ex optimis libris,

—— nuper & ista

Asservimus volutem villa certamine turbarum.

non *volucrum*. Fest. i. ex antiquis. item libris,

Tuta diu volucris proles cum danique caesa est.

Heinsius.

54. *Quæ licet.*] *Quem licet* meliores cum prima editione. nonnulli *Quem libet*. Commelinianus & tres alii, *Quam libet*, etiam non male. Vide Notas Ep. vi. ff. 140. Idem.

55. *Virgo Tegeæa.*] Calisto Arcadiæ ab urbe Tegeæ, Lycaonis Arcadiæ regis filia à Jove compressa, mutata fuit à Junone in uriam, quam Jupiter cum filio inter sidera collocavit: eamque Arcton, filium *Arctophylacæ* nominavit. Fabulam narrat Ovid. & plenius Hyginus. *Comesque Bootæ.*] Arcton, plaustrum nominarunt: nam ex septem stellis, duas quæ pariles videntur, pro bobus habuerunt: reliquis vero quinque, si-

guram plaustræ dederunt. Proximam illi stellam *Boëtem* dixerunt, à bobus, quos videtur agitare. Hunc & *Arctophylacæ*, id est, uris custodem, appellari diximus. *Comesque Bootæ.*] Novi illa *Hesychii*, *Βοώτης*, ὁ ὀπίσθιος. & *Boëtem* ἀγέλης. ὅτι ὁ ὀπίσθιος δὲ τοῦ Ἀρκτοῦ. ubi Orion cum *Boëta* confunditur. quomodo alii cum *Icario* unum faciunt. unde *Alteus Bootes* Valerio Flacco dictus lib. ii. ff. 69. qui locus non est sollicitandus. Propertio quoque lib. ii. El. xxxiii.

Flethunt Icarii sidera tarda boves.

Hic tamen scribe *Boëta* cum optimo Regio & uno Patavino. Neque obstat sidera hæc minores sibi vicina esse, cum & Catullus proximum *Hydrochoæ* *Orionem* ponat carmine de Comæ Berentecæ, nisi pro *Hydrochoæ* scribendam illuc *Hemiochoæ*. Heinsius.

56. *Ensigner Orion.*] *Ensigner* Regius cum quinque aliis & prima editione. sic & meliores libri quarto Fastorum,

Ensigner Orion æquore mensur erat. Idem. *Ensigner Orion.*] Orionis sidus observari à nautis, docet etiam Virgil. *Ensigner* autem appellatur, quoniam tres stellæ sunt, quibus gladius in ejus dextra formatur, ut Hig. docet.

57. *Me pennis sectare.*] Ne aspicias ulla sidera, sed me tantum volam subsequere.

58. Sii

Sit tua cura sequi: me duce tutus eris.
 Nam five ætherias vicino sole per auras
 Ibimus; impatiens cera calor erit. 60
 Sive humiles propiore freto jactabimus alas;
 Mobilis æquoreis penna madescet aquis.
 Inter utrumque vola: ventos quoque, nate, timeto;
 Quaque ferent auræ, vela secunda dato.
 Dum monet; aptat opus puero, monstratq; moveri: 65
 Erudit infirmas ut sua mater aves.
 Inde sibi factas humeris accommodat alas:
 Perque novum timidè corpora librat iter.
 Jamque volaturus parvo dedit oscula nato:
 Nec patriæ lacrymas continuere genæ. 70
 Monte minor collis, campis erat altior æquis:
 Hinc data sunt miseræ corpora bina fugæ.
 Et movet ipse suas, & nati respicit alas
 Dædalus; & cursus sustinet usque suos.
 Jamque novum delectat iter: positoque timore 75
 Icarus audaci fortius arte volat.
 Hos aliquis, tremulâ dum captat arundine pisces,
 Vidit; & inceptum dextra reliquit opus.
 Jam Samos à læva fuerant Naxosque relictæ,

Et

58. Sit tibi cura sequi.] Tua cura prima editio cum melioribus scriptis, & mox timeto pro caveto, & sibi factas pro suis. & timide pro timidus. Heins.

63. Inter utrumque vola.] Medium tene.

71. Monte minor collis.] Collem Crete describit, unde Dædalus cum filio evolavit.

78. Inceptum dextra reliquit opus.] Relinquit nonnulli. unus Vaticanus, remisit. alter Regius remittit. sic Fast. 11.

Desinit in lacrymas, inceptaque fila remisit.

Met. vi.

Aspicit hanc torvis, inceptaque fila remisit.

ita & illic quidam ex antiquis libris.

quomodo & remissa ambages de quo ad epist. vii. M. 149. Heins.

79. Jam Samos à læva fuerat.] Fuerant cum melioribus. Sequenti etiam hexametro unus meus cum Vaticano uno erant. pro Calydna Regius veterimus Palymne. prima editio cum nonnullis scriptis Palymne. Forte pro Calymne. tam enim Calymnam quam Calydnam inter insulas recenset Stephanus. Certe lib. viii. Met.

Dextra Lebinthos erat facundaque melle Calymna,

occurrit in eadem hac narratione, sive Calymne, ut libri meliores agnoscunt constanter, nisi quod Calydne in uno regio illic offendi. alii Calymne & Calymne. apud Strabonem quoque sub finem libri

Et Páros, & Clario Delos amata Deo. 80
 Dextra Lebynthos erant filvisque umbrosa Calymne,
 Cinctaque piscosis Astypalæa vadis:
 Cum puer incautis nimium temerarius ausis
 Altius egit iter, deseruitque ducem.
 Vincla habant; & cera Deo propiore liquefcit: 85
 Nec tenues ventos brachia mota tenent.

Ter-

libri. x. non constant sibi codices, qui modo hanc modo illam lectionem agnoscunt. De melle tamen Calymnio subscribit Ovidianæ lectioni in Metamorphosi, Ἄπαν μὲν ἐν τῷ πανταλίῳ μέλι, ὡς ἐπιπροσώλῳ ἀρτίῳ ἔστι, καὶ ἐν αἰμαλλον τῷ Ἀττικῷ. τὸ δὲ ἐν ταῖς νήσοις, διαφερντῶς. μέλιτα δὲ τοῦ Καλύμνιον. At Plinius lib. xi. cap. xiii. de melle. *Ibi optimum semper, ubi optimorum caliculis florum canditur.* *Amica regionis hic & Sicula Hymetto & Hybla ab locis, max Calyda insula;* Eustathius ad illa Homeri Iliad. β. νήους τε καλύδνας, inter alia, νήοι αἱ καλύδνας εἰσιν, ἀς ἴταροι διὰ τῷ μέλι γράφουσιν καλύμνας. ὅτι δὲ ἀγαθὸν μέλι τὸ καλύδνας. Deinde ubi diversas sententias retulit de his insulis, καλύδνας νήους παρὰ τινὰς αἱ Σποράδες, ὅτι μὲν καλύμνας. *Calydnes* numero plurali efferunt. ut apud Seneccam Troadibus ex fide optimi Medicei,

Semper Europæ propinquo Clari,
Quibus tanto facilis Calyda.

Nam vulgatum *Echydna* nihil est, nisi *Echino* repone, quomodo Echinas esse dictas dicitur E'χινος μόνον testatur Stephanus Byzantinus, cuius etiam nominis oppidum fuerit in Acarnania. *Hinsius.* *Jam Camos à larva.*] *Samos* (ut Apulejus scribit) medica insula est, in mari Ionio, adversa Miletu, ad occidentem ejus sita. In ea factum fuit Junonis, antiquitate celebre. *Nam.*] *Nemus* una est ex Cycladibus.

80. *Et Páros.*] *Páros* quoque inter Cyclades ponitur, marmore nobilis. *Et Clario Delos.*] *Delos* Cycladem est

longe clarissima, natali & templo Apollinis, & mercatu celebrata. *Clario deo.*] Apollini dicto, ut arbitratur Servius; vel à Clario oppido, in confinio Colophoniarum: vel à Clario, Cycladum una, ubi colebatur.

81. *Dextra Lebynthos erat.*] *Lebynthos* quoque una est ex Cycladibus. *Umbrosa Calyda.*] *Calydne* insula à Strabone ponitur inter Sporadas. *Ovid.* in *Méssa.*

Faciendaque melle Calyda.

82. *Cinctaque piscosis Astypalæa.*] *Astypalæa* insula est Sporadum una, unam habens civitatem. Hæc ad Cnidiam ortum procedunt, longa, sublimis, angusta.

83. *Incautis nimium temerarius ausis.*] *Arpis* prima editio cum primo Mediceo, unus Vaticanus & unus Ambrosianus alii, alius Vaticanus *ausis*, quod placet. *Hinsius.*

84. *Deseruitque ducem.*] *Ducem* malo cum Marconi & Mentzlii codice, sic Dardanis ad Icarum Met. viii.

Ad hoc carpe vitam.

Fast. lib. iv.

Dux amicum narret, quam sit sui filius ager.

lib. vi.

Nymphæ jubet quare de novo veniens amicum.

Vigæ comes sequitur, defensionisque ducem. *Idem.*

Deseruitque ducem.] *Viam*, quam senobat dux pater, reliquit.

85. *De propiore.*] *Sole* vicino.

86. *Nec tenues venti.*] *Vento* potiores scripti. *Hinsius.*

93. Non

Territus è summo despexit in æquora cœlo:
 Nox oculis pavidò venit oborta metu.
 Tabuerant ceræ; nudos quatit ille lacertos:
 Et trepidat; nec, quo sustineatur, habet. 90
 Decidit; atque cadens, Pater, ô pater, auferor, inquit.
 Clauserunt virides ora loquentis aquæ.
 At pater infelix, nec jam pater, Icare, clamat,
 Icare, clamat, ubi es? quove sub axe volas?
 Icare: clamabat: pennas aspexit in undis. 95
 Offa tegit tellus; æquora nomen habent.
 Non potuit Minos hominis compescere pennas:
 Ipse Deum volucrem detinuisse paro.
 Fallitur, Hæmonias si quis decurrit ad artes;
 Datque, quod à teneri fronte revellet equi. 100
 Non facient, ut vivat amor, Medeides herbæ;
 Mistaque cum magicis nœnia Marfa sonis.

Phasias

93. *Non jam pater.*] Nec jam iidem cum prima editione. *Idem.* Nec jam pater.] Filio jam perduto.

95. *Icare clamabat.*] *Dum clamas* Lincolnensis. *Heinsius.*

96. *Æquora nomen habent.*] Ab Icaro enim Icarium mare appellatum fuit.

98. *Deum volucrem.*] Cupidinem alatum.

99. *Fallitur Hæmonias.*] Magicam vanitatem in Perside à Zoroastre ortam scribit Plinius, tum deinde transisse ad Thessaliam urbem. *Hæmonia* enim Thessalia cognominata est, ab *Hæmone* Deucalionis filio.

100. *A teneri fronte revellit equi.*] Carunculam intelligit, quæ nascitur in fronte pulli, de qua Plin. hæc: Et sane equis innasci amoris veneficium, hippomanes appellatum, in fronte, caricæ magnitudine, colore nigro, quod statim edito partu devorat foeta, aut partum ad ubera non admittit: si quis præreptum habet, olfactu in rabiem agitur. *Fronte revellit equi.*] Sic Juvenal. Satyr. 6.

Et furens incipias: ut avunculus ille Nepotus;

Cui totam tremuli frontem Casonia pulli Insudit.

Virg. 4. *Æneid.*

Quæritur et nascentis equi de fronte revulsus,

Et matris præreptus amor.

ubi videndus Servius. *Revellit.*] *Revellet* Regius. alii tres *revellat*. Heinsius.

101. *Medeides herba.*] Veneficæ herbæ, quibus utebatur Medea. *Ut vivas amor.*] Ut permaneat.

102. *Mistaque cum Magicis mersa venena sonis.*] *Marfa* legendum omnino cum prima editione & scriptis quamplurimis. Sed nec dum sanum præstiterim locum, nisi cum optimo Regio & excerptis Scaligeri ac Puteani reponas, *nœnia Marfa*. Cantus enim magicus Marfæum serpentibus fatalis creditus. Atque ita lib. vi. Factorum optimi co-dices, de strigibus,

Sive igitur nascentur avas, seu carminis sunt,

Namque in voluctes Marfa figoratus amor.

ubi *Nœnia* falsa vulgo legebatur. Horat. Ep. xvi.

— vincor,

Phasias Æsoniden, Circe tenuisset Ulyssē;

Si modo servari carmine possit amor.

Nec data profuerint pallentia philtre puellis. 105

Philtre nocent animis; vimque furoris habent.

Sit procul omne nefas. ut ameris, amabilis esto:

Quod tibi non facies, solave forma dabit.

Sis

— vincor, ne credam miser
Sabella potius increpare carmina,
Capique Mariā dissilire navis.
Et Ep. v.

Ad nos recurrere, nec vocat amens
tua

Marsus redibit vocibus.
Noster Medicamine faciei,
Nec media Marsus fundatur cœtibus
agnos.

Lucilius lib. Sat.

Jam disrumpitur medius, jam ut Mar-
sus colubras

Disrumpit cœtus? venas cum extenderis
omnes.

Pomponius Pistoribus,

Mirum est, ni hoc Marsa est, in co-
lubros callos

Contumeliam.

Silius lib. VIII.

Ha bellare acies novant. et Marsica
pubes

Et bellare manus, et chalydis cantare
soporem,

Viperarumque herbis ledetare et carmi-
ne dentem.

Hinc serpentum demones Marsus appel-
lant Plinius ac Gellius. eosque origi-
nem à Marso Circes filio ducere testan-
tur, ut artis magicæ peritia, qua vul-
go male audiebant, in iis nequaquam
sit miranda. Arnobius lib. II. Adver-
sus istius nœcias, et venenatos colubrarum
morsus remedia sæpe conquirimus, et pro-
sequimur nos lammis, Psyllis, Marsis ven-
dentibus, aliisque infistoribus atque pla-
mis. Marso ob artis cognitionem cum
Psyllis frequenter veteres conjunge-
bant, quo modo Plinius lib. xv. c. II.
Et Gellius lib. xvi. c. xi. locis jam ci-
tatis. Julius Firmicus, sub agne nati
Marsi erant, vel qui venenis ex herbarum

pignoris confectis salutaria soleant homi-
nibus remedia comparare. similia his &
idem alibi. Virgil. lib. VII.

— neque ejus juvare in vulnera can-
sas

Somniferi, et Marsus quasita monti-
bus herba. Heinsius.

Marsa venena.] Herbarum succos dicit :
aut carmina, quibus Marsi utebantur.
Aut certe serpentes dicit, à Marsis do-
mitos, quarum membrana in venefi-
ciis utebantur. Marsi autem populi fue-
re in Italia, Albæ finitimi, prope Fu-
cinum lacum. Gellius scribit, Marso-
rum genti datum esse, ut serpentium
virulentorum dormitores essent, & in-
cantationibus, herbarumque succis fa-
ciant miracula medelarum. Cum magi-
cis sonis.] Cum carminibus magicis.

103. Phasias Æsonidem.] Exemplis
docet, non posse magicis carminibus
amorem retineri. Phasias autem Medea
appellatur, à Phasi Colchorum fluvio.
Æsonidem.] Jāsonem Æsonis filium.
Circe tenuisset Ulyssē.] Sol (ut Diodo-
rus refert) duos procreavit pueros, Æc-
ten & Perse. E Perse nata est Hecate,
quæ prima aconitum invenit. Patrem
venenō sustulit. Poëtæ tamen dicunt,
Circen ex Sole & Persā Oceani filia or-
tam.

104. Carmine.] Incantatione. Possit
amor.] Possit meliores. Heinsius.

105. Nec data profuerint.] Alii profue-
rant. Lego profuerunt. sic supra l. i.

Profuit et tenui venos moruisse idella.
& Medicamine faciei,

Profuit et marathos bene olentibus ad-
dere myrrin. Idem.

Philtre pallentia.] Quæ reddunt homi-
nes pallidos. Philtre enim pocula & Ve-
nena sunt, quæ amorem ingerunt.

109. Sis

Sis licet antiquo Nireus adamatus Homero;
 Naiadumque tener crimine raptus Hylas. 110
 Ut dominam teneas, nec te mirere relictum,
 Ingenii dotes corporis adde bonis.
 Forma bonum fragile est. quantumque accedit ad annos,
 Fit minor; & spatio carpitur ipsa suo.
 Nec violæ semper, nec hiantia lilia florent; 115
 Et

109. *Sic licet antiquo Nireus adamatus Homero.*] *Salica* quinque libris. unus, *si licet*. alius, *si licet*. Scribe, *si licet*, atque ita Moreti codex. Licet, inquit, Nireum ab Homero tantopere laudatum eques pulchritudine, aut Hylan. respexit illa,

Νιρέυς δὲ κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἔλαβε

Τὸν δὲ λαὸν δαμάει.

quare Therfiten Lucianus apud inferos cum Nireo colloquentem sic inducit, ὃν μὲν ἴδεν τὴν ἔχον, ὅτι ἐμοί@ εἰμὶ σὺ, καὶ ὅδ' ἐστὶν ταλαίουτο διαφύμενος, ἄλλων σὺ Ὀμίρ@ ἐκείν@ ὁ τυφλὸς ἐπὶ νηυσὶν, ἀπάντων ἡμωροφώτατος προσεπών. hinc Niriæς ἡμωροφώτερος adagium apud Græcos, & Νιρίας καλλίων. sic in priorē editione jam castigaram, quod alius sibi postea vindicavit. *To adamatus cave mutes. Bersman.* *Sic licet antiquo Nireus.*] Nireus Caropei filius & Aglaïes, ex Sime insula, tribus navibus ad bellum Trojanum profectus, omnium pulcherrimus fuisse scribitur Homero, secundo Iliad. præter Achillem. Propert. *Nireus non facies, quamvis sit candida, cepit.*

110. *Crimine raptus Hylas.*] *Crimina* primus Vaticanus, ut epistola Patridis, *Estima sim, quæso, crimina solus ego.* & in Amor.

Vestrum crimen eris talis jactura puella. Tibullus,

Tam formosa tuum mortua crimen eris. atque ita passim poetæ. Heinf. *Hylas tener.*] Quum Hercules per Dryopas iter faceret, à Thiodamante, quem antatem invenerat, cibum petiit. Sed cum ille hoc negaret, Hercules bovem ab aratro

abditum machavit: inter eos pugna orta, Thiodamas petiit. Tum Hylam, ejus filium Hercules abduxit: qui & à parte *Thiodamanteus* dicitur à Propert. Sed quum Argonautæ in Bithyniam venissent, Hylas ab Hercule aquarum missus, à nymphis ob pulchritudinem raptus dicitur. Juvenalis: *Et multum quasius Hylas, utrumque secutus. Crimine Naiadum.*] Nympharum amore, vel insidiis nympharum, à quibus captus est.

115. *Nec semper viola, nec semper lilia florent.*] Mire turbatus versas hic in ventustis libris. alii codices, *mollia lilia*, vel *candida*. optimus Regius, *Nec viola semper, nec hyacinthia lilia florent.* cum glossa adscripta, id est, *Apollinea*; sed *To hyac* linea subductum erat, quo id delendum esse significabatur. certe *cinthis lilia* in sex aliis quoque inveni. Unde fuit cum legendum censentem,

Dicit viola aut semper hyacinthia lilia florent.

lilia enim & *hyacinthus* solo colore distinguuntur. nisi malis *hyacinthina*. quomodo *florere hyacinthinum* Catullus dixit. Hæc olim. nunc scribo,

Nec viola semper, nec hiantia lilia florent. atque id confirmat cum Palatinus unus, tum codex probè notæ, quo Andreas Cavalcantæ Patricius Florentinus vir eleganter eruditus me donavit. præterea in uno Ambrosiano id ipsum quoque offendi, & in Hafniensi ac Menteliano. duo alii *olemtia*. proximè verum. *lilia* optimè *hiantia* dicuntur, quod omnium florum maxime patula sint. De floribus Columella libro x.

Pargite runc varios terra steris flores.

00

Cap

Et riget amissa spina relicta rosa.
 Et tibi jam cani venient, formosæ, capilli:
 Jam veniunt rugæ, quæ tibi corpus arent.
 Jam molire animum, qui duret; & adstrue formæ.
 Solus ad extremos permanet ille rogos. 120
 Nec levis, ingenuas pectus coluisse per artes,
 Cura sit; & linguas edidicisse duas.
 Non formosus erat, sed erat facundus Ulysses:
 Et tamen æquoreas torfit amore Deas.
 O quoties illum doluit properare Calypso; 125
 Remigioque aptas esse negavit aquas!
 Hæc Trojæ casus iterumque iterumque rogabat.

Ille

*Candida lœnia, & flaventis lœpina cal-
 thea*

*Narcissique cœnas, & hiantes apta lœnis
 Hæra fori.*

sic scribendos puro mendosissimos ver-
 sus. Leonopetalum flossem intelligit, de
 quo Dioscorides. vulgo pessime legitur,
*Pingit & in variis, & hiantis sava lœnis
 Ora feri.* Verustus codex *Pingit & mure
 variis. Pangerem* femel alibi in eodem
 Columellæ carmine occurrit. Propertius
 l. iv. El. 11.

*Nec flos ullus hinc prætis, quon ille de-
 cendit*

Imposuit fronti languens ante moa.
 sic idem, *calamum hiantem* alibi vocat
 pro fistula, *Capripedes calamus* Fanes hiantes
 canent, quæ ex illis Lænerii est imitatus
 lib. iv.

— cum Pan

Unco sape labro calamas percurrere hiantes.
 Heinsius.

119. *Jam molire animum, qui daret,
 & adstrue formam.*] Recte *adstrue formam*
 optimus Regius cum Scaligeri exceptis
 & septem aliis. hoc est, *superaddere*. sic
novum veteri adipsio adstruere dixit Co-
 lumella. neque aliter optimi Latinitatis
 auctores. *moliri animum* eleganter dixit.
 est enim *moliri* magno conatu & magno
 molimine aliquid agere. sic *moliri terram*.
 & *moliri carmina*. l. xiv. Met. ex veteri
 codice. ubi plura. nonnunquam & ador-

natum refertur. quomodo hoc loco & in
 illis Terentii,

*Dum molimur, dum commutur, amicus
 est. Idem.*

122. *Duas linguas.*] Græcam & Lati-
 nam.

124. *Æquoreas torfit amore deas.*] Scri-
 be *æquoream Deam*. nisi & Circe deabus
 æquoreis accensenda. *Idem.*

125. *Ab quoties.*] *O quoties* melio-
 res. malim etiam illo *properantur*. *Idem.*
Calypso.] *Calypso*, nympha fuit, O-
 ceani & Tethyos filia. Hæc tamen
 eam Atlantis filiam fuisse scribit. *Ca-
 lypso doluit properare Ulysses.*] *Odyss.* l.
 vi. 203.

*Διογανὲς Λαερτιάδῃ πολυμήχαν' Ὀ-
 δυσσεύ,*

*Ὅτ' οὐτὰ δὲ οἰκίσθ' ἐφίλει ἐς πατρίδα
 γαίαν*

Ἀυτίαν τῷ ἰδὲλαϊκῇ ἰσταν;

Quod Propert. assumit. l. 15.

At non sic Æthaci digressa meta Calypso

Desertis olim steterat æquetibus.

*Et quantis nunquam posthac visura, de-
 latus*

Ille tamen, longa consilia latitæ.

127. *Hæc Troja castis iterumque iterum-
 que rogatus.*] Hæc prima editio cum Ce-
 valcantiano. Puto *Hæc rogatus*, vel *Hæc
 rogatus*. sic & infra pro *maris* in *litore* se-
 cit, idem codex *maris* factus habet. qua-
 re placet reponi,

Hæc

Ille referre aliter sæpe solebat idem.

Littore constiterant: illic quoque pulcra Calypso

Exigit Odrysii fata cruenta ducis.

130

Ille levi virgâ, (virgam nam forte tenebat)

Quod rogat, in spisso littore pingit opus.

Hæc, inquit, Troja est: (muros in littore fecit:)

Hic tibi sit Simois: hæc mea castra puta.

Campus erat, (campumque facit) quem cæde Dolonis

Sparsimus, Hæmonios dum vigil optat equos.

Illic Sithonii fuerant tentoria Rhæsi:

Hac

*Hæc, inquit, Troja est; muros in littore
factis.* Heinſius.

Iterumque iterumque rogabat.] Ex Virg. 4.
Æneid.

*Illicosque iterum demens audire labores
Exposcit, pendatque iterum narrantis ab
ore.*

130. *Ducis Odryſii.*] Rhæſi, regis Thraciz. *Odryſium* autem cum appellat, ab *Odryſarum* gente, quam in Thracia fuiſſe Plinius docet. Rhæſus autem Phoronei filius fuit; qui cum candidiſſimis & perniciſſimis equis, & curru auro argentoque ornatiffimo in auxilium Trojanorum venerat: ſed noctu à Diomede & Ulyſſe interfectus eſt, & equi abducti fuere, ut Homerus 10. Iliad. oſtendit.

135. *Campus erat, campum facit.*] *Campumque facit*, emendationis notæ libri magno numero. Heinſ. *Cæde Dolonis.*] *Dolon*, Eumedis filius, à Trojanis miſſus ſpeculator ad Græcorum caſtra, poſtus pro remuneratione Achillis equos, in Diomedem & Ulyſſem incidit, qui ſpeculatum quoque lerant ad Troianos. Illi promiſſa ei impunitate Trojanorum conſilia ab eo didicere. Inter cætera ſubſcriptiores de adventu Rhæſi, Dolonem interficiunt, Thracum caſtra aggrediuntur, & equos inde abducunt.

136. *Hæmonios equos.*] Equos Achillis. *Hæmonios dum vigil optat equos.*] Hom. II. 2. vſ. 322.

Ἡ μὲν τὰς ἱστῆς τι καὶ ἄμματα πο-
νίλα χαλκῷ
Δασύμην, οἱ φορέσιν ἀμύμονα πε-
λιδῶνα.

De equis autem Achillis habemus II. g.
vſ. 76.

οἱ δ' ἀλογιστοὶ
Ἄνδρες γὰρ θνητοῖσι δαμύμονας, ἢ
ὀχλοῦσθαι

Ἄλλω γ' ἢ Ἀχιλλῷ.

Ideoque Virgil. 12.

*Hic quendam castra ut Danaum specula-
tor adire*

*Aufus Pelida precium sita pascere cur-
tus,*

*Illum Tydides alio pro talibus aufus
Affecit pretio & nec equis adspirat A-
chillis.*

Hinc & prov. δόλων ἐ ἀγνώστῳ.
Quia metu mortis deinde omnia prodidit. Quod & noster in Metamorph. 13.
verſ. 244.

Phrygia de gente Dolona
*Interimo & non ante tamen, quam cunctis
cæci*

*Prodere, & edidici quid perfida Troja
pararet.*

Et deinde.

*Quis equos precium pro nocte poposcatur
boſſis.* Vide & Euripid. Rhesium.

137. *Sithonii.*] Threçus. Nam (ut
Gellius ſcribit) Thracum Sithon prius dice-
batur.

Hac ego sum captis nocte reuectus equis.
 Pluraque pingebat: subitus cum Pergama fluctus
 Abstulit, & Rhesi cum duce castra suo. 140
 Tum Dea, Quas, inquit, fidas tibi credis ituro,
 Perdiderint undæ nomina quanta, vides?
 Ergo age, fallaci timidè confide figuræ,
 Quilquis es: aut aliquid corpore pluris habe.
 Dextera præcipuè capit indulgentia mentes: 145
 Asperitas odium sævaque verba movent.
 Odimus accipitrem, quia semper vivit in armis,
 Et pavidum solitos in pecus ire lupos.
 At caret insidiis hominum, quia mitis, hirundo:
 Quasque colat turres Chaonis ales habet. 150
 Este procul lites, & amaræ prælia linguæ.
 Dulcibus est verbis mollis alendus amor.
 Lite fugent nuptæque viros, nuptasque mariti:
 Inque vicem credant res sibi semper agi.
 Hoc decet uxores: dos est uxoria lites. 155
 Audiat optatos semper amica sonos.
 Non legis jussu lectum venistis in unum:

Fun-

138. *Captis nocte reuectus equis.*] *Reuectus* potiores scripti. probe. Ulysses in Sabiniana responsione,

*Euaß & Thracum castris duce prælia Rhese
 In mea captivis castra reuectus equis.*

Heinsius.

141. *Tum dea.*] Calypso.

143. *Fallacitimidè confide figura.*] Duo codices *timidè* *no crede*. Forte, *fallaci timidè* *te crede figura*. Heins. *Timidè confide fallaci figura.*] Timidius spem ponas in pulchritudine tua.

144. *Atque aliquid corpore pluris habe.*] *Aut aliquid meliores.* Heinsius.

145. *Indulgentia dextera.*] Obsequium. *Capit mentes.*] Allicit puellas.

146. *Asperitas odium sævaque verba movent.*] *Verba movent* quatuor libri. duo *bella movent*. Commelinianus cum Aronde-
 liano *sævaque verba movent*. recte. Heinsius.

150. *Turres.*] *Columbaria*, peristitrones. *Chaonis ales.*] *Columba Epirotica*. Species pro genere. *Chaonia* pars est Epiri, à Chaone Trojano appellata, ut voluit Maro. Erat illic templum Jovis Dodonei, ubi columba humana voce dabat responsa. *Quas colat.*] Propter ejus mansuetudinem.

153. *Lite fugant.*] *Fugant* Regius & Lincolnienfis cum excerptis Puteani & Scaligeri. *credant* quoque sequenti versu pro *credant* iidem. & *res* pro *rem* meliores omnes. sequor. Heins. *Lite fugant.*] Uxores de dote cum maritis contendunt, non amantes, inter quos hæc inimicitiarum causa minime intercedit.

154. *Rem sibi semper agi.*] Signate verbis usus est, quibus in divortis utebantur. Dicebant enim: *Tuas res tibi habeo*, *tuas res agito*.

156. *Sonos optatos.*] *Placita verba*.

159. *An-*

Fungitur in vobis munere legis amor.
 Blanditias molles, auremque juvantia verba
 Affer; ut adventu læta sit illa tuo. 160
 Non ego divitibus venio præceptor Amoris:
 Nil opus est illi, qui dabit, arte meâ.
 Secum habet ingenium. qui cum libet, Accipe, dicit.
 Cedimus: inventis plus placet ille meis.
 Pauperibus vates ego sum; quia pauper amavi. 165
 Cum dare non possem munera, verba dabam.
 Pauper amet cautè: timeat maledicere pauper:
 Multaque, divitibus non patienda, ferat.
 Me memini iratum dominæ turbasse capillos:
 Hæc mihi quam multos abstulit ira dies! 170
 Nec puto, nec sensu tunicam laniasse; sed ipsa
 Dixerat: & pretio est illa redempta meo.
 At vos, qui sapitis, vestri peccata magistri
 Effugite: & culpæ damna timete meæ.
 Prælia cum Parthis, cum cultâ pax sit amicâ; 175
 Et jocus, & causas quicquid amoris habet.
 Si nec blanda fatis, nec erit tibi comis amanti;

Per-

159. *Auresque juvantia verba.*] *Auremque* iisdem cum primâ editione. regius. sic & infra optimus codex, *tibi semper præbeat aures.* Heinsius.

161. *Præceptor amandi.*] *Amoris* multo codices. lib. 1.

Æacida Chiron, ego sum præceptor Amoris.

infra,

Is mihi, lascivi dixit præceptor Amoris.

Idem.

163. *Qui cum libet, Accipe, dicit.*] *Qui cui libet* legi cum uno Palatino malim. Idem.

164. *Inventis plus habet ille meis.*] *Plus placet* Regius & multi alii cum Jureti excerptis. plures cum primâ editione & excerptis Puteani ac Scaligeri, *plus valet.* Idem.

169. *Me iratum memini.*] *Me memini*

iratum scripti & primæ editiones. Idem.

170. *Hæc mihi quam multos abstulit ira dies.*] *Illa* scripti plerique. Regius proponendū sit. Cæterum de hac lre vide Eleg. vi. l. 1. Amorum. Idem. *Quam multas dies.*] Quia excluderet me amica.

173. *At vos si sapitis.*] *Qui sapitis* nonnulli. Heinsius.

177. *Nec erit tibi comis amica.*] *Tibi amanti* meliores cum primâ editione. Idem.

Perfer, & obdura. postmodo mitis erit.
Flectitur obsequio curvatus ab arbore ramus.

Frangis; si vires experiere tuas.

180

Obsequio tranantur aquæ: nec vincere possis

Flumina; si contra, quam rapit unda, nates.

Obsequium tigresque domat Numidasque leones.

Rustica paulatim taurus aratra subit.

Quid fuit asperius Nonacrinâ Atalantâ?

185

Succubuit meritis trux tamen illa viri.

Sæpe suos casus nec mitia facta puellæ

Flesse sub arboribus Milaniona ferunt.

Sæpe

180. *Frangis, si vires experiere tuas.*] *Frangis* meliores, *experiere* etiam nonnulli. *Idem.*

183. *Numidasque leones.*] *Numidasque* Regius cum Puteani ac Scaligeri excerptis, & duodecim aliis. Juxta excerpta cum nonnullis: *Numidasque*. prima editio *mundosque*, duo *timidasque*, unus *notidasque*, quæ omnia ad veram lectionem alludunt. Martial. L VIII. Epist. LV. de Leone eleganter & vere.

Sed cujus tremere ipsi quoque jura leones.

Cui diadema daret marmore pilla Notus.

Notus Numidas habes apud Juvenalem Sat. IV. El. VI.

Tempore Penorum compescitur ira leonum. quomodo & Virgilius in Eclogis & in Ciri. *Gargalos*, Plautus *Menæchmis* & Horatius L. I. od. XXIII. & Statius *Theb.* IX. sic *Armenia* tigris alibi non uno loco occurrunt, & *Offsa* *ursa* Met. XII. ubi male *obscuro* reponunt. Veram hujus loci lectionem Frutcrius quoque vidit in Verisimilibus. *Idem.*

185. *Nonacrina Atalanta.*] *Atalanta* Arcadica, à Nonacri urbe appellata. Duas autem *Atalantas* fuisse legimus: alteram nobilem cursu, alteram vero Arcadicam: de qua nunc Ovid. loquitur, ex qua natus est Parthenopæus. Hanc amavit Hyleus & Mimalion; qui obse-

quis tandem puella potius est, ut docet Propertius. *Mor.*

118. *Melaniona.*] Valde turbant in hoc nomine veteres libri. sed lege *Milaniona* cum Regio, qui libro etiam III. cum aliis melioribus, *Milanion* *homeris Atalantas curra* *ferobat*. Reliqui codices, *Minaliona* aut *Mimaliona*. apud Græcos *Milavion* est: ut Xenophonti de Venatione, & poetis. *Μελανίων*. sic *Musæus*, *Παρθένος* & *οὐ δέλεθαι ἀπ' Ἀραδίας Ἀταλάντης*, *Ἡρόδοτος Μελανίωνος* *ἱεραστήν* *φύγεν* *εὐνίην*.

atque ita Tzetzes quoque *Chiliad.* XII, 453. & Scholiastes *Apollonii Rhodii*, *Ἀταλάντη* *ἰάτοι* *δυγάτης*, *ἢ ἱερμὸς* *Μελανίων*, *ἰτίρα γὰρ ἔστι ἢ Ἀραδίας* & *Σχοπίας* *ἢ ἱερμὸς* *ἱππομένης*. Ubi *ἰάτοι* *δυγάτης* scribendum est, & *ἢ ἱερμὸς* *ἱππομένης*, quam apud Johannem Tzetzen *Chiliad.* XII. cap. cccxiii. etiam *Hippomedon* dicitur. sed locus est mendosus. Reponitur igitur *Ἡπτόται* *ἱππομένης* pro *ἱππομένης*, *Ἀνσιφάρης* *Κομικός* citatur in *Μελανίωνι* apud Athenæum L. X. Amor. libro III. Eleg. II. & apud Propertium libro I. Eleg. I. quoque *Milamionis* nomen castigandum est. Apud Palsphatum *Μελανίων* est. apud Apollodorum modo *Μελανίων*, modo *Μελανίων*, *Μελανιον* etiam Servio ad L. VI. *Æn.* *Per-*

Sæpe tulit iussu fallacia retia collo:

Sæpe ferâ torvos cuspide fixit apros. 190

Sensit & Hylæi contentum saucius arcum:

Sed tamen hoc arcu notior alter erat.

Non te Mænalias armatum scandere filvas,

Nec jubeo collo retia ferre tuo.

Pectora nec missis jubeo præbere sagittis. 195

Artis erunt cauto mollia iussa meæ.

Cede repugnanti; cedendo victor abibis.

Fac modo, quas partes illa jubebit, agas.

Arguet, arguito; quicquid probat illa, probato:

Quod dicet, dicas: quod negat illa, neges. 200

Riserit, arride: si flebit, flere memento.

Imponat leges vultibus illa tuis.

Seu ludet, numerosque manu jactabit eburnos;

Tu male jactato, tu male jacta dato.

Seu

Menippus Menalippa & Mænis seu Melanionis filius. Hæmilius.

189. *Fallacia retia.*] *Fallacia* cum scriptis & præcis editionibus. *Idem.*

191. *Sensit & Hylæi contentum.*] Sic esse legendum, ex Callimacho patet, hymno in Dianam: ubi de Hylæo & Rhœco centauris agit. Intelligimus autem hic, Poëtam illud voluisse significare, in gratiam Atalantæ Melanionem sustinuisse ab Hylæo ultro sauciari. Quod & versus innuere videntur, qui infra sequitur:

Pectora nec missis jubeo præbere sagittis,
&c. Micyl.

192. *Notior alter erat.*] *Arcus Cupidinis.*

194. *Nec jubeo collo retia ferre tuo.*] Tū jubeo cum denuo occurrit versū proximæ sequenti, hic nequaquam videtur admittendum. nec juvat tamen libri veteres. Certeo nihilominus scribendum esse ex Nasonis sententia,

Subdola nec collo retia ferre tuo.
ut apud Martialem,

Subdola tenduntur crassæ modo retia turdis.

&c,

Subdola famosa, moneo, fuge retia macha.

&c,

Nunc tendis avidis rete subdolum turdis. noster ipse fallacia retia paulo ante dixerat. Hæmilius.

196. *Artis erunt cauta mollia iussa mea.*] *Lege cauto.* cautis ac prudentibus, inquit, non difficilis erit ars mea. sic infra,

Crimina sunt cautis ista timenda viris.
Idem.

198. *Fac modo quas partes illa jubebit agas.*] *Eas* Regius cum multis aliis non contemnenda notæ. quare scribendum fortassis, etsi vulgata non displicet,

Fac modo quas partes illa subibit, eas.
pro subas. subitis certe in altero Regio legebat. Idem.

199. *Arguit.*] *Arguet* & dices sequenti versū meliores cum primâ editione. &c. mox flebit pro flevit. *Idem.*

204. *Tu male jactato.*] *Ut te vincat amica. Tu bene jacta dato.*] Concede illi puncta meliora. *Mær.*

Seu jacies talos, victam ne poena sequatur,

205

Damnosi facito stent tibi sæpe canes:

Sive latrocinii sub imagine calculus ibit;

Fac pereat vitreo miles ab hoste tuus.

Ipse tene distenta suis umbracula virgis:

Ipse face in turba, quâ venit illa, locum.

210

Nec dubita tereri scamnum producere lecto:

Et tenero soleam deme, vel adde, pedi.

Sæpe etiam dominæ, quamvis horrebis & ipse,

Argentis manus est calfacienda sinu.

Nec

*Sen ludet, numerosque manu jactabit
diurnos,*

Tu malè jactato, tu malè jacta dato.]

Præcipit amanti cum amica sua ludenti, ut & malè tesseras jaceret, & male calculos moveat, & sic de industria perdat, ac se vinci patiatur. Male ergo hodie legitur: *tu bene jacta dato.* nos ex vet. libris ita correximus. jactabantur tesserae, dabantur calculi, id est, promovebantur. dare enim calculum dicebant, pro movere. in jactandis tesserais fortuna dominabatur; in dandis, hoc est, promovendis calculis sola ars locum habebat. male ergo jactabat, qui in tesserarum jactu fortunam parum sibi faventem habebat: male autem calculum dabat, qui male ludebat, & imperitè, nec ex arte calculum promovebat. *Salmas.* *Tu bene jacta dato.]* Male jacta scripti cum prima editione quod *Salmasio* Notis in *Histariam Augustam* arridebat. *Heinsius.*

205. *Sen jacies talos.]* Talus rectus est in articulo pedis ventre eminens, ut vertebra ligatus, ut *Plin.* docet: quo veteres in ludendo usi sunt. Hunc Græci *astragalum* appellant: & *astragalizontes* dicuntur à *Plinio*, talis ludentes. Ne poena sequatur.] Ne doleat amica, se esse à te superatam. *Mer.* Vel poenam hic accipe pro pecunia seu mulcta, quam qui victus est, persolvere necesse habet. *Micyll.*

206. *Damnosi facito.]* In tali latus, quod unitatem significat, canis, sive capicula dicebatur, & semper jacturam asserbat.

207. *Sive latrocinii sub imagine calculi.]* Calculus is est, qui etiam latro, sive per diminutionem latunculæ appellatur. vulgo *scachum* dicimus. *Martial.* *Hic mihi bisseño numeratur tessera pueris:]* Calculus hic gemino discolor hoste perit. *Sub imagine latrocinii.]* Sub forma rapiendi & occidendi militis tui. Nam qui ludunt calculis, insidiantur semper collusoribus. Et is ludus est quasi pugnae cuiusdam simulachrum.

208. *Tunc miles.]* Tuus calculus: qui in eo certamine militis partes agit. Calculi enim duas in partes divisi sunt: & alii milites, alii hostes dicuntur. *Fac pereat.]* Capiatur. Tunc enim dicitur perire. *Ab hoste vitreo.]* Ab hostili calculo, qui ex vitro constabat.

209. *Ipse tene distenta tuis umbracula virgis.]* Distenta suis virgis meliores. proprio distinendi verbo hic usus est. *Heins.* *Umbracula.]* Umbraculum, vel umbella, ab umbra deducitur. Est autem capitis tegumentum adversus solem. *Distincta.]* Divisa. Alii legunt *Distenta*, id est, lata. *Suis virgis.]* Vel calarnis, vel pennis, ex quibus fiunt umbracula.

212. *Deme soleam.]* Quibus plantæ tantum in fine teguntur ac teretibus habentis juncta sunt, soleas appellant, scribit *Gellius*, *crepidas* voce Græca.

213. *Quamvis horrebis & ipse.]* Nonnulli *algebis* sed horrore pro algæ æstima est. *Juvenalis,*

— horrenti tunicam non reddere servo.
hinc & horrore pro frigore. *Heinsius.*

215. *Quam-*

Nec tibi turpe puta (quamvis tibi turpe, placebit) 215

Ingenuâ speculum sustinuisse manu.

Ille, fatigatæ perimendo monstra novercæ,

Qui meruit cælum, quod prior ipse tulit,

Inter Iōniacas calathum tenuisse puellas

Credi-

215. *Quamvis sit turpe, placebit.*] *Quamvis tibi turpe venusta* repetitione Sarravianus & prior viri humanissimi Jacobi Menzelii. Idem.

217. *Ille fatigata vincendo monstra noverca.*] *Præbendo* Regius cum excerptis Scaligeri & sex aliis præstantioris notæ. quod tamen non satisfacit. totidem scripti cum primâ editione perdando. ut epist. iv. *Silvæque perdendas præbeas alta feras.* Impendens tamen placet, quod in codice Argentinenſi offendebam, *perimendo.* atque ita insistens vestigiis optimi Regii jam ante conjeceram legendum. duo codices *premendo.* hæc æmulatur lib. ix. Met. ubi Hercules.

— *desessa jubendo est*

Sæva Jovis conjunx, ego sum indefessus agendo. Idem.

Ille fatigata.] Ordo est: Ille qui meruit cælum, &c. creditur tenuisse calathum. Designat autem Herculem, qui (ut Diodorus scribit) quum Iphitum ex turri Tirynthia præcipitasset, & purgari mox vellet, vendique oporteret ex otaculo Apollinis, ut eo precio Iphiti liberis satisfaceret, Omphalæ reginæ Lydorum venditus, regionem latronibus purgavit. *Fatigata noverca.*] Junonis, jam desesset imperando. *Perimendo monstra.*] Sic Virgil. 8. *Æneid.*

— *ut duros mille labores*

Rege sub Enrystheo, satis Junonis iniqua Periculis.

& quæ seqq. Et alibi. — *usque graves dum terra labores* — *Præbuit.* Et Senec. Hæc. fug. 2.1. v. 40.

— *monstra jam desunt mihi:*

Minorque labor est Herculi jussa exequi, Quam mihi jubere.

Ideoque laborioso functus fato dicitur. Tzetz. Hist. 417. Chil. 12.

Τὸν Ἡρακλῆν λέγουσι μὲν τὸν τετάρτον

Τεχθῆντα,

& quæ seqq. Sic & ipse apud inferos de se fatetur Ulyss. Odyss. λ. v. 619.

Ζῆτος μὲν ὁδὸς ἦν Κρονίου, αὐτὰρ οἶκον

εἶχον ἀπυρρῶν.

218. *Meruit cælum.*] Et propter virtutem, & quia erat filius Jovis. *Quod prior ipse tulit.*] Hercules cælum ab Atlante susceptum sustinuit. quod ideo fingitur, quoniam Atlas ei tradidit scientiam. Constat enim, Herculem fuisse philosophum: unde non immerito tot monstra dicitur vicisse.

219. *Inter Iōniacas calathum tenuisse puellas.*] *Iōnicas inter* prima editio & potiores scripti. alii *Inter Iōnicas*, vel *Iōnias inter.* Cornelianus *Inter Achajodas.* Scribo, *Inter Maonidas* vel *Mygdonidas.* quod posterius malo. Lyda enim aut Phrygia Omphale, quæ & *Maonia* nostro dicta lib. 11. Fastorum. Neque me fugiunt quæ ad Epistolam ix. v. 73. hoc de loco notavi, sed accuratius singula perpendenti, tam illic quam hic censeo legendum.

Inter Mygdonidas calathum tenuisse puellas.

Nam *Maonia xana* illic paulo ante præcesserat. sed & eadem Epistola ix. v. 100.

Hæc tu Mygdonio potes insignitus amittere

Dicere,

opinor à Nafone nobis relictum. Non, *Sidanio amittit.* quod in editis ac scriptis exemplaribus nunc legitur. Heinſ. *Inter Iōnicas puellas.*] *Inter puellas Mzonias.* *Ionia* pars est minoris Asiæ. *Tenuisse calathum.*] Nam apud Omphalem pro ancilla

Ο ο 5

- Creditur, & lanas excoluisse rudes. 220
 Paruit imperio dominæ Tiryntius heros.
 I nunc; & dubita ferre, quod ille tulit:
 Jussus adesse foro, jussâ maturius horâ
 Fac semper venias; nec nisi ferus abi.
 Occurras aliquo tibi dixerit; omnia differ. 225
 Curre; nec inceptum turba moretur iter.
 Nocte domum repetens epulis perfuncta redibit:
 Tunc quoque pro servo, si vocat illa, veni.
 Rure eris, & dicet venias, (Amor odit inertes)
 Si rota defuerit, tu pede carpe viam. 230
 Nec grave te tempus sitiensque Canicula tardet,
 Nec via per jactas candida facta nives.
 Militiæ species amor est: discedite segnes.
 Non sunt hæc timidis signa tuenda viris.
 Nox, & hiems, longæque viæ, sævique dolores 235
 Mollibus his castris, & labor omnis inest.
 Sæpe feres imbrem cælesti nube solutum;

Frigi-

cilla servivæ: & clavam, leonis pellem, securum, sagittasque concessit Omphale: ipse vero monilia, gemmas, matrem, nomen, cæteraque mulierum gestamina sumpsit, nevirque etiam interdam.

221. *Tiryntius.*] Hercules, à Tirynthe oppido appellatus: ex quo postea Eurytheus illum velati sibi insidiantem eiecit, cum matre Alcmæa.

222. *Quod ipsi tulit.*] *Quod ille meliores.* Heinſius.

223. *Adeste foro.*] Ut ejus causam tueris in judicio.

225. *Occurras aliquo tibi dixerit.*] Scribe, *alio.* nam de foro jam egerat. Neapolitanus *aliqui si dixerit.* Puto pro *alibi.* Vide notas ad Epistolam XII. v. 80. Heinſius.

227. *Epulis perfuncta redibit.*] *Epula.* Regius. hoc est, ni fallor, *epulo.* nisi malis *epulas perfuncta.* ut apud Lucretium, *Omnia perfunctus vitæ præmia.* sic & effugium fingi Terentium. & namque

frigus Tacitus dixerunt. Remediis Amoris,

Disce ut veniat postâ tibi nocte, venia.

Idem.

229. *Rure eris, & dicet, Venias.*] *Eris* primâ edicio cum scriptis quatuor & Jureti excerptis. Scribe etiam, *dicet venias.* pro ut venias. nempe, ad se. ut convenias. *dicere* pro jubere. hinc legem dicere. *Idem.*

230. *Si rota.*] Si curtus.

231. *Grave tempus.*] *Gravis* cœli temperies. Designat autem frigus. *Sitienſive canicula.*] Oriens cum Leone, æstu omnia urit.

234. *Signa tuenda.*] Jureti codex cum multis aliis *signa ferenda.* nil mirum. Heinſius.

236. *Mollibus his castris.*] *In castris* quinque libris. Neapolitanus &. *Forre hæc.* *Idem.* *Mollibus his castris.*] In quibus mollis fovetur voluptas.

238. Fri-

Frigidus & nudâ sæpe jacebis humo.
 Cynthius Admeti vaccas pavisse Pheræas
 Fertur, & in parvâ delituisset casâ. 240
 Quod Phœbum decuit, quem non decet? exue fastus,
 Curam mansuri quisquis amoris habes.
 Si tibi per tutum planumque negabitur ire,
 Atque erit apposita janua fulta serâ;
 At tu per præceps tecto delabere aperto: 245
 Det quoque furtivas alta fenestra vias.
 Læta erit, ut causam tibi se sciet esse pericli.
 Hoc dominæ certi pignus amoris erit.
 Sæpe tuâ poteras, Leandre, carere puellâ:
 Tranabas; animum nosset ut illa tuum. 250
 Nec pudor ancillas, ut quæque erit ordine prima;
 Nec

238. *Frigidus in nudâ sæpe jacebis humo.*] Et nuda meliores, mandis etiam excerpta Jurci, ut apud Horatium, *maiores sub fove frigida venator*. Suetonius in Octavio, *Mansinâ vigiliâ offendebar, ac si vel officii vel sacri causa matutinus vigilandum esset, ut id contra comœdium faceret, in proximo conjunctumque domesticorum conviculo manebat*. Hinc *omnes*; Glossæ Stephani, *Emanes*, *διαμίνες*, *παινουχίου*. Heinss.

239. *Cynthius Admeti vaccas pavisse per astus.*] Scripti multi per *herbas*. Sed aut *Pheræ* legendum cum Regio, Jurci, Scaligeri ac Puteani excerptis, & Lincolnienſi codice, aut *Pheræas* cum uno Vaticano & Patavino ac primâ editione. Vide quæ de hoc loco jam à nobis notata sunt ad Epist. v. vs. 151. Idem. *Cynthius Admeti.*] Apollinis exemplo amatorem quoque dicit debere omnia perferre, ut amica potiat. Apollo (ut Servius scribit) ob occisos Cyclopes spoliatus divinitate, Admeti, regis Theſſaliæ, novem annos pavit armenta. *Admeti vaccas.*] Vide Eurip. Fab. 6. Apollodor. 1. & lib. 3. Tzet. Chil. 1. histor. 53. *οἱ πρὸς Ἀλλήλους*.

Pheræas.] Theſſalias. *Pheræ* enim oppidum est Theſſaliæ.

241. *Exue fastus.*] Pone superbiam.

243. *Si tibi per tutum placitumque negabitur ire.*] *Placitumque* scripti plerique. Sed diu est quod *planumque* vidi corrigendum, quod unus ex Vaticanis postmodum confirmavit. *plana* ardua & præruptis opponuntur. Seneca Phœnissis, ita enim optimus Medicus inscribit Tragediam, quæ Thebaidis nomine perpetam circumfertur,

In plana tendis? vado. prærupta appetis?

Non obſto; sed præcedo.

Heinſius.

244. *Opposita janua fulta serâ.*] *Apposita* alter Regius. diximus Amor. 111. El. xiv. Idem.

245. *Fenestra.*] Quodlibet in pariete foramen. sic Virg. 2. Æn. — *ingentem lato dedit ore fenestram*. Quod & ex Statio probatur, lib. 10. Thebaid. *Armasque vomant fridentia tela fenestra*.

247. *Ut causam tibi se sciet esse pericli.*] Te ejus causa periculum adesse.

249. *Sæpe.*] Leandrum sæpenumero adesse moris periculum constat, quo se fidum amice ostenderet.

252. *Ser-*

Nec tibi sit servos demeruisse pudor.
 Nomine quemque suo (nulla est jactura) saluta:
 Junge tuis humiles, ambitiose, manus.
 Sed tamen & servo (levis est impensa) roganti 255
 Porridge fortunæ munera parva tuæ.
 Porridge & ancillæ, qua pœnas luce pependit
 Lusa maritali Gallica veste manus.
 Fac plebem (mihi crede) tuam: sit semper in illâ
 Janitor, & thalami qui jacet ante fores. 260
 Nec dominam jubeo pretioso munere dones:
 Parva, sed è parvis callidus apta dato.
 Dum bene dives ager, dum rami pondere nutant;
 Afferat in calatho rustica dona puer.
 Rure suburbano poteris tibi dicere missa; 265
 Illa vel in Sacrà sint licet emta Viâ.

Afferat

252. *Servos demeruisse pudor.*] Em-
 misse codex Moreti, & unus Vaticanus.
 Vide Notas ad Epist. vi. vf. 138. Heins.
Demeruisse.] Beneficio conciliasse.

254. *Junge tuis humiles ambitiose ma-
 nus.*] Imo tuis cum optimo Regio. quo
 alludunt Politiani excerpta & unus Pa-
 latinus, in quibus suis. Heinsius.

256. *Fortuna munera parva tuæ.*] Ma-
 lim parca. nam parva mox sequitur. sic
 apud Martialem lib. v. Epigr. ult. pro
munera parva puto reponendum parca.
 quia *minora* sequitur. ne bis idem dicat.
Idem.

257. *Porridge & ancilla.*] Ordo est:
 Porridge & munera ancillæ, quæ Gallica,
 lusa maritali veste, luce pependit pœ-
 nas. *Porridge & ancilla.*] Dona etiam ali-
 quid ancillæ. *Luce pependit pœnas.*] Quia
 si maritus deprehenderet, eam esse ux-
 oris lenam mane illam pulsaret. Sunt qui
 legant: *Porridge & ancilla, qua pœnas lu-
 ce pependit.* ut sit ordo: Porridge & an-
 cillæ ea luce, qua manus Gallica lusa
 maritali veste, pependit pœnas. hoc est:
 Dona etiam ancillam aliquo munere
 ponis Juliis, quem diem Romæ ancillæ
 magnifice ornatz, circumeundo jocun-

doque cum occurrentibus scommatibus
 agunt. Historiam refert Macrobi. lib.
 Saturn. 1. cap. 11. *Ea luce.*] Eo die. *Pe-
 pendit pœnas.*] Quia eos Romani dor-
 miciores trucidarunt in castris. *Mer.*
Qua pœnas luce pependit.] Hoc est: Festo
 ancillarum, quod peragebatur nonis
 Juliæ, quæ & *Caprotina* dicebatur.
Micyl. *Qua pœnas luce pependit.*] Nonas
 Caprotinas intelligit. Heins.

258. *Qua Gallica.*] Quæ ancilla ex
 gente Galliz. *Lusa Maritali veste.*] Dece-
 pta veste mariti. Credens enim ancilla,
 adulterum se introducere nocte ad do-
 minam, insciens maritum alia veste in-
 ductum, ut fidem uxoris expectaretur, re-
 cepit.

263. *Cum bene dives ager.*] Non gem-
 mas, nec aurum, sed dona rustica mirt-
 enda esse dicit. *Pondere nutant.*] Dum
 rami præ nimia pomorum copia cir-
 cuntur.

266. *Illâ vel in sacra.*] Illa tibi in
sacra quidam. Heinsius. *In sacra via.*]
 Ubi poma vendebantur. *Sacra autem
 via* ideo appellatur, quod in ea soe-
 dus iectum est inter Romulum & Ta-
 tium.

268. A

Afferat aut uvas, aut quas Amaryllis amabat;
 At nunc castaneas non amat illa nuces.
 Quin etiam turdoque licet misâque coronâ
 Te memorem dominæ testificare tuæ. 270
 Turpiter his emitur spes mortis, & orba senectus.
 Ah pereant, per quos munera crimen habent!
 Quid tibi præcipiam teneros quoque mittere versus?
 Hei mihi! non multum carmen honoris habet.
 Carmina laudantur: sed munera magna petuntur. 275
 Dummodo sit dives, barbarus ipse placet.
 Aurea nunc verè sunt sæcula. plurimus auro
 Venit honos: auro conciliatur amor.
 Ipse licet Musis venias comitatus, Homere;
 Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras. 280
 Sunt tamen & doctæ rarissima turba puellæ:
 Altera non doctæ turba, sed esse volunt.

Utra-

268. *At nunc castaneas nunc amat illa nuci.*] Scribe non amat cum Regio, Scaligeri excerptis, & uno Patavino. nisi malis hand amat. Nam Hafniensis aut amat. Argute avaritiam notat in puellis sui sæculi. Atque ita legendum videri Janus quoque Vilius noster per literas me monuit, neque aliter nobilissimus Doufa in suo codice conjectarat. Respicit autem illa,

Castaneasque nuces mea quas Amaryllis amabat.

quo alludunt etiam Catalecta Petroniana,

Nolo nuci, Amarylli, tuas, nec cerea pruna.

Rusticus hac Corydon munera magna puer.

sic & noster de castaneis lib. III.

Nos glandes, Amarylli, tuas, nec amygdala desunt

In Copâ,

Castaneasque nuces, et suaverbentia mala.

Calpurnius Ecloga II.

Mille remidenti dabimus tibi cortice Chias,

Castaneasque nuces.

Serenus Sammonicus cap. XXX.

Proderit et pueris, quos dentis ergo fatigas.

Castaneas coxisse nuces.

Heinsius.

269. *Quin etiam turdoque licet.*] Turdis sermonem humanum imitantur. Hi in Germania hyeme maxime cernuntur. Inter aves primæ sunt. Martial. *Inter aves turdus, si quis me iudice certet, Inter quadrupedes gloria prima lapus.* Mitterebantur autem in corona pendentes. *Missaque corona.*] Turdis corona alligatis.

271. *Turpiter his emitur.*] Captatores hereditatum execratur, qui viventibus munera mittebant, ut scriberentur heredes. *Orba senectus.*] Senectus sine liberis.

282. *Altera non docta, sed tamen esse volunt.*] Scripti potiores cum primâ editione,

Altera non docta turba, sed esse volumus.

Heinsius.

283. Utra-

Utraque laudentur per carmina: carmina lector

Commendet dulci qualiacunque sono.

His ergo, aut illis, vigilatum carmen in ipsas, 285

Forſitan exigui muneris inſtar erit.

At, quod eris per te facturus, & utile credis,

Id tua te facito ſemper amica roget.

Libertas alicui fuerit promiſſa tuorum;

Hanc tamen à dominâ fac petat ille tuâ.

290

Si pœnam ſervo, ſi vincula læva remittis;

Quod facturus eras, debeat illa tibi.

Utilitas tua ſit: titulus donetur amicæ.

Perde nihil: partes illa potentis agat.

Sed te, cuicunque eſt retinendæ cura puellæ, 295

Attonitum formâ fac putet eſſe ſuâ.

Sive erit in Tyriis; Tyrios laudabis amiçtus:

Sive erit in Cois; Coâ decere puta.

Aurata eſt, ipſo tibi ſit pretioſior auro:

Gauſapa ſi ſumſit; gauſapa ſumta proba.

300

Adſtiterit tunicata; Moves incendia; clama:

Sed

283. *Utraque laudentur.*] *Laudentur* Neapolitanus cum uno Vaticano. conſonans. turbam ſubintellige. *Adi Notis Feſt. lib. 1. §. 696. Idem.*

285. *His ergo atque illis.*] *Aut illis* libri meliores. *Idem. Carmen vigilatum.*] Elegans carmen & multa vigilia politum. *In ipſas.*] In laudem ipſarum.

286. *Exigui muneris inſtar eris.*] *Habet* tres ſcripti. Vide quæ noto ad *Epist. xvi. §. 360. Heinſ.* *Eris inſtar muneris.*] *Eris* forſaſſe gratum, perinde ac apponus.

287. *At quod eris per te facturus.*] *Eras* malim, ut mox,

Quod facturus eras, debeat illa tibi. *Heinſius.*

294. *Partes illa petendis agat.*] *Potens* agat ſcribendum cum potioribus ſcriptis jam monuimus *Notis ad Amor. l. 11. El. 11. v. 30. Idem.*

297. *Sive eris in Tyriis.*] In veſte purpurea, dicta à Tyro olim inſula, nobilis

conchylio atque purpura.

298. *Sive eris in Cois.*] *Cos* inſula eſt in *Ægæo*, ex adverſo *Atticæ*, quæ à Latinis *Cos* appellatur, unde & *Cons.*, & *Caus* deduci poteſt. *Cos* autem veſtis bombycina erat, ad luxum foeminarum inventa, valde tenuis. Vide *Plin. lib. 11. cap. 22.*

299. *Aurata eſt.*] Si eſt aurea veſte amiçta.

300. *Gauſapa ſi ſumſit.*] *Sumit* membræ caſtigatioris. aliter tamen *Soſipater* & *Præſcians*, qui hunc verſum citant. *Heinſ.* *Gauſapa ſi ſumit.*] *Gauſape* veſtis erat villoſa, quæ hyemali tempore geſtabatur. De hoc nomine *Carſilius lib. 1.* & poſt eum *Præſcians lib. 7.*

301. *Aſtiterit tunicata.*] *Tunica* veſtis erat, quæ longiores uſque ad digiſſimas manicas habebat, ſtuebatur uſque ad callos. *Moves incendia.*] *Clama:* dic contenta voce, tunicam conſecturam illam calore.

303. *Diſeri-*

Sed timidâ, caveat frigora, voce roga.
Compositum discrimen erit; discrimina lauda:

Torserit igne comam; torte capille place.

Brachia saltantis, vocem mirare canentis:

305

Et, quod desierit, verba querentis habe.

Ipsos concubitus, ipsum venerere licebit,

Quod juvat; & querulâ gaudia voce notes.

Ut fuerit torvâ violentior illa Medusâ;

Fiet amatori lenis & æqua suo.

310

Tantum, ne pateas turbis simulator in illis,

Effice: nec vultu destrue dicta tuo.

Si latet ars, prodest; adfert deprensa pudorem:

Atque adimit merito tempus in omne fidem.

Sæpe

303. *Discrimen.*] Divisio crinium in capite.

304. *Torte capille places.*] Place Regius & tres alii. *Heins.* Torserit igne comam.] Si calamistro, hoc est, acu ferrea calefacta, crispas fecerit capillos.

306. *Et cum desierit.*] Et quod desierit Regius alique duo. *Heins.* Verba querentis.] Quod tam cito desierit.

308. *Et querulâ gaudia voce notes.*] De querulâ voce jam præcesserat, cum dixit: verba querentis habe. scripti et quædam gaudia voce notes, vel, et quædam gaudia vocis habe. Nisi quod Regius & quatuor alii cum Jureti ac Scaligeri excerptis quædam gaudia noctis habe. neque aliter prima editio. præterea unus meus chartaceus et quæ das gaudia vocis habe. Locus haud dubie corruptus, nihil tamen nunc succurrit, quod convenientius sit, quam si resingas atque das gaudia noctis probes. Dare noctem in re venerata usitatum. Nostræ Remed. Amor.

Insister bene noctes, quas mihi non das, habet.

&c.

Est data nox; dubita noctis venire datâ.
&c. mox appositè,

Hic mihi lascivâ gaudia noctis dedit.
gaudia noctis Ep. Leandri

Non magis illius numerari gaudia nobis,

Hellepontiaci quam maris alga portest.

atque ita passim gaudia pro coitu aut concubitu ponit. *Heinsius.*

309. *Si fuerit torvâ violentior ipsa Medusâ.*] Ut fuerit Regius cum excerptis Scaligeri & quatuor aliis. Adi Notas Pont. 1. El. VII. v. 50. meliores etiam violentior illa. Idem. Violentior.] Asperior, difficilior ad amandum. *Torva Medusa.*] Quæ se inquentes mutabat in saxum. Aut torva propter aspectum, & crines in serpentes mutatos à Minerva, cujus rei causam Ovid. in 4. Metam. describit.

310. *Æqua.*] Mutuo amore. Sic ille apud Ter. Eunuch. 1. 2. utinam esset mihi pars aqua amoris tecum. Item in Plaut. Rud. 2. 6. v. 68. *Æquas habemus partes.* Et in Trin. 2. 4. Ph. Bene vult tibi. Læ. adeo! mutuum mecum facis. sic, Mutuum sentire. Cæf. Et Cicer. Mutuum me sensus admonet.

311. *Verbis simulator in illis.*] Turbis Regius. ut de concubitu pergat loqui. *Heinsius.*

312. *Nec vultum.*] Videndum est, ne vultu videaris aliter sentire, quam loqueris.

317. *Cum*

Sæpe sub autumnum (cum formosissimus annus, 315

Plenaque purpureo subrubet uva mero;

Cum modo frigoribus premitur, modo solvitur æstu)

Ære non certo corpora languor habet.

Illa quidem valeat: sed si male firma cubabit,

Et vitium cæli senserit ægra sui;

320

Tunc amor & pietas tua sit manifesta puellæ:

Tunc fere, quod plenâ postmodo falce metas.

Nec tibi morosi veniant fastidia morbi;

Perque tuas fiant, quæ finet ipsa, manus.

Et videat flentem; nec tædeat oscula ferre:

325

Et sicco lacrymas combibat ore tuas.

Multa vove; sed cuncta palam: quotiesque libebit,

Quæ referas illi, somnia læta vide.

Et veniat, quæ lustret anus lectumque locumque:

Præferat & tremulâ sulphur & ova manu.

330

Omnibus his inerunt gratæ vestigia curæ:

In tabulas multis hæc via fecit iter.

Ne

317. *Cum modo frigoribus premimur.*] Premitur & solvitur Regius, ut ad ærem aut annum hæc referantur. mox si cubaris videtur scribendum, pro cubabit. est *ἀρχαῖος*. sequens *Tō senserit* ita requirit. Sane Plinius lib. x. cap. xlvii. *cubatum* pro cubitum dixit. *Heins.*

322. *Tunc fere, quæ plenâ.*] Quod plenâ scripti potiores. *Idem.*

324. *Quæ finit illa manus.*] *Sinet ipsa* iidem. subintellige, fieri. sic infra lib. iiii.

— *petito hinc præcepta puella*

Quas pudor et leges, et sua iura sinunt.

Amor. iiii. El. iv.

— *pauci, quod finit alter, amant.*

Idem.

327. *Quotiesque libebit.*] *Libebit* scribe cum Regio & Sarraviano. dixi Epist. xv. vl. 134. *Idem.*

329. *Et veniat quæ lustret anus.*] *Sacrum* pro amicæ laetare faciendum esse

dicit: cuius meminit Apulejus in ultimo Metam. quo dicit, summum sacerdotem Iſidis teda lucida, & ovo, & sulphure, solenniſſimisque precibus usum fuisse.

330. *Præferat et tremulâ sulphur et ova manu.*] Prima editio cum Lincolnienſi & uno Vaticano, *sulphura uva*. sed cum ovorum quoque usus in lustrationibus sit notissimus, nil hoc loco mutandum censeo. Superiori versu pro *Et veniat*, unus Vaticanus, *Ter veniat quæ lustret anus.* ut *Ter ad Tō lustris referatur.* *Heinsius.* *Sulphur.*] Quod ideo *καὶ τὸν δαῖτα* vocat Homer. Odyſſ. x. v. 481. καὶ δαῖτα ἄνθρ. Vide Plin. 35. c. 15. & l. 16. c. 10. Et Theocr. Idyll. 24. v. 94. — *Καθὰρ δὲ πυγὰς δαῖτα δαῖτα δαῖτα.* Lucian. Διογ. πρὸς τὸν καβαγῆν. Ad Tzet. Histor. 440. Chil. 12. ἀντὶ δαῖτα δαῖτα, καὶ τὶ δαῖτα καλίστα.

332. *In thalamos matris hac via fecit iter.*] *In tabulis* scripti plerique cum pri-

mo

Ne tamen officiis odium quærat ab ægrâ,

Sit suus in blanda sedulitate modus.

Neve cibo prohibe, nec amari pocula succi

335

Porridge: rivalis misceat illa tuus.

Sed non, cui dederis à littore carbasâ, vento

Utendum, medio cum potiere freto.

Dum novus errat amor, vires sibi colligat usu:

Si bene nutrieris tempore, firmus erit.

340

Quem taurum metuis, vitulum mulcere solebas:

Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit.

Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo;

Quaque venit, multas accipit amnis aquas.

Fac tibi consuescat: nil consuetudine majus.

345

Quam

ma edizione. Regius cum duodecim aliis, *In tabulas*, quod verum est. intellige tabulas supremæ voluntatis seu testamenta. sic Horatius, Juvenalis, alii auctores cum Jurisconsultis passim loquuntur. eamque lectionem in suis quoque codicibus Naugerius invenerat. *Heinsius*.

335. *Neve cibos probe.*] Scripti plerique *cibos prohibe*. Regius cum duobus Vaticanis & primâ editione *cibo prohibe*, quod verum est. Odiosum enim est, & male ægros habet, si cibo prohibentur. Nam,

Nititur in vetustum semper, cupimusque negata.

Sic interdictum imminet ager aquis.

Geminus huic, de quo agimus, locus Remedio Amoris,

Sape bibi succos, quamvis invitus amaro;

Æger: & erant mensa negata mihi est.

prohibere cibo, ut prohibere aquis & aditu. Met. vi.

Quid prohibetur aquis? usus communis aquarum est.

& lib. xii.

prohibent aditu littusque tuerentur *Trois.*

quibus locis in vulgatis libris pari modo

peccabatur. *prohibere thalamis* apud Chlodianum initio Raptus Proserpinæ, ut & ibi restituiimus. Met. viii.

obstruimus orbem

Terrarum nobis, ut Crete sola pateret.

Hæc quoque sic prohibes.

ita & ibi recte vetustiores libri. Met. xv.

Vas arbor virum prohibete, Quirites.

sic apud Virgilium, *hospitio prohibemus arena*. Val. Flaccus lib. xii.

qua me hospita tellus

Accipiet? quæ non primis prohibebis arenis?

Cornelius Nepos vita Hannibalis. *Alpico conantes prohibere transitum concidit.* ubi perperam *transitum* nunc legitur. Seneca Theb. morte prohiberi haud quæo. Idem.

337. *Sed non quod dederis à littore carbasâ vento.*] Cum dederis erat emendatum in Regio. Scribe cui dederis. ut textus sit casus. vel quis dederis ventis. nam *ventis* erat in Regio. *dare carbasâ vento*, usitatus loquendi modus poetis. sequenti versu pro *potiere* idem Regius *potiere*. Lego, *potiere*. & sic prima editio cum tribus aut quatuor scriptis. Idem.

339. *Vires sibi colligit usu.*] Colligat Regius & octo alii ex melioribus. Idem.

345. *Nihil assuetudine majus.*] Nil scripti

Pp

Quam tu dum captas, tædia nulla fuge.
 Te semper videat: tibi semper præbeat aurem:
 Exhibeant vultus noxque diesque tuos.
 Cum tibi major erit fiducia, posse requiri;
 Tum procul, absenti cura futurus, abi.
 Da requiem. requietus ager bene credita reddit:
 Terraque cælestes arida sorbet aquas.
 Phyllida Demophoon præsens moderatius uffit:
 Exarsit velis acrius illa datis.
 [Penelopen absens solers torquebat Ulysses:
 Phyllacides aberat, Laodamia, tuus.]
 Sed mora tuta brevis: lentescunt tempore curæ;
 Vanescitque absens, & novus intrat, amor.
 Dum Menelaus abest, Helene, ne sola jaceret,
 Hospitis est tepido nocte recepta sinu.
 Qui stupor hic, Menelaë, fuit? tu solus abibas:
 Idem sub tectis hospes & uxor erant.

350

355

360

Acci-

scripti potiones. quatuor nil consuetudine.
 concinnius. *Idem.*

346. *Quam tu dum captas.*] *Captas* unus
 Vaticanus. placet, ut de puella intelligatur.
Idem.

347. *Præbeat aures.*] *Aurem* scilicet in
 Sarraviano. dixi supra. *Idem.*

348. *Exhibeat vultus noxque diesque tuos.*]
Exhibeant unus Regius. recte. *Idem.*

349. *Posse requiri.*] Posse te ab ea peti.

350. *Tum procul absenti cura futurus
 eris.*] Sarravianus & prior Moreti, *abi*.
 recte.

Tunc procul, absenti cura futurus, abi.
 vel *cum procul*, ut Regius aliique nonnul-
 li. nisi quod *eris* in illis, non *abi*. unus
 tamen Mentelii, *I procul*. sed alterum
 præstat. *Heins.* *Tum procul.*] Tunc ab ea
 te aliquandiu amovebis.

351. *Da requiem.*] Da amicæ, sine te
 respirandi spacium.

353. *Phyllida Demophoon.*] Absentes
 magis desiderari, probat exemplis. Nam
 Phyllis impatientius Demophoontis ab-
 sentiam tulit, Penelope Ulyssis.

355. *Penelopen absenti.*] Prior Mentelii
 hoc distichon non agnoscit. & abesse po-
 test salva orationis serie. est enim frigi-
 dumculum. *Heins.*

356. *Tum Phyllacides.*] Tum Protefi-
 laus. Ab avo sic dictus. Fuit enim Phyla-
 cus pater Iphicli, Iphiclus Protefilai. Hæc
 ad bellum Trojanum profectus, quum in
 Aulide tempestate teneretur, ab uxore
 Laodamia Acasti filia epistolam accepit:
 quæ quantum ob ejus absentiam anxia fue-
 rit, facile offendit.

357. *Sed mora tuta brevis.*] Non diu-
 tius abstinendum esse dicit ab amicæ con-
 spectu. *Lentescunt tempore.*] Minus
 intervallo temporis.

359. *Dum Menelaus abest.*] Menelai
 exemplo, absentiam amantium non esse
 tutam, docet. Nam cum ille in Cætam
 profectus esset, & Parisem domi reli-
 quisset, Helena capta ejus amore, mo-
 riti absentis immemor, cum Paris in A-
 siam navigavit.

361. *Quis super.*] *Qui super* Regius
 & tres alii. *Heinsius.*

363. *Credis*

Accipitri timidas credis, furiose, columbas?

Plenum montano credis ovile lupo?

Nil Helene peccat; nil hîc committit adulter: 365

Quod tu, quod faceret quilibet, ille facit.

Cogis adulterium, dando tempusque locumque.

Quo, nisi consilio est usa puella tuo?

Quid faciat? vir abest; & adest non rusticus hospes:

Et timet in vacuo sola cubare toro.

Viderit Atrides: Helenen ego crimine solvo.

Usa est humani commoditate viri.

Sed neque fulvus aper mediâ tam sævus in irâ,

Fulmineo rabidos cum rotat ore canes:

Nec lea, cum catulis lactentibus ubera præbet: 375

Nec brevis ignaro vipera læsa pede:

Fœmina quàm, focii deprensâ pellice lecti,

Ardet; & in vultu pignora mentis habet.

In ferrum flammæque ruit: positoque decore

Fertur, ut Aonii cornibus icta Dei.

380
Conju-

363. *Credis furiose columbas.*] Committis ovem lupo.

368. *Quo nisi consilio est usa puella tua.*] Quid nisi Regius & Junianus. Remed. Amor.

Quid nisi secreta læserunt Phyllida sylva?

Art. lib. III.

Quid, nisi quam sumes, dic mihi, perdis aquam?

mox,

Quæ nunc sub Phœbo ducibusque palatia fulgent,

Quid nisi araturis pascuibus erant?

Amor. II. Eleg. VII.

Scilicet ancillam, quæ tam tibi fida, rogarem?

Quid, nisi ut indicio juncta repulsa foret?

Trist. II.

Quid nisi Meonides Venerem Martemque ligatos

Narrat in obscuro corpora prensator?

ubi frustra reponunt, quis nisi. Heinsius.

371. *Viderit Atrides.*] Menelaus ipse judicet.

373. *Sed neque fulvus aper.*] Diligentissime videndum esse docet, ne amica intelligat te aliam amare.

374. *Fulmineo ore.*] Similiter Metam. 8. v. 189. — dentes æquantur dentibus Indis — Fulmen ab ore venit; frondes afflatibus ardent. & lib. I. v. 305. — nec vires fulminis apro — Prosiunt. Quia instar fulminis ruit & icit: formidabilis & vulnificus. *Rapidos dum rotat ore canes.*] *Rabidos Regius* & alii nonnulli cum primâ editione. cum etiam meliores. Amor. III. & Artis lib. I. de Scyllâ,

Pute premit rabidos inguinibusque canes.

Ep. I. Sabini de Hecubâ,

Et stetit in rabidam protinus acta canem. Heinsius.

380. *Cornibus icta.*] Furore stimolata. *Dei Aonii.*] Bacchi, qui Thebas patriam habuit in Boeotia, quam primum

Pp 2

Aones

Conjugis admissum, violataque jura maritæ,

Barbara per natos Phasias ulta suos.

Altera dira parens (hæc est, quam cernis, hirundo:

Aspice) signatum sanguine pectus habet.

Hoc bene compositos, hoc firmos solvit amores: 385

Crimina sunt cautes ista timenda viris.

Nec mea vos uni damnat censura puellæ.

Dî melius! vix hoc nupta tenere potest.

Ludite: sed furto celetur culpa modesto.

Gloria peccati nulla petenda sui.

Nec dederis munus, cognosse quod altera possit: 390

Nec sint nequitia tempora certa tuæ.

Et, ne te latebris capiat sibi foemina notis,

Non uno est omnis convenienda loco.

Et quoties scribes, totas prius ipse tabellas 395

Inspice. plus multæ, quam sibi missa, legunt.

Læsa Venus justa arma movet, telumque remittit:

Et, modo quod quæsta est, ipse querare, facit.

Dum fuit Atrides unâ contentus, & illa

Castâ

Aones barbari tenuerant, à quibus Aonia Boeotia cognominata est.

381. *Conjugis admissum!* Jasonem, scribit Diodorus, annis decem cum Medea Corinthi apud Creontem regem vixisse: cujus filia, quam Glaucom appellat, uxore sumpta, Medeam expulit. *Violataque jura mariti.* Marita Regius, ne bis idem dicat. Caterum hi versus eo, quo exhibemus ordine, legebantur in prima editione & scriptis exemplaribus plerisque. *Hanf.*

382. *Phasias.* Medea à poetis Phasias dicitur, à Phasi fluvio, qui Colchon inluit.

383. *Altera dira parens.* Altera mater etiam ulta est per natum, jura mariti violata. Progenem autem Terce regis Dauidis uxorem intelligit, quæ filium genuit, & patri apposuit, propter violatam sororem Philomenam. 6. *Metamorph. Mer.*

385. *Hoc firmos rumpis amores.* Solutis

scripti cum primâ editione. *Hanf.*

387. *Mea censura.* Meum judicium. *Uni puella.* Ut cum una puella tantum rem habeatis. *Donat censura puella.* Placet cum Lincolnienſi libro reponi, *dammata censura.* de quo ad Claudianum. *Hanf.*

388. *Nupta tenere potest.* Potes alter Mentelii. *Idem.*

390. *Gloria peccati nulla petenda tui.* Sui meliores. recte. dictum alibi. *Idem.*

394. *Non uno est semper convenienda loco.* Non uno est omnis scripti plerique cum primâ editione, id quod superiora confirmant. *Idem.*

396. *Inspice.* Ne quid scripseris, quod amicum lædat. *Plus legimus.* Plus interpretantur in literis, quam scripseris.

398. *Et modo quæ quæsta est ipsa.* Meliores,

Et, modo quod quæsta est, ipse querare, facit. *Heinsius.*

399. *Dum fuit Atrides.* Clytemnestra

Castâ fuit; vitio est improba facta viri. 400

Audierat laurumque manu vittasque ferentem

Pro natâ Chrysen non valuisse suâ.

Audierat, Lyrnessi, tuos abducta dolores;

Bellaque per turpes longius illâ moras.

Hæc tamen audierat: Priameïda viderat ipsam. 405

Victor eras prædæ præda pudenda tuâ.

Inde Thyestiaden thalamoque animoque recepit;

Et male peccantem Tyndaris ultâ virum.

Quæ bene celaris, si qua tamen acta patebunt, 410

Illâ licet pateant, tu tamen usque nega.

Tum neque subjectus, solito nec blandior esto.

Hæc animi multum signa nocentis habent.

Sed lateri nec parce tuo. pax omnis in uno

Concu-

strz exemplo probat, lasas formas ul-
eisci injurias. *Contentus una.*] Sola Cly-
temnestra uxore contentus.

401. *Audierat laurumque.*] Causam
assignat, quare facta sit uxor Agame-
mnonis impudica, vitio mariti. *Laurum*
et vittas.] Quod ex Homer. Iliad. a. v.
14.

Στήμα τ' ἔχον ἐν χροσθὶ ἱερὸν
Ἀπόλλωνος.

Χρυσὴν ἀνὰ στήθεσσι.

Sic & Virgil. 8. ——— vittâ comas præ-
tendere ramos. Κρόνῳ ἱερὰς ὀρεὶ περ-
πελαμένῳ. Plutarchi. Hinc & vo-
catur ἱερὰ ἰώνη. Chryses autem laurea-
tas vittas tulit, quod Apollinis esset sa-
cerdos.

403. *Audierat.*] Clytemnestra etiam
senserat. *Lyrnessi.*] Hippodamia. Fuit
enim ex Lyrnesso oppido in ora Trojæ,
contra Lesbou. *Tuos abducta dolores.*] *Regius*
cum aliis nonnullis, *adducta*, sed
frustra. Ep. Hermiones,

Abducta viduum conjuge flere virum.

Rem. Amor.

*Hoc & in abductâ Briseide fletat Achil-
lus.* Heinſius.

405. *Hæc tamen audierat.*] Tamen me-

liores, & Priameïda ipsam. sic Epistola
Deianiræ.

*Hæc tamen audieram: licuit non credere
fama:*

En venit ad sensus mollis ab auro dolor.

Idem.

Priameïda viderat ipsa.] Cassandram e-
nim Priami filiam, exverso Ilio, Agame-
mnon Mycenæ duxit.

406. *Victor eras præda præda pudenda
sua.*] Prior Mentelianus probe, *eras præ-
da præda pudenda tua.* Heinſ. *Præda præda
pudenda sua.*] Agamemnonem dicit fuisse
Cassandræ prædam, quoniam ejus amo-
re captus tenebatur.

407. *Thyestiaden.*] Ægisthum dicit,
Thyestis filium.

408. *Ultâ virum.*] Quia rem habebat
cum Ægistho. vel quia cum occidit in
convivio.

409. *Si quâ tamen acta patebunt.*] Si
quæ Regius & quatuor alii. Puro sicni.
Heinſius.

411. *Tu neque subjectus.*] Tu melio-
res. Idem.

413. *Sed lateri ne parce tuo.*] Nec parce
scripti multi cum primâ editione pro
pax omnis in illo. meliores in uno. Scribe,

Pp 3

Sed

Concubitu: prior hoc inficienda Venus.
 Sunt, qui præcipiant herbas satureia nocentes 415
 Sumere: (iudiciis ista venena meis.)
 Aut piper urticae mordacis semine miscent;
 Tritaque in annoso flava pyrethra mero.
 Sed Dea non patitur sic ad sua gaudia cogi,
 Colle sub umbroso quam tenet altus Eryx. 420
 Candidus Alcathei qui mittitur urbe Pelasga

Bulbus,

*Sed lateri nec parca tui. pax annis in
 tui*

Concubitu. prior hoc inficienda Venus.

Idem.

*Pax in uno.] Sic Andromache in Troad.
 Eurip. v. 660.*

*Καὶ πάλῃ μὲν, ὡς μὲν ὑπὲρ τὴν χα-
 λὰ*

*Τὸ θυμὸν τὴν γυναικὸς οἷς αἰσθέραις ἀ-
 χῶ.*

*Ostia de flumi: Veneris de gaudis flum-
 in.*

Pan eris: hoc meo soluitur vire modo.

Lib. 2. v. 459. Art.

415. *Satureia.*] Satureia herba est, quam *thymbram* Plinius nominat. Dicta est à *satyris*, ut quidam putant: quod, qui ea utuntur, selaces fiunt ut *Satyri*. Alii, à saturitate. Huius vis est calidissima naturae, & incitat Veneream. Martialis:

*Sed nihil cruce facimus, bulbus sale-
 ros.*

417. *Aut piper urticae.*] Piper calidum est, & siccum. Scribit Plinius, utries semen cum semine lini lacerari mœderi, si addatur hyssopum, & piperis aliquid.

418. *Flava pyrethra.*] Pyaetrum herba est, ab ignea vi appellata. Calida est, & sicca: ideo rebus venereis apta.

420. *Quam tenet altus Eryx.*] Venerem dicit. Nam Eryx Veneris & Bute regis filius, super locum excelsum civitatem condidit in Sicilia, in cuius arce matri templum dicavit. quam civitatem Veneris plurimum dilexit: unde ipsa Eryx dicta est.

421. *Candidus Alcathei.*] Quam

Pandionis regis quatuor essent filii, Ægeus, Lycus, Pallas, & Nisus, & Attica regio quatuor esset in partes divisa, Nisus Megara sorte obtinuerunt, qui Nisicam condidit, quæ alteram arcem habuit: quam Ovidius *Alcatheam* appellat. Hic autem Ovidius bulbos Megarici soli designat, quos maxime probat Caro: sunt enim calidissima naturæ. Urbe Pelasga.] Urbe, quam permisti Pelasgi habitarent. Pelasgi omnium ab Arcadibus. *Alcathei* qui mittitur urbe Pelasga.] Pelasgi Vaticanus unus cum Tomasiniano. sic Ep. Hypertan.

*Ducimus Inachides magni sub tellure Pelas-
 gi.*

Pelasgi enim propriè dicuntur à Pelasgia Argolica urbe. hinc & Juno Pelasgia. Recte ergo Danaus Argorum Rex Pelasgius. recte & Alcatheus, utpote qui filius Pelopis fuerit. codices nonnulli *Alcathei* ut Mart. VIII.

*Præstat quo sui viros Martis in urbe
 Alcathei.*

ubi tamen *Alcathei* etiam in vetusto codice inveni. & recte. nisi per se ferat *aves Alcathei* quod in duobus codicibus offendit. *Alcathei* enim avæ Megaris appellabatur teste Panfania. Trist. 1. El. 12.

*Et quos Alcathei nomen erat à monitis
 ortis*

*Sedibus his profugum constituisse la-
 rem.*

ubi *Alcatheis*, & *Alcatheis* scripti plerique. Alcatheum autem Megaras condidisse, operam ei navavit Apolline, forunt veteres, Theognis:

Φοβέε

Bulbus, & ex horto quæ venit herba salax,
Ovaque fumantur, fumantur Hymettia mella,

Quasque tulit folio pinus acuta nuces.

Docta, quid ad medicas, Erato, deverteris artes? 425

Interior curru meta terenda meo est.

Qui modo celabas monitu tua crimina nostro;

Flecte iter, & monitu detege furta meo.

Nec levitas culpanda mea est. non semper eodem

Impositos vento panda carina vehit. 430

Nam modo Threicio Borea, modo currimus Euro:

Sæpe tument Zephyro lintea, sæpe Noto.

Aspice, ut in curru modo det fluitantia rector

Lora, modo admissos arte retentet equos.

Sunt quibus ingrati timida indulgentia servit: 435

Et, si nulla subest æmula, languet amor.

Luxu-

Ποῦς ἀναξ, αὐτὸς μὲν ἐπύργασας
πῶλον ἄκρην
Ἀλλαθὸς Πέλοπ' παιδὶ χαρίζο-
μεν.

Heinsius.

424. *Quasque tulit folio.*] Nucleos pineos dicit, quos in usum Veneris adhiberi solitos, docuimus ex sententia Apitii. Et Plinius docet, nucleos nucis pineæ infirmitatem virilium roborare, renibus & vesicæ utiles esse. *Pinus acuta.*] Pinus ideo acuta appellatur, quia folium habet capillamenti modo prætenue, longumque, & mucrone aculeatum, ut Plinius docet.

425. *Docta quid ad magicas Erato converteris artes?*] *Diverteris* scripti plerique. nisi quod Regius *deverteris*. quomodo semper in vetustioribus libris scribi jam observavimus ad lib. 11. Amor. El. vi. ubi & de hoc loco, unus meus *reverteris*, proxime verum. Sed cur *magicas artes*? Lege omnino *medicas artes* cum Moreti codice. Remedii Amoris sub finem,

Ecco cibos etiam, medicina fungar ut omni
Minere, quos fugias, quosque sequare,
dabo.

ubi de cibis ad rem veneream facientibus, ut & hoc loco. *Idem.*

425. *Deverteris.*] Moraris narrando.

426. *Interior curru meta terenda meo est.*] *Tenda Regius.* unde scripti complures *tenenda* cum prima editione. utrumque probum est. Vide Notas ad l. 1. v. 40. *Heinsius.* *Interior meta.*] Redi ad eleg. 2. Amor. 3. v. 12.

427. *Qui modo celabas.*] Ad amantem redit. *Celabas.*] Amicam. *Tua crimina.*] Inhonesti amoris crimen.

431. *Threicio Borea.*] Qui spirat per Thraciam, & septentrionalem plagam.

433. *Modo dat fluitantia rector.*] *Det* cum scriptis melioribus & primâ editione. *Heins.* *Fluitantia lora.*] Laxas & solutas habenas. *Fluitantia lora.*] Virg. 5. Æneid.

Non tam precipites bijugi certamine car-
pum

Corripuere, ruuntque effusi carcere cur-
rus:

Nec sic immixti auriga undantia lora
Concusere jugis, promique in verbera pen-
dent.

436. *Et si nulla subest æmula.*] Forte
P p 4

Luxuriant animi rebus plerumque secundis;
 Nec facile est æquâ commoda mente pati.
 Ut levis absuntis paulatim viribus ignis
 Ipse latet, summo candet in igne cinis: 440
 Sed tamen extinctas admoto sulfure flammæ
 Invenit; & lumen, quod fuit ante, redit:
 Sic, ubi pigra situ securaque pectora torpent,
 Acribus est stimulis eliciendus amor.
 Fac timeat de te, tepidamque recalface mentem: 445
 Palleat indicio criminis illa tui.
 O quater, & quoties numero comprehendere non est,
 Felicem, de quo læsa puella dolet!
 Quæ, simul invitas crimen pervenit ad aures,
 Excidit; & miseræ voxque colorque fugit. 450
 Ille ego sim, cujus laniet furiosa capillos:
 Ille ego sim, teneras cui petat ungue genas:
 Quem videat lacrymans: quem torvis spectet ocellis:
 Quo sine non possit vivere; posse velit,
 Si spatium quæras; breve sit, quo læsa queratur: 455
 Ne lentâ vires colligat ira morâ.
 Candida jamdudum cingantur colla lacertis:

Inque

*subis. ut lib. i.**Cum tibi juranti credidit, ipse subit.*

Heinsius.

440. *Summo candet in igne cinis.*] Si cinis, quomodo candet? In Regio & uno Vaticano calet contra metrum, unde alii, *summo qui calet, sed calet, cum calet, qui laet, & similia.* Scribe, *summo canis in igne cinis.* Hinc passim apud Poëtas, *cinis canis & favilla cana* dicuntur. noster infra lib. iii. canere quoque dixit de violariis,

Hui ego, qui canent, frutices violaria vidi. Heinsius.

443. *Pigra sim.*] Tarda amandi desuetudine. *Pigra sim.*] Videtur Poëta respicisse ad Virg. 7. *Æncid.*

Sed te vitta sim, verique effeta sanctus

*O mater, curis ne quidquam exercet.**Quamquam in dissimili ætate. Sic & Seneca. Odip. a. iv. Pl. 519.*— *Prima languet in summo**Memoria, læta læsa sublebens sita.*

447. *O quater & quoties numero comprehendere non est.* *Regem.*] O quater Regis cum quatuor aliis. teste, dixi de hoc loco supra v. 28. possit & legi. *Ter quater ut Pont. lib. iv. El. 12.*

Ter quater impari iussu iussu. Virgil. *o ceterque quatuor aliis.* Horz. *felices ter & amplius.* *Sed illi ceteros amicum.* Heinsius.

449. *Crimen pervenit ad aures.*] Intelligit te aliam amare.

450. *Excidit.*] *Redi ad l. tunc amare.* Pl. 539.

451. In

Inque tuos flens est accipienda sinus.

Oscula da flenti: Veneris da gaudia flenti.

Pax erit: hoc uno solvitur ira modo.

460

Cum bene sævierit, cum certa videbitur hostis;

Tum pete concubitûs fœdera: mitis erit.

Illic depositis habitat Concordia telis:

Illo (crede mihi) Gratia nata loco est.

Quæ modo pugnarunt, jungunt sua nostra columbæ;

Quarum blanditias, verbaque murmur habet.

Prima fuit rerum confusa sine ordine moles:

Unaque erant facies sidera, terra, fretum.

Mox cælum impositum terris; humus æquore cincta est:

Inque suas partes cessit inane Chaos.

470

Silva feras, volucres aër accepit habendas:

In

458. Inque tuo flens est accipienda sinus.] Tuos sinus scripti. Heinſius.

460. Hoc uno solvitur ira modo.] Vel, tollitur Regius. quod & in aliis nonnullis occurrit. Idem. Hoc uno solvitur ira modo.] Vide supra §f. 413. Pax omnis in uno est.

464. Illo crede mihi gratia nata loco est.] Juncta tres scripti. quomodo & Arondelianus. Unde Petrus Scriverius, approbante in Observationibus Gronovio,

Illic, crede mihi, Gratia juncta loco est. Heinſius. Illo gratia nata loco est.] Ubi dulce morari est. Carpanus dulcia. Persf. 5. ἀρροδίτην ἡδέϊα θύοις. Eurip. Phœniss. Et noster. 2. de Remed.

Illo Iotophagos, illo Sirenas in antro
Esse puta.

Prudenter autem hic navigandum,

Μὴ δ' ὅλως ἔχειν γινώσκειν μετὰ γυναικῶν. Quanquam Pistocler. Plauti, in suppositis, a. 1. vers. 21. sibi facile ignoscit, & ætati licere plusculum jactura facere existimat. Sic tamen flos ætatis delibatus imminuitur; ut præclare Pindar. Pyth. Od. 4.

Ἀθροῖαις πίντε θραπέων
Νέκισσιν ἐνθ' ἀμείψας

Ἰερὸν εὐχραις δαυτον.
Et Od. 9. ibid.

Ἡρὰ καὶ ἐκ λεχίων
Κεῖθεν μελινδύα ποίαν.

467. Prima fuit rerum.] Homines per Venerem primum conciliatos dicit: ut doceat, amicam iratam posse quoque reconciliari.

468. Unaque erat facies, sidera, terra, fretum.] Erant facies scripti multi cum prima editione. recte. sic in Fastis l. 1.

Ignis, aquæ, tellus, unus acervus erant. Met. 1.

Ante mare & tellus, & quod tegit omnia cælum,

Unus erant toto Naturæ vultus in orbe. sic & ibi scribendum opinor. Heinſius.

469. Mox cælum impositum terris.] Per cælum ignem & aërem denotat.

470. Inane chaos.] Chaos fuit quædam ab initio unitas hians, patensque in profundum: quam principium fuisse dicunt productionis omnium rerum.

471. Silva feras cepit, volucres agitalis aër.] Interpolarunt hunc locum, ex libro Metamorphoséon primo, qui posterioriorem in aër syllabam non posse produci existimarunt. Nam scripti veteres cum primis editionibus constan-

Pp 5

ter

In liquidâ pisces delituistis aquâ.
 Tum genus humanum solis errabat in agris:
 Idque meæ vires, & rude corpus erat.
 Silva domus fuerat, cibus herba, cubilia frondes: 475
 Jamque diu nulli cognitus alter erat.
 Blanda truces animos fertur mollissè voluptas:
 Confiterant uno foemina virque loco.
 Quid facerent, ipsi nullo didicere magistro:
 Arte Venus nullâ dulce peregit opus. 480
 Ales habet, quod amet: cum quo sua gaudia jungat
 Invenit in mediâ foemina piscis aquâ.
 Cerva parem sequitur; serpens serpente tenetur:
 Hæret adulterio cum cane nexa canis.
 Læta salitur ovis: tauro quoque læta juvenca est: 485
 Sustinet immundum fima capella marem.
 In furias agitantur equæ, spatioque remota

Per

ter, & recte,
Silva ferax, volucres aër accipit habundas.
 Heinſius.

473. *Tum genus humanum solis errabat in agris.*] Cic. quoque idem refert his verbis: *Nam fuit quoddam tempus, quum in agris homines passim bastiarum more vagabantur, & suis vultu ferarum vitam propagabant: nec rationis animi quicquam, sed pleraque viribus corporis administrabant. Solis errabat in agris.*] Veteres enim & nudes illi homines olim, sub Saturno, montes, rupes, & cavas arbores incolebant pro domibus, ferarum modo. Ideoque Virgil. rude illud, & indocile vocat genus hominum, truncis & robore cæro natum, quæ necque mos, neque cultus. Quod & de Arcadib. Apoll. in Argon. 4. v. 265.

Ἀρχαῖς, ἐῖς αἱ ἀπὸ πρὸς σιληνταὶς ἰδιονταὶ

Ζῶντι φύγῃ ἰδόντες ἐν ἔρεσσι. —

474. *Hisq; meæ vires.*] Idque potior scripti cum primâ editione. Heinſius.

477. *Blanda truces animos.*] Amor (inquit) reddidit homines mansuetos & placidos.

478. *Confiterant uno foemina virque loco.*] *Hæret recte cum primâ editione scripti. nam in tuo non statuit. & toti usus illa tempestate hand ullus erat, nisi frondes pro toro accipis.* Heinſius.

479. *Quid facerem?*] Probe Aron-delianus,

Quod facerem, ipsi nullo didicere magistro. Idem.

482. *Invenit in mediâ*] *Convenit tunc Regius. sic l. 111.*

Convenit illas cum volare viri. Idem.

483. *Cerva parem sequitur.*] Sic & in 9. Met. *Sequitur sua foemina cervena. Parem autem, æqualem genus, sua pariter copulans.* Sic in Fastis:

Et dæmni jungi cum paræ quæque sua. Serpens serpente tantum] Vipera coheret complexu, adeo circumvolans, sibi, ut una existimari biceps possit. autem Plin.

485. *Salique.*] *Salix humilis, arborum.] Hincque nunc olivæ.*

487. *In fœdibus equarum.*] Virgil. *Scilicet ante cunctis fœdus est infans equarum. Spadique equilla.*] *Disposita totum intervallo. Equarum remota.*] *Re-*

met

Per loca dividuos amne sequuntur equos.

Ergo age; & iratæ medicamina fortia præbe:

Illa feri requiem sola doloris habent. 490

Illa Machaonios superant medicamina succos:

His, ubi peccaris, restituendus eris.

Hæc ego cum canerem, subito manifestus Apollo

Movit inauratæ pollice fila lyrae.

In manibus laurus: sacris inducta capillis 495

Laurus erat: vates ille videndus agit.

Is mihi, Lascivi, dixit, præceptor Amoris,

Duc, age, discipulos ad mea templa tuos.

Est ibi diversum famâ celebrata per orbem

Littera; cognosci quæ sibi quemque jubet. 500

Qui

nota scripti nonnulli cum prima editione. Lego, [spatioque remota Per loca. Heinsius.]

491. *Succos Machaonios.*] Scribit Dioscorus, Aesculapium filios reliquisse Machaonem & Podalirium, qui cum Agamemnone ad Trojam navigarunt, & plurimum curandis vulneribus profuissent: unde eis immunitas rerum omnium est concessa.

493. *Manifestus Apollo.*] In nimbo. Sic Virgil. 4.

— *ipse Deum manifesto in lumine vidi.* Sed non omnium oculi sunt idonei ad id dijudicandum: ideoque Minerva ad Tydid. *Iliad.* s. v. 127.

Ἀλλὰ δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἔλθον,
ἢ πρὶν ἔπειν.

Ὅφρ' ἐν γινώσκῃς, ἡμὲν δ' οὖν, ἡδὲ καὶ
ἀνδρα.

Hujus meminit Socrat. in Alcibiad. 2. apud Platon.

496. *Vates ille videndus adest.*] Prima editio cum scriptis plerisque *adit.* Regius cum uno Patavino *abit.* Septem alii *erat.* Quatuor *ait.* Comeliniianus ex melioribus *agit.* ne dubita quin vere. Statius Theb. 111.

Sed me vester amor, nimisq; arcana

profari

Phæbus agit.

Achilleide,

Non patiar. meus iste, meus. tu diva profandi,

Et me Phæbus agit.

Nota etiam illa vi. Fast.

Est Deus in nobis. agitante calescimus illo.

Avienus Arateis,

— *major,*

Major agit mentem solito deus.

sic & agi furiis, & similia. Heinsius.

498. *Discipulos tuos.*] Quibus tradis præcepta amandi. *Ad mea templa.*] Eadem Apollinis Delphici intelligit, de qua multa Justinus l. 24.

499. *Est ibi diversum.*] Ibi majori ex parte scripti. nisi quod Regius & duo alii cum primâ editione *tibi.* Heinsius. *Est ibi diversum.*] Sapientissimum dictum Chilonis Lacedæmonii designat, quo jubet unumquemque se agnoscere. Juvenalis: E cælo descendit γινῶσθαι σεαυτὸν.

505. *Taciturna silentia vitet.*] *Rumpat* excerpta Jureti & quatuor ex nostris. l. 1. Metam.

Jupiter hoc iterum sermone silentia rumpit. Met. xi.

— *nec voce silentia rumpunt*
Sollicitæ canes canibusque sagacior anser.
Val. Flaccus l. 111.

Ingenuis Jumo, tandemque silentia rumpit.
libro

Qui sibi notus erit, solus sapienter amabit;
 Atque opus ad vires exiget omne suas.
 Cui faciem natura dedit, spectetur ab illâ:
 Cui color est, humero sæpe patente cubet.
 Qui sermone placet, taciturna silentia rumpat: 505
 Qui canit arte, canat: qui bibit arte, bibat.
 Sed neque declament medio sermone disertî:
 Nec sua vefanus scripta poeta legat.
 Sic monuit Phœbus: Phœbo parete monenti.
 Certa Dei sacro est hujus in ore fides. 510
 Ad propiora vocor. quisquis sapienter amabit,
 Vincet, & è nostrâ, quod petet, arte feret.
 Credita nec semper fulci cum fœnore reddunt:
 Nec semper dubiâs adjuvat aura rates.
 Quod juvat, exiguum; plus est, quod lædit amantes. 515
 Proponant animo multa ferenda suo.
 Quot lepores in Atho, quot apes pascuntur in Hyblâ;
 Cærula quot baccas Pallados arbor habet;
 Littore quot conchæ; tot sunt in amore dolores:
 Quæ patimur, multo spicula felle madent. 520
 Dicta

libro v.

*Non tulit hæc animis, quin longa silentia**Pallas**Rumperet irridens.*

Silius l. v.

Isque insueta tubâ monstravit mœnura
*primus**Gentibus, & bellis ignarus silentia rupit.*

Claudianus iv. Conf. Honorii,

Et dudum taciti rapti silentia Delphi.

Alcimius Avitus,

Perstrepsit subitus, rumpitque silentia
clamor. Heinsius.*Taciturna silentia rumpat.*] Adi Epist. 14.
v. 34.508. *Vefanus scripta poeta legat.*] Non
sanus libri veteres cum primâ editione.

Heinsius.

515. *Quod lædit amantes.*] *Lædat scri-*
pti potiores. Heinsius.

517. *Quot lepores in Atho.*] Athos
mons est Macedonix, quem Xerxes rex
Persarum continenti abscidit in longi-
tudine passuum mille quingentorum,
adeo sublimis, ut altior æstimetur quam
unde imbres cadunt. Statius: *Ingeni*
tollens proximus umbra Væstis Athos,
memoremque obscuræ imagine pontum. *Pa-*
scuntur in Hybla.] Hybla fuit urbs Siciliae,
ab Hyblone rege dicta, ut voluit Thi-
cydides. Hæc postea *Magara* appellata
fuit: unde Maro *apes Hyblæ* appellat,
quæ in Sicilia mel optimum conficie-
bant.

520. *Multo spicula felle madent.*] Vi-
rent unus Regius, de qua lectione diri-
mus ad Apollonium Claudianum, sub finem.
Met. 11. *Pectora felle virum.* Heinsius.
Spicula.] Tela Cupidinis. *Multo felle.*]
Multo dolore.

521. *Quam*

Dicta erit isse foras, quam tu fortasse videbis:

Isse foras, & te falsa videre, puta.

Clausa tibi fuerit promissâ janua nocte:

Perfer, & immundâ ponere corpus humo.

Forſitan & vultu mendax ancilla ſuperbo

Dicet, Quid noſtras obſidet iſte fores?

Postibus & duræ supplex blandire puellâ;

Et capiti demtas in fore pone roſas.

Cum volet, accedes: cum te vitabit, abibis.

Dedecet ingenuos tædia ferre ſui.

Effugere hunc non eſt; quare tibi poſſit amica

Dicere. non omni tempore ſenſus adeſt.

Nec maledicta puta nec verbera ferre puellâ

Turpe, nec ad teneros oſcula ferre pedes.

Quid

521. *Quam tu fortasse videtis.*] *Vide- res Regius, Forte*

— *tibi quam fortasse videre est.*

Heinsius.

524. *Perfer & immundâ.*] *Perfer & in nudâ tres libri. etiam bene. Vide no- tas ad Epist. XIV. v. 14. quidam in durâ. supra tamen lib. 1.*

Pallia si terra nimium dimissa jacebant, Collige, & immunda sedulus effer humo.

pro ponere multi posito. male. unus *Per- fer in nuda. Lege perfer in immunda pone- re. Amor. III. El. XI.*

Ergo ego sustinui, foribus tam sape re- pulsus

Ingenuum dura ponere corpus humo.

Idem.

528. *Limine pone roſas.*] *In fore scripti. l. 11. Faſtorum,*

— *cuſtos in fore nullus erat.*

531. *Effugere hunc non eſt, quare tibi poſſit amica Dicere. Non omni tempore ſenſus abeſt.*] *Codices quidam Effugere huic. quare ſcribo, Effugere hunc non eſt. de qua correptione adſtant notæ no- ſtræ ſupra hoc libro ad v. 28. unde li- quet à magno Scaligero pro Dicere fru- ſtra Cedere reponi. pro abeſt prima editio cum Regio, Jureti excerptis, & ſcriptis*

plerisque, *abeſt.* Neapolitanus & ſex alii *adeſt.* quod amplector. Intelligit ſenſum rerum amatoriarum. noſter infra,

Tu quoque, cui ſenſum Veneris natura negavit.

Sed ne ſic quidem locus integer ſaris aut perſpicuus, niſi reponas pro *quare*, *cave ne.*

Effugere hunc non eſt, cave ne tibi poſſit amica

Dicere. non omnitempore ſenſus adeſt. cave à verbo antiquo cavo tertix conju- gationis. noſter l. 1. Amor. El. VIII.

Sed cave ne gratis hic tibi conſtet amor.

Pont. III. El. 1.

Hanc cave degeneres, & ſint præconia noſtra

Vera vide.

ſic non Cicero tantum in Arateis aut Lucretius, ſed Horatius quoque & Ti- bullus & Propertius non uno loco. certe libro primo ſupra in veterrimo Regio codice *cave* pro *cave* offendi ſcriptum. Propertio redde hoc verbum, libro IV. Eleg. de Tarpeia,

Cyas, ut rumor ait, tota pugnabitur urbe.

Tu cave ſpinoſi roſcida terga jugi.

ita enim ſcribendum eſſe ſequentia evincunt: neque aliter exiſtat in non- nullis membranis vulgati. *Tu cape.* Heinf.

538. *Dis-*

Quid moror in parvis? animus maioribus instet. 535

Magna canam: toto pectore, vulgus, ades.

Ardua molimur: sed nulla nisi ardua virtus.

Difficilis nostrâ poscitur arte labor.

Rivalem patienter habe; victoria tecum

Stabit: eris magni victor in arce Jovis. 540

Hæc tibi non hominem, sed quercus crede Pelasgas

Dicere. nil istis ars mea majus habet.

Innuet illa, feras: scribet, ne tange tabellas:

Unde volet, veniat: quoque libebit, eat.

Hoc in legitimâ præstent uxore mariti; 545

Cum tener, ad partes tu quoque, somne, venis.

Hac ego, confiteor, non sum perfectus in arte.

Quid faciam? monitis sum minor ipse meis.

Mene palam nostræ det quisquam signa puellæ?

Et patiar? nec me quolibet ira ferat? 550

Oscula vir dederat (memini) suus: oscula questus

Sum data. barbarie noster abundat amor.

Non semel hoc vitium nocuit mihi. doctior ille,

Quo veniunt alii conciliante viro.

Sed melius nescisse fuit. sine furta tegantur: 555

Ne

538. *Difficilis labor.*] Ut patienti animo rivalem feras. quod perquam difficile esse, ostendit Propertius dicens, *Rivalem possum non ego ferre Jovem.*

540. *Eris magni victor in arce Jovis.*] Triumphabis de amica, ut imperatores, qui triumphantes ad ædem Jovis Capitolini vehebantur triumphali curru.

541. *Quercus Pelasgas.*] Pelasgi Dodoneum Jovis templum construxerunt, subjectum monti Tomaro, centum fontibus celebrato. In eo loco Probus grammaticus scribit columbas & quercus humana voce responsa dedisse. Virg.

Atque habitæ Grajæ oracula quercus.

Quercus Pelasgas.] Redi ad Eleg. 10. l. 3. Amor. v. 9.

542. *Majus istis.*] Ut rivalem feras patienter.

543. *Innuet.*] Illa nutu significat rivali. *Scribet.*] Ad rivalem. *Ne tange tabellas.*] Ne resigna literas.

545. *Hoc in legitima præstant.*] Præstent in uno Vaticano rectius. ut supra; *Lite fugent nuptæque viros, nuptasque mariti.* Heinl.

Præstant.] Ut eant quo velint.

546. *Ad partes venis.*] Adi Amor. l. 1. Eleg. 8. v. 87.

550. *Quolibet ira ferat.*] *Feret* scripti cum primâ editione. Heinl.

553. *Doctior ille est, Quo veniunt alii conciliante viro.*] *Viro* Regius, excerpta Jureti, & multi alii ex melioribus. optime. *veniunt*, uxores nimirum. Quo conciliante uxores veniunt alii viro. egimus jam de hoc loco initio hujus libri. Præterea pro *doctior* opinor esse scribendum

for-

Ne fugiat victo fassus ab ore pudor.

Quo magis, ô juvenes, deprendere parcite vestras.

Peccent: peccantes verba dedisse putent.

Crescit amor prensis. ubi par fortuna duorum est,

In causâ damni perstat uterque sui. 560

Fabula narratur toto notissima cælo,

Mulciberis capti Marsque Venusque dolis.

Mars pater, infano Veneris turbatus amore,

De duce terribili factus amator erat.

Nec Venus oranti (neque enim Dea mollior ulla est) 565

Rustica Gradivo difficilisque fuit.

Ah quoties lasciva pedes risisse mariti

Dicitur, & duras igne vel arte manus!

Marte palam simulat Vulcanum imitata, decebat;

Mul-

fortior, quicquid obnituntur libri veteres. & id quoque jam monitum à nobis lib. I. §f. 281. Idem.

556. *Fassus ab ore pudor.*] *Lafus* primâ editio & multi ex scriptis. ut Ep. Didus.

Exige lase pudor pœnas, violatè Sichæo.
In pluribus *falsus*. forte pro *pulsus*. Neapolitanus codex probe,

Ne fugiat fasso victus ab ore pudor.

Idem.

560. *In causam damni.*] *In causâ* meliores. Idem.

561. *Fabula narratur.*] *Malim narratur.* Mars & Venus videlicet. & mox,

Ut quamque attigeris, fabula turpis erunt.

Martial. l. XII. ad Semproniam,

Dulcis in Elysio narraris fabula campo.

Statius Achilleide,

Ast ego vel prima puerilis fabula culpa
Narrabor famulis.

Horat. Epod. XI.

Per urbem Fabula quanta fui!

Tibullus libro II. Eleg. III.

Fabula nunc ille est.

& alibi,

Parce, puer, quaso: ne turpis fabula fiam.
noſter Amor. l. III. Eleg. I.

Fabula, nec sentis, tota jactaris in urbe.
plura ad Amor. lib. I. Eleg. XIII. Heinſ.

Fabula narratur toto notissima cælo.] *Quid nisi Meonides Venerem, Martemque ligatos* — *Narrat.* Adagium in Suida, *Ἡ φαισιος ὁμοίος*, de re inexplicabili. Odyss. S. qui satis honestam præfert orationem. Athenæus quoque l. I. c. 12. humaniter hoc excusat, nempe, cantorem hunc dehortari voluisse hoc exemplo Phæacas à malis moribus. item l. 12. in princip. ad mores refert corrigendos. & γὰρ ἀπὸ τῆς κακῆς ἐργα, καὶ ἀπὸ τοῦ ἑραδὸς ὠκύν. Quod præclare Homerus epiphonema huic fabulæ subjicit.

562. *Mulciberis.*] Vulcani, qui à mulcendo *Mulciber* appellatur. quoniam, ignis sit, & omnia mulcet: Scribit Dioscorus Vulcanum ferri, aris, auri, argenti, omniumque quæ arte fabricantur, artem invenisse, ceterosque docuisse. quapropter harum rerum opifices omnes, vota, sacraque huic deo maxime facientes, ignem in æternam memoriam suscepti beneficii *Vulcanum* vocare.

567. *Pedem risisse mariti.*] *Pedes scripti & prima editio.* Heinſius.

569. *Marte palam simul est Vulcanum imitata decebat.*] *Simulet* quinque libri. *simulat* Moreti codex. & pro *decebas* unus Patavinus *decenter*. ut infra l. III. *difciant*

Multaque cum formâ gratia mista fuit. 570
 Sed bene concubitus primos celare solebant.
 Plena verecundi culpa pudoris erat.
 Indicio Solis (quis Solem fallere possit?)
 Cognita Vulcano conjugis acta suæ.
 Quam mala, Sol, exempla moves? pete munus ab illa.
 Et tibi, si taceas, quod dare possit, habet.
 Mulciber obscuros lectum circaque superque
 Disponit laqueos: lumina fallit opus.
 Fingit iter Lemnon: veniunt ad foedus amantes:
 Impliciti laqueis nudus uterque jacent. 580
 Convocat ille Deos. præbent spectacula capti.
 Vix lacrymas Venerem continuisse putant.
 Non vultus texisse suos, non denique possunt
 Partibus obscænis opposuisse manus.
 Hos aliquis ridens, In me, fortissime Mavors, 585
 Si tibi sunt oneri, vincula transfer, ait.
 Vix precibus, Neptune, tuis captiva resolvit
 Corpora. Mars Threcen occupat; illa Paphon.

Hoc

*discant lacrymare decenter. in illo Tibulli,
 Mille habet ornatus, nulle decenter ha-
 bet. Idem.*

*Marte palam simul est.] Coram Marte.
 Vulcanum imitata.] Vulcanum claudi-
 cantem.*

571. *Sed bene concubitus primo.] Pri-
 mus prima editio cum scriptis plerisque.
 Heinſius.*

573. *Quis solem fallere possit.] Redi ad
 Epist. 12. §f. 78. Fallere possit.] Possit.
 idem. Heinſius.*

579. *Fingit iter Lemnon.] Lemnos in-
 sula est in Ægeæ mari ante montem A-
 tho. In eam insulam, Jupiter Vulcanum
 è cælo dejecit. hinc a poetis Lemnius
 & Tardipes appellatur.*

582. *Continuisse ferunt.] Putant scri-
 pti cum primâ editione. Heinſius.*

584. *Partibus obscænis opposuisse ma-
 nus.] Apposuisse sex scripti. recte. qua-
 tuor imposuisse. vide Notas ad Epist. ix.*

§f. 60. *Idem.*

585. *Hic aliquis ridens.]* Hostes scri-
 pti. plures *Hinc*. nil mutandum. *Idem.*
Hos aliquis ridens.] Aliquis de diis non
 tristibus. adi Homer. Odyss. 9. §f. 340.
 unde hæc translata sunt.

587. *Vix precibus Neptune, &c.]* Ve-
 nus enim dicitur nata ex spuma maris,
 ideo pro ea Neptuneus Vulcanum exora-
 vit, ut vincula solveret.

588. *Mars Cretæ occupat, illa Paphon.]*
Mars Threcen Joannes Rutgersius in *Ve-
 nusinis Lectionibus*; quod ego optimi
 doctissimique avunculi scriptum ali-
 quando luci dabo. quomodo & in orâ
 codicis sui Scaliger. optime. Mars enim
 Thracius, cui nihil cum Cretâ est negotii,
 certe Paravinus unus *Thracus*. *Idem.*
Ille Paphon.] Venus Paphon abiit. Est
 enim urbs Cypri duplex, Paphos scilicet,
 & Palæpaphos, id est, antiqua Pa-
 phos: utraq; *Veneris*, unde *Venerem*

Hoc tibi profectum, Vulcane: quod ante tegebant,
Liberius faciunt; ut pudor omnis abest. 590

Sæpe tamen demens stultè fecisse fateris:

Teque ferunt iræ poenituiffe tuæ.

Hoc vetui. vos ecce vetat deprensa Dione

Insidias illas, quas tulit ipsa, pati.

Nec vos rivali laqueos disponite: nec vos 595

Excipite arcanâ verba notata manu.

Ista viri captent (si jam captanda putabunt)

Quos faciunt justos ignis & unda viros.

En iterum testor: nihil hîc, nisi lege remissum.

Luditur in nostris instita nulla jocis. 600

Quis Cereris ritus aufit vulgare profanis,

Ma-

rem Paphiam & Palæpaphiam appellamus.

589. *Hoc tibi profecit, Vulcane.*] Regius *perfecto*. cæteri plerique *profecta*. *Legge profectum*. quomodo jamdudum con-jeci. quod Vaticanus unus confirmat. Hoc profecisti, inquit, Vulcane, ut liberius nunc faciant, postquam pudor abesse cœpit, quod tegebant ante. Nam & sequenti versu scribendum *ut pudor omnis abest*, non *et pudor*. quod scriptos editosque perperam occupavit præter Patavinum unum. *Heinsius*.

593. *Deprensa Dione.*] Dionem seu Venerem dicit suo & Vulcani exemplo monere & jubere cæteros, ne mutuo sibi insidias faciant. Dione autem nympa fuit Oceani & Tethyos filia, ex qua Jupiter Venerem sustulit.

594. *Insidias illas, quas tulit ipsa, dæ-re.*] Pati rectius in nonnullis legitur *vetustioribus*. nisi mavis, *Insidiu illu, quas tulit ipsa, pati*. certè in uno Vaticano *pasi* legebatur. *Heinsius*.

598. *Quos faciunt.*] Justitiam servate, & non resignare alienas literas. *Mernl.* *Igni & unda viros.*] Sensus poetæ est, literas amatorum, si interceptæ adeo videntur, interceptiant illi, qui adhibitis igne & aqua, justî, hoc est, legitimi ma-

riti facti sunt, non rivaies, aut similis conditionis. Solebant autem in solenni-bus nuptiis, quibus uxor & maritus legi-time jungebantur, ignis & aqua adhiberi, quæ utrinque sponsus & nova nupta con-tingerent: ad significandum, quod, ut hæc elementa potissimum ac maxime ne-cessaria, inter se in commune tangerent: ita cæteras quoque res necessarias commu-nes essent habituri. *Micyll.*

600. *Nulla instita.*] Nulla matrona. *Luditur.*] Ridetur, violatur.

601. *Quis Cereris ritus aufet vulgare profanus.*] *Aufu vulgare profanis* rectè meliores libri. Hinc illa sacrorum for-mula passim obvia, *procul este profani*, & apud Græcos *ἐκεῖ ἐκείναις ἔστω θεοῖσι*. & *ἐκεῖ ἐκείναις ὅστις ἀλλοτρίος*. excludebantur enim non initiati. Orpheus apud Cle-mentem & Tarianum,

— ὅστις δ' ἐπιθεσθὲ θεοῖσι
Πάστιν ὁμῶς.

Horatius,

*Illam veto, qui Cereris sacrum
Vulgaris arcana, sub isdem
Sis trabibus, fragilemque pecuniam
Solvat phaselum.* *Heins.*

Quis Cereris ritus.] Scribit Diodor. Ce-terem, Proserpinam quærentem, faci-bus in Æna accensis: varias orbis partes

Qq

Magnaue Threiciâ sacra reperta Samo?
 Exigua est virtus, præstare silentia rebus:
 At contra gravis est culpa, tacenda loqui.
 O bene; quod, frustra captatis arbore pomis, 605
 Garrulus in mediâ Tantalus aret aquâ!
 Præcipuè Cytherêa jubet sua sacra taceri.
 Admoneo, veniat ne quis ad illa loquax.
 Condita si non sunt Veneris mysteria cistis;

Nec

peragisse: hominesque, qui eam susceperant, frumenti usum docuisse. Primi fuerunt Siculi, deinde Athenienses, qui hanc deam publice præ ceteris coluere, cum sacrificiis amplissimis, tum Eleusinae mysteriis: quæ antiquitate castimoniaque apud homines fuit vulgata. Mytheria Cereris Atticæ nulla magis re, quam silentio sacra sunt. *Cereri vitæ vulgare profanis.*] Sic illa de suis sacris. *Τύχοι ἡ καλὸν μόνον, τὰ δ' ἄλλα σιγῇ.* Vide Herod. De Cereris initiatione lib. 2. *Hæc sacra Græci διαμοφία vocant: absu ut eloquar, inquit.* Hic titus à filiabus Danaës, ex Ægypto venientibus, in Græciam illarus creditur. *Hinc fida silentia sacris.* Virgil. Nempe instituta ab hominibus callidis, ut, quid colat populus, nesciat. *Lactant. 5. cap. 18.* Itaque sub specie religionis pii tantum & casti admittebantur, profanis exclusis. Ut Nobiliss. Heins. Græco versiculo ex Orph. annotavit: cuius principium est. *ἀξέμας ὤς θήμις ἐστὶ.*

602. *Magnaue Threicia sacra reperta Samo.*] Sacra Cereris, & quæ fiebant in Samothracia, secreta fuisse, docet Diodorus in 6. his verbis: Nam Cerimoniaz, quas Athenienses omnium celeberrimas in Eleusina faciunt, quæque in Samothracia, atque in Thracia, unde eas Orpheus sumpsisse traditur, fiunt, in Gnoso apud Cretam prisca lege statutoque tempore celebrantur: quo palam est, ejusmodi cerimonias ab eis ad alias gentes fuisse traductas. Vide Macrob.

603. *Eximia est virtus præstare silentia rebus.*] *Eximia* scripti potiores cum pri-

ma editione. & sequenti versu. *At contra* pro *Et.* supra dixerat lib. 11. *Am. Eleg. 11.*

Quis minor est autem quam tacuisse labor?

Curtius lib. 14. *Lingua apud Persas gravius castigatur, quam ullum probrium: nec magnam rem Magi sustineri posse credunt, ab eo, cui tacere grave sit, quod homini facillimum esse voluerit natura.* Heins.

605. *Quam bene.*] *O bene* iidem veteres. & sequenti versu *Garrulus Tantalus* transpositis vocibus. Trist. 1.

O bene; quod non sum mecum descendere passus. Idem.

606. *Garrulus.*] Qui deorum secreta hominibus prodidit.

609. *Cistis.*] Loco tuto & secreto. Aludat autem ad Cereris sacra, quæ more Attico in cistulis recondita capitibus virginum sustinebantur: quas *Canephoras* appellabant. *Mer.* *Condita si non sunt.*] Confundit hoc loco Merula cerimonias Cereris, & Canephoras. Aliud enim *καταφορεῖν* Græcis fuit, aliud *cistis* Cereris. *καταφορεῖν* enim puellæ Græcorum solebant, vel cum in pompa Minervæ sacris, quæ *Παναθηναῖα* dicebantur, canistrâ capitibus imposita gerebant, quibus ea quæ Deæ offerenda essent, continebantur. *Cista* autem in sacris Cereris inter symbola habebantur, significantes clausa atque arcta omnia haberi debere: (sive in iis inclusa sacra deæ fuerint, ut hic *Menta* patet, sive secus) perinde ut in cernomais Bacchi vannus, cuius & Virgil. meminit. Quod autem silentium adhiberi sacris Cere-

Nec cava vesanis ictibus æra sonant: 610

Attamen inter nos medio versantur in usu:

Sic tamen, inter nos ut latuisse velint.

Ipse Venus pubem, quoties velamina ponit,

Protegitur lævâ semireducta manu.

In medio passimque coit pecus, hoc quoque viso 615

Avertit vultus sæpe puella suos.

Conveniunt thalami furtis & janua nostris:

Parque sub injectâ veste pudenda latet.

Et si non tenebras, at quiddam nubis opacæ

Quærimus; atque aliquid luce patente minus. 620

Tunc quoque, cum solem nondum prohibebat & im-
brem

Tegula, sed quercus tecta cibumque dabat;

In nemore atque antris, non sub Jove, juncta voluptas:

Tanta rudi populo cura pudoris erat.

At nunc nocturnis titulos imponimus actis: 625

Atque emitur magno nil, nisi posse loqui.

Scilicet excuties omnes ubicunque puellas,

Cuili-

Cereteris necesse fuerit, vulgo notum est.
Micyll.

610. *Nec cava vesanis.*] Nec inanis gal-
leæ pulsû, tanquam ære Corybantum,
aut tubæ clangore omnibus retegantur:
vult enim Venus celari sua furta. Sane
per *cava æra* poetæ tubas designant, per
flexum verò æs cornu intelligimus, quo
in præliis utebantur majores. Ovid.

Non tuba directi, non æris cornua flexi.
Melius tamen est, ut per *flexum æs* bucci-
nam intelligamus. *Ictibus æra sonant.*]
Amicissimus & doctissimus Hadrianus
Wallius noster,

Nec cava vesanis ictibus æra sonant.
& recte. Monet sine multo strepitu per-
agenda esse Veneris sacra. & alludit ad
sacra Isis ac Cybeles, in quibus pluri-
mus sistrorum ac tympanorum usus.
proximo versu videtur scribendum,

*Illiquidem inter nos medio versantur in
usu.* Heinsius.

612. *Sic tamen inter nos.*] Sed sic inter

nos libri veteres plerique cum primâ editi-
one. *Idem.*

618. *Parque sub injectâ veste.*] *Super-
jectâ veste* duo codices. de hoc loco
actum à nobis Amor. 1. El. IV. ff. 48.
Idem.

623. *Non sub Jove.*] Non in luce, aut
aperto.

625. *At nunc nocturnis.*] Eos damnat,
qui quod nocte egerunt, die proferunt.
Mer.

627. *Scilicet excuties omnes ubi quæ-
que puella est.*] *Ubicunque puella est* prima
editio cum multis scriptorum. Lege
cum Comeliniano & quatuor aliis, *om-
nes ubicunque puellas.* sic Amor. lib. III.
El. IX.

*Te dea munificam gentes ubicunque lo-
quantur.*

Virgilius lib. VII.

— tororumque repente

clamat, *Idem* matres audite ubicunque La-
tine.

Qq 2

Statius

Cuilibet ut dicas, Hæc quoque nostra fuit:
Ne desint, quas tu digitis ostendere possis.

Ut quamque attigeris, fabula turpis erit. 630
Parva queror: fingunt quidam quæ vera negarent,

Et nulli non se concubuisse ferunt.

Corpora si nequeunt, quæ possunt nomina tractant:
Famaque, non tacto corpore, crimen habet.

I nunc, claude fores, custos odiose, puellæ; 635

Et centum duris postibus obde feras.

Quid

Statius Sylv. 1. Soteriis,

— legesque urbesque ubicunque toga-
ta

Certent latitiâ.

& Theb. xi.

Convenient ubicunque nurus matresque
Pelaßæ

Longæviq; patres. Heinsius.

Scilicet excuties omnes, &c.] Monet poëta,
minime hoc esse faciendum. Micyll.

629. Nec desint.] Ne meliores. Heins.

633. Corpora si nequeunt, qua possunt
nomina tangunt.] Tractant unus Ambro-
sianus, & optimus Regius. pro attri-
stant. Pont. iii. El. iii.

Qualis in aëria tergo solet esse columba,

Tractantum multa quam tetigere ma-
nus.

Gratius Cynegetico:

— illi aggeribus tentare superbis

Æthera, tum matres ausi tractare Deo-
rum.

ita locus vexatissimus scribendus, nisi
attrahere mavis. Idem.

634. Famaque non tacto crimine cri-
men habet.] Non tacto corpore scripti fere
omnes cum primâ editione. quod om-
nino admittendum. bene igitur tractant
pro tangunt superiori versû reposui-
mus; ne bis eodem verbo odiose utatur.
Idem.

636. Et centum duris postibus adde se-
ras.] Obde Regius cum Scaligeri excer-
ptis & aliis nonnullis. sic & obdere pes-
sulum foribus apud Comicos. obdere fo-
rem infra lib. iii. ex antiquis codici-
bus,

Obde forem: & duro dicat tibi janitor
ore,

Non potes: exclusum te quoque tanget
amor.

Fast. i.

Pace fores obdo, ne qua discedere possit.

Pont. ii. Eleg. ii.

Nec rigidam timidis vocibus obde fo-
rem.

Fast. i.

Proque domo longis spelunca recessibus
ingens

Obdita.

ita veterrimus Vaticanus. vulgati, Abdi-
ta. Reddenda & ea vox Propertio lib. ii.

Eleg. x. ad Cynthiam,

Anne ego transirem tua limina clausa ma-
ritus,

Respicies ndis obdita hominibus?

Ah mea tum quales faceret tibi tibia
somnos,

Tibia funestatristior illa tuba!

sic locus ille mendosissimus constituen-
dus. pro obdita vulgati nullo sensu perditâ.
scripti prodita. quod paulo ante præcesse-
rat,

Quam possim nuptæ prodere amore fa-
cem.

ita enim illic reponi debere recte vidit
Passeratius ex illo Virgiliano,

Non jam conjugium antiquum, quod pro
didit, oro.

tertio versû cum vulgati agnoscant, cane-
ret mea Cynthia cantus, scripti omnes, ca-
neret mea tibia somnos, repono faceret som-
nos. quod id elegans & Latinum sciam.
noster alibi,

Et

Quid tuti superest, cum nominis extat adulter;
 Et credi, quod non contigit esse, cupit?
 Nos etiam veros parce profitemur amores:
 Tecta⁶⁴⁰que sunt solidâ mystica furta fide.
 Parcite præcipuè vitia exprobrare puellæ,
 Utile quæ multis dissimulasse fuit.
 Nec suus Andromedæ color est objectus ab illo,
 Mobilis in gemino cui pede penna fuit.
 Omnibus *Andromache* visa est spatiosior æquo: 645
 Unus, qui *modicam* diceret, *Hector* erat.
 Quod male fers, assuesce; feres bene. multa vetustas
 Lenit: at incipiens omnia sentit amor.
 Dum novus in viridi coalescit cortice ramus,
 Concutiat tenerum quælibet aura, cadet. 650
 Mox eadem ventis spatio durata resistet,
 Firmaque adoptivas arbor habebit opes.
 Eximit ipsa dies omnes è corpore mendas:

Quod-

Et facias somnos hæc tibi cura breves.
 paulo post apud eundem loco vexatissimo
 scribendum.

Quod mea si tenera comitarant castra
puella.

sed jam satis est. *Idem.*

637. *Ubi nominis extat adulter.*] Cum
 nominis scripti. *Idem.*

640. *Furta mystica.*] Clausa & secre-
 ta.

641. *Exprobrare puellis.*] Puella multi
 ex scriptis, Heinſius.

642. *Utile quæ multis.*] Nam multis *Re-*
gius, alii, *quod*. prima editio, & decem
 scripti, *quam*. *Idem.*

643. *Nec suus Andromeda.*] Andro-
 meda fusca fuisse dicitur. placuit tamen
 alla Perſeo, qui eam ceto liberavit, &
 uxorem duxit. *Penna mobilis.*] Talaria
 designat. Perſeus enim Mercurio dilec-
 tus, talaria ab eo & petasum accepit, &
 galeam, qua indutus ex adverso non po-
 terat videri. Accepit & à Vulcano fal-
 cem ex adamante tactam, qua Medusam
 Gorgona interfecit. Auctor Hyg.

644. *Mobilis in gemino pede penna.*]
 De talaribus dictum invenies Ep. 16. 71.
 68.

645. *Omnibus Andromache.*] Andro-
 mache filia fuit Ætioniis Thebarum re-
 gis, uxorque Hectoris, grandi corpore.
 ea nomen accepit à virili pugna.

646. *Unus qui modicam.*] Quamvis
 Andromache esset grandi statura, id ta-
 men tanquam vitium illi nunquam ex-
 probravit Hector maritus, imo eam esse
 modicam dicebat.

647. *Male.*] Scil. moleste fers puellæ
 vitium.

648. *Lenit: incipiens.*] Scribe cum uno
 Mediceo, *Lenit*, &c. & sic editiones non-
 nullæ. *Regius* & multi ex scriptis, *Le-*
nit, &c. Heinſius.

651. *Mox etiam ventis.*] *Mox eadem*
Regius pro diversa lectione & quatuor
 alii. bene. Met. XIV.

Mox eadem Teneras fueras mensura ca-
rinas. *Idem.*

653. *Omnes de corpore mendas.*] E cor-
 pore scripti. *Idem.*

Qq 3

657. No-

Quodque fuit vitium, definit esse morâ.

Ferre novæ nares taurorum terga recusant:

Affiduo domitas tempore fallit odor.

Nominibus mollire licet mala. fusca vocetur,

Nigrior Illyricâ cui pice sanguis erit.

Si pæta est, Veneri similis: si flava, Minervæ.

655

Sit

657. *Nominibus mollire licet.*] Puellæ vitia aliqua honesta appellatione poteris imminuere.

658. *Pice Illyrica.*] Quæ in Illyria nascitur, supra Macedoniam & Thraciam.

659. *Si pæta est, Veneri similis: si flava, Minerva.*] Locus valde affectus. agit de vitiis oculis Næso. atqui parti oculi parum vitioli sunt, quos in Veneretantopere commendatos fuisse constat ab ipso Paride, egregio illo formarum spectatore. Nostræ Remediis Amoris,

Pæta sub Idæo iudice Cypris erat.

hinc φιλομυδία Ἀφροδίτη passim Græcis poetis. Sed nec flavi oculi vitioli, imo Pallade laudabantur. quare & γλαυκῶπις illa Homero aliisque frequentissime dicta. Auctor Priapeorum, *Minerva flavo lumine est, Venus pæta.* quod in utraque illic pulchrum ducitur. Quid ergo? *Ti pæta* in membranis vetustioribus, non comparat. pro quo *crassa* plerique, vel *grassa*. nonnulli & *lata*, sed ii recentiores. codex Regius omnium antiquissimus, *Si crassa est Veneris similis.* etiam mendose. Mihi dubium vix est Nasonem scripsisse, *Si qua straba est, Veneri similis.* subaudi *sit*, quod sequitur proximo pentametro. *Strabo & strabus* dicebatur Latinis, quemadmodum Græcis σπαρίς καὶ σπαρτίον. Nonius Marcellus, *Strabones sunt strabi, quos nunc dicimus.* Strabones cum patris quoque conjunxit Horatius lib. 1. Sat. 111.

At, pater ut gnati, sic nos debemus amici,

Si quod sit, vitium non sustinere: strabonem

Appellas patrem pater,

nihil magis appositum conjecturæ nostræ adstruendæ in medium profecti poterat. sed & parimodo Cicero, qui locus quoque ad rem facit, libro primo de Natura Deorum. *Navis in articulo pueri delectas Alcæum, ac est corporis macula navis. illi tamen hoc lumen videbatur, Redeo ad Deos. Ecquos? si non tam (lege jam) strabones, ac patulos esse arbitramur? equos navium habere? Plinius Hist. Natural. lib. xi. cap. xxxviii. Vni animalium homini oculi depravantur. unde cognomina Strabonem & Patulum. Cognata ergo vitia patrum ac strabonum oculorum, quorum tamen alterum sit gratum, ingratum alterum. Nunc de Minerva videamus. pro *flava* prima editio cum sex septemve scriptis *parva*. parva etiam optimus Regius, & *flava* pro diversâ lectione. Arondelianus *flamma*. secundus Ambrosianus *prava*. proxime verum. est enim *rava* legendum. Festus, *Revilla à ravis oculis. quemadmodum cassilla à casus.* Non diffiteor *flavam* passim Palladem à poetis appellari: sed tum capillus ejus innotuit. Est autem color *ravis*, si Festo credimus, inter *flavam* & *cassum*. sic Horatio *levis* modo *casi* dicuntur, modo *ravi*. Vide quæ notatus Amor. lib. 1. El. xii. de hac voce hinc *casi* Palladis oculi sæpe occurrunt apud scriptores. Cæsi igitur & flavi oculi non tam vitioli, quam vitioli, hoc est, *ravis*, proximi, ac proinde etiam nonnunquam improbat. at festivissimus Amæmon Ode xrviii. ad pictorem de Amica sua, quam depingi volebat.*

*Τὸ δὲ βλέμμα γὰρ ἀλβὸν
Ἀπὸ τῆ πατρὸς πινόμεν;*

Ἀμῆ

Sit gracilis, macie quæ malle viva suâ est.

"Αμα γλαυκόν, αἷς Ἀθήνης,
 "Αμα δ' ὕγρον, αἷς Κυβήρης.

apud Terentium Heautontim. Act. v. Sc.
 v.

So. *Gnae mi, ego pol tibi dabo illam le-
 ridam, quam tu facile ames,
 Filiam Phaeocratae nostri. Cl. rufamne
 illam virginem,*

*Casam, parva est, adamo Niso? non
 possum pater.*

Ceterum Palladis oculos nonnunquam
 improbatos esse ex Nonno patet Diony-
 siac. libro primo,

Σοὶ γάρ μοι, ἢν ἰδέαις, σπρίτομαι
 ἀγρόν Ἀθήνης.

Ἐὶ δέ σοι ἐ γλαυκῶπις ἱππῶαδ' ἰχ-
 νυσο Λητώ.

Ἡ Χάρις, ἡ Κυβήρης, ἡ Ἀγριμνίς,
 ἡ γάρ μοι Ἡΐς.

Propertius lib. 2. El. xxviii. de Cyn-
 thia agrotante.

*An contempta tibi Junonis templa Pe-
 llaea?*

*Palladis aut oculos ausa negare bo-
 nes?*

Apud Hyginum quoque Pallas à Venere
 & Junone ridetur ob cæcios oculos. &
 apud Antonium Liberalem Fab. xv. A-
 gron nigros sororum oculos cæcix
 Deæ gratos esse iridens negat. Apud
 Lucianum Dialogis Deorum Vulcanus
 ad Jovem de Minerva, γλαυκῶπις μὲν
 ἀλλὰ κοσμοῖ καὶ τὸτο ἡ κύρις. apud
 eundem Paridis Judicio Venus Minerv-
 æ, ἰπισαίης τὸν λόφον, καὶ τὸν δικάσαν
 φοβέαις; ἡ δέ τις μὲν σοι ἐλέγχται τὸ
 γλαυκὸν τῶν ὀμμάτων ἀνι τῷ φο-
 βῶν βλεπέμενον; Ἐπειτα autem colo-
 rem contemptui objectum fuisse, ho-
 minesque rari pro pessimis habitos ex
 Festi fragmentis discimus. ubi plura de
 hoc colore ad rem. rariem etiam vocem
 dictam fuisse ex illo constat, pro qua
 rariem vocem nunc in multis scriptorum
 locis legi est suspicio. Confido versum
 mendosissimum nostra industria jam bene
 se habere.

*Si quæ straba est, Veneri similis; straba,
 Minerva. Heinsius.*

660. *Macie qua male visa sua est.* Ma-
 le nisa Guilielmus legit verisimilium l. 1.
 cap. xii. & Theodorus Marcius ad Ho-
 ratii Od. v. lib. 1. mala visa parens meus.
 quomodo μακάριαι Πάρις pro λεπτό-
 ποδης apud Theocritum. eamque lectio-
 nem in tribus codicibus inveni. sic pes
 malus apud nostrum & dens malus pro
 pravo. Vulgatam lectionem tueretur Cl.
 Gevartius Electorum lib. iii. cap. vi.
 unus Vaticanus & unus Palatinus, male
 sicca. non inscite, ut male sicca opponatur
 succi plena. Sed quid moramur? opti-
 mus Regius, Saxavianus, & octo aut
 novem alii ex melioribus cum primâ
 editione, male viva. quo nihil verius.
 atque ita jampridem castigavit Salmasius
 Notis ad Tertulliani Pallium ex Lucretii
 loco prolixius simili,

Ἴσχυόν ἱρωμένιον τὸν σὺ, καὶν ζῆναι
 non quis

Pra macie.

neque aliter Lucilius, vix vivum homi-
 nem ac monogrammon dixit. Noster Met.
 xv.

*Nec catulus, partu quem reddidit usque
 recens,*

Sed male viva caro est.

quaque jam ante Salmasium ab aliis occu-
 patum monuit clarissimus Gevartius in
 Electis, qui addit Doufam male nisa ca-
 stigasse, quomodo Guilielmum & Mar-
 sium legere jam monui. Porro τὸ ma-
 le viva marginem Mycillianæ ac Berf-
 mannianæ editionum jam dudum in-
 sedit. Quæ cum ita sese habeant, mir-
 ror extitisse nuper admodum Tanquil-
 lum Fabrum, virum cetera eruditum
 & ingeniosum, sed præ nimio sui amo-
 re caligantem haud raro, quod feren-
 dum utcumque esset, si hæc φιλαυτία
 & immoderata sui ostentatio cum ma-
 lignitate & contemptu alieno non con-
 jungeretur. Hunc, inquam, Tanquil-
 lum

lum Fabrum miror in Epistolis nuper editis ausum affirmare, nævum in hoc ipso, de quo nunc agimus, Nasoniano loco à nemine animadversum, nedum sublatum fuisse, cum vix alius in toto Nafone locus occurrat, qui ingenia nostri temporis plura exerceat, atque in se converterit, ut jam vidimus. nec monere id neglexit meus pater in editione sua, qua se usum esse Faber ipse non diffitetur. Istud vero magis mirandum tam secure & confidenter Salmasiana scrinia à Fabro compilari, & cum pulvisculo, quod ajunt, hoc est, cum Lucretiano loco, qui Nasoniani castigationem unice confirmet, corradì, atque in succum & sanguinem Epistolarum suarum converti. Sed non novum in illo id esse alibi uberius ostendimus. Nunc se ultro offert Horatii locus ille ex Arte Poëtica, *Ut videntibus arident, ita flentibus adsunt*, in quo *flentibus adsunt* reponit. Id quod Theodorus Marcilius suis ad Horatium commentariis Lutetiae jam pridem editis & Michaël Piccartus Periculis Criticis diu ante illum observant monuerantque. In tanta librorum copia atque ubertate, qua abundamus, fieri posse non nego, ut in mentem subinde ea nobis ignavis veniant, quæ ab aliis ante nos jam sint dicta. Sed humanitatis lex, & ipsa hæc literæ, quarum præcipuum condimentum innocentia candorque ac benignitas sunt, postulant omnino, ne in altero infectemur cum errore, qui à vobis quoque aut commissus sit aut committi possit. Nam quod emendationes nonnullas, quæ in Nasonis mei editione jam ante decennium publice legebantur, sibi vindicavit, non sum ego, qui hominibus literatis parum in me permittam. Hoc quoque præter morem meum est, quod nunc in hanc contentionis arenam descendo. Sed urit me, ut aperte tecum agam, Clarissime Menagi, & male habet, quod hic ipse Faber Epistola LXXIX. à carpendo parente meo, viro nec male, ut scis, de litteris dum vixit merito, & nunc, quod rei caput est, è vivis sublato, procacem & contumeliosum calammum

haud continuit. Non quod eruditionis laudem illi detractum ivit: (atque utinam ivisset! pateret enim ignominia, qua appetitur) sed quod fidem ejus & ingenuitatem in discrimen vocat. Hanc tam atrocem injuriam nisi amoliar à sepulcro optimi parentis, indignus profecto sim, qui aliquo inter homines cordatos habear loco. Magno gentem mehercules vestram studio senex noster à teneris est profecutus. Testantur tot scripta ejus, Thuanis, Janiniis, Bufenvalliis, Maureriis, Scaligeris, Casaubonis, aliis, partim dicata, horum partim laudes ore pleno depradicantia. Ejus vero tam profusi affectus fructum hunc tulit, ut identidem à vestris hominibus publice sit laceratus, vixque ullum inter adversarios suos numerarit, præter unum Gaspere Schioppium, qui Gallus non esset. Videlicet in formis etiam elegantissimis nævi nonnunquam apparent: & sunt in humanissima gente sui quoque Therista & Alastores. De Salmasio non queror, qui cum nemini suorum temporum literato pepercerit, non magis quam ille Schioppius, quem insignis maledicentia Zoilo quovis nobiliorem reddidit, nihil profecto rationis est, cur parentis mei causam potiorum ducam, quam cæterorum omnium, qui ætate nostra clauere, quorum nemo virulentum ejus dentem evasit. Nec queror de Joanne Croyo, qui non solum oblitus patriæque patrique Latini, ac communium studiorum, sed ordinis quoque sui, homo Theologus senio confectum parentem meum nulla provocatus injuria petulantissime exagitavit. Audio enim illum à collegis suis officii admonitum, quibus facinus istud barbarum displicebat, respuisse. Possim alios proferre, quos missos facio, ne tibi sim gravis. Atque hæc vivo patri contigisse, ac proinde invidiæ & obrectationi expósito, minus indignor. De Claudio Sarravio & hoc ipso Fabro nondum cicatricem vulnus duxisse fateor. Sed de Sarravio alibi videbimus, qui, cum Salmasiani moris malignitatem satis haberet perspectam, ut de ea moribundus

aus etiam sit conquestus, tam serviliter tamen ei obsecutus atque adulatus est in epistolis, ut ejus simulatibus, quas propemodum innumeras exercebat, immiscere sese, easque pro suis ducere haud sit gravatus, Heinsumque nunc miris laudibus extollat, (levitatem quæso in homine togato & Senatore non ferendam vide) nunc fugillet ac contemptissime excipiat; calumniam quoque ei non unam aspergat. Denique apud Heinsum totus sit Heinasianus, Salmasianus apud Salmasium, hoc est, Heinzii obrectator insignis. Ignosce, quæso, mi Menagi, si delicias istas patriciarum artium nos Batavi, quæ rusticitas est nostra, non assequimur aut approbamus. Sed Sarravio pessime consultum ivere, qui epistolas istas divulgavit, non sublati atque erasis iis, quæ integritatis famam in illo ipso prorsus evertunt. Nam quam candide cum nobis egerit, & tu ex me olim intellexisti, & ipsum facti indignissimi ante mortem puduisse non ignorant illi, qui eo usi sunt familiariter. Deceveram hæc concoquere & dissimulare in publico, ne cum larvis luctandum mihi esset, sed quoniam per filium ejus id non liquit, dicentur ea alio loco & testimoniis suis confirmabuntur, quæ extorxisse se mihi invito fortasse nolit. Nunc de Fabro videamus. Accusat ille Heinsum in Epistolis, quod locum Horatianum ex Callimachi epigrammate expressum observavit, dissimulata Scaligeri laude, qui id ipsum observasset jam ante, idque in Epistola ad Salmasium exarata. Si consuluisse primas Horatii Heinziani editiones Faber, jam sciret, extitisse publice eam Heinzii observationem, ante editam Scaligeri epistolam, itaque probandum accusatori fuerat, Scaligeri epistolam, cum necdum luci esset commissa, ab Heinio perlectam fuisse: quod probabit nunquam. probandum etiam, Anthologia Græcæ partem ineditam, in qua Callimachi id exstet epigramma, in manus Heinzianas nunquam devenisse; ejusque notitiam Heinso ex sola Scaligeri epistola datam. Atqui norunt popula-

res nostri, Heinsum totis fere quin-
quaginta annis curam habuisse publicæ
Leidenensium bibliothecæ. norunt in eadem
bibliotheca asservari Anthologia
ineditæ exemplar. quem librum ab
Heinsio diligenter perlectum fuisse manus
ejus satis evincit, quæ in ipso codice
passim apparet. Evincunt & poemata
ejus, in quibus multa passim occurrunt
inserta hujus Anthologia à se Latinis
donata versibus. Jam vero imitatio
Callimachi Horatiana adeo est aperta ac
luculenta, ut qui Flaccum vel semel legerit, incidere postea in hoc
ipsum Callimachi epigramma, facillime
deprehensurus sit tam manifestam
imitationem. Neque dubium est, quin
ante Heinsum hoc Turnebus, Lambinus,
Torrentius, alii, quos jactat Faber, &
qui Horatium suis commentariis illustrare
viri eruditi, animadverturi fuerint, si
Callimachi epigramma in illorum manus
incidisset. At vero, quando severus adeo
est Faber, ut Heinsum multa cum acerbitate
velliendum putet, quod ignarus in eadem
cum Scaligero conspiravit observatione,
de se viderit, qui Salmasianas ad Pallium
Tertulliani Notas sibi perlectas esse
diffiteri non possit, aut si diffiteatur,
fidem se non inventurum sit sciat. Illud
vero minime omnium ferendum, quod in
eadem, qua Heinsum exagitat epistola,
Horatiani alterius loci castigationem non
solum sibi sit ausus vindicare, quam
Marcelio & Piccarto debere jam ostendi,
verum etiam, quod alterum nescio quem
hominem doctum furti accuset, qui eundem
Horatii locum à se quoque pari modo
restitutum esse affirmavit. Nonnulla
sane Tanaquillus Faber feliciter in Naſone
restituit, sed quorum pars major partim
à me in prioribus editionibus, partim ab
aliis sit occupata, in nonnullis lapsus
& conjecturæ falsus est: nec propterea
illum insectatus sum. sed silentio ple-
rumque involvi, quæ reprehensionem
merebantur; quæ laude digna judicabam,
prædicavi ingenue. Exuat mores istos
feroculos Tanaquillus vester, quos est
ipse in discipulis credo suis, quo est su-

Dic habilem, quæcunque brevis; quæ turgida, plenam:

Et lateat vitium proximitate boni.

Nec quotus annus eat, nec quo sit nata require

Consule: quæ rigidus munera Censor habet.

Præcipuè, si flore caret, meliusque peractum 665

Tempus; & albentes jam legit illa comas.

Utilis, ô juvenes! aut hæc, aut serior ætas.

Iste feret segetes; iste ferendus ager.

Dum vires annique sinunt, tolerate labores:

Jam veniet tacito curva senecta pede. 670

Aut mare remigiis, aut vomere findite terras;

Aut fera belligeras addite in arma manus:

Aut latus, & vires, operamque adferte puellis.

Hoc quoque militiæ est: hoc quoque quærit opes.

Adde, quod est illis operum prudentia major: 675

Solus & artifices qui facit, usus adest.

Illæ

percilio, non ferret, ferulaque ac scutica debellandos sibi proponeret. hoc si impetrare à se potest, nos ingenio ejus & studio, quod rei literariæ augenda dedicavit dedicabitque, favebimus inter primos atque applaudemus. Non ignorat penes me existare epistolam suam, in qua inclementer multa dicuntur in virum quendam doctissimum, cujus tamen amicum apud alios se sit professus: quæ si proferatur in lucem, facile appareat, non solos scriptores antiquos esse, in quibus multum emendandum restet. me quidem amicum posthac experiatur licet, si injuriam parenti meo illam publice agnoscat, & agnoscat, nisi omnem proflus candelam ejuravit. Hæc copiosius præter institutum. Sed nec tute improbabis tam pice velitationis causam, si de paterna existimatione agi memineras, Doctissime Menagi, cujus patrocinium ipsa naturæ jura unice mihi commendunt. nunc in Nasone pergamus. *Heinsius.*

661. *Dic agilem, quæcumque brevis.*] *Habilem* scripti cum primâ editione. etiam bene. lib. 11. Amor. EL IV.

Hæc habilis brevitate sua est. Idem.

662. *Proximitate boni.*] Propter virtutum & vitiorum confinia.

666. *Albentes jam ligat illa comas.*] *Legit* prima editio cum Jureti ac Scaligeri excerptis & aliis quibusdam scriptis. At Regius cum prioribus *legit*. recte. alii *legat* vel *liget*. *legit*, evellendas scilicet. Phædrus lib. 11. Fab. 33.

Amba videri dum volunt illi pares, Capillos homini legere capere invicem. hoc est, evellere. ut ipse mox. *Idem.*

671. *Aut mare navigiis.*] *Remigiis* & terras pro terram meliores scripti cum primâ editione. *Idem.*

674. *Hæc quoque fecit opes.*] *Idem* libri *quærit opes*. proprie. sic Amor. lib. 11. EL. x. *Quærat avarus opes.* & lib. 111. EL. VIII.

Tam male quasitas pulvere mutet opes. & paulo ante,

Quasitum est illi sanguine, quicquid habet.

pro acquisitum. Fast. 11.

Atque ita quasitas arte ferebat opes. scribe præterea *militiæ est* cum Jureti excerptis. *Idem.*

680. *h-*

Illæ munditiis annorum damna rependunt:

Et faciunt curâ, ne videantur anus.

Utque velis, Venerem jungunt per mille figuras.

Inveniat plures nulla tabella modos. 680

Illis sentitur non irritata voluptas:

Quod juvet, ex æquo fœmina virque ferant:

Odi concubitus, qui non utrumque resolvunt:

Hoc est, cur pueri tangar amore minus.

Odi quæ præbet, quia sit præbere necesse; 685

Siccaque de lanâ cogitat ipsa suâ.

Quæ datur officio, non est mihi grata voluptas.

Officium faciat nulla puella mihi.

Me voces audire juvat sua gaudia fastas:

Utque morer memet sustineamque roget. 690

Aspiciam dominæ victos amentis ocellos.

Langueat; & tangi se vetet illa diu.

Hæc bona non primæ tribuit natura juventæ,

Quæ cito post septem lustra venire solent.

Qui properant, nova musta bibant. mihi fundat avitum

Consulibus priscis condita testa merum.

Nec platanus, nisi fera, potest obsistere Phœbo:

Et

680. *Invenit plures.*] Prima editio cum tribus scriptis *Invenit &c.* alii plerique *Inteniet.* unus ex meis *Inveniat*, quod amplector. *Idem.*

682. *Quod juvat, ex æquo fœmina virque ferunt.*] *Juvat & ferant* scripti meliores, & sequenti versu *utrumque resolvunt* pro *utrimque.* nec aliter prima editio. at Regius lubet pro *juvat.* *Idem.*

687. *Quæ datur officio.*] De officio habuimus Ep. 6. v. 17.

690. *Utque morer memet sustineamque roget.*] *Memet* primo reponendum cum scriptis plerisque & primâ editione. deinde Regius & quinque alii *Aique.* unus meus *Ubique.* Puto,

Quæque morer memet sustineamque rogent.
ut ad voces referatur. *Heinsius.*

693. *Hæc bona.*] Has voluptates, quæ sunt in ea quæ caret flore.

694. *Post septem lustra.*] Post trigessimum quintum annum.

696. *Consulibus priscis.*] Vina enim, quot annos haberent, per consules designabant. *Condita testa.*] Appositio est: id est, dolia terræ infossa. ut fieri solitum fuisse Plinius in 14. testatur.

997. *Nec platanus nisi fera potest.*] Platanus arbor est, umbræ gratia tantum ex alieno petita orbe, ut Plinius docet: fuitque in usu apud Romanos ad umbras ambulationum. *Obsistere ventis.*] *Vento* plerique scripti. At Regius cum decem aliis *Phæbo.* optime. Atque ita in Observationibus doctissimus Gronovius lib. 1. cap. v. qui ad eundem. *Heinsius.*

699. *Her-*

Et lædunt nudos prata novella pedes.
 Scilicet Hermionen Helenæ præponere posses?

Et melior Gorge, quam sua mater, erat? 700
 Ad Venerem quicumque voles attingere seram;
 Si modo duraris, præmia digna feres.
 Conscius ecce duos accepit lectus amantes:
 Ad thalami claufas, Musa, resiste fores.
 Sponte suâ sine te celeberrima verba loquentur: 705
 Nec manus in lecto læva jacebit iners.
 Invenient digiti, quod agant in partibus illis,
 In quibus occulte spicula figit Amor.
 Fecit in Andromache prius hoc fortissimus Hector;
 Nec solum bellis utilis ille fuit. 710
 Fecit & in captâ Lynesfide magnus Achilles,
 Cum premeret mollem lassus ab hoste torum.
 Illis te tangi manibus, Brisëi, sinebas,
 Imbutæ Phrygiâ quæ nece semper erant.
 An fuit hoc ipsum, quod te, lasciva, juvaret, 715
 Ad tua victrices membra venire manus?
 Crede mihi, non est Veneris properanda voluptas;
 Sed sensim tardâ prolicienda morâ.

Cum

699. *Hermionem.*] Filiam Helenæ & Menelai.

700. *Et melior Gorge.*] Gorge filia fuit Altheæ, matris Meleagri, & Oenci regis Calydoniæ.

701. *At Venerem quicumque voles attingere seram.*] *Ad Venerem* scripti meliores. Plautus Mercat. Act. i. Sc. i.

— hoc ideo fit, quia

Quæ nihil attingunt ad rem, nec sunt usus, hæc

Amator profert sæpe adverso tempore.
 Heinsius.

707. *Invenient digiti quid agant.*] *Quod agant* cum Regio, aliis quibusdam scriptis, ac prima editione. similiter initio lib. iii. Fast. reponendum, — *invenies, & quod inermis agas.*

Idem.

708. *Spicula tingit amor.*] *Tangit mul-*

ti ex scriptis. sed placet cum Jureti excerptis & quinque aliis *figit* legi. *Idem.*

710. *Non solum bellis.*] *Nec solum* scripti. *Idem.*

711. *In captâ Lynesfide.*] In Hippodamia, ex oppido Lynese.

718. *Tarda prolicienda mora.*] Scripti fere omnes cum primâ editione *prolicienda.* unus Regius *prospicienda.* tres *proficienda.* Unde arduum non fuit conjectare *prolicienda.* quod unus Patavinus confirmat. Statius Theb. iv.

— non ille ad sanguinis hantus

Cetera cœu pubes, aliumve accedit ad imbrem

Immortale odium spirans. sed proliciis ultra

Aonius vates.

Ita scribendum, cum in veterimis codicibus legatur *proligit.* vulgati *profligit.*
 Apud

Cum loca reppereris, quæ tangi foemina gaudet;
 Non obftet, tangas quo minus illa, pudor. 720
 Aspicias oculos tremulo fulgore micantes,
 Ut sol à liquidâ sæpe refulget aquâ.
 Accedent questus, accedet amabile murmur,
 Et dulces gemitus, aptaque verba joco.
 Sed neque tu dominam velis majoribus usus 725
 Define; nec cursus ante eat illa tuos.
 Ad metam properate simul. tum plena voluptas;
 Cum pariter victi foemina virque jacent.
 Hic tibi servandus tenor est: cum libera dantur
 Otia; furtivum nec timor urget opus. 730
 Cum mora non tuta est; totis incumbere remis
 Utile, & admissio subdere calcar equo.
 Finis adest operi. palmam date, grata juvenus;

Serta-

Apud Plautum Curculione merobiba
 anus illa de vino,

*Ejus odor cupidam huc me per tenebras
 prolucis foras.*

sic prolellare in Fastis lib. iv. §. 433.
 ex antiquis codicibus. ubi plura. sic al-
 licere & elicere supra,

Dulcibus est verbis alliciendus amor.

& mox,

Acribus est stimulis eliciendus amor.

& lib. iiii.

Comibus est oculis alliciendus amor.

hinc elellare & allellare. quomodo &
 illellare ab illicere, & pellellare à pelli-
 cere. Heinſius.

723. *Accedant questus, accedat.*] *Ac-
 cedens, accedet scripti meliores. Idem.*

725. *Sed neque tu dominam velis ma-
 joribus usus Define.*] *Define scripti cum
 primâ editione constanter, præter codi-
 cem Arondelianum, & tres quatuorve
 alios recentioris notæ. Met. iiii.*

*Quo fugis? oro, mane. nec me, crudo-
 lis, amantem*

Define, clamavit.

quomodo illic scripti. lib. vii.

*Define, Phobus ait, (pama mora lon-
 ga) querelas.*

ita & ibi ex vestigiis optimorum codi-

cum reponendum. lib. vii.

*Non me morte sua sceleratissimo defuncto
 oro.*

Pont. lib. ii. El. vii.

*Capta tene quaso, nec in aquare defuno
 navem.*

lib. iv. El. viii.

*Sed dare materiam nobis, quam carni-
 na mavis:*

Nec tamen ex toto defunero illa potes.
 Quomodo tribus illis locis nonnulla
 exemplaria probæ notæ. Virgilius,

*Define Menalios mecum mea tibia ver-
 sus.*

& *Define plura puer.* Silius lib. xii.

*Cede Deis tandem, & Titania define
 bella.*

ita Ciceronem, Suetonium, Gellium
 quoque locutos alii jam monuerunt.
 Appullejus lib. v. Met. *Lugubres voces
 definire & dimittis lacrymis madentes ge-
 nas siccate.* Val. Flaccus,

*Define amplexus, propiusque accedite
 dextra.*

sed ibi scribendum est, *Dem finite am-
 plexus.* Idem.

729. *Hic tibi servandus tenor est.*] *Ver-
 sandus scripti potiores cum primâ edi-
 tione. Idem.*

734. Serta-

Sertaque odoratæ myrtea ferte comæ.

Quantus apud Danaös Podalirius arte medendi, 735

Æacides dextrâ, pectore Nestor erat;

Quantus erat Calchas extis, Telamonius armis,

Automedon curru; tantus amator ego.

Me vatem celebrate, viri; mihi dicite laudes:

Cantetur toto nomen in orbe meum.

740

Arma dedi vobis. dederat Vulcanus Achilli.

Vincite muneribus, vicit ut ille, datis.

Sed quicumque meo superarit Amazona ferro,

Inscribat spoliis, Naso magister erat.

Eccerogant teneræ, sibi dem præcepta, puellæ. 745

Vos eritis chartæ proxima cura meæ.

734. *Serta myrtea.*] Quod res Venetis descripserim, cui myrtus dicata est, qua lyrici & elegi poetæ coronabantur.

735. *Podalirius.*] Fuit Æsculapii filius, & frater Machaonis. *Arte medendi.*] Malim *arte medenti*, pro *arte medicâ*. sic & lib. VII. Met. *scribo*, pugnam est *arte medenti*. & lib. XV. ex veteri libro,

— *Postquam mortalia cernunt*

Tantamenta nihil, nihil artes posse medentes.

ut verba *medentia* apud Statium. Heinsius.

736. *Æacides dextra, pectore Nestor erat.*] Hippas apud Phronem, *ὄμρον*, inquit, *πρωτονόμος ἀριστον*

μὲν ἀνδρα Ἀχιλλεῖα, τῶν εἰς Τροίαν ἀφικαμένων, σοφώτατον δὲ Νέστορα, πολυτρεπέτατον δ' Ὀδυσσεύα. Ἀδὶ δὲ Τζετζεπὲ τῷ, φρονιμώτερον Ὀδυσσεύα καὶ Νέστορα. *Πετρε.*] Eloquentia, & consilio utpote cujus ex ore dulcior melle fluebat oratio.

737. *Quantus erat Calchas extis.*] Calchas Thestoris filius fuit, longe omnium ariolandi pericia, quam ab Apolline didicerat, præstantissimus.

741. *Dederat Vulcanus Achilli.*] Mortuo enim Patroclo, qui ab Hectore Achillis armis spoliatus. Thetis à Vulcano petiit, ut in ejus gratiam arma filio fabricaret.

P. OVIDII NASONIS
ARTIS AMATORIAE
LIBER TERTIUS.



Arma dedi Danaïs in Amazonas. arma super-
sunt

Quæ tibi dem, & turmæ, Penthesilæa,
tuæ.

Ite in bella pares: vincant, quibus alma Dione
Faverit, &, toto qui volat orbe, Puer.

Non erat armatis æquum concurrere nudas:

Sic etiam vobis vincere turpe, viri.

Dixerit è multis aliquis, Quid virus in anguem

Adjicis? & rabidæ tradis ovile lupæ?

Par-

Prima dedi Danaïs.] Arma dedi reponatur cum scriptis & prima editione. *Heins.* Arma dedi Danaïs.] Fætur Ovidius, se primis duobus voluminibus dedisse præcepta amatoria, & docuisse amantes, quibus modis possent puellas capere. Nunc è diverso pollicetur, se puellis quoque arma allaturum, quibus se tueri possint. *Danaïs.*] Viris pugnantis contra puellas: ut Danaï in bello Trojano contra Amazonas.

2. Et turba Penthesilæa tua.] Turma rectius in Regio, Scaligeri excerptis, & octo aliis. *Pont.* iv. *El.* x.

Et tu faminea Thermodon cognito turma. *Propertius,*

Qualis Amazonidum nudatis bellica
mammis,

Thermodontiacâ turma lavatur aquâ.

Statius Kalendis Decembribus *Sylv.* i.

Credas ad Tensin feruntque Phasim

Thermodontiacas calere turmas.

Claudianus *Rapt. Prof.* lib. ii.

Qualis Amazonidum pelvis exsultat
aduncis

Flava cohors: quoties Arifton populata
virago

Hippolyte niveas ducit post pralia turmas.

Theb. xii.

Isset & Arctos Cadmea ad maria
ducens

Hippolyte turmas.

Val. Flaccus de Amazonibus lib. iv.

— ludo volitans cum turma superbo
Pulvereis exsultat equis.

turma autem pro turba sæpe poetæ utuntur. de quo alibi plura dicentur. *Heins.* Et turma Penthesilæa tua.] Per Amazonas & catervam Penthesilææ, foeminas omnes designat. Fuit autem Penthesilæa Amazonum regina. Trojanis auxilio affuit: quæ post Hæctoris obitum, multis præclaris belli facinoribus editis, ab Achille interfecta est.

3. Pares. Utrique armati.

7. Quid virus in angues Adjicis.] In anguem prima editio cum quinque scriptis. *Heins.* Quid virus, &c.] Cur venenum addis serpenti, quum id illi à natura sit datum? Ex quo innuit, mulieres naturâ callidas, fore his præceptis magis insidiosas amantibus.

8. Rapidis tradis ovile lupis.] Alii rabidis lupis, sed prima editio, Regius, A-

ron-

Parcite paucarum diffundere crimen in omnes.

Specietur meritis quæque puella suis.

10

Si minor Atrides Helenen, Helenesque sororem

Quo premat Atrides crimine major habet.

Si scelere Oeclides Talaionis Eriphyles

Vivus, & in vivis ad Styga venit equis;

Est pia Penelope, lustris errante duobus,

15

Et totidem lustris bella gerente viro.

Respice Phyllaciden: & quæ comes isse marito

Fertur; & ante annos occubuisse suos.

Fata Pheretiadae conjux Pagasæa redemit:

Pro-

zondelianus, & quatuor alii, *rabida lupus* bene de feminis enim agitur. Avien. Fab. 1. *rabido quod forte est lupus*. Prudentius Psychomach. *rabidorum more luporum Crimina persulcant*. Idem Citheni.

Impavidus lupus inter oves
Tristis obambulat, & rabidatus
Sanguinis immemor es cohibet.

Sed & rapax lupus nostro Trist. IV. El. 1. Heinss.

11. *Minor Atrides.*] Menelaus, ex duobus fratribus minor natus. Hoc dicit propter Helenam, quæ Patidem marito Menelao præposuit. *Helenesque sororem.*] Clytemnestram, quæ cum Ægistho adultero rem habebat.

12. *Major Atrides.*] Agamemnon.

13. *Si scelere. &c.*] Amphiarum Oeclides filium dicit, augurandi arte peritissimum, qui adolescens Argonautas secutus est. Sed quum postea suaderent amici Polynicis, ut ad bellum Thebanum iretur: isque prævideret, si ei bello afforet, se penitum, idque propterea recusaret, ferunt Polynicem aureum torquem à Venere Hermionæ datum, Amphiaræ uxori, quo belli societatem viro persuaderet, donasse. *Talaionis Eriphyles.*] Talaionis Argivorum regis filia.

16. *Totidem lustris.*] Decem aliis annis, quibus pugnatum est contra Trojanos.

17. *Respice Phyllaciden.*] Respice Pro-

tesilaum, qui ad Trojam cum 40. navibus navigavit: Quem ex cunctis Græcis primum è navi in litus descendentem, vir Dardanus interemit: cuius mors magnum uxori, magnum desolatæ domui, magnum etiam bellatoribus sociis desiderium reliquit. Nam quum Laodamia ejus uxor, Acasti filia, matrem in bello cecidisse intellexisset, optavit ut ejus umbram videret, qua se concessa, non deferens eam, in ejus amplexibus periit: ut Servius docet. Protesilaus autem *Phyllacides* à Phylace Phthioticæ regionis Thessaliæ urbe, quæ sub ejus fuit imperio, appellatus est: vel ab avo Phylaco, Iphicli patre. Laodamia quoque *Phylacis*, à poetis appellatur. *Comes isse marito.*] Mortua enim Laodamia in amplexu viri Protesilai, cum eo comes ad inferos profecta est. Sunt qui hoc de Didone intelligent.

19. *Fata Pheretiadae.*] Admetus Pheretis filius Thessalus Alcestin Pelis filiam uxorem duxit: quæ tanto amore maritum dilexit, ut pro eo mortem non recusaret, quum ejus parentes id facere neglexissent. *Conjux Pagasæa.*] Alcestis Thessala. *Pagasæa* enim sunt Pherarum emporium, dictæ (ut Strabo scribit) propter vicinos fontes, id est, pagas, qui frequentes aquarum uberem effundunt: vel quod eo in loco Pelis Argo navem compegerit, quæ *Pagasæa* ideo à poetis appellata fuit, & Jason Pagasæus.

Com-

Proque sui est uxor funere lata viri. 20

Accipe me, Capaneu; cineres miscebimus, inquit

Iphias: in medios desiluitque rogos.

Ipsa quoque & cultu est & nomine foemina Virtus.

Non mirum, populo si favet illa suo.

Nec tamen hæ mentes nostra poscuntur ab arte. 25

Conveniunt cymbæ vela minora meæ.

Nil, nisi lascivi per me discuntur amores:

Foemina præcipiam quo sit amanda modo.

Foemina nec flammæ, nec sævos discutit arcus.

Par-

Conjux Pagasa.] De Alceſtide habes in Eurip. Fab. 6. Ridet hæc Juvenal. Sat. 6. non longe à fine.

— *Spectant subventem fata mariti*

Alceſtin: ſimilis ſi permuatio datur

Morte viri, cupiant animam ſervare ca-
tella.

Claudian. in Laud. Ser. Regin. aliter hujus meminit.

Dignus an vates alios exercuit unquam
Fæmineæ virtutis opus: quod ſponte re-
dempto

Caſſa maritali ſucceſſit Theſſala ſæto,
Inque ſuos migrare virum non abſuit an-
nos?

Hæc Graji memorant.

21. *Cinereſ miſcebimus inquit.] Scribo miſcebimur. In obitum Druiſi,*

Miſcebor cinerique cinis atque offibus oſa.

Propertius libro 111. Eleg. 1v.

Viſtor cum viſtis pariter miſcebitur um-
bris.

Anacreon,

Ὀλίγη δὲ κεισόμεθα

Κόνις ὅſτιον λυθίντων,

In veteri Epigrammate,

— ἐν δ' Ἀχέρωντι

Ὅſτια καὶ σποδὶν πάρεſσι κεισόμεθα.

Heinfius.

22. *Iphias in medios deſiluit rogos.] Hanc fabulam habemus in Eurip. Supplic. 8. ubi inter alia à v. 1059.*

Ἐν ταῦθα γὰρ δὴ καλλίνικ' ἔρχο-
μαι

Νικῶσα. —

Πάſται γυναῖκες δὲ δίδορκεν ἥλι' ἄρσιν. πότνι γὰρ συνβαῦſα κείσο-
μαι.

Ἄλτσο θανόντ' Καπανίδεſ τήδε
εἰς πυρρὴν.

De hoc barbaro τῶν θυγαδόντων mote, qui præcipuè Indis fuit familiaris, hoc docet Cicero 5. Tufculan. *Mulieres verò in India, inquit, cum eſt cuiuſque eartum vir mortuus, in certamen, iudiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit (plures enim ſingulis ſolent eſſe nuptæ) qua eſt viſtrix, ea lata, proſequentiſ ſuis, una cum vivo in rogiſ imponitur. Illa viſta, maſſa diſcedit.* De interitu autem Capanei reperies in Stat. Thebaid. 10. Ad inoſtrum de Conf. ad Liv. v. 322.

23. *Ipsa quoque & cultu.] Virtus & nomine & habitu muliebri Romæ colitur. quod ſignificat, in eo ſexu virtutem eſſe.*

24. *Nec mirum, populo ſi placet ipſa ſua.] Non & illa ſcripti cum prima editione. & ſequenti verſu Nec tamen. Heinf. Populo ſuo.] Muliebri turbe.*

25. *Hæ mentes.] Virtute præditæ.*

26. *Vela minora.] Mulieres minus bonæ.*

28. *Fæmina præcipio.] Præcipiam potiores ſcripti. Heinfius.*

29. *Excudit arcus.] Diſcutit prima editio cum plerique membran. etiam Regio. niſi quod ille pro diverſa lectio-*

R 1

22

Parcius hæc video tela nocere viris.
 Sæpe viri fallunt; teneræ non sæpe puellæ:
 Paucaque, si quæras, crimina fraudis habent.
 Phasida jam matrem fallax dimisit Iäson:
 Venit in Æsonios altera nupta sinus.
 Quantum in te, Theseu, volucres Ariadna marinas
 Pavit, in ignoto sola relicta loco.
 Quære, novem cur isse vias dicatur; & audi

30

35

De-

ne effugis. quod & in multis aliis inveni.
Idem.

30. *Parcius hæc video.*] Malim videas.
Idem.

32. *Paucaque, si quæras, crimina fraudis habent.*] *Parcaque* Sarravianus. Lego,
Raraque, si quæras, crimina, fraudis habet.

In Nuce,

Raraque in hoc ævo est, qua velis esse parens.

certe unus Palatinus, habet. *Idem.*

33. *Phasidem matrem.*] *Phasidram* Regius cum multis aliis. Sed verum est, quod prima editio & tres scripti agnoscunt, *Phasida jam matrem.* Ep. Paridis,

Phasida puppe novâ vexis Pagasæus Iäson.

Ep. Hænu,

Ut semel intravit Colchos Pagasæus Iäson,

Imposuam celeri Phasida puppe tulit.

Fast. I.

Credulus immeris à Phasida fovit ope.

Phasides ævis apud Martialem. Regius etiam *Iäso*. dictum Amor. I. II. El. XIV.

Idem. *Phasida jam matrem.*] *Medeam.* à Phasi Colchorum fluvio dictam. Probar autem, puellas sæpius falli quam viros.

34. *Altera nupta sinus.*] *Vel torus* Regius. Emenda in transcurso locum Propertii valde depravatum. I. II. El. XXI. ubi de hac ipsa Creusa agit,

Colchida sic hospes quandam decipit Iäson,

Ejella est. tenuis namque Creusa domum.

posteriorem versus quis non videt corruptum esse? quomodo enim tenuisse domum Iäsonis dici potest, quæ ipso insipientium die conflaxit? scripti plerique *tenuis domo vel tenuis.* Scribe,

Laeta Creusæ est namque Creusa domus.

Creon enim Creusa pater. Nos in nostris ad Propertium notis eam castigationem pluribus adduximus. *Heins.* *Altera nupta.*] *Creusa.* In *sinus Æsonios.*] In sinus Iäsonis Ælonis filii.

35. *Quantum in te Theseu.*] In te scripti & prima editio. *Heins.* *Quantum in te Theseu.*] Quum Theseus in Cretam navigasset, Ariadne Minois filia, ejus specie capta docuit eum, quo pacto posset Minotaurum occidere: deinde cum eo nocte clam recedens, in insulam appulit Naxum. Ibi ferunt, Dionysium Ariadnes pulchritudine captum, à Theseo virginem abstulisse, duxisseque uxorem. Ovid. tamen scribit, eam dormientem à Theseo in insula relictam.

37. *Quære novem cur isse vias dicatur.*] Ita ex suis libris castigavit ad Claudianum Janus Parthasius. Regius *cur una vices dicantur.* & emendatum postea, *cur una vices iter isset.* quomodo plerumque ex scriptis. tres, *cur una vices iterasset.* unus *cur una vices sic isset.* prima editio cum sex scriptis, *quære novem vicibus cur una feratur.* unus *cur una vices feratur.* alius, *Quære novem vices cur una iter isset.* sed solus codex Regius hic audiendus: qui nobis inter tantas fluctuationes Cynosura est. Eius vestigiis insistent, levi mutatione geminam, nisi fallor, lectionem habebis, si pro his,

vices

Depositis sylvas Phyllida flecte comis.

At famam pietatis habet; tamen hospes & ensem

Præbuit, & causam mortis, Elissa, tuæ. 40

Quid vos perdiderit, dicam? nescistis amare.

Defuit ars vobis. arte perennat amor.

Nunc quoque nescirent: sed me Cytheræa docere

Jussit: & ante oculos constitit ipsa meos.

Tum mihi, Quid miseræ, dixit, meruere puellæ? 45

Traditur armatis vulgus inermis viris.

Illos artifices gemini fecere libelli:

Hæc quoque pars monitis erudienda tuis.

Probra Therapnææ qui dixerat ante maritæ,

Mox cecinit laudes prosperiore lyrâ. 50

Si bene te novi, cultas ne læde puellas.

Gratia, dum vives, ista petenda tibi.

Dixit: & è myrto (myrto nam victa capillos

Con-

vices dicantur, reponas Quare novem cur
una via dicatur: vel dicantur. cur novem
vix appellentur, quæ una est via. Remed.
Amor.

Vixisset Phyllis, si me foret usa magistro,
Et per quod novies, sapiens isset, iter.

& postea,

Limes erat tenuis longâ subumbilis umbrâ
Quo tulit illa suos ad mare sæpe pedes.

Nona terabatur misere via.

Alludit ad vicum in Thracia, qui inde
dictus ἰννία δρόμος, postea Amphipoli-
s. cujus Geographi passim memine-
runt. de origine nominis jam dixi. Co-
luthus,

Θύλακ' ἀντάλλοντα φίλητόν τ' ἱ-
δρῆμα τύμβον.

Καὶ δρόμον ἰννιάκων κλον ἀλῆμον' εἰ-
δὲ καλοῦθε.

de quæ sequuntur. Hyginus Fab. LXI. de
Phyllide & Demophoonte. Qui die cor-
stium, cum non venisset, illa eo die dicitur
novies ad litus cucurrisse, quod ex αὐ-
τιὰδ' Grace appellatur. & sic locus is
etiam Hefychio appellatur, cum aliis ἰν-
νία ἰδοι dicatur, ut jam vidimus. atque

ita tam in Hygino quam Hefychio vide-
tur corrigendum. Heinssus.

39. Et famam.] At rectius duo libri. Id.

40. Elissa.] Elissa est nomen Didonis
proprium: Dido enim lingua Phœnissâ
virago dicitur.

43. Nescirent.] Ignorarent puellæ a-
mandi modum.

47. Gemini libelli.] Duo volumina su-
periora.

49. Probra Therapnææ.] Stesichorum
poetam designat, in cuius ore infantis
Iulcinia cecinit, ut Plinius tradit, mira-
bili auspicio summum eum poetam fu-
turum præmonstrans. Hic in Helenam
carmen contumeliæ plenum scripsit, quo
Castor & Pollux cum luminibus priva-
runt: sed quum in somno monitus, pe-
linodiam cecinisset, visum recepit. Ma-
rita Therapnææ.] Therapnæ oppidum fuit
Laconiz. Ibi nata est Helena: unde à
poëtis Therapnæa appellatur.

51. Si bene te nosti.] Novi scripti pleri-
que cum primâ editione. Forte, Si bene
me novi. & pro vivis sequenti versu vi-
ves, ut versui consulatur. Mainssus.

R. r. 2

54. Gra-

Constiterat) folium, granaque pauca dedit.
 Sensimus acceptis numen quoque. purior æther 55
 Fulsit, & è toto pectore cessit onus.
 Dum facit ingenium; petite hinc præcepta, puellæ,
 Quas pudor, & leges, & sua jura sinunt.
 Venturæ memores jam nunc estote senectæ:
 Sic nullum vobis tempus abibit iners. 60
 Dum licet, & veros etiam nunc editis annos;
 Ludite: eunt anni more fluentis aquæ.
 Nec, quæ præteriit, iterum revocabitur unda:
 Nec, quæ præteriit, hora redire potest.
 Utendum est ætate. cito pede labitur ætas: 65
 Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.
 Hos ego, qui canent frutices, violaria vidi:

Hac

54. *Granaque pauca.*] *Pauca myrti baccas.*

55. *Sensimus acceptum numen quoque. purior æther fulsit.*] *Acceptis prima editio cum scriptis plerique recte. post accepta folia & grana myrti. purior etiam æther iidem. Heinsius. Acceptis.*] *Donis myrti à Venere sumptis.*

56. *Cessit onus.*] *Scribendi difficultas amota est, favente Venere.*

57. *Dum facis ingenium.*] *Putabam ingenio. Dum Cytherea facit ingenio, hoc est, favet. in Tristibus,*

Cultor et amicus doctorem summo viro-

rum,
Qui facis ingenio semper amice meo.
vide quæ annotamus ad Epist. 11. v. 39. Heinsius.

58. *Quas pudor, & leges, & sua jura sinunt.*] *Vita finis Regius. Puto,*
Qua pudor, & leges, & sua vita finit.
ut Pont.

Qua finis officium militiæque labor.
supra lib. 11.

Perque tuas fiant, qua finet ipsa, manus.
huc refer, quod initio hujus poematis dixerat.

Esse procul vitta tenues infigne pudoris.
Iidem. Quas pudor.] *Nam matronas & castas rejicio.*

61. *Veros etiam nunc editis annos.*] *Regius mendose veros etiam nunc reciditis annos. unus meus veros nunc editis. metuo ut Tò editis integrum sit. pro veris, aliquando conjiciebam vermos. ut Propert. l. IV. El. v.*

Dum vernat sanguis, dum regis integer annus,

Utere, ne quis est liber amore dies.
Arondelianus teneros annos. Sed veri anni videntur esse juveniles, ac proinde amoribus apti. supra l. 1.

Ante oculos veniet vera puellat mos.
hoc est, quæ revera sit puella. Heinsius.

63. *Nec quæ præteriit, rursus revocabitur unda.*] *Iterum scripti plerique cum prima editione. placet. Vide Notas ad Epist. VI. v. 31. Idem.*

67. *Qui canent frutices, violaria vidi.*] *Id ipsum Daphnis suæ puellæ quoque occidit apud Theocrit. Idyll. 27. v. 6.*

δ. Μὰ καυχῶ. τὰ γὰρ γὰρ σὺ παρὶς χιταί, ὡς ὄναρ, ἔκα.

κ. Ἀστυλλὲς γὰρ ἐστὶ, καὶ ἡ πόσιν αὐτὸν ὀλεῖται.

Quod etiam spectant suavissimi versiculi Idyll. 23. à v. 28.

Καὶ τὸ πόσιν καλὴν ἐστὶ, καὶ ὁ χιρὸν αὐτὸ μαρτυρεῖται.

End

Hac mihi de spinâ grata corona data est.

Tempus erit, quô tu, quæ nunc excludis amantem,
Frigida desertâ nocte jacebis anus: 70

Nec tua nocturnâ frangetur janua rixâ:
Sparsa nec invenies limina mane rosâ.

Quam cito (me miserum!) laxantur corpora rugis,
Et perit in nitido qui fuit ore color!

Quasque fuisse tibi canas à virgine jures, 75
Spargentur subitæ per caput omne comæ.

Anguibus exuitur tenui cum pelle vetustas;
Nec faciunt cervos cornua jacta senes.

Nostra sine auxilio fugiunt bona. carpite florem;
Qui, nisi carptus erit, turpiter ipse cadet. 80

Adde, quod & partus faciunt breviora juventæ
Tempora. continuâ messe senescit ager.

Latmius Endymion non est tibi, Luna, rubori;
Nec

Καὶ καλλὸν καλὸν ἐστὶ τὸ παιδιὸν
ἀλλ' ὀλίγον ᾔ.

Caenit.] *Arent.*

68. *Hac.*] De hac spina quæ aruit, & ubi ante fuerant rosæ, nil præter spinas videmus.

69. *Excludis amantes.*] *Amantem* re-
ctius quidam libri. *Heinsius.*

71. *Nec tua frangetur janua.*] Sic Horat.
lib. 1. carm. od. 25. ad Lydiam :

Parcius junctas quatunt fenestras

Illibus crebris juvenes protervi :

Nec tibi somnos adimunt, amataque
Janua limen.

72. *Sparsa.*] Noctē coronati amantes
stabant ante limen amicæ, & exclusi co-
ronas relinquebant.

75. *A virgine jures.*] *Jures* scripti ple-
rique cum primâ editione. *Heinsius.*

76. *Sparguntur subito per caput omne co-
ma.*] *Sparguntur* idem. lege etiam *sub-
ita coma.* dictum Epist. xviii. v. 160.
Idem.

78. *Nec faciunt cervos.*] Cornua cervi
mares habent : eaque omnibus annis
statuto veris tempore amittunt : & la-
tent amissis, veluti incunes. *Indicia*

ætatis in illis gerunt, singulis annis ad-
jicientibus ramos usque ad sextum an-
num. Ab eo tempore similia revivi-
sunt. nec potest ætas discerni : sed den-
tibus, quos paucos habent, aut nullos,
senectâ declaratur : nullique in imis cor-
nibus rami. Vita his longa : centesimum
annum excedunt.

79. *Vestra sine auxilio fugiunt bona.*]
Nostra Regius & multi alii. sic infra et-
iam nonnulli ex scriptis,

———— *latmius munera nostra caenit.*

Heinsius.

81. *Adde quod & partus.*] Partus quo-
que ipse puellis admittit juventæ florem,
quod antequam eveniat, utendum esse
ætate docet. *Faciunt breviora juvenæ Tem-
pora.*] *Seniora* Regius cum Poliriani excer-
ptis, prima editione, & quinque scriptis.
nil muro. *Heins.*

83. *Latmius Endymion.*] Dearum ex-
emplis dicit Veneri indulgendum esse.
Endymion autem dictus est à Luna
amatus, quæ eum dormientem fovit
amplexu in Latmio monte Cariz, quo-
niam (ut scribit Plinius) primus ejus
cursum deprehendit.

R 1 3

84. *Nec*

Nec Cephalus roseæ præda pudenda Deæ.
 Ut Veneri, quem luget adhuc, donetur Adonis; 85
 Unde habet Ænean Harmonienque suos?
 Ite per exemplum, genus ô mortale, Dearum;
 Gaudia nec cupidis vestra negate viris.
 Ut jam decipiant, quid perditis? omnia constant.
 Mille licet sumant; deperit inde nihil. 90
 Conteritur ferrum, filices tenuantur ab usu.
 Sufficit, & damni pars caret illa metu.
 Quid vetet apposito lumen de lumine fumi,
 Quisve cavo vastas in mare servet aquas?
 Det tamen ulla viro mulier, non expedit, inquis. 95
 Quid,

84. *Nec Cephalus.*] Auroram Cephalus amore captam docet Ovid. in 6. Metam. *Dea rosea.*] Auroræ.

85. *Ut taceam de te, quem nunc quoque luget, Adoni:*

Unde habet Ænean Harmonienque Veneris?]

Codex optimus Regius,

Ut Veneri, quem luget adhuc, ponetur Adoni,

Unde habet Ænean Harmonienque suos?

Venuste, si donetur Adoni levi mutatione reponas. donetur pro condonetur. Pont. 11. El. VII.

Culpa gravis precibus donatur sape suorum.

sic Juno apud Horatium l. III. Od. III. *Quirinum Marti redonabo.* Statius Thebaid. VII.

An suspectus ego? abscedo & mea vulnere dono.

Val. Flaccus libro 1. v. 473.

Donas & Iphiclo pelagus, juvenumque labores

Æsonides,

hoc est remittit. Seneca Phœnissis Actu primo,

Subinde & aures ingerunt, quicquid mihi Donastis oculi,

hoc est, cuius mihi gratiam fecistis. sic pulcherrime codex egregius Medicez bi-

bliothecæ à me cum vulgatis libris collatus. deprehendit quoque elegantiam ejus lectionis Gronovius noster. In vulgatis *Negastis oculi.* Heinsius.

86. *Harmonienque.*] Hermoni filia fuit Veneris & Martis, quæ Cadmo nupsit.

93. *Quis veter.*] *Quid vetas* Junianus. Scribe, *Quid vetas.* dixi ad Epist. x. v. 88. Heinf.

94. *Quisve cavum vastas in mare servet aquas.*] *Cavo in mare scripti potiores cum prima editione. recte. sic in Trist. lib. v. El. 1.*

Exiguam plano de mare demat aqua.

Idem.

95. *Et tamen ulla viro mulier non expedit, inquis.*] Nihil sensus est in hoc carmine. Scribe vel invixis membranæ,

Det tamen ulla viro mulier, non expedit, inquis.

non expedit ut mulier ulla det viro. *Dare pro copiam sui facere usitatum poetis.* Noster supra,

Qua dant, quaque negant, gaudet tamen esse rogata.

& sæpe alibi. Martialis quoque,

Castà igitur nulla est? casta sunt mille.

quid ergo

Castà facis? non das; non tamen illa necat.

sic idem passim alibi. hinc etiam dare

gaur-

Quid, nisi quam sumes, dic mihi, perdis aquam?
 Nec vos prostituit mea vox; sed vana timere
 Damna vetat. damnis munera vestra carent.
 Sed me flaminibus venti majoris iturum,
 Dum fumus in portu, provehat aura levis. 100
 Ordior à cultu. cultis bene Liber ab uvis
 Provenit; & culto stat seges alta solo.
 Forma Dei munus: formâ quota quæque superbit?
 Pars vestrûm tali munere magna caret.
 Cura dabit faciem: facies neglecta peribit; 105
 Idaliæ similis sit licet illa Deæ.
 Corpora si veteres non sic coluere puellæ;
 Nec veteres cultos sic habuere viros.
 Si fuit Andromache tunicas induta valentes;

Quid

*gandia, & dare noctem, inquis, ut in Trist.
 lib. v. El. 1.*

*At pateras, inquis, melius mala ferro
 silendo.*

Sequenti versu sumus pro sumis libri ve-
 reret. quæ magnus Scaliger ad Propertium de lotio reddendo, & cum secutus
 Bersmannus, interpretantur. Nolim fa-
 ctum. *sumere aquam* usitatum pro lavare
 partes obscenas, quod post rem Vene-
 ream peractam, aut nocturnas pollutio-
 nes fiebat, aut etiam post exoneratam
 alvum. noxter. l. III. Amor. El. VII. de
 re simili,

*Neve sua possint instillare scire ministra,
 Dedecus hoc summa dissimulavit aqua.*

& infra hoc libro,

*Scilicet obstabis custos ne scribere possis,
 Sumenda datur cum tibi tempus aqua.*

Martialis lib. II.

*Quod fellas, & aquam potas, nil Lestia
 peccas.*

*Qua tibi parte opus est, Lestia, sumis
 aquam.*

& in Priapeis Epigramma.

*Falce minax & parte tui majore, Priape,
 Ad fontem, quæso, dic mihi, qua sit iter.
 Vado per has vias, sed si quam carperis
 urvam,*

*Quas aliter sumas, hospes, habebis aquas.
 ita scribendum. Certe cum Plautus dixit
 sumere aquam à potas, de lotio non in-
 telligebat. Idem.*

101. *Ordior à cultu.*] *Ordior* Regius.
Idem. Liber.] Vinum.

103. *Forma Dei munus.]* *Lege* Daum.
 aliquis Christianus hoc interpolat, pu-
 to. sequenti etiam versu malim *carere*.
 Heinf.

107. *Corpora si veteres.]* Docet nudi ma-
 jorum ætate, puellas non usas fuisse cura
 in cultu corporis, uti postea didicere puel-
 læ Romanæ: quas hortatur, ut externo
 nitore faciem commenderent.

108. *Non veteres cultus sic habuere viri.]*
Nec scripti cum prima editione. Deinde
cum Regio, Neapolitano, & duobus
aliis legendum cultos viros. Med. Faciei,
ad puellas,

*Nec tamen indignor, si vobis contra placen-
 di,*

*Cum comitos habuere sacra vestra vi-
 ros.*

Heinfius.

109. *Valentes.]* Crassas & densas, non
 quales tum Romæ gestabant, bombycinas
 & pellucidas pleraque, ut supra quoque
 meminit. *Myll.*

R 1 4

III. Sci-

Quid mirum? duri militis uxor erat. 110
 Scilicet Ajaci conjux ornata venires,
 Cui tegumen septem terga fuere boum?
 Simplicitas rudis ante fuit: nunc aurea Roma
 Edomiti magnas possidet orbis opes.
 Aspice, quæ nunc sunt Capitolia, quæque fuerunt; 115
 Alterius dicas illa fuisse Jovis.
 Curia, concilio quæ nunc dignissima tanto est,
 De stipula, Tatio regna tenente, fuit.
 Quæ nunc sub Phoebo ducibusque Palatia fulgent;
 Quid,

111. *Scilicet Ajaci conjux.*] Tecmes-
 sam dicit, cujus amore tenebatur Ajax.
Conjux ornata venires.] Venires bene Re-
 gius & quinque alii. sequenti etiam versu
 vetustiores plerique *tegumen* pro *teguen-*
teguemen Regius cum uno Ambrosiano.
 quod placet. *Heinsius.*

112. *Qui tegumen.*] Qui habuit non or-
 natissimum & preciosum scutum, sed ex
 pellibus boum, ut rudi ætati conveniens.
 Homer. in 7. Iliad.

113. *Nunc aurea Roma est Et magnas*
edomiti possidet orbis opes.] Tò est in qui-
 busdam libris non comparet. deinde ple-
 rique veteres, *Et domiti magnas.* Lincol-
 niensis, *edomiti.* Scribe,

— nunc aurea Roma

Edomiti magnas possidet orbis opes,
 sic in Fastis lib. 1v. de eadem Roma,

Crevit, & edomito sustulit orbe caput.

Priori etiam versu Comelinianus eleganter
Simplicitas rudis illa fuit. de quo ad Epi-
 stolam xvii. v. 192. *Heins.* *Aurea Roma.*]
 Vel pulchra, vel dives: vel propter Ca-
 pitolum, quod auratum fuisse, docet
 Maro eo versu: *Atque his auratis volitans*
argenteus anser Porticibus.

115. *Quæque fuerunt.*] Vel sub Tar-
 quinio, vel Romulo regnante. unde in
 Fastis scribit:

Juppiter angusta vix totus stabat in ads,
Inque Javis dextra ficit fulmen eras.

Frondibus ornabant, quæ nunc Capitolia
gemmis.

116. *Alterius dicas.*] *Dicas* Lincol-

niensis. bene. *Heinsius.* *Alterius Jovis.*]
 Quam hujus qui nunc in his colitur. Ca-
 pitolum autem mons est Romæ, à ca-
 pite hominis invento ab aperientibus
 fundamenta, ut Livius & Dionysius scri-
 bunt.

117. *Curia consilio.*] Concilio Comeli-
 nianus & quinque alii. recte. cæterum
 prima editio & aliz nonnullæ, ut & tres
 scripti *consilii dignissima tanti* secundo
 casu, quod & alibi apud nostrum in ve-
 terimms libris offendi. Vide Notas Trist.
 iv. El. 1. 1. v. 57. Arondelianus, *consilii*
nunc quæ dignissima tanti. nunc est dignis-
sima tanti Regius. forte nunc en. *Heins.*
Curia consilio.] Curiam duorum gene-
 rum fuisse, scribit Varro, ubi curarent
 sacerdotes res divinas, & ubi senatus hu-
 manas: ut curia Hostilia, quam primus
 ædificavit Hostilius rex. Ante hanc ro-
 stra erant, de quibus in octavo Livius
 scribit.

118. *De stipula.*] Sic etiam Virgilius:
Romuleque recens horrebat regia culmo.
Tatio regna tenente.] T. Tatio Sabino pa-
 riter cum Romulo regnante, ut Livius
 docet.

119. *Quæ nunc sub Phœbo.*] Apollinis
 Palatini templum intelligit, quod in Pa-
 latio Augustus ædificavit. *Ducibusque*
palatia fulgent.] Per duces, imperatores
 designat, & Augustum potissimum, ac
 Tiberium: quorum alter in Palatio ha-
 bitavit, alter vero illic etiam natus est,
 Palatium autem idem appellatum est, quod

Quid, nisi araturis pascua bubus, erant? 120
 Prisca juvent alios: ego me nunc denique natum
 Gratulor. hæc ætas moribus apta meis.
 Non quia nunc terræ lentum subducitur aurum;
 Lectaque diverso littore concha venit.
 Nec quia decrescunt effossio marmore montes: 125
 Nec quia cæruleæ mole fugantur aquæ.
 Sed quia cultus adest; nec nostros mansit in annos
 Rusticitas priscis illa superstes avis.
 Vos quoque non caris aures onerate lapillis,
 Quos legit in viridi decolor Indus aquâ. 130
 Nec prodite graves insuto vestibus auro:
 Per quas nos petitis, sæpe fugatis, opes.
 Munditiis capimur: non sint sine lege capilli.
 Admotæ formam dantque negantque manus.
 Nec genus ornatûs unum est: quod quamque decebit,
 Eligat; & speculum consulat ante suum.

Longa

quod (ut Varro docet) Palantes cum Euanthro venerunt, qui etiam Palatini Aborigenes ex agro Rheatino, qui appellatur Palatinum, ibi confederunt. Alii a Palatia uxore Latini putaverunt.

123. Terra subducitur aurum.] Terra scripti. Heinſius.

124. Lectaque concha venit.] Margaritas intelligit, quæ nascuntur in conchis. Earum dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lzvore, pondere. Diverſo littore.] Rubri ſcilicet & Indici maris, ubi clariores nascuntur. Concha venit.] Tres noſtri bacca. quod Gronovio placebat Obſervat. l. 11. cap. 221. ex Pirckheimeriano, meliores tamen cum vulgatum amplectantur, nil auſim mutare. Nam per Conchas bacca intelliguntur, quæ in conchis nascuntur ut plurimum. ſic Calice Virgiliano,

— Indi Conchea bacca maris.

Tibullus libro 11. Eleg. 14.

Hic das avaritia cauſas & Coapuellis Veſtis, & è rubro lucida concha mari.

& libro 111. Eleg. 111.

Quidve in Erythrae legitur qua littora concha,

Tinctaque Sideria murice Lana jovat?

Propertius libro 1. Eleg. viii.

Hanc ego non auro, non Indis ſolere conchis,

Sed potius blandi carminis obsequio.

libro 111. El. xii.

Et venit è rubro concha Erycina ſale.

ita & concham pro purpura ponebant. Idem.

126. Nec quia cærulea mole fugantur aqua.] Nec quia ſumptuoſiſſima eriguntur ædificia, ubi fuerant maria. Aqua fugantur mole.] Sic Horat. 3. Carm. od. 1.

Contracta piſces aquora ſentiunt,

ſaſſis in alium molibus, hæc frequens

Camenta demittit redemptor

Cum famulis, dominuſque terra

Faſtidioſus.

133. Nec ſint ſine lege capilli.] Scribe, ne ſint. Scripti tamen plerique cum primâ editione non ſint. Heinſius.

134. Admotæ manus.] Ad ornandum adhibetæ.

R. 15

137. Di-

Longa probat facies capitis discrimina puri:

Sic erat ornatis Laodamia comis.

Exiguum summâ nodum sibi fronte relinqui,

Ut pateant aures, ora rotunda volunt.

140

Alterius crines humero jactentur utroque.

Talis es assumptâ, Phœbe canore, lyrâ.

Altera succinctæ religetur more Dianæ:

Ut solet, attonitas cum petit illa feras.

Huic decet inflatos laxè jacuisse capillos:

145

Illâ sit adstrictis impedienda comis.

Hanc placet ornari testudine Cylleneâ:

Sustineat similes fluctibus illa sinus.

Sed neque ramosâ numerabis in ilice glandes;

Nec quot apes Hyble, nec quot in Alpe feræ;

150

Nec mihi tot positus numero comprehendere fas est.

Ad-

137. *Discrimina.*] Divisionem capil-
lorum. *Puri capitis.*] Sine ullo velamine.

139. *Exiguum modum.*] Crines in or-
bem reductos: quem *cineamum* Juvena-
lis, *annulem* Martialis appellat.

143. *Succincta Diana.*] Agili & ex-
pedita. *Religetur.*] Capillos post cervi-
cem collectos astringat, ita tamen ut
defluant.

145. *Hanc decet inflatos.*] Huic Regius
& duo alii. quod cum rui jacuisse con-
struendum, & sic mox idem codex cum
plurimis aliis Hanc placet ornari. non
Huic. Hanc scilicet ornari. Heinsius.

147. *Testudine Cyllenæ.*] Reticulo
curvo in modum testudinis, quo utun-
tur mulieres ad ornatum capitis. *Testudi-
nem* autem *Cyllenæ* appellat, quoniam
Cyllenius Mercurius dicitur, à Cyllene
monte Arcadiæ, qui (ut scribit Diodo-
rus) ad formam testudinis lynam in-
venit.

149. *Numerabis in ilice frondes.*] Glan-
des scripti plerique cum prima editione.
Amor. III. El. VI.

*Illicibus glandes contrataque vitibus vrea
Decidet.*
Met. VII.

— veluti cum putria matris
Poma cadunt ramis agitataque ilice glan-
des.

lib. x.

*Enadisquo abies, curvataque glandibus
ilic.*

Vingilius,

*Nec de concussa tantum pluit ilice glan-
des.*

hinc glans iligna apud Horatium aliosque
occurrit. Lege præterea numerabis. sic &
supra peccatum non semel. Heinsius.

151. *Nec mihi tot cultus numero com-
prehendere fas est.*] Tot positus recte libri
veteres magno numero. nisi quod Re-
gius posito. prima editio positus cum scri-
ptis nonnullis. positus etiam in suis Zin-
zelingus invenerat. Met. II.

*Non erat hujus opus, lanæque molliore tro-
bando,*

Nec positum variare comas.

Medic. Faciei,

Vultus adornatos positum variare capillus.

Hinc putare, componere, disponere comas.
noster infra,

Quique suas penant in statione comas.

in Amotiones,

Ponere compositas in statione comas.

&c,

Adjicit ornatus proxima quæque dies.
 Et neglecta decet multas coma. sæpe jacere
 Hesternam credas; illa repexa modo est.
 Ars casum simulet. sic captâ vidit ut urbe 155
 Alcides Iölen, Hanc ego, dixit, amo.
 Talem te Bacchus, Satyris clamantibus Eucoe,
 Sustulit in currus, Gnossi relicta, suos.
 O quantum indulget vestro Natura decori,
 Quarum sunt multis damna pianda modis! 160
 Nos male detegimur, raptique ætate capilli
 Ut Boreâ frondes excutiente, cadunt.

Fœ-

&c.

Ponendus in mille modis perfecta capillis.
 cæterum existimo hinc quoque exulare
 Græcissimum Ovidio usitatum, sed ab
 imperitis librariis passim ejectum, quic-
 quid veteres libri pro vulgata lectione
 digladiantur, Scribe igitur,

*Nec mihi tot positis numeris comprehendere
 nunc sit.*

vide Notæ ad lib. II. v. 21. *Idem.*

154. *Hesternam credas.*] Hinc emen-
 da Propertium lib. xv.

Es potes hesternas manibus componere crines.
 ita diu est quod scribendum vidi. quam
 conjecturam confirmavit postea Nea-
 politanus codex satis vetustus, & alter
 qui penes me existat. De extremis & ad-
 scititiis crinibus quæ dici possint scio.
 sed huic opprobrio hic locus non est.
 Potes, inquit, singulis diebus crines
 componere. *hesternas coronas* pari modo
 dixit l. II. Eleg. xxxiv. pro heri plexis.
 ut recte illic restituit Læpſius. & *hester-
 nas lucernas* libro III. El. VII. quæ vera
 illic scriptura. *hesternas resas* noster li-
 bro III. Amor. Eleg. VII. pro heri car-
 ptis. *Idem. Illa repexa.*] Paulo ante or-
 nata, iterum pectitur.

155. *Ars casum simulet.*] Capillos ca-
 su inornatos esse simulabimus, quam ta-
 men eos pexueris. *Sic capta vidit in ur-
 be.*] Hercules Iölen, Euryti filium in Oe-
 chalia dominantis, uxorem petiit. Pater,

quia Megaram uxorem ille paulo ante
 dimiserat, veritus ne idem filiz eveni-
 rer, super eo se matrimonio consultu-
 rum dixit. Hercules frustratus in Æo-
 liam venit, & Deianiram Oenei ex Al-
 thea duxit uxorem. Deinde in Oechalia
 contra Euryti liberos, quoniam
 Iole uxor ei negata fuerat, exercitum
 duxit. Urbe capta, Euryti filios Toxeum,
 Molionem, ac Pyrtium occidit: Iölen
 vero abduxit, quam miro amore pro-
 secutus est. auctor Diodorus. *Sic captâ ut
 vidit in urbe.*] *Captâ vidit in urbe* Regins
 & duo alii. recte. cæteri fere omnes *cap-
 tâ vidit in urbe.* *Ars casum similis* pro
casum simulet idem Regins. Heinſius.

156. *Sic capta vidit in urbe Alcides
 Iölen.*]

Hoc usitatum est Hercanti, captas amat.
 Senec. Herc. in Oera. v. 362. & v. 377.

Ubique caluit, sed levi caluit face.

157. *Euboe.*] Vox est bacchantis.

158. *Gnossi relicta, suos.*] Ariadnam
 significat.

160. *Damna pianda.*] Quia corporis
 vitia celantur. *Mod. Damna pianda modis.*]
Pianda dixit improprie, pro *compensan-
 da*, & quasi dissimulanda, sive celanda.
 Micyl.

161. *Raptique atque capilli.*] Deserviunt
 capillorum in muliere rarum, in spedo-
 nibus non viliam, nec in ullo, ante Ve-
 neris usum.

163. Fæ-

Fœmina canitiem Germanis inficit herbis;

Et melior vero quæritur arte color.

Fœmina procedit densissima crinibus emtis;

165

Proque suis alios efficit ære suos.

Nec rubor est emisse palam. vœnire videmus

Herculis ante oculos, Virgineumque chorum.

Quid de veste loquar? nec vos, segmenta, requiro;

Nec quæ bis Tyrio murice lana rubes.

270

Cum tot prodierint pretio levioire colores;

Quis furor est, census corpore ferre suo?

Aëris ecce color, tum cum sine nubibus aër,

Nec tepidus pluvias concitat Auster aquas.

Ecce tibi similis, qui quondam Phryxon & Hellen

175

Di-

163. *Fœmina canitiem Germanis inficit herbis.*] Ostendit, fœminas ætatis etiam vitia posse celare. *Germanis herbis.*] Quibus Germani utuntur ad colorandos capillos. *Canitiem.*] Canos capillos.

164. *Vers.*] Nativo colore.

165. *Crinibus emtis.*] Fœminæ enim defluentibus capillis, alienis utuntur. Et *Martialis*, *Dentibus atque comis, nec se pudet, nectis emtis.*

167. *Nec pudor est emisse palam.*] *Rehor* libri meliores cum primâ editione. dixi Epistolâ xx. v. 204. *Heinsius.*

168. *Herculis ante oculos.*] *Hercules* Romæ ædem habuit, foro boario proximam, ubi ejus statuam sacravit *Evan-*
der, quæ triumphalis dicebatur, & per triumphos vestiebatur habitu triumphali. Hujus templum, ut *Solin.* docet, nec canes, nec muscæ ingrediebantur. Fuit & Romæ ad portam trigeminam juxta *Tyberim* ædes *Herculis*. Fuit quoque ad circum *Flaminium* ædes *Herculi* cum *Musis* communis, inde dictus *Musægetes*. Fuit etiam *Hercules* apud circum maximum in æde *Pompeii Magni*, opus *Myronis*: cujus meminit *Ovid.* in *Fastis*.

169. *Non jam segmenta requira.*] *Nec* nunc *Regius* & decem alii. *Jureti* ex-

cerpta nec enim. alii aliter. *Comelinianus* alique novem cum prima editione nec *vos*. quo sex alii cum *Neapolitano* alludunt, non *vos*. sed præstat alterum quod & *Zinzedlingo* placebat, *rubes* etiam *Regius* sequenti versu & unus *Vaticanus* cum prima editione. *Heinsius.* *Segmenta.*] Vestes aureas, vel potius segmentatas. hinc *segmentarii*. Sunt etiam segmenta fasciolarum quædam, quæ extremam partem vestis ambiunt, à crebris sectionibus appellata. *Juvenalis.* *Segmenta & longas habuit monilia sumant.*

172. *Suos census.*] Quicquid possident. *Census corpore ferre suas.*] *Suos* tres libri. *Heins.*

173. *Aëris eam color.*] *Cæsius* appellatur, à cœli colore: cum quidam *hæcisthinum* appellaret.

175. *Qui quondam Phryxon & Helen.*] Referendum ad aureum arietis *Phryxi* colorem: Tibi enim, inquit, similis, qui *Phryxum* & *Hellen* eripuisti ex insidiis novercæ. *Phryxus* *Athamantis* regis *Thebarum* ex *Nephele* filius. *Novercæ* insidias declinans, una cum sorore *Helle* à *Gærcia* aufugit: quibus transfretantibus juxta quoddam deorum oraculum ex *Europa* in *Asiam* super aureo ariete, ajunt virginem in mare delapsam, dedisse *Helle*sponto nomen: *Phryxum*

Diceris Inôis eripuisse dolis.

Hic undas imitatus, habet quoque nomen abundis:

Crediderim Nymphas hac ego veste tegi.

Ille crocum simulat: croceo velatur amictu

Roscida luciferos cum Dea jungit equos. 180

Hic Paphias myrtos: hic purpureas amethyftos,

Albentesve rosas, Threiciamve gruem.

Nec glandes, Amarylli, tuæ, nec amygdala defunt:

Et sua velleribus nomina cera dedit.

Quot nova terra parit flores, cum vere tepenti 185

Vitis agit gemmas; pigraque cedit hyems:

Lana tot, aut plures succos bibit. elige certos.

Nam non conveniens omnibus omnis erit.

Pulla decent niveas: Briseïda pulla decebant.

Cum

Phryxum à Ponto proficiscentem, delatum in Colchida: qui quum secundum oraculum arietem sacrificasset, pellem in templo Martis suspendit, auctor Diodorus.

176. *Dolis Inois.*] Insidiis noverce Inus, quare conati sunt aufugere.

177. *Hic undas imitatur.*] Rectius imitatus in uno Vaticano & Politiani excerptis. *Heinf.* *Hic undas imitatur.*] Glaucom, hoc est, viridem colorem designat, quem Hyalum quoque appellamus.

181. *Paphias myrtos.*] Veneri dicatas. Unde Romæ ara vetus fuit Veneris Myrtez, quam *Martiam* vocabant. *Amethyftos.*] Amethyftinus color est violaceus, ab Amethyfto gemma appellatus. *Purpureos amethyftos.*] *Purpureas* Regius & Sarravianus cum duobus aliis, probe dixi ad Claudianum pluribus. Priscianus Periegesi,

Purpureæque amethyftus inest suffusa rubore. *Heinf.*

182. *Threiciamve gruem.*] Quam Maro *Strimonia* appellavit. Est enim *Strimonia* Macedoniæ terminus, qui eam à Thracia dividit, ad quam æstatis tempore multæ advolant grues.

183. *Nec glandes Amarylli tuæ.*] Alludit ad illud Maronis carmen: *Castæ*

neque nuces, mea quas Amaryllis amabat. Colorem autem eum designat, quem in castaneis videmus. *Mart.*

184. *Et sua velleribus nomina, &c.*] Qui color cerinus dicitur, à quo *Cerinarii*, qui cerina, id est, cereæ coloris vestes tingunt, sive inficiunt.

186. *Pigraque fugit hyems.*] *Cedis* scripti multi & prima editio. *Hainsius.*

187. *Plures succos.*] Plures colores. *Elige certos.*] Elige decentes colores.

188. *Omnibus unus erit.*] *Omnis erit* meliores cum primâ editione. arguè. Scribonius Largus præfatione, ubi de Compositionibus, *Quædam quibusdam magis, & non omnes omnibus conveniunt.* Propertius lib. III. Eleg. VIII.

Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta.

Maximinianus Elegia prima,

Diversos diversa juvant. non omnibus apta

Omnia conveniunt. res prius apta necesse.

Calvus in fragmentis Oratorum, neque ambitus magis quam omnium legum omnia iudicia interierunt. *Heinf.*

189. *Pulla decet niveas.*] *Decent & decebant* libri veteres cum primâ editione. *Idem.*

190. *Cum*

Parvaeque sinceræ velat aluta genas.
 Nec pudor est oculos tenui signare favillâ;
 Vel prope te nato, lucide Cydne, croco.
 Est mihi, quo dixi vestræ medicamina formæ, 205
 Parvus, sed curâ grande libellus opus.
 Hinc quoque præsidium læsæ petitote figuræ:
 Non est pro vestris ars mea rebus iners.
 Non tamen expositas mensâ deprendat amator
 Pyxidas. ars faciem dissimulata juvet. 210
 Quem non offendat toto fæx illita vultu,
 Cum fluit in tepidos pondere lapsa sinus?
 Oesypa quid redolent, quamvis mittantur Athenis,
 Demptus

202. *Parva aluta.*] Parvum tectorium, quasi quædam pellis. Est enim *aluta*, mollior pellis.

203. *Nec pudor est, oculos.*] Cinere & croco utebantur mulieres ad venustandos oculos. Utebantur etiam stibio.

204. *Lucide Cydne croco.*] Cydne fluvius est Ciliciz, quem à Tauro ortum habere scribit Strabo. In Cilicia autem optimum crocum nascebatur, quo in venustandis oculis utebantur.

205. *Est mihi, quo dixi.*] Libellum Ovidius composuit de medicamine faciei, quem desideramus: nam eum qui extat, non Ovidii esse, quidam arbitrantur.

207. *Læsa petitote puella.*] *Læsa* figura prima editio & quatuor scripti. probe. alibi.

Nunc mentis vitio læsa figura tua est. Heinzius.

209. *Non tamen expositas.*] Cornelianus, & *positas*. forte ut *positas*. vide de eo loquendi modo quæ noto ad Epist. v. v. 83. *posita pyxides*, ut *posita venena* Remed. v. 351. Idem.

210. *Dissimulata juvet.*] *Juvas* scripti cum primâ editione. Idem.

213. *Oesypa quid redolent, quamvis mittantur Athenis.*] Magnus Scaliger reponerebat,

Oesypa quid redolent, quamvis mittantur abeni.

Oesypa certe in Regio & uno Vaticano. Remed. Amor.

Pyxidas inermes, & verum mille colere,

Et fluere in tepidos asypa lapsa sinus. Οἶσυναι nai Οἶσυναι καὶ Οἶσυναι, ὁ τῆς αἰγῆς ποταμός. sordes ovium, vel sordes ovillæ lanæ adhaerentes, aut lana succida & sordida prope nates ovium, vel etiam pinguedo quæ exprimitur ex hisce sordibus. Οἶσυναιον, ἵππον ποταμὸν ἀποβάτων. ita Hesychius. Οἶσυνον autem neutro genere quoties dicitur, subintellige medicamentum. Οἶσυνον φαρμακον. sic Græci medici sæpe: quomodo hic apud Nasonem. erat autem foetidi odoris Oesypum. hinc οἶσυνος & οἶσυνάδης, qui redolet oesypum. Cæterum frustra est vir maximus qui promittantur Athenis, mittantur abeni reponit. Plinius l. xxviii. c. ii. Quia ipsa sordes pecudum, sudorque fæminarum & alarum, adhaerentes lanis (Oesypum vocant) innumeros prope usus habent. In Atticis ovibus gemitu palma, ut jam liqueat, Athenis cur mitti dixerit Ovidius. Galenus quoque lib. xiiii. Meth. laudat τὸ Ἀττικὸν οἶσυνον. et si perperam apud illum οἶσυνον legatur, frequenter errore. Pergit Plinius. Fit pluribus modis. sed probatissimum lana ab his partibus recentis concepta, aut quibuscumque

Demtus ab immundo vellere succus ovis?
 Nec coram mistas cervæ sumfisse medullas, 215
 Nec coram dentes defricuisse probem.
 Ista dabunt faciem; sed erunt deformia visu.
 Multaque, dum fiunt turpia, facta placent.
 Quæ nunc nomen habent operosi signa Myronis,
 Pondus iners quondam duraque massa fuit. 220
 Anulus ut fiat, primo colliditur aurum:
 Quas geritis vestes, sordida lana fuit.
 Cum fieret, lapis asper erat; nunc nobile signum
 Nuda Venus madidas exprimit imbre comas.

Tu

que sordibus succidis primum collectis ac lento igni in aeneo vase subversis, & refrigeratis, pinguique, quod supernat, collecto in fictili vase, iterumque decocta priori materia, qua pinguedine utraque frigida aqua lavatur, & in linteis succatur, ac sole terretur, donec candida fiat ac translucida. Tum in flammea pyxide conditur. Probato autem, ne sordidum virus oleum, & manus fricantis ex aqua non liquetur, sed albescat ut cerusa. Quæ omnia fere ad verbum hausit ex Dioscoride lib. 11. cap. lxxxiv. ut & suam oesipi compositionem Aëtius lib. 11. Tetrabibli cap. cxx. Idem.

214. Immonda vellere succus ovis.] Immondo scripti cum primâ editione. bene. mittatur etiam non mittantur versu præcedenti codex Regius. Idem.

216. Dentes defricuisse probem.] Defricuisse iudem etiam probe. sic apud Catullum, dens liberâ defricatus urinâ. & eidem Dentem atque russam defricare gingivam. & apud Horatium, quod sale multo Urbem defricuit Lucilius, cæterum huc alludit auctor epigrammatis in Catelectis Petronianis, venusti sane sed valde depravati. Adscribam illud, quomodo emendandum censeo,

Semper munditias, semper, Basilissa,
 decores,

Semper composuisti arte recente comas,
 Et comptos semper ciliis, argenteaque
 semper,

Omnia sollicitâ comæ videre manu,
 Non amo. neglectum mihi se quæ comit,
 amica,

Es decor ornata simplicitate places.
 Vincula nec curas capitis discussa soluti,
 Nec coram faciem me lavet illa suam.
 Fingere se semper, non est confidere
 amoris.

Quid quod sæpe decor, cum prohibetur,
 adest?

versu sexto & octavo vestigiis Vossiani codicis institiimus, in quo Sedes ornato & coram faciem mei habet illa suam. In vulgatis libris omnia inquinatissima sunt. Idem.

217. Ista dabunt faciem.] Curam Regius & quinque alii. Puto formam. supra,

Admota formam dantque negantque
 manus. Idem.

219. Signa Myronis.] Myrones duos fuisse Plinius scribit, alterum Lycium, Polylecti discipulum, qui floruit Olympiade 87. alterum vero Eleutheris natum, Ageleidis discipulum.

220. Pondus iners.] Es sine forma.

224. Nuda Venus.] Potes intelligere de Venere Praxitelica, nuda illa, Gnidiæ antecedente, & quemcumque alium locum nobilitatura: quæ fuit in templo Bruti Callaici, apud Cæcurn Flamineum, cuius meminit Plin. Exprimit imbre comas.] Tanquam exiatis à mari, ex quo nata ferunt talem enim eam

Tu quoque dum coleris, nos te dormire putemus; 225

Aptius à summâ conspiciare manu.

Cur mihi nota tuo causa est candoris in ore?

Claude forem thalami, quid rude produs opus?

Multa viros nescire decet. pars maxima rerum

Offendat, si non interiora tegas. 230

Aurea quæ pendent ornato signa theatro;

Inspice, quam tenuis bractea ligna tegat.

Sed neque ad illa licet populo, nisi facta, venire:

Nec nisi submotis forma paranda viris.

At non pectendos coram præbere capillos, 235

Ut jaceant fusi per tua terga, vetem.

lib

eam fecerat, qualem etiam Apelles pinxerat. Videtur ad Venerem alludere, quam *ἀνὰ θυμὸν* Græci vocant.

226. *Aptius à summa.*] Aptius, inquit, aspiciere ab amante, quum extremam manum imposueris tuo cultui. *Conspectiare.*] *Conspectiare* Sarravianus & unus Patavinus. *Heinsius.*

227. *Cur mihi nota tui.*] *Tuo in ore* recitatus tres scripti. *Idem.*

228. *Claude fores thalami, quæ rude cogit opus.*] *Forem* prima editio cum scriptis potioribus. sic passim noster. Puro & *Obde forem.* de quo lib. 11. §f. 636. deinde Regius, *quid rude cogit.* & prima editio, & Sarravianus, *quid rude produs opus?* recte. quatuor alii, *quæ produs.* unus *quod produs.* Forte *quod produs?* de prodendi verbo hac significatione dictum Est. §f. 508. *Idem.*

230. *Offendat.*] *Offendat* Regius & quinque alii. prima editio *Offendet* cum tribus scriptis. *Idem.*

231. *Aurea signa.*] Quæ inter columnas locabantur. unde in M. Scauri theatro legimus signa ætea inter columnas fuisse numero tria millia.

232. *Quam tenuis bractea ligna tegat.*] *Tegat* jam præcessit superiori pentametro. *ligat* Farnesianus. *Scribo linat.* ut alludatur ad derivationem vocis. *bractea* enim seu *βραχία* ἀπὸ τῆς βραχίον deducitur, à linendo. Hinc Marialis quoque,

lib. 12. Ep. 1711.

Et linit Hesperium bractea viva pecus.
bracteam, spiritum idem vocat lib. VII. Ep. XXXIII.

Hoc linitur spūto Jani Caryota calendis.
Idem lib. 1.

Nec quæ Callæico linnuntur auro.
sic & *illita porticus auro* apud Calpurnium Eclog. VII. & *aureum vestibus illitum* Horatio Od. IX. lib. IV. & *vestes auro illita* apud Senecam Hippolyto Act. II. noster Met. XI.

Neve male optato maneat circumlitum auro.

noster *Medicamine Faciei,*

Culta placent: auro sublimia testa linuntur.

hinc *bractearii, πταλουργοί.* & *bractearotes, πταλοποιοί.* Eleganter Arnobius *bractearis fucari.* lib. IV. *Antiochum Cyzicenum* fecerunt quindecim cubitorum *Jovem ex delubro aureum sustulisse, & ex ære bractearis sublimissime fucatum.* ita & *aërius bractearia fucus* Aufonio Epist. IV. ad Symmachum. *auro inbracteari* apud Ammianum lib. XIV. & *inbractearum auro* lib. XVII. sic & *linere cedro.* vide *Notas* ad lib. I. Trist. El. V. §f. 7. ubi pro *ligetur* similiter *linatur* reponimus. *Heins.* *Tenuis bractea.*] *Tenuis lamina.*

236. *Ut jaceant fusi per tua colla veto.*] *Terga scripti* fere omnes cum prima editione. *Lege sua terga.* sic infra,

Ss

Speiser

Illo præcipue, ne sis morosa, caveto

Tempore: nec lapsas sæpe resolve comas.

Tuta sit ornatix. odi, quæ fauciat ora

Unguibus & raptâ brachia fugit acu.

240

Devovet, & dominæ tangit caput illa: simulque

Plorat ad invisas sanguinolenta comas.

Quæ male crinita est, custodem in limine ponat;

Orneturve Bonæ semper in æde Deæ.

Dictus eram cuidam subito venisse puellæ;

245

Turbida perverfas induit illa comas.

Hostibus eveniat tam foedi causa pudoris;

Inque nurus Parthas dedecus illud eat.

Turpe pecus mutilum: turpe est sine gramine campus;

Et sine fronde frutex; & sine crine caput.

250

Non mihi venistis, Semele, Ledeve, docendæ;

Per-

Speſſentur tergo, quis ſua terga pla-
cent.

multus in hac locutione Ovidius. ut jam alibi copiose est dictum. mox infra,

Arida nec vinculis crura resolve ſuis.

ita & illic libri veteres. *vetem* etiam recte unus ex meis. *Heinf.*

237. *Morosa.*] Difficilis, querula.

238. *Nec lapsas sæpe resolve comas.*] *Laxas* prima editio & quinque scripti. tres *laxas*, totidem *nexas*. Puto pro *pexas*. Propertius tamen lib. 1. El. 1111.

Et modo gaudebam lapsos formare capillos.

laxas etiam placet. supra,

Huic decet inflatos laxè jacuisse capillos.

quibus *adstrictos* ibidem opponit, *Ille sit adstrictis impedienda comis.* B. Hieronymus adversus Rufinum, *Habent acus mulieres, quibus ornatorum crinium compago retinetur, ne laxius fluant.* Petronius.

Serta placent, fractique enervi corpore gressus,

Et laxi crines, & tot nova nomina vestis. Heinfius.

239. *Tuta sit ornatix.*] Ne eam pul-

ses. 242. *Plorat ad invisas.*] Et *invisas* scripti plerique cum prima editione. sed

perperam. superiori versu puto scribendum. *Devovet*, ut tangit. Heinfius.

244. *In ade.*] In loco minime viris pervio. *Bona dea.*] Ad quam viris non erat accessus. Propert. *Sacra bona maribus non adevonda dea.*

246. *Perverfas comas.*] Capillos confusos & disturbatos.

247. *Tam foedi pudoris.*] Ut deprehendatur puella, dum ornat caput.

248. *In nurus Parthas.*] In uxores Parthorum, hostes Romani nominis.

249. *Turpe pecus mutilum: turpis sine gramine campus.*] *Turpe est primus Patavinus.* recte. sic infra,

Turpe jacens mulier multo madescente Lyao.

Amor. 1. Eleg. 1x.

Turpe senex miles, turpe senilis amor. supra,

Turpe vir & mulier juncti modo protinus hostes.

pecus mutilum pro depilato ponit. sic Nemesianus in Cunegetico de Sileno,

Applauditque manu mutilum caput.

Sileni enim calvi. Heinf. *Pecus mutilum.*] Sine cornibus.

251. *Non mihi venistis Semele, Ledeque docenda.*] Non hæc scribuntur pulcherri-

Perque fretum falso, Sidoni, vecta bove:
 Aut Hælenæ, quam non stulte, Menelæe, reposcis,
 Tu quoque non stultè, Troie raptor, habes.
 Turba docenda venit pulchræ turpesque puellæ: 255
 Pluraque sunt semper deteriora bonis.
 Formosæ minus artis opem præceptaque curant:
 Est illis sua dos, forma sine arte potens.
 Cum mare compositum est, securus navita cessat,
 Cum tumet, auxiliis affidet ille suis. 260
 Rara tamen mendo facies caret. occule mendas:
 Quamque potes, vitium corporis abde tui.
 Si brevis es, sedeas, ne stans videre federe:
 Inque tuo jaceas quantulacunque toro.
 Hic quoque, ne possit fieri mensura cubantis, 265
 Injectâ lateant fac tibi veste pedes.
 Quæ nimium gracilis, pleno velamina filo

Su-

cherimis, ut fuit Semele, Cadmi The-
 barum regis filia, aut Leda, Hælenæ ma-
 ter.

252. *Sidoni vecta bove.*] *Sidonis* Euro-
 pa dicitur, à Sidone urbe: quam à Phœ-
 nicibus conditam, à piscium ubertate,
 quos *sidones* vocant, appellatam scribit
 Justinus.

254. *Troie raptor.*] *Troie* Johannis
 Schefferi codex viri doctissimi. Dixi No-
 tis ad Epist. 1. *Heins.* *Troie raptor.*] Pa-
 ris Trojanæ.

256. *Pulchræque sunt semper deteriora
 bonis.*] Scripti plerique *Pluraque*. quod
 verum est. In Jureti excerptis *Plurima*.
 Heinsius.

257. *Præceptaque curant.*] Curant Ju-
 reti excerpta, Sarravianus, & duo alii
 cum primâ editione. *Amor. lib. 11. El.*
 XIX. ex veteribus libris,

*Quo mihi fortunam, qua nequaquam sal-
 lere cures.* Idem.

259. *Cessat.*] Ab arte sua, & navigan-
 di peritia: sic formosa mulier præceptis
 nostris minus utitur.

261. *Rara tamen munda facies caret.*]

Mundo Regius. bene. quomodo & Re-
 med. *Amor.*

*Tunc oculis signa quodcumque in corpore
 mendam est.*

& sic infra scribendum puto, *carum cui
 pectora mendo.* ut concursus dum a vire-
 tur, quem & hic vitavit. Nam alibi fœ-
 minino genere effert noster. *Heinsius.*

262. *Quamque potes.*] *Quamque* Corne-
 linianus, excerpta Politiani, & Jureti,
 & quatuordecim alii sic Remed.

*Quam potes, in pejus datus desoleto puella,
 supra lib. 1.*

*Junge tuum latiori, quam potes, usque
 latius.*

&,

*Nere aliquis verbis adiosus offertur auribus,
 Quam potes, ambiguis callidis abdo
 notis.*

Idem.

263. *Hic quoque.*] *Mallum* sic quoque.
 Idem.

267. *Qua nimis est gracilis.*] *Nimium*
gracilis ex scriptis ac primâ editione repo-
 natur. ut & tangat viris pro tingat sequenti
 versu, infra hoc libro,

30 a

Tua

Inflatum circa fascia pectus eat.

Exiguo signet gestu quodcunque loquetur ; 275

Cui digiti pingues, & scaber unguis erunt.

Cui gravis oris odor, nunquam jejuna loquatur ;

Et semper spatio distet ab ore viri.

Si niger, aut ingens, aut non erit ordine natus

Dens tibi : ridendo maxima damna feres. 280

Quis credat ? discunt etiam ridere puellæ :

Quæritur atque illis hac quoque parte decor.

Sint modici rictus, sint parvæ utrimque lacunæ ;

Et summos dentes ima labella tegant.

Nec sua perpetuo contendat ilia risu : 285

Sed leve nescio quid foemineumque sonent.

Est, quæ perverso distorqueat ora cachinno :

Cum risu læta est altera, flere putes.

Illa sonat raucum, quiddamque inamabile stridet ;

Ut rudis ad scabram turpis asella molam. 290

Quo non ars penetrat ? discunt lacrymare decenter :

Quo-

274. *Angustum circum fascia pectus eat.*] Regius alter *Inflatum pectus*, quod verum est. *Remedii Amoris*,

Durius incedit ? fac ambulet, omne papille

Pectus habent ? vitium fascia nullat-

gat.

Hanc decet inflatos laxè jaciisse capillos.

Intelligit autem *Strophium*, quod *luctantes papillas vincibat*, ut cum Catullo loquar.

Nonius certe *Strophium* vocat *fasciam brevem*, quæ *virginalem papillarum tumorem cohibet*. Martial. Apoph. cxxxiv.

Fascia crescentes domina compefco papillas.

Idem.

275. *Exiguo signet gestu, quodcunque loquatur.*] *Loquetur* Regius. unus Vaticanus *signes* & *loqueris*. duo alii *signi*. Junianus *signat*. Scribe,

Exiguo signa gestu quodcunque loqueris.

Idem.

276. *Et scaber unguis erit.*] *Erunt recte*

Bartholi Bartholini clarissimi & humanissimi viri. *Idem.*

283. *Sint parvæ utrimque lacunæ.*] *Parvæque scripti plerique cum prima editione, nisi quod Regius, parvæque. Forte pariles & utrimque lacunæ.* nam *Tò que geminatum offendit aures durior sono, ea vox Ovidio in deliciis*, ut dicemus Met. vii. v. 638. *Idem.*

286. *Fœmineumque sonent.*] *Sonet iidem libri. quod si sequamur, contenderis etiam superiori versu erit scribendum, vel contendas ut.* *Idem.*

287. *Perverso cachinno.*] *Turpi risu.*

288. *Cum risu læta est altera.*] *Risu usa est vel læta.* Regius. *usa* etiam duo alii. unus *lusa*. duo alii, *risuque usa est*. Puto, *Cum risu effusa est*. vel, quod malim, *In risum effusa est altera.* Heinsius.

289. *Quiddam atque inamabile ridet.*] *Tres libri cum Jureti excerptis, quiddamque inamabile.* Scribe, *quiddamque inamabile stridet.* *Idem.*

290. *Ut rudis à scabrâ turpis asella mola.*]

Quoque volunt plorant tempore, quoque modo.
Quid, cum legitimâ fraudatur littera voce,

Blæsaque fit jussio lingua coacta sono?

In vitio decor est, quædam malè reddere verba. 295

Discunt posse minus, quam potuere, loqui.

Omnibus his, quoniam profunt, impendite curam.

Discite scæmineo corpora ferre gradu.

Est & in incessu pars non temnenda decoris.

Allicit ignotos ille fugatque viros. 300

Hæc movet arte latus, tunicisque fluentibus auras

Excipit; extensos fertque superba pedes.

Illâ, velut conjux Umbri rubicunda mariti,

Ambulat; ingentes varica fertque gradus,

Sed

mola.] *Ad scabram molam scripti multi.*
probe. Idem.

294. *Lingua coacta sono.*] *Unus meus*
subdola lingua, sic supra l. 1.

Factitubet blæso subdola lingua sono.

Idem,

295. *Quædam male reddere verba.*] *Male*
verba recidere quædam unus Patavi-
nus & Argentinensis. in Arondeliano
pro diversa lectione, quædam rescindere.
Idem.

296. *Discunt posse minus.*] *Discunt blæ-*
sa verba pronunciare, quod negavit illis
natura.

297. *Omnibus his, quando profunt.*] *Scripti*
cum primâ editione, quoniam,
etsi alterum quoque non inelegans. Ju-
pianus, magnam prodest impendere curam.
magnam (prodest) impendite curam prior
Mentelianus, quæ lectio arridet præ re-
liquis. Heinſius.

298. *Scæmineo corpora ferre gradu.*] *Re-*
di ad Amor. 2. vſ. 23. El. 4. Sic Eurip.
Med. vers. 1164. — ἀσπὸν βαίνοντα
παλλεύκῳ ποδί, Cui Poëta opponit de-
inde v. 337. Durius incedit.

300. *Allicit ignotos illa.*] *Legendum*
ille. de incessu agit. deinde Alligat pri-
ma editio, eum multis scriptis, quos in-
ter & Regius. fortasse scetius, Terentius
Adelphis Act. v. Sc. 111,

— *D. istam psaltriam*

Una illuc mecum hinc abstraham. M. pu-
gnaveris.

Eopactos prorsum illi alligaris filium.

apposite Propertius de Cynthia libro 1.
El. v.

Illâ feras animis alligat una viros,
Heinſius.

301. *Hæc movet arte latus.*] *Alia in in-*
cessu movet se mollius quam par sit.

302. *Excipit.*] *Accipit scripti cum pri-*
mâ editione. Heinſ. Extensos pedes.] *Qua-*
si digitis pedum insistat.

303. *Illâ velut conjux.*] *Alia velo-*
cius incedit, ut videatur rustica, aut va-
ricosa. Conjux rubicunda.] *Fortis uxor,*
nec mollis. Umbri mariti.] *Umbri po-*
puli Italiæ fortissimi fuere, quos ipso-
rum scæminæ in incessu imitabantur.
Umbri conjux rubicunda mariti.] *Catonis*
untis Patavinus. Puto, coloni. ut apud
Statium libro v. Sylvar. Pietate Abascan-
tii,

— *velut Appula conjux Agricola*
parci.

sequentem versus Quintiliani illa de
gestu pedum illustant lib. 11. cap. 111,
Varicare supra modum & in stando deform-
me est, & accedente matu prope obscannum.
Heinſius.

304. *Ingentes gradus.*] *Ampliores*
gressus.

Sed fit, ut in multis, modus hic quoque, rusticus alter
Motus; in incessu mollior alter erit.

Pars humeri tamen ima tui, pars summa lacerti
Nuda fit, à lævâ conspicienda manu.

Hoc vos præcipuè, niveæ, decet. hoc ubi vidi,
Oscula ferre humero, qua patet, usque libet. 310
Monstra maris Sirenes erant: quæ voce canorâ

Quam-

gressus. *Varica.*] Quasi varica. *Vari*, seu *varici* dicuntur, qui obtortis intorsum cruribus distortè ambulant. *Mer.* Sed *Varica* non hoc loco accipitur de pedum vicio; sed varicam ingentes gradus ferre dicit, quæ grandis incedit, & ingentes passus metitur; quod fieri non potest, nisi multum apertis & varicatis cruribus. *Salmas.* *Ingentes varica ferque gradus.*] Magnis it passibus. — *Magna Megareia præcipi* — *Arvus rapit passim.* Stat. Thebaid. 10. Qualem solent concitati homines ferre gradum: unde ex incessu quoque notatur animus: quod poëta hoc loco videtur innuere. Sic Senec. in Hæc. fur. de Lyco. v. 329.

*Sed, ecce, savus, ac minas vultu gerens,
Es qualis animo est, talis incessu venit,
Altera dextra sciptra concutiens manu.*

Μακρὰ βέλουςθεν. Iliad. v. v. 809. De Apce commoto. Quò respexit Lucian. in Dialog. "*Αίας υπὲρ μεγάλᾳ βαιῶνι.*" Feroci ingenio torrens, praevalidique gradu. Pacuv. Plaut. Aulular. 1. 1. v. 10. Testudineum istum tibi ego grandibò gradum. Spilfigradus. Pœnol. 3. 1. v. 3.

305. *Sed fit, ut in multis, modus hic quoque.*] Ita libri omnes. Censeo scribendum nihilominus,

Sed fit, ut in cultu, modus hic quoque.
De cultu enim foeminarum egit paulo ante. *Heins.*

307. *Pars humeri tamen ima tui.*] Hic locus in mentem mihi revocat alterum Propertianum in fabula Hylæ lepidissima, sed pessime à librariis habita, quæ ingenia nostri temporis critica non minus exercuit, quam Hylas ipse antiquos olim poëtas. locus est libro 1. El. xx.

*Tandem haurire parat demissa summa
palmis*

Inimicus dextro plena trahens humero.

quo loco scribendum,

Nixus, & exserto plena trahens humero.
sequens versus conjecturam confirmat, qui ad extertum humerum referendus,

*Cujus ut accensa Dryadas candore puella.
Exerere humerum elegans & Latinum.* de quo nos pluribus aliquando ad ipsum Propertium. *Idem.*

311. *Monstra maris Sirenes erant.*] Puellas admonet, ut cantare discant. Sirenes autem fuerunt Achelai, & Musæ Calliopes, vel (ut alii malunt) Terpsichores filiz, numero tres, Parthenope, Leucosia, & Ligia: quantum una voce, alia cithara, tertia tibiis utebatur. Has ajunt cantus dulcedine naves detinere solitas, & sopitos homines mergere. Quare cum Ulysses ante eorum littora navigaret, sociorum aures cetera obturavit, & illatus evasit. Eisdem scribit Euseb. meretrices fuisse, solitas navigantes decipere. *Sirenes.*] Apollon. in Argon. lib. 1v. v. 891. illarum sedem in insulis ponit

— αἴψα δὲ νῦσον Καλὴν, ἀνθ' ἡμῶσσαν ἰσιδρακον, ἐνθα λίγαιαι Σειρήνες εἰσιοντ' Ἀχαιῶδες ἰδιότροι Θάλασσαι μολεῖντιν ὅτις παρὰ πῦθ' μα βάλοιο.

Virgil. 5. Æneid. non longe à fine, in scopulis & saxis maris locat: ubi consulè Servium:

*Tamque adeo scopulis Sireas advecta
subibat,*

*Difficiles quondam, multorumque offi-
bus albes:*

Quod ex Homer. Odyss. μ. v. 44.

S 4

Ἀλλὰ

Quamlibet admissas detinere rates.
 His sua Sisyphides auditis pæne resolvit
 Corpora. nam sociis illita cera fuit.
 Res est blanda canor: discant cantare puellæ. 315
 Pro facië multis vox sua lena fuit.
 Et modo marmoreis referant audita theatris;
 Et modo Niliacis carmina lusa modis.
 Nec plectrum dextrâ, citharam tenuisse sinistrâ
 Nesciat arbitrio foemina docta meo. 320
 Saxa ferasque lyrâ movit Rhodopeius Orpheus,
 Tartareosque lacus, tergeminumque canem.
 Saxa tuo cantu, vindex iustissime matris,
 Fecerunt muros officiosa novos.
 Quamvis mutus erat, voci favisse putatur 325
 Piscis, Arionis fabula nota lyræ.
 Disce etiam duplici genialia naulia palmâ

Ver-

Ἄλλὰ τί Σισυφίδης ἀγυρῆς διέλυσεν
 αἰσῶν;

Ἡμεῖς δὲ λαμβάνει. πολλὰς δ' αἰμὴν
 ἀνέσφιν δις

Ἀνδρῶν προνομίαν, περὶ δὲ ῥητοὶ με-
 νούστων.

Cantum illarum, quo invitabant præter-
 euntem Ulyssem, videbis in Homer. d.
 I. vers. 184. Quos versiculos Cicero La-
 tine reddidit s. de finib.

O decus Argolicum quin puppim flellis,
 Ulysses, &c. quæ seqq.

312. *Quamlibet admissas detinere rates.*]
 Scribe cum Regio *Quamlibet*. sic in Trist.
 lib. 1. El. IX.

Quamlibet excessus occupat ante rates.
 Vide Notas ad Epist. VI. v. 140. eandem
 vocem hoc ipso libro mox semel ite-
 rumque restituentis. Heinss.

313. *Sisyphides.*] Ulysses Sisyphi filius,
 qui Autolycam, Laërta desponsatam vio-
 lavit, ex eaque Ulyssem peperit. *Pæne resolu-
 vit corpora.*] Erat enim malo navis alligatus.

314. *Illita cera.*] Circes consilio, ne
 cantus suavitare decore periret.

318. *Motis Niliacis.*] Canticis Egy-

ptiis. Cantionæ namque Egyptiæ &
 Gaditanæ ob lasciviam maxime place-
 bant. *Martiali Cantica quæ Nili, quæ Ga-
 ditana suspirant.*

321. *Rhodopeius Orpheus.*] Thracicus.
 Fuit enim Thrax genere, ut Diodor. scri-
 bit, filius Oeagri & Calliopes.

323. *Saxa tuo cantu.*] Jupiter in Saryrî
 formam Antiopem Nistæi filiam, corn-
 pressit: quæ iram paternam verita, ad E-
 popeum, regem Sicyonium se contulit: ubi
 Zethum & Amphionem peperit, quos
 pastor educavit. Nistæo deinde mortuo
 ob dolorem amissæ filiz, ejus frater Ly-
 cus, ducto exercitu, Epopeum occidit,
 Antiopenque abduxit. quam Dircæ uxo-
 ri custodiendam tradidit. Ea quum fu-
 gisset, filios ad ulciscendam Dircen im-
 pulsit. Hi eam revinctam taurorum syl-
 vestrum caudis, inaniunt ad eum lo-
 cum, qui fontis Dircei ab ea nomen ac-
 cepit. unde Ovidius, Amphionis matris
 vindicem appellavit.

324. *Fecerunt muros.*] Thebanos enim
 muros Iyra struxisse dicitur Amphion.

327. *Genialia naulia palmas vertere.*]

Ver-

Verrere: conveniunt dulcibus illa jocis.

Sit tibi Callimachi, sit Coi nota poetæ,

Sit quoque vinosi Teia Musa fenis.

330

Nota sit & Sappho: quid enim lascivius illa?

Cuive pater vafri luditur arte Getæ.

Et teneri possis carmen legisse Propertî:

Sive aliquid Galli, sive, Tibulle, tuum.

Dictaque Varroni fulvis insignia villis

335

Vellera germanæ, Phryxe, querenda tuæ.

Et profugum Ænean, altæ primordia Romæ;

Quo nullum Latio clarius extat opus.

Forfitan & nostrum nomen miscebitur istis;

Nec mea Lethæis scripta dabuntur aquis.

340

Atque aliquis dicet, Nostri lege culta magistri

Carmina, quis partes instruit ille duas.

Deve

Verrere eleganter Regius. & Arondelianus. quomodo & Scaliger in ora sui codicis conjecerat legendum. in eodem *mobila*. sed *naulua*, *ναυλία*, probum est. quæ *velut* apud Suidam. vide & Pollucem Heins. *Genialia naulua palma Verrere.* Nablium, sive naulium, instrumentum est musicum. Vide Politian. *Miscell.* 14. *Genialia* Delectantia.

329. *Sit tibi Callimachi.* Callimachus progenitorem habuit Battum, qui Cyrenen condidit. Poëta simul, & grammaticæ studiosus, cui primas in Elegia tribuit Quintilianus. *Coi Poëta.* Philetas, Poëta simul, & antiquorum scriptorum censor, ex Co insula.

330. *Teia Musa.* Anacreon, Poëta lyricus auctore Strabone, Teon patriam habuit, quem Plinius scribit acino uvæ passæ strangulatum.

331. *Nota sit & Sappho.* Sappho, Mitylenæ cum Alceo claruit, cui in poëtica nullam feminam comparandam scribit Strabo. scripsit enim elegias, libros lyricos novem: carmen invenit, quod à se *Sapphicum* denominavit: prima etiam plectrum reperit.

332. *Cuive pater vafri.* Terentium

innuit, qui in Phormione Getam inducit, Chremetem & Demiphontem senes fallentem.

334. *Sive aliquid Galli.* Cornelius Gallus, Foro-Julien-sis fuit, Euphori-nem in Latinum transtulit.

335. *Dictaque Varroni.* Eusebius chronographus, Varrones duos fuisse scribit: alter M. Terentius Varro appellatus, philosophus pariter & Poëta, Romanorum omnium (ut Fabius auctor est) eruditissimus, linguæ Latinæ peritissimus, & omnis antiquitatis. Alter fuit P. Terentius Varro Attacinus, ab Attace vico Narbonensis provinciae, ubi natus est. De hoc nunc loquitur Ovidius.

336. *Tue germana.* Quæ ex ariete aureo decidit, cuius vellus postea in templo Martis in Colchide fixum Argonautæ abstulerunt.

342. *Dnas partes.* Viros & foeminas.

343. *Deque tribus libris.* Deve scripti cum primâ editione. Regius *Deve cerem libris titulos quo signat amorum*. quod monstrum lectionis non capio. tamen & in uno Palatino, *De veterum libris*. An Deve trium? sequenti versu quod legas bene libri iidem. Heinsius.

Ss 5.

347. Ita

Deve tribus libris, titulus quos signat Amorum,

Elige, quod docili molliter ore legas.

Vel tibi compositâ cantetur Epistola voce;

345

Ignotum hoc aliis ille novavit opus.

Oita, Phœbe, velis; ita vos, pia numina vatum,

Insignis cornu Bacche, novemque Deæ!

Quis dubitet, quin scire velim saltare puellam;

Ut moveat posito brachia iussa mero?

350

Artifices lateris scenæ spectacula amantur:

Tantum mobilitas illa decoris habet.

Parva monere pudet: talorum ducere jactus

Ut sciat, & vires, tessera missa, tuas.

Et modo tres jactet numeros: modo cogitet, aptè

355

Quam fubeat partem callida, quamque vocet.

Cautaque non stultè latronum praelia ludat:

Unus cum gemino calculus hoste perit.

Bellatorque suâ prensus sine compare bellat;

Æmu-

347. Ita velis.] Ut legatur & cante-
tur meum opus.

351. *Artificis lateris, scena spectacula
amantur.*] Malo amantur. sic Trist. l. ii.

*Qua minus prodest, scema est lucrosa
poëta:*

*Tantaque non parvo crimina Prætor
emit.*

*Insipio ludorum sumtus, Auguste, tuo-
rum:*

Enna tibi magno talia multa leges.

Heinsius. *Artifices lateris.*] Histriones
latera in scena concinne moventes. Ars
autem histrionica adeo olim Romæ cla-
muit, ut Clodius Ætopus, histrio-tragi-
cus ex eo questu patinam sexcentis le-
stertis insignem fecerit, in qua posuit
aves cantu aliquo, aut sermone humano
vocales: & ejus filius Clodius, relictus
ab eo in amplis opibus hæres, uniones
in cena magni pretii devoravit, ut au-
ctor est Plinius.

353. *Talorum dicere jactus.*] Discere
multi ex scriptis. ducere Junianus & pe-
trius Patavinus, recte, sic infra,

*Ducero consuecat multas manus una
figuras.*

Heinsius.

356. *Quam subeat partem.*] Cui sit pe-
riculo subiecta. *Quamque vocet.*] Quot
puncta cupiat ad obtinendam victo-
riam.

357. *Latronum praelia.*] Calculorum
ludum.

358. *Unus cum gemino.*] Cautè loden-
dum est, quum solus latrunculus tuus
cum duobus hostibus pugnam capessit,
& obsidetur.

359. *Bellatorque suo prensus sine com-
pare pugnat.*] *Suâ compare & bellæ* prima
editio cum Regio, Sarravino, & aliis
quibusdam. Plures *beller*. sequenti versu
etiam *recorrit* legendum. Ut hæc omnia
ad latrunculorum lulum referantur. *sui
compare*, uxore. Amor. iii. El. v.

Tu vir, & in vacâ compare latrunculus.
Heinsius. *Bellatorque.*] Quem equitem
regem appellant in calculis. Sunt qui in-
telligi malint equitem. *Sine sui compare.*]
Sine eo latrunculo, quem in eo ludo re-
ginam

Æmulus & coeptum sæpe recurrit iter. 360

Reticuloque pilæ læves fundantur aperto:

Nec, nisi quam tolles, ulla movenda pila est.

Est genus in totidem tenui ratione redactum

Scriptula, quot menses lubricus annus habet.

Parva tabella capit ternos utrimque lapillos; 365

In qua vicisse est, continuasse suos.

Mille faceisse jocos. turpe est nescire puellam

Ludere: ludendo sæpe paratur amor.

Sed minimus labor est, sapienter jactibus uti.

Majus opus, mores composuisse suos. 370

Dum sumus incauti, studioque aperimur in ipso;

Nudaque per lusus pectora nostra patent;

Ira subit deforme malum, lucrique cupido;

Jurgiaque, & rixæ, sollicitusque dolor.

Crimina dicuntur: resonat clamoribus æther: 375

Invocat iratos & sibi quisque Deos.

Nulla fides tabulis, quæ non per vota petuntur:

Et lacrymis vidi sæpe madere genas.

Jupiter à vobis tam turpia crimina pellat,

In quibus est ulli cura placere viro. 380

Hos

ginam nominant. Alii vero equitem collusoris accipiunt.

361. *Reticuloque pila.*] Reticulum appellat alveolum, signatum in retis formam. Pilam vero, quam peditem in calculis dicunt. *Fundantur.*] Spargantur in alveolo, & ducantur semel tantum.

362. *Quam tolles.*] Quam rapias ad-versario.

363. *Est genus, &c.*] Ludum cum designat, qui constat ex duodecim calculis. *Tenui ratione redactum Spicula.*] *Scriptula* Scaliger, & Salmasius ad Historiam Augustam; qui videndus. codices quidam *reductum*. Forte, *tenui statione reductum*. Heinsius.

367. *Mille face esse jocos.*] Faceisse Regius & quatuor alii. Reliqui *fac esse*. Idem.

371. *Tunc sumus incauti.*] Lege, *Dum*

sumus cum primâ editione & quatuor scriptis. & *aperimur in ipso* pro *ab ipso* meliores libri. Idem.

377. *Nulla fides tabulis, quæ non per vota petuntur.*] *Tabula* Regius princeps, & quatuor alii. tertius Regius pro diversa lectione talis. Scribo,

Nulla fides talis, qui non per vota petuntur.

aut, quod malo, *per vota teruntur*. Nihil sibi promittunt nec bene sperant de jactu talorum, cui vota desint. Ita nostri aleatores etiamnum, qui sine votis & jurejurando nihil moliantur in lusu, si *tabula*, cum primo Regio mavis, legendum,

Nulla fides tabula, quæ non per vota petuntur?

sed præstat altera scriptura. Idem.

Hos ignava Jocos tribuit Natura puellis:

Materia ludunt uberiore viri.

Sunt illis celeresque pilæ, jaculumque, trochique,

Armaque, & in gyros ire coactus equus.

Nec vos Campus habet, nec vos gelidissima Virgo; 385

Nec Tusculus placidâ devehit amnis aquâ.

At licet & prodest, Pompejas ire per umbras;

Virginis ætheris cum caput ardet equis.

Visite laurigero sacrata Palatia Phœbo:

Ille Paratonias merfit in alta rates.

390

Quæque soror conjuxque Ducis monumenta pararunt:

Navalique gener cinctus honore caput.

Visite

383. *Sunt illis celeresque pilæ.*] Terræque tertius Regius pro diversa lectio-
ne. quod placet. sic *terres malum* apud
auctorem Panegyrici ad Pisonem. Au-
sonio, *mundi instar habens, terras atque ro-
tundas.* Idem. *Celeresque pilæ.*] Uten-
tur enim pilæ, quam paganicam appella-
bant. *Jaculumque.*] Jaculo etiam exerce-
bantur Romani.

385. *Nec vos campus habet.*] Campi
Martii admirabilis erat magnitudo: sup-
pediebat enim curules pariter cursus, &
alia equestria certamina expedita. *Geli-
dissima virgo.*] Aquam virginem intelli-
git: à virgine, quæ ejus fontem indica-
vit, ita appellata, ut Frontinus docet.

386. *Nec Tusculus placidâ.*] Tusculum
ideo Tyberim nominat, quoniam ab A-
pennino defluens, per Tusculam Romanam
defertur. *Placida devehit amnis aqua.*]
Placida aqua Tyberi non recte datur,
cum sit rapidus. Scribe *placidâ aquâ.* &
adi quæ notamus ad Epistolam XIX.
¶ 1. 208. *Hæuf. Placida aqua.*] Sic Virgil.
Lævi fluit agmine Tiberis.

Et 8. *Æneid.*

— *fluvio Tiberinus ameno.*

387. *Pompejas ire per umbras.*] Por-
tibus Pompeji erat in Campo Martio.

388. *Virginis ætheris.*] Ætatem de-
signat: nam Sol per Cancrum & Leo-
nem transiens, & Virginem, ætatem
efficit, ex sententia Hyginii.

389. *Sacrata palatia.*] Palatinum col-
lem consecratum Apollini, cui templum
in eo Augustum crexisse diximus, cujus
meminit Ovid. in 4. Fast.

390. *Ille Paratonias merfit in alta ra-
tes.*] *Paratonias* optimus Regius & duo
alii. Puto *Paratonidas*, vide notas su-
pra lib. 1. ¶ 172. *Hæuf. Paratonias.*]
Ægyptias. Est enim Paratonium urbs
Ægypti in ora maritima, & portus in-
gens 40. fere stadiorum. Hanc alii *Pa-
ratoniam*, alii *Ammoniam*, vocant. In-
telligit autem Apollinem, qui in præ-
lio apud Actium contra M. Antonium
& Cleopatram affuit Augusto.

391. *Quæque soror.*] Porticum Octa-
vianæ dicit, ita appellatam ab Octavia
sorore Augusti. *Conjuxque ducis.*] Livie
porticum, e Livia uxore Augusti cogno-
minatam, accipe.

392. *Navalique gener.*] Agrippam
Augusti generum dicit; ejus enim fi-
liam Juliam duxit uxorem. Illum An-
gustus navali corona donavit, qua do-
nari solebat, qui primus in hostium na-
vem armatus transisset. *Navali ho-
nore.*] Respicit Poëta ad illud Virgil.
8. *Æneid.*

*Parte alia stans, & Dîs Agrippa se-
condis*

*Ardens, æquum agens; ciliis fulvis insignis
superbum*

Tempora nitenti fulgent resissa corona.

393. V-

Visite thuricremas vaccae Memphitidos aras :

Visite conspicuis terna theatra locis.

Spectentur tepido maculosae sanguine arenæ ; 395

Metaque ferventi circueunda rotâ.

Quod latet, ignotum est : ignoti nulla cupido.

Fructus abest, facies cum bona teste caret.

Tu licet & Thamyran superes, & Amœbea cantu ;

Non erit ignotæ gratia magna lyra. 400

Si Venerem Cœus nusquam posuisset Apelles ;

Merfa

393. *Visite thuricremas.*] De templo Isis, repetere quæ diximus in primo. *Vacca Memphitidos.*] Isis Ægyptiæ, quæ olim in vaccam mutata, apud Ægyptios colebatur.

394. *Terna theatra.*] Trina codex unus Patavinus. *Heinsius. Terna Theatra.*] Ea in campo proximo Campo Martio fuisse, docet Strabo. unde hic *conspicuis locis* addidit Ovid. *Quæ enim eo in loco præclara ædificia. Conspicuis terna theatra locis.*] Adi Barth. Marlian. in epitom. antiq. Rom. topograph. lib. 6. c. 12.

395. *Maculata sanguine arena.*] *Maculosa* scripti cum primâ editione. Aufonius de Cæsariis,

Commodus insequitur maculosa sanguine arena. Heins.

Sanguine.] Gladiatorum cruore.

396. *Metaque ferventi.*] Ludos Circenses dicit. *Mer.*

399. *Thamyran superes atque Orpheæ cantu.*] Et *Amœbea* scripti potiores cum primâ editione. nisi quod in nonnullis *Amœbeaque*, frustra. Nihil certius, quod & sibi in membranis fuisse inventum monuit me per lîteras vir celeberrimus Joannes Fredericus Gronovius, ac deum in Observationibus l. iv. cap. xv. est testatus. Fuit autem Amœbeus Citharæus Atheniensis magni nominis, cujus ex Aristæ de Citharædis libro meminit Athenæus lib. xiv. Zenoni coætanæum facit Plutarchus *αἰσι τῆς ἡθρικῆς ἀπρίης*, laudat eum à continentiâ Clemens Alexandrinus lib. iii.

Strom. Ælianus Histor. Animal. l. vi. cap. i. & Variz Historiz lib. iii. c. xxx. Miror interpretes, imprimis Ciofanum, cui copia fuit tot veterum librorum, hunc locum præterisse indictum. *Heins.* *Tu licet & Thamyran.*] Thamyran Philamonis filius, rediens ex urbe Ætolia, quum Musas habuisset obvias, scientiâ cantandi gloriabundus, affirmavit se eas superaturum, si secum certare auderent. Ad quam insolentem vocem filiz Jovis exarserunt, & modulationem, & pulsandæ citharæ peritiam, & communem homini sensum abstulerunt. Hæc Homerus in 2. liad. Diodorus eum lyra & cantu tantum privatum scribit.

401. *Si Venerem Cœus.*] Apelles ex Epheso Olymp. 3. floruit. in pictura solus plura quam ceteri omnes contulit, voluntinibus editis, quæ doctrinam eam continebant. Hic pinxit Venerem exeuntem è mari, quam divus Augustus dedicavit in delubro patris Cæsaris, quæ Anadyomene vocatur. *Mer. Nunquam posuisset.*] Ita scriptum in optimis membranarum repperi; cum vulgo legatur, *pinxisset.* γράφειν, tam de pictoribus, quam de scriptoribus dicitur : & γράψαι non solum quicquid scriptum, sed etiam quicquid pictum est. Hinc & ponere de utrisque. *Salmas.* *Nunquam pinxisset Apelles.*] *Nusquam posuisset* prima editio, cum Regio, Sarraviano, Jureti excerptis, & quinque aut sex aliis scriptis Recte. Horatius,

Hic ars, at liquidis illo coloribus

Sollers

Merfa sub æquoreis illa lateret aquis.
 Quid petitur sacris, nisi tantum fama, poëtis?
 Hoc votum nostri summa laboris habet.

Cura Deum fuerunt olim Regumque poëtæ: 405

Præmiaque antiqui magna tulere chori.
 Sanctaque majestas, & erat venerabile nomen
 Vatribus: & largæ sæpe dabantur opes.

Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus.
 Contiguus poni, Scipio magne, tibi. 410

Nunc edera sine honore jacent: operataque doctis

Cura vigil Musis nomen inertis habet.
 Sed famæ vigilare juvet. quis nosset Homerum,

Ilias

Sollers nunc hominem ponere, nunc deum.

Atque ita Salmasius quoque ex veteri codice ad Pallium Tertullianum reposuit. recte addito hoc ipso Horatiani loco, qui Nasoniani loci restitutionem egregie confirmat. ut dubitandum non sit de Regii codicis scriptura. Neque aliter Echo apud Ausonium in Epigrammatibus,

Vane, quid effestas speciem mihi ponere pisces. Heinſius.

404. Hoc verum.] Ut fama viget.

405. Cura Deum fuerant.] Deum Regius & quatuor alii. Elegia in Obitum Tibulli noster,

At sacri vates, & divum cura vocatur.

Minutus Octavio, qui adhuc rudi saculo in ipsius mundi natalibus, meruerunt Deos vel faciles habere, vel Reges. sed tamen deum cura retineri malo. Præterea fuerunt legendum cum excerptis Jureti. vide Notas ad Epist. vii. §. 166. Poëtæ olim ducibus curæ fuisse Pausanias docet in Attici exemplo Philoxeni & Anaxi. sic Euripides Archelao Macedoniz regi, Anacreon Polycrati Samio, Simonides, Pindarus, Bacchilides Hieroni Siciliæ tyranno, iidem quoque Anacreon, & Simonides Hipparcho Pisistrati filio cæciliam fuerat. Heinſius. Cura

ducem fuerant olim.] Horat. quoque ostendit, Poëtæ olim fuisse in precio, eo versu: *Sic honor & nomen divinis vatribus atque Carminibus ponis.*

409. Ennius emeruit Calabris in montibus ortus

Contiguus poni, Scipio magne, tibi.

Ita optime hunc locum restituit Jarius Parthasius & feliciter interpretatus est Commentario ad Raptum Proserpinæ Claudiani. cum in scriptis omnibus sig. *hortus vel ortus.* & posteriori versu *contiguus pone tibi, vel, tui.* Regius *ponis.* poni, sepeliri. vide infra notas §. 736.

Heinſius. Ennius emeruit.] Q. Ennius in Calabria Rudia patriam habuit. Scripsit primus apud Latinos versu heroïco annales, quibus bella Italiæ cecinit, & secundum bellum Punicum, in gratiam Scipionis, carmine minus poliro. nam ingenio vultu, sed arte caruit.

410. *Contiguus poni, Scipio magne, tibi.*] Quod confirmat Cic. pro Arch. Poëta: *Carus fuit Africanus superiori æstet Ennius; itaque etiam in sepulchro Scipionum putatur esse constitutus à marmore.*

413. *Sed fama invigilare juvat.*] Vigilare scripsi potiores cum primæ editione. quomodo apud Propertium *studis vigilare fueris.* Rectius quoque juvet Aprobianus. *Juвет vos vigilare in spem famæ.* Heinſius.

413. *Causes*

Ilias æternum si latuisset opus?
 Quis Danaën nosset, si semper clausa fuisset; 415
 Inque suâ turri perlatuisset anus?
 Utilis est vobis, formosæ, turba, puellæ.
 Sæpe vagos ultra limina ferte pedes.
 Ad multas lupa tendit oves, prædetur ut unam:
 Et Jovis in multas devolat ales aves. 420
 Se quoque det populo mulier speciosa videndam:
 Quem trahat, è multis forsitan unus erit.
 Omnibus illa locis maneat studiosa placendi:
 Et curam totâ mente decoris agat.
 Casus ubique valet: semper tibi pendeat hamus. 425
 Quo minime credas gurgite, piscis erit.
 Sæpe canes frustra nemorosis montibus errant:
 Inque plagam nullo cervus agente cadit.
 Quid minus Andromedæ fuerat sperare revinctæ,
 Quam lacrymas ulli posse placere suas? 430
 Funere sæpe viri vir quæritur. ire solutis
 Crinibus, & fletus non tenuisse decet.

Sed

415. *Clausâ fuisset.*] Regius *clausâ*. sic possum in antiquis libris. *Idem.*

417. *Utilis est vobis formosa cura puella.*] Turba scribendum cum primâ editione, codice Regio, & uno Vaticano. & sequenti versû ferte pedes non ferre. quicquid obstat libri veteres. qui tamen *ultra limina* pro *extra* constanter, & recte. Turba pro populo. Remed. Amor.

Ipsæ fac in turba, cum venis illa, locum.

sic & eodem libro, v. 581.

Nam tibi secretis (augent secreta furoris)

Est opus. auxilio turba futura tibi est. ita enim isti versus ex fide veterum codicum scribendi. *Idem.*

421. *Mulier formosa.*] Speciosa scripti cum primâ editione. *Idem.*

426. *Quo minime credis.*] *Credas* vult vatic. bene. Junianus *credas*. *Idem.*

428. *Inque plagas.*] *Plagam* scripti

cum prima editione. *Idem.*

429. *Quid minus Andromeda potuit sperare revincta.*] *Andromeda fuerat sperare revincta* lege cum prima editione, & potioribus scriptis. nisi quod in nonnullis eorum *relecta* & *revincta*. Regius tamen *revincta*. Diximus de hoc loco supra Notis ad lib. 11. v. 28. Germanicus in Arctis de Cassiopia,

Sic tendis palmas cum sis plangitura revinctam

Andromedam merita non iusta piacula matris.

ubi *revinctam* similiter puto scribendum. *Idem.* *Quid minus Andromeda.*] Nunquam, inquit, sperasset Andromeda auxilium Persei.

431. *Funere sæpe viri.*] Sæpenumero puella mariti mortem deplorans, in ipso funere vinum alium invenit. *Funere sæpe viri.*] Cujus malitiz infigne exemplum suppeditat Petronius. *Ire solutis.*] *Ipsæ* scripti magno numero. *Heinsius.*

437. *Fami-*

Sed vitate viros cultum formamque professos;

Quinque suas ponunt in statione comas.

Quæ vobis dicunt, dixerunt mille puellis.

435

Errat, & in nullâ sede moratur amor.

Fœmina quid faciat, cum sit vir lævior ipsâ;

Forfitan & plures possit habere viros?

Vix mihi credetis; sed credite: Troja maneret,

Præceptis Priami si foret usa sui.

440

Sunt qui mendaci specie grassentur amoris,

Perque aditus tales lucra pudenda petant.

Nec coma vos fallat liquidâ nitidissima nardo:

Nec brevis in rugas cingula pressa suas.

Nec toga decipiat filo tenuissima: nec si

445

Anulus in digitis alter & alter erit.

Forfitan ex horum numero cultissimus ille

Fur sit; & uratur vestis amore tuæ.

Redde meum, clamant spoliatae sæpe puellæ:

Redde meum, toto voce boante foro.

450

Has, Venus, è templis multo radiantibus auro

Lenta

437. *Fœmina quid faciat.*] *Faciat, & sit vir pro viris scripti plerique cum prima editione. Idem.*

439. *Troja maneret.*] Docet puellas Priami exemplo, non adolescentibus credendum esse, sed maioribus natu.

440. *Præceptis Priami si foret usa senis.*] *Priami tuis* prima editio, Regius, & complures alii. sed *Priami sui* verum est, quod septem aut octo veteres agnoscunt. *Heinsius. Præceptis Priami.*] Qui suadebat reddendam esse Helenam.

441. *Grassentur amoris.*] *Grassentur* meliores cum prima editione. & *petant* sequenti versu. *Heinsius.*

442. *Perque aditus tales.*] *Pet speciem ficti amoris. Lucra pudenda petunt.*] Simulant se vos amare: sed nihil aliud à vobis petunt, quam dedecus vestrum.

444. *Cingula pressa.*] Sic & *Remed. Amor.*

Et nova velocem cingula ladas equum. Regius tandem cum alijs nonnullis *lin-*

gula habet. alii *ligula*. Intelligit fasciam, quæ cingebatur toga. Certe nimis operosa ac morosa togæ structura molli- tiem prodebat. quod & in Hortensio notantur veteres. *Heinsius.*

445. *Filo tenuissima.*] Ex tenui lana.

451. *Has Venus è templis multo ra-*
diantibus auro

Lenta videt lites *Appiadesque dea.*]

Lenta codex Regius. & recte. vide quæ notamus ad Epist. xix. v. 82. & Epist. xv. v. 169. Hoc primum. deinde in nonnullis alijs *vides*. qui etiam *Appiadesque tua*. quomodo & optimus Regius. Scribe,

Lenta videt lites, *Appiadesque tua*.

ut per *Appiadas* meretrices intelligat. Valde illæ Deæ *Appiades* magnum Tur- nebum exercuerunt *Advers. lib. v.* scio *Appiada Minervam* à Cicerone dici li- bro III. *Familiar. Epist. i.* scio & Mu- sarum xdem in via *Appia* fuisse. sed quid illæ ad has lites? Quare olim *Ap- piadesque*

Lenta vides lites, Appiadesque tuæ.

Sunt quoque non dubiâ quædam mala nomina famâ:

Deceptæ à multis crimen amantis habent:

Discite ab alterius vestris timuisse querelis: 455

Janua fallaci ne sit aperta viro.

Parcite, Cecropides, juranti credere Theseo;

Quos faciet testes, fecit & ante Deos.

Et tibi, Demophoon, Thesei criminis hæres,

Phyllide deceptâ nulla relicta fides. 460

Si bene promittant, totidem promittite verbis:

Si dederint, & vos gaudia pacta date.

Illa potest vigilis flammæ extinguere Vestæ;

Et rapere è templis, Inachi, sacra tuis;

Et dare mista viro tritis aconita cicutis; 465

Acce-

piadesque via legendum videbatur. Nunc libros veteres sequendos ducō. in Aron- deliano,

Lenta videt lites Appiadesque sue. Extra urbem plebs submœniana & metreticulæ habitabant. maxime viâ Appiâ. quod ex hoc loco liquide apparet. lib. 1. ubi loca describit amantibus ad- eunda.

Subdita qua Veneris fusto de marmore templo

Appias expressis æera pulsata aquis.

Illo sæpe loco capitur consultus Amori.

& quæ sequuntur. Rem. Amor.

Turpe vir & mulier juncti modo, proci- nus hostes,

Non illas lites Appias ipsa probet. ubi forte legendum,

Non Venus has lites Appias ipsa probet.

sic & lib. 1. ubi de via Appia,

Hunc Venus è templis, quæ sunt consinia, ridet.

Heins.

454. *Crimen amantis habent.*] Quia alios decipiunt, ipsæ ab amantibus deceptæ.

455. *Discite ab alterius vestris timuisse querelis.*] *Vobis timuisse Thomadini codex concinnius.* Heins.

457. *Cecropides.*] Athenienses puellæ, à rege Cecrope: per quas omnes designat. *Juranti Theseo.*] Viro perfido, ut fuit Theseus, qui Ariadnam reliquit.

458. *Quos faciet testes, fecit & ante Deos.*] Præclarum hujus, & commodum habemus exemplum in Livio Lib. 10. Decad. 3. non longè à fine: ubi Pænorum Legati, ob perfidiam suspecti, cum rogarentur, per quos Deos foedus icturi essent, cum eos, per quos ante ictum esset, fefellissent? Afrubal quidam respondisse fertur, per eosdem, qui tam infesti sunt foedera violantibus. *Fecit & ante deos.*] Antea deos adhibuit testes, & tamen fidem violavit.

461. *Si bene promittant.*] Promittant quidam ex melioribus. alii promittunt. Heinsius.

463. *Illā potest vigilis.*] Quæ alio munere promissas noctes negabit, audebit etiam violare sacra Vestæ & Idis, & necare virum veneno. *Vigiles flammæ.*] Inextinctum ignem, qui in templo Vestæ servabatur. *Vigiles flammæ extingue- re Vestæ.*] Vigilis rectius legas. Nam vi- gilis in uno Patavino. Pont. 1.

Ut vigil infusa Pallade Vestia solet.

Heins.

Tt

469. Verba

Accepto Venerem munere si qua negat.
 Fert animus propius consistere, suppressa habenas,
 Musa; nec admissis excutiare rotis.
 Verba vadam tentent abiegnis scripta tabellis.
 Accipiat missas apta ministra notas. 470
 Inspice: quodque leges, ex ipsis collige verbis,
 Fingat, an ex animo sollicitusque roget.
 Postque brevem rescribe moram. mora semper amantes
 Incitat, exiguum si modo tempus habet.
 Sed neque te facilem juveni promitte roganti: 475
 Nec tamen eduro, quod petit, ore nega.
 Fac timeat speretque simul: quotiesque remittes,
 Spesque magis veniat certa, minorque metus.
 Munda, sed è medio, consuetaque verba, puellæ,
 Scribite. sermonis publica forma placet. 480
 Ah quoties dubius scriptis exarsit amator;
 Et

469. Verba vadam tentent.] Tentent
 idem. pro abiegnis tabellis prima editio,
 Regius, & alii nomen illi ex melioribus,
 aliovi, unde fuit cum legendum puta-
 sim in acervi scripta tabellis. quomodo
 noster Eleg. xi. lib. i. Amor. sed &
 abiegnis probum. ita abies sumitur Plauto
 Persa. Idem.

471. Inspice, damque leges.] Quodque
 leges meliores cum prima editione. Idem.

475. Sed neque te facilem juveni promitte
 roganti.] Malim permittit. Idem.

476. Nec tamen eduro, quod petit ille,
 nega.] E duro scripti meliores cum pri-
 ma editione. alii quidam è tota. terrius
 Regius & unus Vaticanus, è duro ore.
 optime. sic duri puer oris & audax lib. v.
 Mecan. supra,

Possibus edura supplex blandire puella.
 ut & illic scribendum monitionis, nisi
 è duro hic sumptum velis, ut ex facili,
 ex difficili, ex toto, & similia supra in
 Amoribus,

Culpa nec ex facili, quatenus manifesta,
 probatur.

supra,

Que datur ex facili non est mihi grata
 voluptas.

&c,

Protinus ex facili gaudia ferre licet.

infra,

Quod datur ex facili, longum male mu-
 ritur amorem.

in Fastis,

Non ex difficili causa petenda subest.

in Tristibus,

Non tamen ex toto deservire illa potes.

Idem.

478. Spes magis hinc veniat.] Spesque
 magis veniat prima editio & scripti plerique.
 Puto spes magis hinc veniat. vide
 Notas ad Epist. iv. vi. 113. Idem.

479. Munda, sed è medio.] Blanda tamen
 Vaticanus. quomodo supra lib. i.

Sit tibi credibilis sermo, consuetaque
 verba,

Blanda tamen, prorsus ut videre le-
 qui.

nihil tamen temere mutandum. Idem.

481. Dubius scriptis exarsit amator.]
 Dubius cum prima editione, Regio, &
 tribus aliis. Idem.

483. Quam-

Et nocuit formæ barbara lingua bonæ!
 Sed quoniam, quamvis vittæ careatis honore,
 Est vobis vestros fallere cura viros;
 Ancillæ puerive manus ferat apta tabellas: 485
 Pignora nec juveni credite vestra novo.
 Vidi ego pallentes isto terrore puellas
 Servitium miseris tempus in omne pati.
 Perfidus ille quidem, qui talia munera servat:
 Sed tamen Ætnæi fulminis instar habet. 490
 Judice me fraus est concessa, repellere fraudem:
 Armaque in armatos sumere jura sinunt.
 Ducere consuescat multas manus una figuras.
 Ah pereant, per quos ista monenda mihi!
 Nec nisi deletis tutum rescribere ceris: 495
 Ne teneat geminas una tabella manus.
 Fœmina dicatur scribenti semper amator.
 Illa sit in vestris, qui fuit ille, notis.
 Sed libet à parvis animum ad majora referre,

Plena-

483. *Quamvis vittæ careatis honore.*]
 Quamvis sitis infames.

485. *Ancillæ puerique manus ferat arte tabellas.*] *Puerive.* deinde prima editio & tres scripti ante. duo apte. Sarravianus & alius *arta*, unus, *arce*. Lege *apta* cum Argentinensi, uno Patavino, & Vaticano. supra,

Accipiat missas apta ministra notas.
 Amor. 11. Eleg. vii.

Est tibi per doctas apta ministra manus.
 & ad Cypassim,

Apta quidem domine, sed magis apta mihi.

Met. lib. ix. ubi Byblis queritur de famulo cum literis misso,

Non adit apte, non legit idonea credo Tempora.

Heinsius.

486. *Pignora nec juveni credite vestra novo.*] *Novo juveni,* novo amanti. ut supra,
 — novus viso casse resistet amans.

sed libri omnes veteres cum primâ edi-

tione puero, quod jam præcessit. Junianus rudi. Forte *verna rudi*. ita sæpe pro servo poetæ: Regius, *credita nostra*. Idem. *Vestrapignora.*] Vestras literas. *Novo juveni.*] Novus, inquit, amator literas amicæ servat, quibus tanquam fulmine utatur in puniendâ amica: timet enim semper, ne iratus amator illas marito ostendat.

494. *Per quos.*] Quorum causa hæc moneo.

496. *Nec teneat geminas.*] Ne Regius cum prima editione, & quinque aliis scriptis. bene. Heinsius.

497. *Fœmina dicatur.*] Fœmina in literis appellet se nomine amatoris. *Scribentis semper amator.*] Scribenti quatuor codices. Heinsius.

499. *Si licet à parvis.*] Sed licet scripti meliores cum præcis editionibus. Lege *sed liber*. quomodo alter Mentellii: nam Moreti codex *si liber*. Arondelianus *sed placet*. vide Notas ad Epist. xv. vl. 144. Id.

T t 2

501. R

Plenaque turvato pandere vela sinu;
Pertinet ad faciem rabidos compescere mores.

500

Candida pax homines, trux decet ira feras.

Ora tument irâ; nigrescunt sanguine venæ;

Lumina Gorgoneo sævius igne micant.

I procul hinc, dixit, non es mihi tibia tanti;

505

Ut vidit vultus Pallas in amne suos.

Vos quoque si mediâ speculum spectetis in irâ;

Cognoscat faciem vix fatis ulla suam.

Nec tumeat vultu damnosa superbia vestro:

Comibus est oculis alliciendus amor.

510

Odimus immodicos (expertæ credite) fastus.

Sæpe tacens odii femina vultus habet.

Spectantem specta: ridenti mollia ride.

Innuet; acceptas tu quoque redde notas.

Sic ubi prælufit, rudibus puer ille relictis

515

Spicula

501. *Rabidos compescere mores.*] Prima editio cum Regio & octo aliis rabidos. quod verum est. *Idem.*

504. *Gorgoneo sævius igne micant.*] *Igne scripti* omnes potiores cum prima editione. hoc est, oculis Gorgoneis. sic lib. III. Met.

Igne micant oculi, corpus tument amne veneno.

libro VIII.

Sanguis ex igne micant oculi, riget horrida corvix.

Virgilius,

Oculis micat acribus ignis.

pro *sævius unus Vaticanus, fortius. Puto, servius.* lib. I.

Sif fueris serva violentior illa Medusa.

Idem.

505. *Non est mihi tibia tanti.*] *Non es libri meliores* cum prima editione. Sic in Fastis codices vetusti,

Ars mihi non tanti es, valens mea tibia, dixit.

ubi legendum *Ah mihi non tanti es.* Metamorph. VI. de Marfa,

— *quid me mihi detrahis, inquis?*

Ah piget, ah non est, clamabat, tibia tanti!

ubi pari modo non est reponendum videtur. ita & tibiam alloquitur Propertius lib. I. Eleg. xxx.

Hic locus est in quo tibia docta sonet.

Quæ non jure vado Maandri jalla nata sit,

Turpia cum faceret Palladis ora tument. *Idem.*

509. *Nec minus in vultu damnosa superbia vestro.*] *Nec tument vultu* prima editio & plurimi ex scriptis. sed paulo ante præcesserat. *Ora tument ira.* *Idem.*

510. *Comibus oculis.*] *Latro aspectu.*

511. *Odimus immodicos (expertæ credite) fastus.*] *Unus tunc fastus. Puto statim.* Vide notas ad lib. I. VI. 715. Argue etiam Regius cum Neapolitano & uno Vaticano *expertæ credite.* Heinſ.

515. *Sic ubi prælufit.*] *Proluſe* cum primâ editione scripti meliores. Seneca Hippol.

Ut cepit animas, seque prætentans satis Proluſit ira.

ita optimus Medicus. nec dubita quin recte.

Spicula de pharetrâ promit acuta suâ.
 Odimus & mœstas. Tecmestam diligit Ajax:
 Nos hilarem populum foemina læta capit.
 Nunquam ego te, Andromache, nec te, Tecmessa,
 rogarem
 Ut mea de vobis altera amica foret. 520
 Credere vix videor, cum cogar credere partu,
 Vos ego cum vestris concubuisse viris.
 Scilicet Ajaci mulier mœstissima dixit,
 Lux mea; quæque solent verba juvare viros?
 Quid vetat à magnis ad res exempla minores. 525
 Sumere, nec nomen pettimuisse ducis?
 Dux bonus huic centum commisit vite regendos:
 Huic

secte. Propertius lib. 17. Eleg. IV.
Vidit arenosis Tatium proludere campis.
 sic scripti constanter. neque aliter passim
 codices castigatissimi apud scriptores
 antiquos, ut etiam testatur ad Senecam
 Herculem Furientem Gronovius notat.
 apud Virgil. III. Georg. sparsa ad pu-
 gniam proludis arena. Auctor Panegyrici
 ad Pílones,

*Tunc etiam levibus veluti prolusis in ar-
 mis.* Idem.
 517. *Tecmestam diligit Ajax.*] Quia
 mœsta erat, & severa.
 518. *Nos hilarem populum.*] Nos mi-
 nime tristes lætam etiam foeminam vo-
 lumus.
 519. *Nunquam ego, te, Andromache,*
rogarem.] Fuit enim fidissima suo He-
 ctori conjux: & non ἀνδρὶ μαχημένῳ,
 ut nonnulli volunt. Quod patet ex illo
 Eurip. Troad. v. 640.
 Ἄ γὰρ γυναικὶ σώφρονι ἰσθ' ὤραμι-
 να,
 Ταῦτ' ἐξέμ' ὀχθύν' ἔκτορ' κατὰ σί-
 γαν.
 Et deinde v. 668.
 Σὺ δ', ὦ φίλ' ἔκτορ, εἶχον ἀνδρ'
 ἀγῶντά μοι,
 Ζυγίον, γένυ, πλῆτορ τι κἀνδρὶα
 μίγαν.

520. *Amica foret.*] *Foris* rectius le-
 gatur. Hein.
 521. *Cum cogar credere partu.*] *Nisi co-
 gar credere partus* prima editio & duo
 scripti. Mentelianus *nisi cogar credere par-
 tu.* Lege,
*Credere vix videar, nisi cogar credere
 partu.*
vel cogant partus. Natus enim ex Andro-
 macha Hectori Astyanax, ex Tecmessa
 Ajaci Euryfaces, à quo Euryfacidæ claris-
 sima apud Athenienses familia. Idem.
 525. *Quid vetat, à magnis.*] Exempla
 ducum ad res amatorias, &c. Myall.
 527. *Huic centum commisit vite regen-
 dos.*] Optime Regius & unus Vaticanus,
vite. quomodo Cujacius Observat. I. XII.
 cap. xxxiv. ex suis scriptis, de vite, quam
 centurio gestabat, loquitur. de qua &
 Martialis,
*Vare, Paratonias Latia modo vite pos-
 urbas*
Cognite.
 Juvenalis de Mario,
*Nodosam posthac frangebat vertice vi-
 tem.*
 Silius de Ennio,
 ——— *Latioque superbum*
Vitis adornabat dextram decus.
 Nihil frequentius apud rei militaris scri-
 ptores

Huic equites; illi signa tuenda dedit.
 Vos quoque, de nobis quem quisque sit aptus ad usum;
 Inspicite: & certo ponite quemque loco. 530
 Munera det dives: jus qui profitebitur, adsit:
 Facundus causam sæpe clientis agat.
 Carmina qui facimus, mittamus carmina tantum.
 Hic chorus ante alios aptus amare sumus.
 Nos facimus placitæ latè præconia formæ. 535
 Nomen habet Nemesis: Cynthia nomen habet.
 Vesper & Eoæ novere Lycorida terræ;
 Et multi, quæ sit nostra Corinna, rogant.
 Adde, quod infidiæ sacris à vatibus absunt:
 Et facit ad mores ars quoque nostra suos. 540
 Nec nos ambitio, nec amor nos tangit habendi:

Con-

pones. Neque aliter hunc locum emendavit ad Statum doctissimus Gronovius. Codex alter Regius *Marte regendas*. Heinſius.

529. *Quem quisque erit aptus in usum.*] Ad usum scripti. deinde *quisque* sive Neapolitanus & prior Ambrosianus. bene. Idem.

532. *Causam sæpe clientis agat.*] Mallinæ. Idem.

534. *Nam chorus.*] Hic chorus meliores scripti cum primâ editione. unus Regius *Nos chorus*. Idem.

535. *Placitæ latè præconia formæ.*] Posset & *lati* legi. certe in Arondeliano *late*. Idem.

536. *Nemesis.*] Tibullus Deliam & Nemelin amavit. *Cynthia.*] Propertii amica.

537. *Vesper.*] Occidentalis plaga. *Lytoris.*] Galli Poëtæ amica. Eam *Cithæreidam* appellatam fuisse Servius scribit.

538. *Nostra Corinna.*] Corinnæ duæ fuerunt: altera Thebana, quæ scripsit epigrammata, & lyrica poemata: de qua Propertius. Altera Theſſia, quæ à quibusdam *Corinthia* dicitur. Ovid. amicam suam *Corinnam* appellavit ab eruditione, & formæ elegantiâ, de qua ipse

alibi: *Nemine non vero dicta Corinna mihi.*

540. *Et facit ad mores ars quoque nostra bonas.*] Sui scripti cum primâ editione, bene. sic Martialis *mores* pro bonis moribus ponit lib. xi. Ep. xviii.

Mores non habet hoc meus libellus. eleganter autem & Ovidiane suus. sic supra lib. ii.

Sic sumus in blandâ sedulitate modus.

&,
Gloria peccati nulla petenda sui.
 & hoc ipso libro.

— *petendos coram præbere capillos.*
Ut jaceant fusi per sua torva, vela.
 ita istis locis libri veteres. Paulo post.

Sic sua in infidâ prodicione fides.
 ut ibi scribendum cenſeo. Plura hujus notæ alibi non uno loco congestimus. Heinſius.

541. *Nec amor nos urget habendi.*] *Nec amor nos tangit* scripti plerique meliores cum primâ editione. quod secuti sumus. infra; *exclusum te quoque tanger amor.* tres tamen, *nec amor nos uris.* de quo Amos. i. El. ii. vi. ii. vulgata scripta Virgilii auctoritate se tuerur, qui in Georgicis,

Cecropius inuatus apes amor urget habendi. Idem.

545. Ingo-

Contemto colitur lectus & umbra foro.

Sed facilè hæremus, validoque perurimur æstu;

Et nimium certâ scimus amare fide.

Scilicet ingenium placidâ mollimur ab arte: 545

Et studio mores convenienter eunt.

Vatibus Aoniis faciles estote, puellæ.

Numen inest illis; Piëridesque favent.

Est Deus in nobis; & sunt commercia cœli.

Sedibus ætheriis spiritus ille venit. 550

A doctis pretium scelus est sperare poëtis.

Me miserum! scelus hoc nulla puella timet.

Dissimulate tamen, nec prima fronte rapaces

Est. novus viso cassè resistet amans.

Sed neque victor equum, qui nuper sensit habenas, 555

Comparibus frænis, artificemque reget.

Nec stabiles annis animos, viridemque juventam

Ut capias, idem limes agendus erit.

Hic rudis, & castris nunc primum notus Amoris,

Qui tetigit thalamos præda novella tuos; 560

Te solam norit; tibi semper inhæreat uni.

Cingenda est altis sepibus ista seges:

Effuge rivalem: vinctes, dum sola tenebis.

Non bene cum fociis regna Venusque manent.

Ille

545. Ingenium placidâ mollitur ab arte.] Mollimur optime Sarravianus cum quatuor aliis. usitatus Nasoni Gracianus. Idem.

549. Est Deus in nobis, sunt &c.] Et sunt scripti. Lege cum uno Vaticano,

Et Deus in nobis, & sunt commercia cœli. Idem.

Est deus in nobis.] Idem etiam ostendit Plato de Furor poëtico. unde non immerito Ennius sanctos poëtas appellavit.

554. Viso cassè.] Cognitis insidiis.

555. Sed neque rector equum.] Prima editio cum Regio & multis aliis rector. probe. nam rector regit equum odiosa repetitione non placet. pro regit iidem codices reget. sed regat, quod in tribus

aliis est, amplector. sic Trist. lib. 1. El. 111. vs. 115. rector pro nauta. ut illic legi in codicibus scriptis monui. Heins. Qui nuper sensu habenas.] Qui nondum est domitus.

556. Comparibus frænis.] Aquis habenis.

557. Nec stabiles animos annis.] Amoris duo genera esse docet: alterum juvenum, alterum majorum natu. Quomodo autem cum utroque agendum sit, designat eleganter Ovidius.

558. Idem limes.] Eadem via.

562. Cingenda est.] Munienda est. Altis sepibus.] Ne rivalis subeat.

564. Non bene cum fociis regna Venusque

Ille vetus miles sensim & sapienter amabit: 565

Multaque tironi non patienda feret.

Nec franget postes, nec sævis unguibus uret;

Nec dominæ teneras appetet ungue genas.

Nec scindet tunicasve suas tunicasve puellæ:

Nec raptus flendi causa capillus erit. 570

Ista decent pueros ætate & amore calentes:

Hic fera compositâ vulnera mente feret.

Ignibus hic lentis uretur, ut humida tæda;

Ut modo montanis silva recisa jugis.

Certior hic amor est: brevis & fecundior ille. 575

Quæ fugiunt, celeri carpite poma manu.

Omnia tradantur: portas referavimus hosti;

Et sit in infidâ proditiōe fides.

Quod datur ex facili longum male nutrit amorem.

Miscenda est lætis rara repulsa jocis. 580

Ante fores jaceat: Crudelis janua, clamet:

Multaque submisit, multa minanter agat.

Dulcia non ferimus: succo renovemur amaro.

Sæpe

que manent.] Sic & Lucanus: *Omniſque poteſtas impatiens conſortis erit.*

571. *Iſta docent pueros.*] *Animos Bartholinianus.* placet. *Heinfius.*

573. *Ut humida tæda.*] *Fera* Sarravianus & multi alii. *Regius* *frana.* quod idem est. *multi etiam ligna.* nihil mutandum. *Id.*

575. *Certior hic amor eſt.*] In majoribus natu amor eſt certior. *Brevis & facundior ille.*] Qui eſt in juvene. *Brevis & facundior ille.*] Prima editio, cum *Regio* & multis aliis ſcriptorum, *gravis.* *Vulgar:* *lectioni ſequens verſus videtur ſuffragari.* *Regius, gravis & facundior, illa Quæ fugiunt.* *Jureti excerpta, quantumvis facundior Arondelianus,*

Certior hinc amor eſt, gravis & facundior illi. *Heinfius.*

576. *Carpite poma.*] *Fructum colligite,* ô puellæ, à junioribus, antequam diſcedant à vobis juvenes amatores.

577. *Referavimus baſti.*] *Referavimus* editio

prima & ſcripti meliores. Sequenti verſa iidem Et ſu vel Et ſu. Latet aliquid. Lego

Sit ſua in infidâ pro ditione fides, ut lib. 11.

Sit ſuus in blandâ ſedulitate modus. *ſua fides,* quia promiſerat omnia ſe traditum puellis non minus quam viris. *Forte etiam legendum, Mania traditur pro omnia.* *Heinf.*

579. *Quod datur ex facili.*] Non ſemper intromittendum eſſe dicit amorem: ne quod ea facili dederis, contemptum pariat: raritas enim concilia rebus admirationem.

581. *Ante fores jacent, crudelis janua clament.*] *Jacent,* & dicit prima editio cum ſcriptis melioribus. & *aper* ſequenti verſu. *Heinf.*

583. *Dulcia non ferimus.*] *Viri ſperantur,* quod facile conſequuntur. *renovamur.*] *Ardentiores reddimur in amando. Succo renovemur amaro.*] *renovemur*

Sæpe perit ventis obruta cymba suis.

Hoc est, uxores quod non patiaturs amari:

585

Conveniunt illas, cum voluere, viri.

Obde forem; & duro dicat tibi janitor ore,

Non potes. exclusum te quoque tanget amor.

Ponite jam gladios hebetes; pugnetur acutis.

Nec dubito, telis quin petar ipse meis.

590

Dum cadit in laqueos captus quoque nuper amator;

Solum se thalamos speret habere tuos.

Post modo rivalem; partitæque fœdera lecti

Sentiat. has artes tolle; senescet amor.

Tum bene fortis equus referato carcere currit;

595

Cum quos prætereat, quosque sequatur, habet.

Quamlibet extinctos injuria fulcit ignes.

En ego (confiteor) non nisi læsus amo.

Causa tamen nimium non sit manifesta doloris:

Plura-

novemur Regius. quo alludunt tres alii in quibus, *removemur*. Heinl.

584. *Suis venis*.] Nuntium secundis.

587. *Claude fores*: *dure* dicat tibi janitor ore.] Regius & tres alii, *Addo forem*, & *dure*. Prima editio cum Saraviano & decem alijs, *Obde forem* & quod placet. ut diximus supra lib. 11. Pl. 634. Quidam *Claude forem* & sibi etiam pro tibi plerique scripti. sed frustra. Forte tamen pro *Claude forem*, vel quod in alijs est, *Addo forem* & *Abde* scribendum, *Cado fore*. pro abscede à foribus. ut janitoris herum increpantis hoc sit. sic *cedere domo* epistola Medæ,

Ansus *Esoma* dicere *cado domo*.

scriptum nempe *Cado* pro *Cado* fuerat. ut infra in optimo Regio,

Es cades læso quæmilibet ægra sua.

sequenti versu nihil mirandum. nisi pro *te quoque*, placet sic quoque cum altero Ambrosiano & uno meo. quo plurimi ex scriptis videntur spectare, in quibus, *se quoque*. Sensus est, Obdantur tibi ipsi fores tuz, & dicat tibi duro ore Janitor, Non potes admitti; dubium non est, quin te quoque, si ex-

cludaris, uxoris tuz, amor sit tacturus; quam nunc vix amas. Arondelianus liber,

Obde forem dure dicat sub. janitor æri.] ita enim in illo scribitur, non *Claude fores dure*. id quod probavit se doctissimo Gronovio Obseryar. l. 111. c. 112 ut *durum* es de cænis janitoris intelligatur. Heinl.

593. *Mis telis*.] Meis his præceptis, 591. *Dum cades*.] *Cadit* meliores scripti. Turb etiam scribendum, *captus tibi nuper amator*. vel *captus nuper amator*. si *captus* a puella lib. 1. Artis. Idem.

594. *Senescet amor*.] *Senescet* rectius prima editio & quatuor scripti. Idem.

595. *Referato carcere*.] *Aperis* carceribus, unde equi procurreunt.

597. *Quoslibet extinctos*.] Prima editio cum scriptis plerisque *Qualibet*. Regius & Arondelianus, & unus Patavinus *Quamlibet*. recte. vide notas ad Epist. vi. v. 140. *suscit* etiam Jureti excerpta & duo alii pro *suscit*. Heinl.

599. *Ne sit manifesta doloris*.] *Non sit* scripi cum prima editione. Idem.

Pluraque sollicitus, quam sciat, esse putet. 600

Incitet & ficti tristis custodia servi,

Et nimium duri cura molesta viri.

Quæ venit ex tuto, minus est accepta voluptas.

Ut sis liberior Thaidæ; finge metus.

Cum melius foribus possis, admitte fenestrâ: 605

Inque tuo vultu signa timentis habe.

Callida profiliat, dicatque ancilla, Perimus:

Tu juvenem trepidum quolibet abde loco.

Admiscenda tamen Venus est secunda timori;

Nec tanti noctes non putet esse tuas. 610

Quæ vaser eludi possit ratione maritus,

Quaque vigil custos, præteriturus eram.

Nupta virum timeat: rata sit custodia nuptæ.

Hoc decet: hoc leges jusque pudorque jubent.

Te quoque servari, modo quam vindicta redemit, 615

Quis ferat? ut fallas, ad mea sacra veni.

Tot licet observent, (adsit modo certa voluntas)

Quot fuerant Argo lumina; verba dabis.

Scilicet obstabit custos, ne scribere possis,

Sumendæ detur cum tibi tempus aquæ? 620

Conscia cum possit scriptas portare tabellas,

Quas tegat in tepido fascia lata sinu?

Cum

606. *Signa timentis habe.*] Verba scripti plerique cum prima editione, perpetua. Remedio Amoris.

Et nulla in vultu signa dolentis habe. Idem.

609. *Sed miscenda tamen.*] Admiscenda cum prima editione & scriptis plerisque. *timori* etiam unus ex meis pro *timori*, argute, ut timentem seu timidam Venerem securæ opponat. Idem.

613. *Regia sit custodia nuptæ.*] Hoc est, habeat certum custodem, à quo observetur & custodiatur, ne quis ad eam furtim veniat, &c. quasi dicat: In nuptis hoc jus est ac licitum, ut habeant suos custodes: solutæ autem ac libertæ debent sine custode agere, &c. *Adicyl.*

614. *Jusque pudorque.*] Duxque prima editio, cum Regio, Sarraviano & duobus aliis. ut Legem Juliam respiciat. sed puro *fisque* scribendum. *Heins.*

615. *Te quoque servari.*] Libertinam foeminam docet posse custodes fallere. Est autem *vindicta*, virga, quæ servi libertate donabantur, à prætore Vindictio appellata, ut Liv. docet. *Mer.*

617. *Adsit modo certa voluntas.*] Voluptas prima editio cum scriptis potioribus. non sequor. *Heins.*

621. *Conscia cum possit.*] Malim *innocens*, quoniam & alterum probum est. *Idem.*

622. *In tepido fascia lata sinu.*] In tepido sinu scripti bene conveniunt cum prima editione.

Cum possit furâ chartas celare ligatas;

Et vincto blandas sub pede ferre notas?

Caverit hæc custos: pro chartâ conscia tergum 62f

Præbeat; inque suo corpore verba ferat.

Tuta quoque est, fallitque oculos è lacte recenti

Littera: carbonis pulvere tange; leges.

Fallet & humiduli quæ fiet acumine lini,

Et feret occultas pura tabella notas. 630

Adfuit Acrisio servandæ cura puellæ:

Hunc tamen illa suo crimine fecit avum.

Quid faciat custos; cum sint tot in Urbe theatra?

Cum spectet junctos illa libenter equos?

Cum sedeat Phariæ sistris operata juvencæ; 63f

Quoque fui comites ire vetentur, eat?

Cum

editione. dixi Amor. lib. III. El. VI. v. 69. Idem.

623. *Solâ chartas celare ligatas.*] *Sura* editio prima & scripti præstantiores magno numero. recte. nisi quod *malim surâ ligatâ*. sic *vinctum pedem* mox dicit. *fascia* enim *suræ* obligabantur. *Grævus* *hæc* *inimâ* *fascia* *suræ*. sic *surâ subbarro vinclâ* *Mitroni*. pro *chartas* etiam *unâ* *Regius* cum prima editione *ceras*. bene illud quoque. ita passim *postea*. *ceram* unus *Vaticanus*. De sole sequens versus est intelligendus. Idem.

624. *Sub pede vincto.*] Sub calceo. *Blandas notas.*] *Litteras amatorias.*

629. *Fallet & humiduli.*] Docet, lini viridis succo posse amicam etiam tuto scribere ad amantem. *Acumine lini humiduli.*] *Acuta* *avena* *viridis* lini, quæ scribebantur *arantes*: postea carbonis pulvere confersa *litteræ* *legebantur*.

330. *Et ferat.*] *Ferat* multi ex scriptis. *Lego*, *Ut ferat*. *Heinsius*.

631. *Adfuit Acrisio.*] *At fuit* duo *Regii*. *Idem*. *Servandâ puellâ*.] *Danaën* dicit, quam pater *Acrisius* in turri *ænea* claustrat.

633. *Quid faciat custos, cum sint tot*

in urbe theatra.] *Faciât* & *in urbe* *reponendum* cum prima editione & melioribus scriptis. *Heins.* *Tot in urbe theatra.*] *Tria* *theatra* *simul* & *amphitheatrum* scribit *Scambo* fuisse eo tempore, qui tempore *Martio* adjacet: quibus in locis poterit esse *puella* *sine* *custode*.

634. *Junctos equos.*] *Hoc* est, *agitationes*, & *ceramini* *equestrâ*, quæ in *Circo* fieri solebant. *Mez.*

635. *Quam sedeat Phariæ.*] *Sacra* *Isidis* dicit quæ ex *Egypto* *Romam* translata fuerunt, dicens *Lucano*: *Nas in templo tuam Romana accipimus Isid.* Ea autem celebrabantur à Romanis *ritibus*, *castimonia* *multorum* *dierum*. *Sistris.*] *Sistrum* crebra *agitatione* *argutum* erat, multis *crepitaculis* *circumsonantibus*. unde *Papin.* id *multisomni* appellavit. *Phariæ* *sacris operata juvencæ.*] *Sistris* scripti potiores cum primâ editione. quam *lectionem* non est ut multis additum. cum de *sistro* *Isidis* res sit vel *pueris* *notissima*. *Tibullus* de *sistris*.

Quid tunc nome Isis mihi, Delict quid mihi profane

Ille tunc toties ara repulsa mano?

Heinsius.

637. *Cum*

Cum fuget è templis oculos Bona Diva virorum,
Præterquam si quos illa venire jubet:

Cum, custode foris tunicas servante puellæ,

Celent furtivos balnea tuta viros:

640

Cum, quoties opus est, fallax ægrotet amica;

Et cedat lecto quamlibet ægra suo:

Nomine cum doceat, quid agamus, adultera clavis,

Qualque petas, non det janua sola, vias.

Fallitur & multo custodis cura Lyæo:

645

Illa

637. Cum fugit à templis.] Fugit è templis cum tribus scriptis scribendum. alii magno numero fugat proxime verum. Sequenti versu pro Præterquam scripti plerique Præter quas. sed frustra Trist. IV. El. VI.

Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vagari.

Præterquam curas attenuare meas.

Idem. Cum fugit.] Cum expellat. Oculos virorum.] Nam sacris bonæ deæ non licebat vitis interesse. Propert. Sacra bona maribus non adcomenda dea.

639. Tunicas celantes puella.] Tunica prima editio & scripti. Sequenti versu pro furtivos jocos. Sarravianus, Comeliniarius & octo alii viros. probe. Furtivi veri apti adulteri, aut qui etiam irrepserunt. Pont. III. El. III.

Quas læs furtivos arceat habere viros.

excerpta Jureti,

Celent furtivos balnea tuta viros.

non multa. etiam bene. alludit autem simul ad *ἰματιονόμιαν* & fures balnearios, de quorum subdola rapacitate plurima apud veteres est querela. Vide Frøherum Pæring. lib. II. cap. XII. Heinſius.

642. Et celat lecto quemlibet ægra sua.] Et cedat lecto quemlibet ægra sua optimus Regius cum Scaligeri excerptis quomodo omnino scribendum. Neque aliter Aprosianus, nisi quot in illo, qualibet. male. duxi de voce quemlibet ad Epist. VI. v. 140. cedere lecto. ut cedere damno. su-

pra, nam cedat uterque damno. Editiones quædam cum nonnullis scriptis.

Telles & in lectum quamlibet ægra suum.

Farnesianus,

Et credat lecto cum liba ægra suo.

Idem:

643. Quid agatur adultera clavis.] Quid agamus scripti plerique cum prima editione. Idem. Adultera clavis.] Quasi altera facta. Nomine cum doceat, quid agamus, adultera clavis.] Hoc est: Cum ipsa clavis, quæ adulterio dicitur, quam puella vel amator habet, doceat ac moneat suo nomine, quid agamus, sive in quem usum ac finem ipsa comparata sit, hoc est, adulterio excocti. Mægl.

644. Quasque petas, non det janua sola vias.] Patet editiones venustæ, cum Regio codice & multis aliis. alii nonnulli petas. Lego, quasque petas, nempe amicam. vel etiam. Quasque petas non det janua sola, vias. quod verius est. Adultera clavis cum vias doceat, quas non sola patens janua det. hoc est, cum vias doceat quibus occlusum ostium adulterinz clavis ope intres. Clavem adulterinam pro adulterinâ ponit, argute hinc eo in nomine. Clavis adulterina, quæ ad imitationem veræ clavis erit facta. sic signum adulterium dixit Cicero pro Cluentio, Testamentum in alias tabulas transscriptum signis adulterinis obſignavit. Heins. Janua sola.] Quia sunt & fenestæ.

646. Illa

Illa vel Hispano lecta sit uva jugo.
 Sunt quoque quæ faciant altos medicamina somnos;
 Victaque Lethæâ lumina nocte premant.
 Nec male delitiis odiosum conscia tardis
 Detinet; & longâ jungitur ipsa mora. 650
 Quid iuvat ambages præceptaque parva monere;
 Cum minimo custos munere possit emi?
 Munera (crede mihi) capiunt hominesque Deosque:
 Placatur donis Jupiter ipse datis.
 Quid sapiens faciat? stultus quoque munere gaudet. 655
 Ipse vir, accepto munere, mutus erit.
 Sed semel est custos longum redimendus in annum:
 Sæpe dabit, dederit quas semel, ille manus.
 Questus eram (memini) metuendos esse sodales:
 Non tangit solos ista querela viros. 660
 Credula si fueris, aliæ tua gaudia carpent;
 Et lepus hic aliis exagitandus erit.

Hæc

646. *Illâ vel Hispano lecta sit uva jugo.*] Laetana provincia est Hispaniz, quæ vinum pessimum mittebat. Potes, inquit Ovid. nullo vino vel pessimo janitorj somnum inducere. aut certe optimo vino, quod etiam nascebatur in Hispania, januz præfectum evincendum esse dicit.

650. *Longâ jungitur illa morâ.*] Ipsa morâ scripti cum primâ editione. recte. Non male, inquit, ancilla ipsa cum custode coit, idque lente, quo is diutius detineatur. sic *jugare Venerem, jungere corpus* de quibus ad Remedia Amoris dicitur. Heins.

651. *Præceptaque parva monere.*] *Ma-lo moneri.* Idem.

653. *Munera crede mihi capiunt.*] *Captans* Farnesianus. sic Amor. lib. 1.

Non aries placitam moneri capias ovem.
Parormia Græca apud Platonem l. 111. de Rep.

Δαπα δὲ τοῦ τριβύ, καὶ αἰδολοῦ παρ-οιῶν.

Euripides in Medea.

Παῖδαν δαπα καὶ τριβύ, καὶ αἰδολοῦ.
Argue Petronius, Ipse Senatus recti bonique præceptor mille pondo auri Capitolio promittere solet, & ne quis dubiet pecuniam concupiscere, Jovem quoque peculio exorat. Heinsius.

656. *Ipsa vir accepto munere mutus erit.*] Prima editio cum Regio, Sarraviano, & aliis nonnullis, *Ipsa quoque.* sed vulgatum præstat. Idem.

657. *Longum redimendus in annum.*] *Longum in annum* Jureti excerpta. Venuste. Fast. 14.

Hoc pater Iliades cum longum scriberet annum,

Vidit.

Met. 1.

— longique peris labor irritus anni.

Amor. 1. Eleg. 111.

Accipe per longas tibi qui deseruias me-ros.

Idem.

662. *Exagitandus erit.*] *Exagitandus* rectius quidam scripti cum Jureti excerptis, nisi malis,

22

Hæc quoque, quæ præbet lectum studiosa locumque;
 Crede mihi, mecum non semel illa fuit.

Nec nimium vobis formosa ancilla ministret: 665

Sæpe vicem dominæ præstitit illa mihi.

Quo feror infans? quid aperto pectore in hostem

Nitor; & indicio prodor ab ipse meo?

Non avis aucupibus monstrat, qua parte petatur:

Non docet infestos currere cerva canes. 670

Viderit utilitas; præcepta fideliter edam.

Lemniâsi gladios in mea fata dabo.

Efficite

*Et huius ipsa aliis exagrandus eris.
 nam Sarravianus, eris. Idem.*

663. *Quæ præbet lectum studiosa locumque.*] Quicquid pro vulgata statet libri veteres, scribe,

— cui præbet lectum studiosa locumque.

vel fecimusque. Tangit violati hospitiî sacrilegium. *Idem.*

666: *Vicem domina.*] Quia cum illa rem habui loco dominæ.

667. *Quid aperto pectore in hostem Mitto.*] Nitor Cavalcantianus cum duobus Vaticanis, quod aridet. Met. 11.

Nitor in adversum, nec me, qui cætera, vincis

Impetus.

In Amor.

— *Naturæ in vetustum.*

Epist. Phædæz,

— *ignotas mihi in artes.*

sic ex optimo codice scribendum, ut suo loco dixi. Pont. 11. Eleg. VII.

*Es quot aves motis nitantur in aëra pen-
 nis.* Heinſius.

In hostem mitto.] Aperiendo consilium foeminis, quæ tanquam hostes viris insidiantur. *Aperto pectore.*] Apertis consiliis.

671. *Ego capta fideliter edam.*] *Præcepta*, duo codices. sic supra,

Quid si quid præcepta valent mea.

&c,

Formosa minus artis operæ præceptaque curam.

&c,

Quid jurot ambages præceptaque parvas monere.

&c sic sæpe his libris. Heinſius.

672. *Lemniadum gladios in mea fata dabo.*] Regius Lemnias &c. Farnesianus Lemnios &c. Quinque Lemniades. tres, Lemniadis. duo, Lemniadi, unus Lemniados. Scribe, Lemniâsi. &c vide quæ noto ad Epistolam XIII. ff. 137. atque iis adde locum Propertii, egregie, nisi fallor, à me restitutum, qui exstat lib. IV. Elegia prima,

*Quo tuis imprudens vage dicere facta,
 Propertii?*

*Non sunt ab dextra candida fila colo!
 Aversus Charisim canas. aversus Apollo*

Possunt invita verba penda lyra.
 ita quippe ista cenſeo conſtituenda, quæ videamus nunc ſingula. Primo verſu vage facta non vage, lego. quia imprudens præceſſerat. ſecundo legebatur à dextra condita fila colo. a pro ab. quomodo ſæpe apud Propertium peccatur. ut alibi pluribus dicemus. poſſe &c tam dextra legi candida etiam fila malui quam candida quod Naſo pari modo in Triftibus,

Non ita ſunt ſati candida fila mei.
 pro Aversus Charisim canas, in ſcriptis editisque legebatur Accerſus lacrymis cantus niſſo ſenſu. niſi quod in codice magni Scaligeri, Accerſis lacrymis Charites. quod illi attriſit, non mihi. Tò Charites nempe diverſam lectionem rē lacrymis designat. pro quo charitis antiquitus ſit lectum. verſu poſſumus poſſe

137

Efficite (& facile est) ut nos credamus amari:

Prona venit cupidis in sua vota fides.

Speâet amabilius juvenem; suspiret ab imo 675

Fœmina; tam sero cur veniatque roget.

Accedant lacrymæ, dolor & de pellice fictus;

Et laniet digitis illius ora suis.

Jamdudum persuasus erit; miserebitur ultro:

Et dicet, Curâ carpitur ista mei. 680

Præcipue, si cultus erit, speculoque placebit,

Possit suo tangi credet amore Deas.

Sed te, quæcunque es, moderatè injuria turbet;

Neu sis auditâ pellice mentis inops.

Nec cito credideris. quantum cito credere lædat, 685

Exemplum vobis non leve Procris erit.

Est prope purpureos colles florentis Hymetti

Fons sacer, & viridi cespite mollis humus.

Silva nemus non alta facit: tegit arbutus herbam:

Ros maris, & lauri, nigraque myrtus olent. 690

Nec densæ foliis buxi, fragileſque myricæ,

Nec

non reposui. Nam in uno Vossiano Po-
sui &c. Vulgati posui ab. pro fata apud
Nasōnem scripti plerique darma. Re-
gius, fama. Nil mirò. Idem. Lemniades.]
quæ una nocte viros trucidarunt.

673. Credamus amari.] Credamus pri-
ma editio & unus Vaticanus. Heinſius.

675. Et suspirat ab alto.] Tò & non
agnoscunt libri meliores, nec prima
editio. Idem.

678. Et laniet digitis.] Prælia puella-
rum cum amantibus designat Horatius:

Nos prælia virginum Sæſis in Juvones an-
guibus acrimus. Met.

680. Cura carpitur ipsa mei.] Ista ex
scriptis & prima editione. Heinſius.

683. Sed te quæcunque est.] Es ex iis-
dem. Remed.

At tu, quicunque es, quem nostra licen-
tia ludit. Idem.

684. Ne sis.] Ne multi scripti. Lege

Ne sis cum uno Palatino. Idem.

687. Florentis Hymetti.] Vestitur enim
semper floribus Hymettus mons Atticæ,
melle celebratus, & effossione marmo-
rum, ut Strabo scribit.

690. Rosmaris & laurus.] Ros maris
& lauri ex scriptis. Heinſius. Ros maris.]
Ros maris etiam à Plinio *libanotis* ap-
pellatur. Et laurus.] Laurus (ut Diodo-
docet) ab Apolline inventa est, ob id-
que ei consecrata fertur. Triumphis di-
cata erat, gratissima janitrix domibus
Cæsarum atque Pontificum, dicente O-
vidio in Metam. Vide Plin. lib. 15.

691. Nec densum foliis buxus.] Densæ
foliis buxi quatuor codices, totidem den-
sus foliis buxus. Puto, densæque nec foliis
buxus cum uno Patavino. sic *multisera*
buxus Met. XII. & apud Martialem,

Multisido buxus quæ tibi dense datur.
Heinſius.

692. Ne

Nec tenues cythi, cultaque pinus abes.
 Lenibus impulsæ Zephyris aurâque salubri
 Tot generum frondes herbaque summa tremunt.
 Grata quies Cephalo, famulis canibusque relictis 695
 Lassus in hæc juvenis sæpe refedit humo.
 Quoquæ meos relevés æstus, cantare solebat,
 Accipienda sinu, mobilis Aura, veni.
 Conjugis ad timidas aliquis malè sedulus aures
 Auditos memori detulit ore sonos. 700
 Procris ut accepit nomen, quasi pellicis, Auræ,
 Excidit: & subito muta dolore fuit.

Pal-

692. *Nec tenues cythi.*] Cythi frutex est, mitis laudibus celebratus ab Antinomocho Atheniensi, pabulo ovium. Non enim ex alio pabulo lactis major copia, aut melior. *Cultaque pinus abest.*] *Pinus* legendum censet Salmastius ad Solinum. p. 387. Ego quemadmodum facile concesserim in Columella & Virgiliano Culice *tinum* reponi debere, ita hoc loco scripturam receptam hand mutem. Intelligit autem *pinum domesticum* seu *hortensem*, ac proinde cultam dixit ut à sylvestripino distinguat. Virgil.

Fraxinus in silvis pulcherrima, pinus in hortis.

ubi Pelesterius Episcopus Monpessulanus volebat reponi *pinus in oris*, quod illa oris maritimis gaudeat. sed erravit. Vegetius lib. iv. cap. xxxiv. *Ex cupressu ergo & pinu domesticâ sive sylvestri larice & abiete præcipue liburna contexitur.* per cultam *tinum* quid possit intelligi, præter laurum, non video; cum lauri jam meminert Ovidius, arque ita bis idem dixerit. Nam quod *χαμαίριος* intelligebatur à Scaligero, ne illud quidem admiserim, cum *χαμαίριος* inter herbas à Plinio recensetur, & vocetur ab eo *abiga*: Pinus nusquam appellatur. Describere autem Ovidium non frutices solummodo, sed arbores quoque, ex buxo liquet, de qua paulo ante egerat. At libro Metam. x. ubi arbores varias recenset, illo versu,

Et bicolor myrtus, & hæcæ carulea ficus cum libri vertutiores *pinus* agnoscant, *tinum* reponi debere non est dubium. quod Salmastium non vidisse miror. Ita enim Plinius lib. xv. cap. ult. de tino. *Hæc sylvestrem laurum aliqui intelligunt, nonnulli sui generis arborem, differt color, est enim carulea bacca.* Junius Philargyus ad illum versum quarto Georg. *Ipse thymum pænesque fœrens. Legitur & tinos.* Est autem *laurus sylvestris caruleâ bacca.* Recte ergo Ovidius *baccæ caruleæ tinum* dixit. Heinke.

694. *Herbaque summa tremunt.*] Tremunt bene alter Regius & Lincolnensis. Idem.

697. *Quoque meos relevés æstus.*] Quoquæ reponendum cum duobus Varianis. Idem.

699. *Conjugis.*] Procridis.

700. *Auditos sonos.*] Auditam vocem, qua autam vocabat.

701. *Quasi pellicis aura.*] Credit enim, auram vocatam non ventum, sed pellicem.

702. *Muta dolore fuit.*] Muta scripti potiores cum prima editione, recte sic *muta* metum *Ipianassa* apud Lucretium. Virgilius,

Sic pæcus omne metu mutam. ita quoque apud Senecam Medea Act. ii. ex optimo Mediceo reponendum:

Sile, obsecro quæstusque sacro deditos

Munda dolore, gravia quævis ventura

Pa-

Palluit, ut feræ, lectis de vite racemis,
Pallefcunt frondes, quas nova læsit hiems.

Quæque fuos curvant matura cydonia ramos.
Cornaque adhuc noſtris non fatiſ apta cibis.

Ut redit animus, tenues à pectore veſtes
Rumpit, & indignas ſauciat ungue genas.

Nec mora; per medias paſſis furibunda capillis

705

Evo-

*Paciente & æquo motus animo pertulit,
Refert potus.*

vulgo immotus. Rem. Amor.

—— læſtica prodeat, inquit.

Proderat. viſa conjuge motus erat.

ſupra,

Ipſe qui accepto munere motus eris.

Prudentius l. ii. contra Symmachum,

Qua regio gradibus vacuis jejunia dira

Suſtinet? aut qua Janiculi mola muta
quieſcit?

ſic ſcribo. vulgati & ſcripti male *mota*
vel *nota*. ſtrepitum enim inter verſan-
dum molæ edebant, unde *crapaces* dixit
Mæcenæ apud Senecam. ſic idem Pru-
dentius Paſſione Hippolyti *mota mar-*
mora vocat ſépulcra quæ inſcriptionem
non habent,

Sunt & muta tamen tacitas claudencia
tumbæ

Marmora. Heinſius.

703. *Palluit, ut ſeræ, lectis de vite ra-*
cemis.] *Seræ lectis de vite racemis*, aut *le-*
ctis racemis ſcripti plerique. alii *ſectis ra-*
cemis. *ſeræ lectis de vite racemis* prima edi-
tio & ſeptem ſcripti. Vulgata læſtio non
eſt ſollicitanda, quam & Regius codex
tuetur. Remedio Amoris,

—— *maturam ruſticus uvam*

Deligit.

Fast. iiii.

Dum legis in ramo pīctas temerarius u-
vas,

Decidis.

præpicionum auctor Epigr. ii.

Uvæque quales flava legiſ Aræte.

vinum legere dixit Varro l. v. r. r. Varro
lib. v. l. l. Nam Flamen Dialis auſpica-
tur vindemiam, & ut juiſſit vinum legere,
agna Jovi facit. inter cuius exta caſa &

porrecta Flamen prorsus vinum legiſ. Mar-
tial. lib. vi. Epigr. xlii.

Nam ſi vel minimis manu rapaci

Hoc de palmitē legeris racemus.

ſic omnino ſcribendum. non *leſeris*. quod
tamen editos ac manu exaratos, quos
vidi, codices omnes occupavit, ſic & *po-*
ma legere paſſim apud auctores, & *leſita*
apryna apud Martialem Xenii Epigr.
xlii. de ficu Fast. ii.

Seabas adhuc ficus duris denſiſſima po-
mis;

Tentat eam roſtro; non erat apta legi.

ſeræ frondes ut Virgil. *ſeræ poſuit cum vinea*
frondes. Fast. vi.

Quid faceret, color otis erat, qui fron-
dibus olim

Elle ſolet ſeris, quas nova læſit hyems.
Idem.

704. *Nova hyems.*] Autumnus: Ut
nova æſtas pro vere. Virg. i. Æn.

Qualis apes æſtate nova per florea rura

Exercet ſub ſole labor.

Sic etiam æſtas adulta; Autumnus adul-
tus, pro præcipite, & inclinante. Redi ad
Epigr. 18. ſf. 55.

Transiſ in æſtatem, poſt Ver, robuſtier
annus,

Fitque valens juvenis.

Metam. 15. ſf. 206. Ubi eleganter qua-
tuor anni partes cum ætate hominis
comparantur.

706. *Non ſatis apta.*] Nondum matu-
ra.

707. *Uique animus rediit.*] Episto-
la vi. verſ. 31. monui ex melioribus libris
legendum eſſe, *Ut rediit animus*. ita ce-
te primæ editio, Regius, Saravianus,
excerpta Jureti, atque alii complures. vi-
de quæ illic notamus. Heiſſ.

Vv

711. U8

Evolat, ut thyrso concita Baccha, vias. 710
 Ut prope peryentum; comites in valle relinquit.
 Ipsa nemus tacito clam pede fortis init.
 Quid tibi mentis erat, cum sic male sana lateres,
 Procri? quis attoniti pectoris ardor erat?
 Jam jam venturam, quæcunque erat Aura, putabas 715
 Scilicet; atque oculis probra videnda tuis.
 Nunc venisse piget; neque enim deprendere velles:
 Nunc juvat. incertus pectora verlat amor.
 Credere quæ jubeant, locus est, & nomen, & index;
 Et quia amans semper, quod timet, esse putat. 720
 Vidit ut oppressam vestigia corporis herbam;
 Pulsantur trepidi corde micante sinus.
 Jamque dies medius tenues contraxerat umbras;
 Inque pari spatio vesper & ortus erant.
 Ecce redit Cephalus filvis Cyllenia proles, 725
 Ora-

711. *Ut prope peryentum est, comites in valle reliquit.*] Regius relinquit, nec Tò est agnoscit. atque ita quinque aut sex. Idem.

713. *Quid tibi mentis erat.*] Eris unus. alius erat. certe erat sequitur. Scribe, *Quid tibi mentis, iò?* sic paulo post ex antiquis libris,

Labor iò, chara lumina conde manus.

Met. III.

Iò gemina clamavit adesse sorores. sic & ibi veteres libri. Epistola Hypermnestra, *quid iò freta longa pererras?* Id.

719. *Locus est.*] Quo veniebat Cephalus. *Et nomen.*] Auræ. *Et index.*] Accusator Cephalus & auræ.

720. *Et quia mens semper quod timet, esse putat.*] Putat scripti plerique cum prima editione. *Et quia mens tres scripti cum Arondeliano. Et quod amans. Lege Et quia amans.* sic Epist. 1.

Res est solliciti plenatimoris amor. in Tristibus,

Daique iouis casti signa timoris amor. Idem.

721. *Vidit ut oppressam vestigia corporis*

herbam.] Vidit & oppressa herba scripti cum prima editione plerique. frustra est enim elegans appositio. Idem.

722. *Pulsantur trepidi corde micante sinus.*] Redi ad v. 37. Epist. Aëdon. Plaut. Cistellar. 2. 3. vl. 9.

Horres corpus, cor salit.

Et Aulul. 4. 3.

Cor mihi caput in pectus emicare.

725. *Ecce redit Cephalus proles Cyllenia.*] Cephalus in Metamorph. ab Ovid. Æoli, à Strabone Dionei, filius fectur: qui ex Athenis profugus, ab Amphitryone Dulichium accepit, ab eoque postea insula Cephalenia est appellata. Cur autem ab Ovidio proles Cyllenia dicatur, docet Strabo l. 10. Mer. Proles Cyllenia.] Credimus prolem Cylleniam à Poëta dici Cephalum, eo quod à quibusdam Mercutii, quem vulgo Cyllenium vocant postea, filius habitus fuerit. Cujus rei restem Hyginium habemus, c. 241. *Myth. Proles Cyllenia filius.*] Sylvius Cyllenia proles. Scaliger & Leopardus Miscell. lib. VII. cap. XXIII. *Hellonia.* ab Hellene Æoli patre. qui Cephalus proavus fuerit.

30d

Oraque fontanâ fervida spargit aquâ.

Anxia, Procri, lates. solitas jacet ille per herbas;

Et, Zephyri molles, Auraque, dixit ades.

Ut patuit miseræ jucundus nominis error;

Et mens, & rediit verus in ora color. 730

Surgit, & appositas agitato corpore frondes

Movet, in amplexus uxor itura viri.

Ille feram sonuisse ratus, juveniliter arcus

Corripit: in dextrâ tela fuere manu.

Quid facis, infelix? non est fera: supprime tela. 735

Me miserum! jaculo fixa puella tuo est.

Hei mihi! conclamat, fixisti pectus amicum.

Hic locus à Cephalo vulnera semper habet.

Ante diem morior, sed nullâ pellice læsa:

Hoc faciet positæ te mihi terra levem. 740
No-

Sed vulgatam lectionem non esse sollicitandam pluribus ad v. 673. lib. VII. Met. monui. Mercurii enim filius Cephalus à nonnullis est creditus. Heinsius.

726. *Fervida spargit aqua.*] Scripti plerique cum prima editione *pulsat*. quod & Zinzerlingus in Pronnulsche Critica est amplexus. Nec ignoro sic alibi Ovidium locutum. Sed præcessit paulo ante,

Pulsantur tropidi corda micante sinas.
noster lib. v. Fastorum,

Spargit aquis aditus.
& ibidem,

Vergaque vorantes lacryas spargit aquas.
duo codices *lavis aqua*. ut Remedio Amoris,

Arida nec faciens ora lavabis aqua.
Idem.

730. *Et mens, & rediit.*] *Ut mens & radiis duo libri.* duo alii, *Ut mens, ut rediit*, dixi ad Ep. XII. v. 33. Idem.

731. *Oppositas frondes.*] *Appositas* Sarravianus. bene. quod & in suis Nangerius invenere. vide notas Epist. VII. v. 100. Idem.

733. *Ille feram sonuisse ratus.*] *Vidisse* Regius & sex alii. *Scribo, morisse.* scri-

ptum fuit *Ille feram ovise.* omisso altero m qui frequens error in libris antiquis. Ibidem,

— *juveniliter arcum*

Corripit.

arcus scripti plerique cum primâ editione. deinde *Arripit* tres scripti. ut libro Met. v. — *arcum*

Arripit, &. *Moruum tibi sunt certamina dixit.*

Met. XIII.

— *arripit ensam.*

Et mens hic certo est. Idem.

738. *Hic locus.*] *Pectus meum.* *A Cephalo vulnera semper habet.*] *Præus enim sollicita eram, ne captus essem Auræ amore; nunc vero jaculo me fixisti.*

740. *Hoc faciet positam te mihi terra levem.*] *Codex Regius mendose, Hoc faciet positam ex te mihi terra livam.* Sed scribendum est *posita te mihi.* & sic Aprosianus. quod & è suis amatoribus Nangerius. *Posui vel composui mortui.* Ovid. Fast. III. ut bene veteres libri,

Compositusque cinis, tumulique in mare moere carmen

Hoc breve, quod moriens ipsa reliquit, oras.

V v 1

Per-

Nomine suspectas jam spiritus exit in auras:

Labor iö! carâ lumina conde manu.

Ille sinu dominæ morientia corpora mœsto

Sustinet; & lacrymis vulnera sæva lavat.

Exit, &, incauto paulatim pectore lapsus,

745

Excipitur miseri spiritus ore viri.

Sed repetamus iter. nudis mihi rebus agendum est,

Ut tangat portus fessâ carina suos.

Sci-

Perlius, omnes composui felices. lib. v.

Composuisse nepos busta piabas avis.

& mox,

Illâ, quâ positis iussa servatur avis.

Statius Theb. viii.

——— *positusque beata*

Mortis pater.

libro xii.

Hæi mihi, quod positas huius alma dies-
que resoluat.

& mox,

Dum finitus putat omne finem, visusque
segaci

Timor positos.

in vereri Epicedio Inscript. apud Ginterum,

Hæc posita nata miseri posuere parentes.
nostræ Ep. Ariad.

Nec positas artus auget amica manus.

sic intelligendum & supra, quod dicit,

Ennius emens Calabris in montibus
ortus

Contiguit poni, Scipio magne, tibi.

Trist. iiii. El. iiii. de ossibus suis,

Inque suburbano mortua pone sole.

sic & sæpe Epicedio Druæ. Heinsius.

741. *Suspensam auram.*] *Suspensas au-*
ras scripti & prima editio. Idem.

742. *Jam morior. cara lumina conde ma-*
nu.] *Labor jam quatuor libri. duo Labor*

& ö. Recte augmen prima editio, Re-
gius, & duo Vaticani, Labor iö Diximus
paulo ante. Labi pro Mori. sic Met. x.

Labris Oebalida primâ frandato juven-
ta.

Parthenopæus moriens apud Statium
Theb. ix.

Labitur. i miseram, Dorcon, solare pa-

rentem.

& de Creonte moribundo Theb. xii.

——— *ille oculis extremo errore solutus*

Labitur.

apud eundem in Silvis Priscilla moriens,

Hæc dicit labens, sociosque amplectitur
artus,

Carnilla apud Virgilium,

Labitur exsanguis, labantur frigida læto
lumina.

Val. Flaccus v.

Argolicus morbis satisque rapacibus Id-
man

Labitur. Idem.

Chara lumina conde manu.] Scribit Plin.
morientibus oculos operire, rursusque
in rogo patefacere, Quiriciam magno
ritu sacrum fuisse. Solebant autem
propinquiores mortuorum oculos clau-
dere.

743. *Dixit, & incanto.*] Scripti cum
primis editionibus huic disticho sequens
præponunt, *Ille finis domina.* & recte.
modo pro *Dixit*, rescribas *Exit*. ut sit
repetitio verborum Procridis. Nam *Tö*
dixit hic locum non habet, etsi in om-
nibus antiquis libris legitur. quod cum
viderent correctores, ordinem versuum
inverterunt. Heinsius.

747. *Sed repetamus iter. nudis mihi re-*
bus agendum est.] Scripti plerique cum pri-
mâ editione,

Sed repetamus opus. mihi nudis rebus
eundem est.

Frustra. Rutilius Itinerario,

Carmino proposito jam repetamus iter.
Heinsius. *Sed repetamus iter.*] A diver-
ticulo ad æternam redeamus.

749. Sci-

Scilicet expectas, dum te in convivium ducam,
 Et quæris monitus hac quoque parte meos? 750
 Sera veni; positâque decens incede lucernâ.
 Grata mora est Veneri: maxima lena mora est.
 Et si turpis eris, formosa videre potis:
 Et latebris vitiis nox dabit ipsa tuis.
 Carpe cibos digitis; est quiddam gestus edendi: 755
 Ora nec immundâ tota perunge manu.
 Neve domi præsume dapes: & desine, citra
 Quam capies paulo, quam potes esse, minus.

Pria-

749. *Scilicet expectas me te in convivium ducam.* Sollicite expectes, dum te scripti plerique cum primâ editione. & quas nonnulli libri sequenti versu. *Heinsius.* In convivium ducam. Ut doceam, quomodo coenandum sit apud amatorem.

752. *Grata mora venies.* Veniens Regius & quatuor alii. unus *Grata mora est Veneris.* unus Vaticanus cum primâ editione *Grata mora Venus est.* non male. Sed rectius Neapolitanus cum Cavalcantiano, *Grata mora est Veneri.* *Heins.*

753. *Et si turpis eris.* Lege *Est.* *Idem.*

755. *Est quiddam gestus edendi.* Diu est quod vidi quiddam reponi debere. quod prima editio confirmat, & unus Vaticanus lib. II. Pont. El. I.

Quod precor eveniat. sunt quadam oracula veterum.

scribere sunt quiddam Propert. lib. IV. Sunt aliquid manes. sic *Est* aliquid & sunt aliquid. in Amoribus lib. II. Omina sunt aliquid. Remed. Amor.

Est aliquid valida scopra tenere manu. Met. XII.

Est aliquid non esse scissum Nereide; sed qui

Nereaque & natus & totum temperat aquor. *Idem.*

757. *Neve domi præsume dapes. sed desine citra*

Quam capias, paulo quam potes esse minus.

Locus perplexissimus. Vetus editiones *Neve diu.* Sarravianus & septem alii,

Neve nimis. Sed pro vulgatâ stant vetustiores libri. & rectè omnia constabunt, si pro *sed desine*, & *desine* reponas. & sequenti versu pro *cupias, capies*, ut in Regio est & aliis quatuor. Multi *cupies* proxime venum. *præsumere.* quomodo apud Plinium l. 36. c. 11. *Theophrastus auctor est, potiores in certamine bibendi præsumere farinam ejus.* Tangit & damnat morem puellarum quarundam, quæ domi præsumebant dapes, ut in convivio à cibis abstinereat. quod & nunc apud multas in usu est. tres *cupias, capere*, ut apud Horatium lib. I. Sat. I.

Non tuus hoc capiet venter plus, quam meus.

noster lib. VII. Metam.

Plusque capis, quo plura suam demittis in alvum.

ita censeo scribendum. Lucret. lib. IV.

Nec refert quicquam, quo vultu corpus alatur.

Quomodo quod capias, concoctum didere possis.

Est pro edit apud Virgilium & Gratum. *esset* pro edisses apud Val. Maxim. l. IV. cap. III. sub finem. *esset* pro ederet Hygin. Fab. 139. *Estur* pro editur dixit noster Pont. I. El. I.

Estur ut occulta vitata terebine navis.

sensus est, desine priusquam capies paulo minus, quam potes edere. Vir doctus in Epistolis nuper editis, paulo quam potes esse minus. pro *ed.* Sed proferat exemplum velim vel unicuique, quo li-

queat

V v 3

Priamides Helenen avidè si spectet edentem ,
Oderit; & dicat, Stulta rapina mea est. 760

Aptius est, deceatque magis potare puellas.

Cum Veneris puero non male, Bacche, facis.

Hoc quoque, qua patiens caput est: animusque pedesque

Consistent: nec, quæ sint singula, bina vide.

Turpe jacens mulier multo madefacta Lyæo 765

Digna est concubitus quolibet illa pati.

• Nec somnis positâ tutum succumbere mensâ :

Per somnos fieri multa pudenda solent.

Ulteriora pudet docuisse: sed alma Dione,

Præcipuè nostrum est, quod pudet, inquit, opus. 770

Nota sibi sint quæque: modos à corpore certos

Sumite. non omnes una figura decet.

Quæ facie præsignis eris, relupina jaceto:

Speſtentur tergo, quīs sua terga placent.

Milanon humeris Atalantes crura ferebat: 775

Si

quæc veteres et proinde dixisse. Perpetua etiam Merula lectionem *Nec nimis præsunt dapis* approbat. Saltem nimis dapis, vel *Nec nimium præsunt dapis* reſinxisset. *Idem.*

760. *Oderis & dicat.*] *Dicat* Regius & tres alii ex melioribus, rectius. *Idem.*

762. *Nec male Bacche facis.*] Hoc est, non inutiliter aut inconvenienter jungere cum amore. *Alcyll.*

763. *Hoc quoque vide.*] Qui patiens caput est: id est, quatenus caput tuum potationes & consulam ferre potest, &c.

764. *Nec qua sint singula, bina vide.*] *Synonym.* 1. *Kai idraia diplota πάντα.* Quod est, *ὅς ὅρα, ἀλλὰ παρὰ τὸν ἴσος, ἰσομετρον καὶ παραμῦντα τοῖς λογισμοῖς.* Emota mente circumferti. *Plutarch. de Pentheo advers. Stoicos.* Sic Cyclops ebruius, *Eutrip. ὁρμὰ μὲν νοσῶν.* *Juvén. Sat. 6.*

— cum jam vergine testum
Amulius & geminis exsurgit mensa torrens.

Senec. amulatur Virgil. Agam. 728.

Sed ecce gemino sole præfulget dors,
Geminumque duplices Argos artellis dor-
mus.

Alium hujus rei Lactantius affert rationem quam Farnab. h. l. De opific. Dei cap. 9. Quia visus oculorum intentione animi consistat: qui, una cum lumine mentis vitarius, caligat & distorquetur. Huc alludere videtur *Plaut. Mil. 2. 4. Pl. 16. Oculi, qui plus vident, quam quod vident.*

767. *Nec summo tutum est posita.*] *Lege cum castigatioribus,*

Nec somnis positâ tutum succumbere mensâ.

& sic prima quoque editio. *Heinsius.*

771. *Nota sibi sint quæque.*] *Sine Regius* & unus Vaticanus. vide *Notas ad Amor. lib. 11. El. xi. Pl. 21. Idem.*

774. *Speſtentur tergo, cui sua terga placent.*] *Speſtentur, quis sua Regius & sex alii. & superiori versu eris pro eris bene multi veteres. Idem.*

775. *Milanon humeris Atalanta crura*

Si bona sunt, hoc sunt accipienda modo.
 Parva vehatur equo: quod erat longissima, nunquam
 Thebaïs Hectorco nupta resedit equo.
 Strata premat genibus, paulum cervice reflexâ,
 Fœmina, per longum conspicienda latus. 780
 Cui femur est juvenile, carent cui pectora mendâ,
 Stet vir, in obliquo fusa sit ipsa toro.
 Nec tibi turpe puta crinem, ut Phylleia mater,
 Solvere: & effusis colla reflecte comis.
 Tu quoque, cui rugis uterum Lucina notavit, 785
 Ut celer aversis utere Parthus equis.
 Mille modi Veneris. simplex minimique laboris,
 Cum jacet in dextrum semisupina latus.
 Sed neque Phœbêi tripodes, nec corniger Ammon,
 Vera

va ferebat.] *Milani* meliores. alii, *Milani* aut *Mimalion*. dixi *Artis* lib. 11. ff. 188. *Atalantes* quoque scribendum cum *Regio* & quatuor aliis. Multi *Atalantis*. Sequenti versu hoc sunt accipienda modo non aspicienda *Comelinianus*, *Neapolitanus* & septem alii. bene. nam conspicienda mox sequitur. *Amor.* 111. El. 11.

Talia Milani *Atalantes* crura fugacis
 Optavit manibus sustinuisse suis.

Idem.

781. Carent quoque cetera menda.]
 Quoque pectora scripti meliores cui etiam prior *Mentelianus*. Lege, carent cui pectora mundo. ut concursus vitetur diu a vide supra hoc libro *Notas* v. 261. quos scriptum erat: hinc quoque factum. Idem.

782. Semper in obliquo fusa sit illa toro.]
 Optime prima editio & scripti meliores,

Stet vir, in obliquo fusa sit ipsa toro.

Idem.

783. Ut Phylleia mater.] Ut *Phylacæia* *Bersmannus*. sed frustra. vide *Notas* ad *Epistolam* xiii. v. 35. Idem. Ut *Phylleia* mater.] Tanquam quæ *Bacchi* sacra celebrans, densit capillos per colla. A *Phylla* autem *Magnæ* oppido,

Baccham *Phylleiam* appellavit.

784. Et effusis colla reflecte comis.] *Renelle* prior *Mentelii*. *Aprobianus*, *reflette*. Lege, colla replere. sive passivum sit, *Gracismo* usitato, sive infinitivum. reflecta quem hic locum habeat non video. *Hensius*.

787. Mille modi Veneris.] *Joci* *Regius* & *Scaligeri* excerpta, cum aliis nonnullis sed nil mutandum. *nofter* *Am.* 111. El. vii. de concubitu,

Quos ego non fixi disposuique modos?
 da re Veneræ. & alibi,

Inque modos Veneris mille figuret amor.
Martial. l. ix. Ep. lxx.

Lassis mille modis illud puerile poposci.
 jocos paulo post vocabit. Idem.

789. Sed neque Phœbei tripodes.] *Tripodes* erant mensæ in templo *Apollinis* *Delphici*, ex quibus *Phœbades* varicinantur. *Nec corniger Ammon.*] *Hammonem* dicit, qui in *Cyrenaica* regione colebatur, & dabat responsa. *Corniger* autem ideo appellatur, quoniam *Ammon* galea in bello usus est, cujus insigne fuit arietis caput. Sunt qui ipsum asserant naturam parvulam habuisse cornua, propterea ejus filium *Dionysium* eodem fuisse aspectu: postertusque traditur, deum cornua gessisse.

V v 4

790. Quam

Vera magis vobis, quam mea Musa, canent. 790
 Si qua fides arti, quam longo fecimus usu;
 Credite: præstabunt carmina nostra fidem.
 Sentiat ex imis Venerem resoluta medullis
 Fœmina: & ex æquo res juvet illa duos.
 Nec blandæ voces, jucundaque murmura cessent: 795
 Nec taceant mediis improba verba jocis.
 Tu quoque, cui Veneris sensum Natura negavit,
 Dulcia mendaci gaudia finge sono.
 Infelix, cui torpet hebes locus ille, puella es;
 Quo pariter debent fœmina virque frui. 800
 Tantum, cum finges; ne sis manifesta caveto:
 Effice per motum luminaque ipsa fidem.
 Quod juvet: & voces & anhelitus arguat oris.
 Ah pudet! arcanas pars habet ista notas.
 Gaudia post Veneris quæ poscet munus amantem, 805
 Ipsa suas nolet pondus habere preces.
 Nec lucem in thalamos totis admitte fenestris.
 Aptius in vestro corpore multa latent.
 Lusus habet finem: cynis descendere tempus,
 Duxerunt collo qui juga nostra suo. 810
 Ut quondam juvenes, ita nunc mea turba puellæ
 Inscribant spoliis, Naso magister erat.

ARTIS AMATORIÆ FINIS.

790. *Quam mea Musa canet.*] *Canent* rectius quatuor libri. unus *canat*. Puro *canant*. Heinſius.

794. *Res juvet ista duos.*] *Ille* meliores, quidam *una* cum Jureti excerptis, & codice Sarraviano. *Idem*.

799. *Ille puella.*] *Puella* Regius. Sex alii cum primâ editione, *puella est*, sed bene Sarravianus, *puella es*. *Idem*.

801. *Tantum cum finges.*] *Cum simulat* Jureti excerpta. Lege, *dum simulat*. Nonnulli ex melioribus, *Dum nimum simulat*. duo *Tunc cum simulat*. Forte, *At tu dum simulat*. *Idem*.

803. *Quod juvat.*] *Juvat* quidam. *Id.*

805. *Quæ poscet munus amantem.*] *Poscet* prima editio & Regius. qui & *amantes*. *Id.*

806. *Ille suas nolet.*] *Nolle* Regius, & multi alii. plures *nolet*. quod sequor. *Idem*.

809. *Lusus.*] *Opus ipsum*. *Cynis discedere tempus.*] Non immerito poeta, qui est in tutela Apollinis, & cœciliæ res Veneris, ab avibus utriusque nominis dicatis vestrum se fuisse dixit. Sed currum Veneris non modo olores ducunt, sed etiam columbæ. *Cynis discedere tempus.*] *Discedere* Regius. alii *multi discendere*. pro descendere curru, quem olores traxerunt. bene. *Heinf.*

812. *Spoliis.*] *Exuviis amantem*. *Idem*.

P. O V I.

P. OVIDII NASONIS
 REMEDIORUM AMORIS
 LIBER UNUS.

LEgerat hujus Amor titulum nomenque libelli:
 Bella mihi, video, bella parantur, ait.
 Parce tuum vatem sceleris damnare, Cupido;
 Tradita qui toties te duce signa tuli.
 Non ego Tydides, a quo tua faucia mater
 In liquidum rediit æthera Martis equis.
 Sæpe tepent alii juvenes: ego semper amavi.

Et

DE REMEDIO AMORIS LIBER PRIMUS.] Codex Regius & alii nonnulli librum unum faciunt ex duobus. & recte. Noster enim ipse libellum vocat hujus poematis initio. Deinde idem Regius *Remediorum Amor* librum inscribit. & hoc quoque recte. P. OVIDII NASONIS ARTIS AMATORIAE LIB. III. EXPL. INCIPIT EJUSDEM REMEDIORUM LIBER I. Unus quoque Vaticanus *De Remediis Amoris* inscribit Heinsius.

1. *Legerat hujus Amor titulum nomenque libelli.*] Scripturus de remedio amoris Ovidius, primo se excusat Cupidini: ostenditque, non eum adversari velle suis præceptis, sed his se opem ferre paratum esse, qui adeo impatienter amant, ut quandoque necesse sit præ nimio amore, aut laqueo, aut ferro, aut alia via vitam finire. quod quidem alienum esse dicit à Cupidinis regnis, qui amantium lachrymis tantummodo contentus, circa mortem joculari solet.

5. *Non ego Tydides.*] Non soleo ego pugnare contra te, aut matrem Venerem, ut olim Diomedes, (ut in 5. Iliad. scribit Homerus.) *A quo tua faucia mater.*] Id quod ipsa acerbe queritur apud Virgil. 10.

Atque iterum in Tenues Ætolis surgis ab Arpis

Tydides: equidem, credo, mea vulnera restant.

Et, tua progenies, mortalia demoror arma.

Et auctor ipse, iratam expertus, deinde factum damnat, *Æneid.* 11.

Hæc adeo ex illo mihi tam speranda fuerunt

Tempore, cum ferro caelestia corpora, demens,

Appetiti, & Veneris violavi vulnere dextram.

Noster hoc sepiuscule in usus suos convertit. *Fastor.* 4. ex *Pont.* 2. 2. & alibi. Sed huic amorum matri non congruebat grave Martis opus: *Iliad.* 2. vers. 428.

*Ουτοι, τέκνοι μὲν, δίδονται πόλε-
 μίῃ ἔργα.*

Ἄλλὰ σὺ γ' ἡμῶντα μετίεχο ἔργα γάμοιο.

6. *Martis equis.*] Verba Veneris, Martis currum sibi orantis, hæc sunt. *Iliad.* 6. 359.

*Φίλε πατρίηντι, ἐκκέμισαι σὶ με,
 δὲς δὲ μοι ἵππους,*

Ὅρ' ἐς Ὀλυμπον ἵκωμαι, ἵν' ἀθανάτων ἴδῃ ἔσι.

V V 5

Aia

Et si, quid faciam nunc quoque, quaeris; amo.
 Quin etiam docui, qua possis arte parari:
 Et quod nunc ratio est, impetus ante fuit. 10
 Nec te, blande puer, nec nostras prodimus artes:
 Nec nova praeiteritum Musa retexit opus.
 Si quis amat, quod amare juvat, feliciter ardens
 Gaudeat, & vento naviget ille suo.
 At si quis male fert indignae regna puellae; 15
 Ne pereat, nostrae sentiat artis opem.
 Cur aliquis collum laqueo nodatus ab arcto
 Et trabe sublimi triste pendit onus?
 Cur aliquis rigido fodit sua viscera ferro?
 Invidiam caedis, pacis amator, habes. 20
 Qui, nisi desierit, misero periturus amore est;
 Desinat: & nulli funeris auctor eris.
 Et puer es; nec te quicquam, nisi ludere, oportet.
 Lude: decent annos mollia regna tuos.

Nam

Αὐτὸν ἀχθεῖται ἑλκεῖ ὁ μὲν βροτῶν
 ὑπάρχει ἀνὴρ

Υποδιδῶν, ὅς τῶν γὰρ ἀνδρῶν πατρὶς
 μέγιστος.

9. *Qua posses arte parari.*] Possis rectius quidam scripti. & sequenti versu, quod nunc ratio est. non quae. Heinsius. *Qua possis arte parari.*] Quo posses conciliari amantibus. Designat autem libros Artis amatoriae.

11. *Nec prodimus.*] Nec tanquam proditores oppugnamus. *Nostras artes.*] Nostra amatoriae praecepta.

12. *Nec nova praeiteritum Musa retexit opus.*] Praetextum prior Menteliani. sic PONT. 1. El. 19.

Quod tua texerant scripta retexit opus. quomodo vetus codex. Matius apud Cicero nem Ep. xxviii. lib. xi. An quod adolescens praestitit, id nunc aetate praecipitata consummatum, ac me ipse retexam. sic & alibi idem. Heinsius.

13. *Feliciter ardet.*] Ardens Naviget, Puteolus optimus. & recte. Idem.

14. *Et venio naviget ille suo.*] Et amare pergat.

16. *Ne pereat.*] Ne conficiatur amore. *Nostra artis.*] Nostrorum praeceptorum.

17. *Cur aliquis laqueo collum nodatus amator.*] Cello laqueum nodatus ab alio Puteolus praestantissimus & duo alii. Scribo, laqueo ab arcto. & sequenti versu *Et trabe sublimi* non A. Nam amator ex Glossa interpret. & ea vox paulo post de novo sequitur. Pendere è trabe, quomodo pendere è collo & similia. Seneca Theb.

Ferrum negabis? noxias lapso trās cludes? & artis calla laqueis inferi *Prolibetis?* herbas, quae ferant, latetum asferes?

Ubique mors est. sic ibi scribo. non ferunt. sic inmoderatum quatuor laquei nexilis dixit Ammianus lib. xxxix. Heinf.

18. *Triste pendit onus.*] Ideoque Homero appellatur μὴ καθάγος δάκρυον. Euiop. Helen. 71. 306.

Ἀσχημόνους μὲν ἀρχόνας μετὰ δὲ καὶ τοῖς δόλοις δυσπραγίας τιμίζεσθαι.

19. *Cur aliquis rigido fodit sua pectora ferro.*] Viscera rectius Jureti excerpta cum

Nam poteras uti nudis ad bella sagittis:

25

Sed tua letifero sanguine tela carent,

Vitricus & gladiis & acutâ dimicet hastâ;

Et victor multâ cæde cruentus eat.

Tu cole maternas, tuto quibus utimur, artes:

Et quarum vitio nulla fit orba parens.

30

Effice nocturnâ frangatur janua rixâ;

Et tegat ornatas multa corona fores.

Fac coëant furtim juvenes, timidæque puellæ:

Verbaque dent cauto qualibet arte viro.

Et modo blanditias, rigido modo jurgia postî

35

Dicat; & exclusus flebile cantet amans.

His lacrymis contentus eris sine crimine mortis.

Non tua fax avidos digna subire rogos.

Hæc ego. movit Amor gemmatas aureus alas;

Et mihi, Propositum perface, dixit, opus.

40

Ad mea, decepti Juvenes, præcepta venite;

Quos suus ex omni parte fefellit amor.

Discite sanari, per quem didicistis amare:

Una manus vobis vulnus opemque feret.

Terra

cum Puteaneo, fodit etiam scribendum cum quatuor scriptis superiora evincunt. Heinſius.

25. *Nudis sagittis.*] Vel ex promptis è pharetra, vel non occulto, sed aperto Marte.

26. *Mortifero vulnere tela carent.*] Scripti omnes meliores *sanguine*. prima editio cum uno Farnesiano *letifero sanguine* ut Fast. 1.

Sanguine letifero totus miscbitur orbis. Amor. II. Eleg. XII.

In qua quæcumque est sanguine præda caret,

Heinſius.

27. *Vitricus & gladii.*] Martem designat, quem Diodorus scribit primum fabricatis armis armasse milites, pugnantique ac certandi morem induxisse.

29. *Maternæ artes.*] Jocos Veneris

matris. *Quibus tuto nitimur.*] Quibus nos amantes utimur sine mortis periculo.

34. *Verbaque dent cauto qualibet arte viro.*] Non damno hanc lectionem. Opinor tamen scribendum, *quamlibet apta*. In *Amoribus*, huic operi *quamlibet apta* etiam. sic *apta* verba joco Epistola Sapphus, Artis lib. II. & in *Fastis*. arte pro *apta* perperam etiam alibi scriptum offendas. vide *Notas* lib. Artis III. v. 485, potest & *quamlibet* cum *cauto* conjungi. Heinſius.

35. *Et modo blanditias.*] Sic Tibullus januam execrando inquit: *Janua difficilis domina te verberet imber*. Et paulo post blanditiis utitur, quam inquit: *Es mala si qua tibi dixit dementia nostra, ignoscas, capiti sunt præcor Vlla meo*.

40. *Propositum opus.*] Libros de remedio amoris.

44. *Vulnus opemque feret.*] Vulnus intel-

Terra salubres herbas, eademque nocentes, 45
 Nutrit: & urticae proxima laepe rosa est.
 Vulnus in Herculeo quæ quondam fecerat hoste,
 Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.
 Sed quæcunque viris, vobis quoque dicta, puellæ,
 Credite. diversis partibus arma damus. 50
 E quibus ad vestros si quid non pertinet usus;
 Attamen exemplo multa docere potest.
 Utile propositum, sævas extinguere flammæ;
 Nec servum vitii pectus habere sui.

Vixisset

telligit præcepta amatoria, *opem* vero remedium amoris.

45. *Terra salubres herbas.* } *Salubres* est in libris melioribus. *pro nocentes* unus Puteaneus *nocivas*, sic *nocivum periculum* dixit Phædrus lib. 1. Fab. xxx. noster Trist. lib. v. Eleg. x. *tela nociva*, ut in veteri codice legitur, non *noxia*, eamque vocem Arte Amatoria Scaliger restitutam cupiebat, ut monuimus Artis l. 11. §. 436. Heinsius.

47. *Vulnus Achilles qua quondam fecerat hosti.* } Regius cum optimo Puteaneo & Hæmienti probe,

Vulnus in Herculeo qua quondam fecerat hoste.

Telephus enim Herculis ex Auge filius. *Idem. Vulnus in Herculeo.* } Telephus (ut in quinto scribit Diodorus) filius fuit Herculis & Auges, filix Alci regis Arcadiæ: qui inter virgulta inventus, quot à cerva nutritus esset, Telephi nomen accepit. Hic donatus à pastoribus Coryto, Thessaliæ regi, à quo ut filius educatus, vir factus, matrem investigans, Delphos venit: responsoque accepto, ut in Mysiam navigaret, ad Teuthrantem regem, inventa matre cognitoque cuius esset filius, magno in honore est habitus. Teuthras virili stirpe carens, Argiopem filiam Telepho descendit, eumque reliquit regi successorem. Græci deinde ignorantes iter ad Trojam, in Mysiam per errorem pervenerunt. Contra quos Telephus in pugnam descendens,

insequensque Ulysses cecidit: ibique ab Achille, qui imminerebat, vulneratur. Et quum respondisset oraculum, Telephi vulnus sanari non posse, nisi iterum ab Achille eodem in loco vulneraretur, in Græciam navigavit, quo ex Mysia Græci redierant: promissitque Achilli in præmium sanati vulneris, se ducem futurum ad litus Trojanum: ac ita sanatus est, dicente Ovid. in Metam.

51. *Ad vestros usus.* } Quia multa diceret agenda à vitis, quæ non decet puellas.

52. *Attamen exemplo.* } Exemplo præceptorum, quæ vitis dabuntur, poterunt & foeminae quid agendum sit, intelligere.

53. *Sævas extinguere flammæ.* } Unus Puteaneus *distingere*. alius ex mois *astingere*. Puto, *restringere*. infra,

Nutritur vento, vento restringitur ignis. Heins. *Sævas flammæ.* } Amorem intolerabilem.

54. *Nec servum vitii pectus habere suum.* } Scripti plerique *sumus rectius*. duo *vitii suum*. quinque *vitii tuum*. Regius *vitii sui*. Lege *vitii sui*, atque ita alter Regius. sic *servi pectus* apud Jurisconsultos. vide Notas ad Amor. lib. 1. El. vi. sub finem. *sui vitii*, quomodo *sui amor* supra v. 42. *sua vindicta* infra v. 74. *sua vitia* v. 202. *sua aura* v. 264. qualia nos plurimis locis Nasoni restitimus. Heinsius.

36. No-

Vixisset Phyllis, si me foret ufa magistro;
 Et per quod novies, sæpius isset iter.
 Nec moriens Dido summâ vidisset ab arce
 Dardanidas vento vela dedisse rates.
 Nec dolor armaffet contra sua viscera matrem;
 Quæ socii damno sanguinis ulta virum est. 60
 Arte meâ Tereus, quamvis Philomela placeret,
 Per facinus fieri non meruisset avis.
 Da mihi Pasiphaën; jam tauri ponet amorem:
 Da Phædræ; Phædræ turpis abibit amor.
 Redde Parin nobis; Helenen Menelaus habebit: 65
 Nec manibus Danaïs Pergama victa cadent.
 Impia si nostros legisset Scylla libellos;
 Hæsisset capiti purpura, Nise, tuo.
 Me duce damnosas, homines, compescite curas:
 Rectaque cum sociis me duce navis eat. 70
 Naso legendus erat, tunc cum didicistis amare;
 Idem nunc vobis Naso legendus erit.
 Publicus assertor dominis oppressa levabo

Pe-

56. *Novis.*] Phyllis enim ad litus sola profecta est, ut prospiceret an Demophoon veniret.

58. *Dardanias rates.*] *Dardanidas* tres scripti. rectius. vide Notas lib. 1. Artis. v. 172. *Heinsius.*

60. *Socii sanguinis.*] Communium liberorum. *Si eripuisse.*

62. *Per facinus.*] Per vim Philomenæ illatam. *Fieri avis.*] Non meruisset mutari in upupam.

63. *Pasiphaën.*] Metam. 9. v. 740.

64. *Da Phædræ.*] Quæ privigni Hippolyti amore exarsit.

65. *Redde Parin nobis.*] Ita libri veteres. cum Nasonem scripserunt censeam, *Crede Parin nobis.* sic infra,

— qui fueras domina male creditus uni.
Heinsius.

66. *Nec manibus Danaem Pergama victa cadent.*] *Manibus Danaïs* Regius & Puteaneus optimi, & Arondelianus.

quomodo Epistola tertia *Danaas opes*, & VIII. *Danaum ignem ac Danaum militem.* & *rum Danaum* Met. XIII. veteres libri. Deinde pro *cadent* plerique veteres *forent*. nisi fallor, pro *ruent*. *ruit alto à culmine Troja.* & *Urbs antiqua ruit.* de eadem Propertius lib. II. Eleg. VII. ut scribendum similiter puto.

Et Theba steterunt, altaque Troja ruit. quamquam & vulgata proba est, in Nasone, quam liber Regius tuetur. *Heinsius.*

67. *Scylla.*] Metam. 8.

69. *Damnosas curas.*] *Danaum* & mortem asserentes.

70. *Rectaque cum sociis me duce navis eat.*] Sic in 1. de Arte se Typhin appellavit.

73. *Vitiis suppressa levabo Pectora.*] *Quævis pretii est*, quod in Regio, Puteanco, Lincolnensi, & Scaligeri excerptis legebatur *dominis suppressa.* Scribe, *Domini oppressa Pectora.* Jureti excerpta & duo

Pectora: vindictæ quisque favete suæ.
 Te precor, arcitenens, adsit tua laurea nobis, 75
 Carminis & medicæ Phœbe repertor opis.
 Tu pariter vati, pariter succurre medenti:
 Utraque tutelæ subdita cura tuæ.
 Dum licet, & modici tangunt præcordia motus;
 Si piget; in primo limine siste pedem. 80
 Oppri-

& duo alii proxime verum *damnis sup-*
pressa. supra, *vitiū servum posuit* dixerat.
 Sallustius egregie in fragmentis: Porro
 ii, quibus his die ventrem onerare, nullam
 noctem sine scorto quiescere mos est, ubi ani-
 mum, quem dominari decebat, servitio op-
 pressere, nequaquam eo postea haberi atque
 claudo pro exercitio mihi volumus. Lucræti-
 us lib. ii.

— *natura videtur*

Libera continuo, & dominis privata
superbis.

Monosticha de moribus in Catalectis
 Pithœi,

Tu, si animo vegeris, rex es; si corpore,
 servus.

Cicero lib. vi. de Republ. apud Nonium
 in Expleri. Græves enim domina cogitatio-
 num libidines, infinita quadam cogens at-
 que imperant &c. Idem adeatur sub fi-
 nem Somnii Scipionis. & Lætant. lib.
 vii. cap. i. Plura huc congerere posse-
 mus ex Philosophorum placitis, sed
 commentarios non scribimus. Vide ad
 hanc rem divinam Horatii Sætyram
 l. ii. apud quem frugi ille Davus super
 rota hac re egregie philosophatur. Hein-
 sius.

74. *Vindicta sua.*] Libertati: à vir-
 ga, qua servi à prætore libertate dona-
 bantur.

75. *Te precor incipiens.*] Alii codices,
Evates. Sed Jureti excerpta, *arcitenens*.
 optime. Apollinem sic passim dici, Dia-
 nam quoque, qui nescit, valde is oportet
 peregrinus ac hospes sit in scriptis
 poetarum veterum. Noster l. vi. Met.

— *motus erat, cum jam revocabile*
totum

Non fuit, Arcitenens.

sic & in fabula Daphnes Metamorph. i.
 Qua voce Apollinem à Nævio lib. ii.
 belli Punici, Hostio lib. ii. belli Histri-
 ci, ac Lucretio designatum monet Ma-
 crobius lib. vi. cap. v. Saturnal. Quod
 Virgilius, Sætiarius, alii, postea sunt imi-
 tati. idem *Arcipotens* Valerio Flacco di-
 ctus lib. v. Sic & *angustimens*, signum
 caeleste, & *thyrsatenus* Bacchus dictus à
 veteri poetâ in Catalectis Pithœi, judi-
 cio Coci & Pistoris,

Thyrsatenus satyros facio & saturo ego
plures.

ita enim verius mendosissimus videtur
 scribendus. Heinsius.

76. *Repertor carminis.*] Sic Tibull. *Nec*
profunt elegi, nec carminis auctor Apollo.
 Versum enim heroicum Pythio oraculo
 debemus. *Et medica opis.*] Quam A-
 pollo invenit. Ovid. *Invenimus medicina*
monum est, opusque per orbem Dico, &
herbarum subiecta potentia nobis.

77. *Medenti.*] Remedia amantibus
 afferenti.

78. *Utraque cura.*] Et poetica, & me-
 dicina.

79. *Dum licet.*] Nondum amoris ob-
 noxiis. *Et modici motus.*] Moderatus
 amor. *Tangunt præcordia.*] Sollicitant
 mentem. Quid autem sint *præcordia*,
 docet Plinius: Extâ homini ab inferiore
 viscerum parte separantur membris,
 quæ præcordia appellant, quæ cordi
 præceduntur.

80. *Siste pedem*] Gradum duo scripel-
 te Virgilius,

Siste gradum, neque aspectu ne subtrahes
nostro. Heinsius.

Opprime, dum nova sunt, subiti mala semina morbi;
 Et tuus incipiens ire resistat equus.
 Nam mora dat vires, teneras mora percoquit uvas:
 Et validas segetes, quod fuit herba, facit.
 Quæ præbet latas arbor spatiantibus umbras, 85
 Quo posita est primum tempore, virga fuit.
 Tum poterat manibus summâ tellure revelli;
 Nunc stat in immensum viribus aucta suis.
 Quale sit id, quod amas, celeri circumspice mente:
 Et tua læsuro subtrahe colla iugo. 90
 Principiis obsta. ferò medicina paratur,
 Cum mala per longas convaluere moras.
 Sed propera: nec te venturas differ in horas.
 Qui non est hodie, cras minus aptus erit.
 Verba dat omnis amor, reperitque alimenta morando.
 Optima vindictæ proxima quæque dies.
 Flumina pauca vides de magnis fontibus orta:
 Plurima collectis multiplicantur aquis.
 Si cito sensisses, quantum peccare parares,

Non

Si piget.] Te amare. In primo limine.] In primo aditu amoris. Siste.] Ne ultetius procedas.

81. *Mala semina.] Mala principia.*

83. *Teneras mora percoquit uvas.] De coquit scripti nonnulli, etiam ex melioribus, cum primâ editione. nil mutatum. Germanicus Cæsar in fragmento prognosticorum inedito,*

Libra tamescentes musto bene percoquit uvas.

proprie autem coqui de vindemia. Virgilius,

Mitu in apricu coquitur vindemia saxu. hinc coltura dicebatur ea cœli temperies, quæ uvas maturas reddebat. Vide Plinium lib. XIV. cap. IV. & c. VI. Martialis,

Cacaba succentur, quæque annus coxit Opimi.

&c,

Cacaba Fundanis generosa coquuntur Amyciu.

Nam aliud est decoquere olus apud Horatium, & humorem musti Vulkano decoquere apud Virgilium. Heinsius.

84. *Quæ suis herba.] Scripti plerique quod. & recte. Idem.*

90. *Læsuro iugo.] Servituti amoris nocitur.*

93. *Nec te venturas differ in horas.] Profer Puteaneus optimus. eleganter. hinc res prolata. sic & infra v. 642. meliores libri,*

Nec si scire voles, quid agat tamen illa, rogabis.

Profer: eris lucro lingua retenta suo. Heinsius.

25. *Verba dat omnis amans.] Amantes omnes se ipsos fallunt, differendo amoris remedia.*

97. *Flumina pauca vides magnis, &c.] Quod est: Flumina non statim ab ortu suo magna sunt, sed plerumque augentur in cursu, aquis undecunque affuerint.*

100. *Cor-*

Non tegeres vultus cortice, Myrrha, tuos. 100
 Vidi ego, quod primo fuerat sanabile, vulnus
 Dilatum longæ damna tulisse moræ.
 Sed, quia delectat Veneris decerpere flores,
 Dicimus assidue, Cras quoque fiet idem.
 Interea tacitæ serpunt in viscera flammæ; 105
 Et mala radices altius arbor agit.
 Si tamen auxilii perierunt tempora primi,
 Et vetus in capto pectore sedit amor;
 Majus opus superest: sed non, quia serior ægro
 Advocor, ille mihi destituendus erit. 110
 Quam læsus fuerat partem Poeantius heros,

Certâ

100. *Cortice Myrrha vultus tegeres.*] Metam. 10. v. 498. — *versuque suos in cortice vultus.*

203. *Veneris decerpere flores.*] *Fructum* prima editio cum Puteaneo, Regio & quatuor aliis. multi, *fructus* vel *florem*. parum refert. Puto *præcerpere* esse scribendum. nimirum antequam definamus amare. *Heins.*

104. *Cras quoque fiet idem.*] Sic Græci: *δὲ μοι τὴν σήμερον, καὶ λαβὴ σοὶ τὴν αὔριον.*

108. *In capto pectore sedit amor.*] In *capto* septem libri. Puto *incanto pectore*. Art. 111.

— *incanto paulatim pectore lapsus*
Excipitur miseri spiritus ore viri.
infra.

Affluit incantis insidiosus amor.
 Vulgatæ tamen scripturæ controversia haud movenda temere. *Heinsius.*

109. *Majus opus superest.*] Major est difficultas ferendæ opis.

111. *Qua læsus fuerat partem.*] Quam veterimus Regius, ut sit Græcismus in quibus elegantis est multus. noster. supra, *collum nodatus laqueo. teneram cuspside læsa manum* Fast. iv. atque ita alibi infinitis propemodum locis. *Heinsius.*
Pœantius heros.] Philoctetes, Pœantis filius, à quo Hercules (ut Servius scribit) in Oeta, hominem exuens, petivit, ne alicui sui corporis reliquias in-

dicaret, jurareque cogeret; & suas sagittas, Hydræ felle tinctas, dedit. Et cum responsum fuisset, Herculis sagittis opes esse ad expugnandam Trojā, inventus est Philoctetes: & de Hercule interrogatus, negavit se scire. deinde quum cogeretur, confessus est monstrum: sepulchrumque, ne iurandum falleret, non voce, sed pede ostendit. Post hæc quum duceretur ad bellum, casu in eum pedem, quo sepulchrum ostendit, sagitta cecidit: vulnereque immedicabili confectus est. cujus factor quum à Græcis sustineri non posset, in Lemno relictus est. Vide Ovidium in 13. Metamorph. *Pœantius heros.*] Ad Sophocl. fab. 7. Hæc fabula à multis celebrata est. Noster quoque pluribus in locis. Homer. Iliad. 6. vers. 228. in catalogo Heroum.

Ἀλλ' ὁ μὲν ἐν γήφῃ αὐτοῦ κρατὶς ἐλ-
 γία πάσχον,
 Ἀέμενθ' ἐν ἡράβῃ, ὅθι μιν λίπον ἴσως
 Ἀσχαίων
 Ἐλπί μοχθίζοντα κακῶ ὀλοόφρον
 ὕδρῃ.
 Ἐν θ' ὄγχευ' αὐτ' ἀχλὺν τάχα διμή-
 σσεν θάσι ἡμελλόν
 Ἀργεῖοι παρὰ νηυσὶ φιλαλήτας ἀπα-
 κτῶν.

Omne rem, velut in compendium missam, hic videmus. Pausan. in Arcadicis etiam hujus meminit, & à dracone

Certâ debuerat præsecuisse manu.
 Post tamen hic multos sanatus creditur annos
 Supremam bellis imposuisse manum.
 Qui modo nascentes properabam pellere morbos, 115
 Admoveo tardam nunc tibi lentus opem.
 Aut nova, si possis, sedare incendia tentes:
 Aut ubi per vires procubuerè suas.
 Cum furor in cursu est; currenti cède furori.
 Difficiles aditus impetus omnis habet. 120
 Stultus, ab obliquo qui cum descendere possit,
 Pugnat in adversas ire natator aquas.
 Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte
 Respuit, atque odio verba monentis habet.
 Aggrediar melius tunc, cum sua vulnera tangi 125

Jam

cone morsum asserit. Dio Prus. Orat. 59.
 Attius: Cui viperino morsus vena viscerum
 — Veneno imbuta rivos cruciatus ciet.
 Et noster 5. Tristium Eleg. 4. v. 12.
 Quidve Philoctetes istius ab angue gemat.
 Item Eleg. 2. v. 13.
 Pene decem totis aluit Pæonius annis
 Possiferum tumido vulnus ab angue
 datum.

Alii sagittas veneno imbutas ma-
 lunt.

112. Debuerat celeri præsecuisse manu.]
 Certâ debuerat Puteani & Jureti codex.
 neque aliter Regius, nisi quod in eo
 mendose, Cetera debuerat. Amor. 111.
 Eleg. 111.

Viderat Iasion Cranaâ diuâ sub Lââ
 Figentem certâ terga ferina manu.
 Martial. lib. vi. de Othone,
 Darmauit multo statuerum sanguine
 Martem,

Et sedit certâ pectora nuda manu.

Martialis spectaculis,

O quam certa fuit labrâ dextera telo!
 sic certa sagitta Met. 1. Fabula Daphnes.
 certa securis Pont. IV. Eleg. IV. certi ve-
 natus apud Claudianum. ubi nonnihil di-
 ctum est. Heinss.

113. Post multos annos.] Contempla hanc
 sedem, in qua ego novem hyemes, sæco str-

ius, pertuli. Attius. Adeundus etiam Ca-
 lab. Smyrn. lib. 5. ubi Ajax Ulyssi expro-
 bat *πρωγοτάτω*.

114. Supremam bellis imposuisse ma-
 num.] Ultimam finem. nam post excli-
 diam Trojanum præ pudore noluit in
 patriam redire: sed in Calabriam venit,
 ubi Periliam condidit. Supremam bellis
 imposuisse manum.] Sic Metam. 13. v. 403.
 Imposita est scro tandem manus ultima
 bello. Quod fatale fuisse affirmant.
 Ideoque v. 54. eodem Metam. debita
 Trojani spicula satis. Alii duplex, alii
 fuisse triplex Troje fatum voluit: Pau-
 san. in Eliac. duo dicit fata: ἀπὸ τῶν
 τῶν, καὶ ὅτι Πάριον. Adi etiam
 Calland. Lycophr.

115. Nascentes properabam pellere mor-
 bos.] Amorem surgentem.

116. Admoveo tardam nunc quoque len-
 tus opem.] Nunc tibi meliores libri. recte.
 Heinss.

119. Dum furor.] Cum prima editio,
 & meliores scripti. Idem.

121. Qui cum discedere possit.] Descen-
 dere idem. probe. malo etiam Pugna se-
 quenti versu, quam Pugna. Idem.

123. Impatiens animus, &c.] Amato-
 ris animus in medio amoris cursu con-
 stitutus.

X 2

129. Ani-

Jam finet, & veris vocibus aptus erit.
 Quis matrem, nisi mentis inops, in funere nati
 Flere vetet? non hoc illa monenda loco.
 Cum dederit lacrymas, animumque impleverit ægrum;
 Ille dolor verbis emoderandus erit. 130
 Temporis ars medicina ferè est. data tempore profunt,
 Et data non apto tempore vina nocent.
 Quin etiam accendas vitia, irritesque vetando;
 Temporibus si non aggrediare suis.
 Ergo, ubi visus eris nostræ medicabilis arti, 135
 Fac monitis fugias otia prima meis.
 Hæc, ut ames, faciunt: hæc, ut fecere, tuentur:
 Hæc sunt jucundi causa cibique mali.
 Otia si tollas, periere Cupidinis arcus;
 Contemptæque jacent, & sine luce, faces. 140
 Quam platanus vino gaudet, quam populus undâ,
 Et quam limosâ canna palustris humo;
 Tam Venus otia amat. qui finem quæris amoris,
 (Cedit amor rebus) res age: tutus eris.
 Languor, & immodici sub nullo vindice somni, 145
 Alca-

129. *Animumque expleveris ægrum.*] *Impleveris* scripti cum primâ editione. *Heinsius.*

131. *Temporibus medicina valet.*] *Vetimus Regius, Temporis ars medicina ferè est. eleganter mehercules. hoc est, ars quæ se ad temporis oportunitatem componit. sic Temporis arma dixit Trist. 1v. El. ult.*

Insolitâ capi temporis arma manu.
 arma ad quæ capienda temporis necessitate compellebar. ubi frustra vir maximus sum prius teponit. *Idem.*

135. *Nostræ medicabilis arti.*] *Nostræ arti Regius, Pusemeus, & tres alii. probe. Idem.*

137. *Hæc quod fecere tuentur.*] *De facere iudem. hoc est, ubi, postquam fecere, aut quemadmodum fecere, ita, & tuentur. Multi alii, quæ facere. Idem.*

138. *Jucundi causa mali.*] *Otium: χαλὰ τερπνὸν κακόν. Eurip.*

141. *Quam platanus vivo gaudet.*] *Limus tres scripti. sed Regius & Scaligeri excerpta optime vino. Atque ita jam restituit exactissimus Gronovius, qui videndus Observationum lib. 1. cap. v. Neque aliter Doula divinat in ora codicis sui. hinc platanum geniale nostræ dixit Met. 2. Heinsius.*

143. *Finem qui quæris amoris.*] *Amori rectius duo libri. sic infra, hinc odii semina quære tui. quomodo & illic videtur scribendum. & mox ex antiquis libris,*

Tu quoque qui causam finis quæris amoris. Idem.

144. *Odii amor vetus.*] *Quis aliquid agendo amor tollitur.*

145. *Vindice.*] *Qui te cogit è stratis surgere.*

146. *Multo*

Alceque, & multo tempora quassa mero,
Eripiunt omnes animis sine vulnere nervos.

Adfluit incautis insidiosus Amor.

Desidiam puer ille sequi solet. odit agentes.

Da vacuæ menti, quo teneatur, opus. 150

Sunt fora: sunt leges: sunt, quos tuearis, amici.

Vade per urbanæ candida castra togæ.

Vel tu sanguinei juvenilia munera Martis

Suscipe. delitiæ jam tibi terga dabunt.

Ecce fugax Parthus, magni nova causa triumphi, 155

Jam videt in campis Cæsaris arma suis.

Vince Cupidineas pariter Parthasque sagittas:

Et refer ad patrios bina tropæa deos.

Ut semel Ætolâ Venus est à cuspide læsa;

Mandat amatori bella gerenda suo. 160

Quæritis, Ægisthus quare sit factus adulter?

In

146. *Multo tempora quassa mero.*] Percussum tempora Baccho. Tib. 1. 2. M. 3. Qui *οἰνοπλάς*. Redi ad Ep. Hez. 14. v. 19.

147. *Animo suo vulnere vires.*] Nervos scripti meliores. animis etiam recte quidam. Heinf.

150. *Menti vacuæ.*] Animo ocioso.

152. *Urbanæ candida castra togæ.*] Candida castra venuste Jureti codex. age candidum, inquit, atque in ambiguo honorum mentem distrahite. Heinf.

155. *Ecce fugax Parthus.*] Bellum Parthicum designat, quod Cæsar, vel Tiberius sumpsit Augusti auspiciis. Fugacem autem Parthum appellat, quoniam Parthi in fuga solent à tergo sagittas emittere, adeo ut fugientes non minores hostibus affarent calamitates, quam consistentes.

158. *Bina tropæa.*] Tropæa autem apud Græcos fuerunt arbores amputatæ, eo in loco, ubi hostes vicissent, atque in fugam vestissent: amputabant enim ramos arborum, ac deinde armis spoliisque hosti detractis ornebant, ut esset posteris monumentum victoriæ patris

in eo loco. Dicta autem sunt tropæa ἀγώνια, quod qui hostem in fugam vestisset, tropæum mereretur. Tropæa.] Virgil. 11. M. 5. hæc omnia exequitur. In quædam quæram, dactilis undique ramiis, Constitunt. & seqq.

159. *Ætolæ cuspide.*] Telo Diomedis regis Ætoliz.

160. *Mandat amatori bella gerenda sua.*] Hoc est: Ipsa quidem abstinet bellis, gerenda autem eadem committit amatori suo, id est, Marti, à quo amabatur. Micyll.

161. *Quæritur Ægisthus.*] Quæritis. Scaligeri excerpta. probe. Fast. v.

Quæritis unde patrum Majo data nomina mensi?

& eodem libro,

— Nunc ubi sunt quæritis? urna regis. lib. iv.

Cur igitur Venere filium Virelia dicant Quæritis?

Propertius lib. 11. Eleg. 1.

Quæritis, unde mihi series scribantur amores?

Noster infra,

X x 2

Quæris,

In promptu causa est: desidiosus erat.
 Pugnabant alii tardis apud Ilion armis:
 Transtulerat vires Græcia tota suas.
 Sive operam bellis vellet dare, nulla gerebat; 165
 Sive foro, vacuum litibus Argos erat.
 Quod potuit, ne nil illic ageretur, amavit.
 Sic venit ille puer: sic puer ille manet.
 Rura quoque oblectant animos, studiumque colendi:
 Quælibet huic curæ cedere cura potest. 170
 Colla jube domitos oneri supponere tauros;
 Sauciet ut duram vomer aduncus humum.

Obrue

*Quæris, ubi invenias, Artes, i, per-
 lege nostras.*

Medea, *Das ubi sit quæris?* & sic alibi quoque. *Heins.* *Quæritur, Ægisthus.*]
 Ex Pelope, à quo Peleponesus cognominatus est, natus est Thyestes, qui concubuit cum Ærope uxore fratris Atrei, & cum filia Pelopeja incestum perpetravit: cujus filius Ægisthus rem habebat cum Clytemnestra, & ambo Agamemnonem occiderunt.

164. *Quo tulerat vires Græcia tota suas.*]
 Scripsi omnes cum primâ editione, *Transfulerat.* sic Fast. 1.

*Transfudit Evander siccis tria numina se-
 cum.*

lib. VI.

Imperium secum transferes illa loci.

lib. XIII. Met.

*Permanet Aonius Nereus violentus in
 undis,*

Velaque non transfert.

Claudian. bello Gild.

*— scia commiserat classe Syca-
 mbrî.*

*Pallida translatum jam seniat Africa
 Rhœum.*

Cæterum Regius veterinus, *Transfule-
 rans Græcia.* quod non est de nihilo. Fast.
 lib. 1.

*Festa corymbiferi celebrabant Græcia Bac-
 chi.*
 quomodo & illic liber unus ex meliori-
 bus, & mox,

*Intraque ab hac terrâ cætera terra po-
 tent.*

ita vetustissimus Zulichemius. Fast. II.
*Græcia principum moris dedit. illa no-
 centes*

Insipia lustratos ponere facta putant.

sic ibi optimus Mazzarinianus & duo
 alii. Fast. 1.

*Curia pauperibus clausa est. dant census
 honores,*

Census amicicias.

ita optimus codex Arondelianus. sic vi-
 cinus spernunt. de quo Fast. III. vers.
 189. & Met. II. vers. 688. & apud Si-
 lium lib. III. codex idem egregius ex-
 hibebat,

*Vos quoque desertis in castra mapalibus
 itis*

Miseri gregibus Gatalia fusa, ferarum.

Plures invenies hujusmodi loquendi mo-
 dos in commentario Gronoviano de pec-
 unia veteri. cap. III.

167. *Quod potuit, fecit. ne nil ageretur.
 amavit.*] Regius cum Putemio & Scali-
 geri excerptis rectius,

*Quod potuit, ne nil illic ageretur, ama-
 vit. Idem.*

Quod potuit, fecit.] Cum Ægistho nihil
 relinqueretur agendum, amoris, quod
 solum poterat facere, indulsit.

169. *Rura quoque oblectant.*] *Oblectant
 malim.* Heins.

171. *Colla jube domitos.*] *Indomitos qui-
 dam ex melioribus. Idem.*

173. Cr

Obrue versatâ Cerealia semina terrâ,
 Quæ tibi cum multo fœnore reddat ager.
 Aspice curvatos pomorum pondere ramos;
 Ut sua, quod peperit, vix ferat arbor onus.
 Aspice jucundo labentes murmure rivos :
 Aspice tondentes fertile gramen oves.
 Ecce petunt rupes præruptaque saxa capellæ.
 Jam referent hoedis ubera plena suis.
 Pastor inæquali modulatur arundine carmen :

175

180

Nec

173. *Cerealia semina.*] Farnesianus *moneta*. Pont. III. Eleg. VIII.

Fœmina pro lanâ Cerealia munera frangit.

*Medicamine faciei,
 Cultus hincem sterilis Cerealia pendere iussit*

Munera.

quibus locis tamen nonnulli codices *semina*. Avienus descriptione Orbis,

Hi quæquam steriles decurrunt semper arenas,

Munera nec carpunt Cerealia.

sic & *munus Cereale* apud Aufonium Epig. cxxvi. Priscianus Periegesi,

Non Bacchi donum, Cereus nec munera norunt.

Epigramma in Catalectis Pithœi de mensibus,

Quintilis messis Cereali germina gaudens.

sic scribe. non *mensis*. *Cerealia dona* nonster Fast. 1.

*Nec graves cultis Cerealia dona caveto
 Agmine læsuro depopulenter aves.*

Nemesianus Cynegético,

Tunc rursus miscere sero Cerealia dona Curvoniæ.

Avienus Ora Maritima,

Qua dona flava Cereis educat solenn.

et Amor. lib. III. Eleg. vi.

Nunc opto currum de quo Cerealia primorum

Semina vemetis in rude mista solenn.
 ita ibi constanter codices. ut & Met. 1.

Semina tam primorum longis Cerealia sulcibus

Obruta sunt. Idem.

177. *Aspice labentes.*] *Liquaces* pro diversâ lectione optimus Putaneus. eleganter. à *liquando*. sic noster in Fastis,

— *expressi mella liquata favis.*

id inverterunt, qui primam syllabam non posse produci crediderunt. Met. VIII.

— *flagrantem mater ab igne*

Eripuit ramum, sparsaque liquacibus undis.

ita illic etiam vetus codex. Met. III.

Qua simul aspectis liquaci rursus in unda.

ita censeo scribendum, vel *liquenti*. Nam vulgatum *liquefacta unda* omnino ineptum est. etiam apud Prudentium Cathedralis. Hymno v. parum abest quin reponendum censeam,

Cui jejuna berenti saxa liquacibus

Exondant scabris, & latices nervos

Fundis scissa flex.

quamquam non ignoro *loquaces* etiam *scabris* dici posse. sed sane quod in nonnullis exemplaribus illic legitur *modantibus scabris* glossema est r̄ *liquacibus*. De ejusmodi vocibus nonnihil dixi Amorum lib. II. Eleg. vi. §. 23. Idem.

180. *Jam referunt.*] *Ut referant* multi ex scriptis. sed Regius & sex alii, *Jam referent*. bene. Idem.

181. *Modulatur arundine carmen.*] *Modoratur* Jureti excerpta, & multi alii. *moditatur* unus Medicus. quod placet. ut initio Tityri Virgiliani. Idem.

XX 3

185. *Quid*

Nec defunt comites sedula turba canes.
 Parte sonant aliâ silvæ mugitibus altæ;
 Et queritur vitulum mater abesse suum.
 Quid cum suppositas fugiunt examina taxos, 185
 Ut relevent demti vimina torta favi?
 Poma dat autumnus: formosa est messibus æstas:
 Ver præbet flores: igne levatur hiems.
 Temporibus certis maturam rusticus uvam
 Deligit; & nudo sub pede musta fluunt: 190
 Temporibus certis defectas alligat herbas;
 Et tonsam raro pectine verrit humum.
 Ipse potes riguis plantam deponere in hortis:
 Ipse potes rivos ducere lenis aquæ.

Vene-

185. Quid cum suppositas fugiunt examina taxos. *Suppositas taxos* Juncti excerpta. *compositas taxos* Putcaneus. Regius, *compositos fumes*. Lego *suppositas taxos*, nisi mavis *combustas taxos*. Virgilius IV. Georg. de apibus,

Nec propius tollis tacum sine, neve rubentes

Ure foco cancras.

& Ecloga 12. quæ noster respexit,

Sic tunc Cythæas fugiant examina taxos.

De fumo apibus noxio cæteroquin res minime ignota. Scholiastes Apollonii lib. 11. ad illa de Apibus, *καπνὸς τοξόμοις πύρρος ἰσχυρὸς διαστειν*. consue fumo apes fugari asserit. *ἰσχυρὸν δὲ καπνὸν κίττοις. θραύς γὰρ μέλιντα ὁ καπνὸς καπνός. Idem.*

186. Demti vimina torta favi.] *Vimina torta* optimus Putcaneus. quomodo *fumes torti*, *capilli torti*, & alia. *torta* torta apud Tibullum lib. IV. *Idem. Vimina torta.*] Alvearia ex viminibus contexta.

189. *Maturus rusticus uvas colligit.*] *maturam uvam*. scripti meliores. pro *colligit* Putcaneus & duo alii *deligit*. sic Ep. Phædræ, *deligere rosam dixit*. hinc *delectum*. supra sub finem lib. 111. Artis simpliciter dixit, *lecti de vite racemi*.

apud Propertium,

Colligas mortali deligere astra manu.

Heinsius.

191. *Defectas alligat herbas.*] *Colligit* prima editio cum scriptis nonnullis. codex Moreti pro diversa lectione *arguor*. Forte *arguor*, ut de fucno intelligat, quod convenitur & in cunabulis conservatur. quod *mutum finis* & *sanisfrum* Rei Rusticæ scriptores appellant. hinc *sanum in mutum conservare* apud Columellam. cui tamen l. 11. c. XVIII. de fucno *defectam herbam religare*, idem est, quod *alligare* Nasoni. per *defectam* igitur *herbam* fucnum intelligit. hinc Severus in *Æna*,

Plenaque deserto surgant familia campo.

Idem.

192. *Raro pectine.*] *Rastro*.

193. *Plantas deponere in hortis.*] *Plantam* scripti. deinde nonnulli *deducere* vel *desigere*. Sed nil mutandum. Virgil. Georg. 11.

Hic plantas tenero abscondens de corpore matrum

Deposuit filcis.

Auctor Moreti,

varias disponere plantas

Nervis, & occulta committere semina terra.

Heinsius.

195. Vene-

Venerit insitio; fac ramum ramus adoptet: 195
 Stetque peregrinis arbor operata comis.
 Cum semel hæc animum coepit mulcere voluptas,
 Debilibus pennis irritus exit Amor.
 Vel tu venandi studium cole. sæpe recessit
 Turpiter à Phœbi victa sorore Venus. 200
 Nunc leporem pronum catulo sectare sagaci:
 Nunc tua frondosis retia tende jugis.
 Aut pavidos terre variâ formidine cervos:
 Aut cadat adversâ cuspide fossus aper.
 Nocte fatigatum somnus, non cura puellæ, 205
 Excipit; & pingui membra quiete levat.
 Lenius est studium, studium tamen, alite captâ,
 Aut lino, aut calamis præmia parva sequi.
 Vel, quæ piscis edax avido male devoret ore,
 Abdere supremis æra recurva cibis. 210
 Aut his, aut aliis, donec dediscis amare,
 Ipse tibi furtim decipiendus eris.

Tu

195. *Venerit insitio.*] Cum aderit verum inferendi tempus. De insitione autem plura legito apud Plinium in 17. *Fac ramum ramus adoptet.*] Tangit duos illos modos inferendi, quos Maro posuit.

196. *Peregrinis comis.*] Folius alienæ arboris. nam cerasus in salice, platanus in lauro, laurus in ceraso nascuntur. *Arbor comis fiet.*] Frondibus. Redi ad Am. mor. 2. v. 36. Eleg. 16.

197. *Voluptas.*] Agriculturæ.

200. *A Phœbi sorore.*] A Diana, venationis dea.

202. *Nunc tua frondosis retia tende jugis.*] Puto nunc sua, ut sæpe noster, supra,

Ut sua, quod peperis, viz ferat arbor onus.

Superiori verba *catulo sequaci* pro *sagaci* codex Jureti. sed nil muta. est enim *sagax* perpetuum canum epitheton. noster,

— canibusque sagacior anser.
Halieut. de canibus,

Venandique sagax virtus.

Seneca Thyeste,

*Sic cum foras vestigat, et ango sagax
 Loro tenetur Umber.*

Idem Hippolyto de canibus,

Nunc demissi nare sagaci captent auræ.
 vide Festum in *sagaces*. Servius de Ambide lib. viii. *Æn. quidam hunc Mercurium volunt, quia nihil est cane sagacius.* sic Ennius quoque & Græcius de canibus, aliisque passim. *Hæmulus.*

206. *Pingui membra quiete levat.*] Sic Regius cum Scaligeri excerptis, & Putreanus pro diversa lectione. Reliqui ferre, *dolce quiete.* perperam dictum Notis ad Epist. xii. v. 170. *Idem.*

208. *Aut lino.*] Aut retibus. *Aut calamis.*] Aut sagittis. Aut calamum aucupatorium intelligit, quo viscato aves capiuntur.

210. *Æra recurva.*] Harmos.

XX 4

213. Tu

Tu tantum î, quamvis firmis retinere vinculis,

I procul, & longas carpere perge vias.

Flebis, ut occurreret desertæ nomen amicæ:

215

Stabit & in mediâ pes tibi sæpe viâ.

Sed quanto minus ire voles, magis ire memento:

Perfer: & invitos currere coge pedes.

Nec pluvias vites: nec te peregrina morentur

Sabbata; nec damnis Allia nota suis.

220

Nec

213. Tu tantum quamvis firmis retinere vinculis,

I procul, & longas carpere perge vias.]

Ita Regius cum vulgatis, ceteri majori ex parte cum prima editione, *Tu tamen & duo, Tu tamen infirmis quamvis.* quartus Purcaneus, *Tu tamen hic quamvis.* Jurveti codex, *Tu tandem firmis quamvis*, & tres alii. Scribe,

Tu tamen î, quamvis firmis retinere vinculis,

I procul,

dixi Amor. lib. III. El. III. nisi mavis, *Tu tamen hinc i procul:* deinde *finge moras duo. unus, perge vias.* alius *perge moras.* Rumpere perge moras unus Vaticanus, ut apud Virgilium, *Eja age rumpe moras.* certe *Tò vias* cum mox sequatur, hoc loco alienum videtur. *Idem.*

215. *Flebis & occurret.*] Ut occurreret omnino legendum, quicquid obnituntur libri veteres. Fast. II.

Fletu tamen, ut geminas in loca iussa ferunt.

sic & ibi scribendum. Idem.

217. *Sed quando minus.*] Quanto cum scriptis. *Idem.*

219. *Nec pluvias opta.*] Quæ moram tibi abituro injiciant. at prima editio vires cum duobus Farnesianis. *lege vita.* Sic apud Gratium, & pluvias & Cami frigora vitens. & contra vitare æstium. Amor. III. El. v. & vitare solem Nuce. *Idem.* *Nec te peregrina morentur Sabbata.*] Sabbati enim diem aliquo profecturi, tanquam atrum & perniciosum, propter frigidum & nocens Saturni sidus, maxime verentur, & infelicem existimant. *Peregrinam* autem ideo appellat,

quis peregrini Judæi cum diem in primis observant.

220. *Nec damnis Allia nota suis.*] Poëta hic loquitur de diebus atris, & inauspicatis, quale cum sabbatum habitum fuit, propter Judæos: item Alienis dies, quo Romani à Gallis ad Alliam flumen superati ac cæsi sunt. de qua re supra quoque dictum. *Micyll.* *Damnus Allia nota suis.*] *Allia* scripti perpetram. deinde nota tres scripti cum prima editione. fortan recte. Propertius lib. I. El. VI.

Non ego sum laudis, non natus idoneus armis.

& apud eundem lib. III. El. VIII.

Hic factus ad pacem, hic castriflorus virilis armis.

Amor. II. Eleg. XXII. noster, *O nimis exitio nata theatrum meo.* eodem libro El. III.

Non tu natus equo, non fortibus utilis armis.

Paris Sabini,

Tyndaris heu flammis nata puella meis.

Pont. III. Eleg. I. cum optimis libris, *Telegenique parens vertendis nata figuris.*

El. II.

Femina sacra facit tædæ non nata iugili.

sic & illie puto scribendum. Trist. IV. El. ult.

Fortia verborum natus ad arma furi. natus ladere Elegia de Nuce,

At robus & sentos tantummodo ladere nata.

Epistola Parisidis,

O facies oculos nata tenere meos. Hæuf. 222. Næ,

Nec quod transferis, sed quot tibi quære supersint
 Millia: nec, maneat ut prope, finge moras.
 Tempora nec numera: nec crebro respice Romam.
 Sed fuge. tutus adhuc Parthus ab hoste fugâ est.
 Dura aliquis præcepta vocet mea; dura fatemur 225
 Esse: sed, ut valeas, multa dolenda feres.
 Sæpe bibi succos, quamvis invitus, amarus
 Aeger; & oranti mensa negata mihi.
 Ut corpus redimas, ferrum patieris & ignes;
 Arida nec sitiens ora lavabis aquâ; 230
 Ut valeas animo, quicquam tolerare negabis?
 At pretium pars hæc corpore majus habet.
 Sed tamen est artis strictissima janua nostræ,
 Et labor est unus tempora prima pati.
 Aspicias, ut prensos urant juga prima juvencos? 235
 Ut nova velocem cingula lædat equum?
 Forsitan à Laribus patriis exire pigebit.
 Sed tamen exhibis: deinde redire voles.
 Nec te Lar patrius, sed amor revocabit amicæ,
 Prætendens culpæ splendida verba suæ. 240
 Cum semel exieris, centum solatia curæ
 Et rus, & comites, & via longa dabunt.
 Nec satis esse puta discedere: lentus abesto;

Dum

222. Nec, maneat ut prope, finge moras.] Quod est: Ne ipse tibi fingas moras, quo causam mandandi ac cessandi habeas, &c. Micyl.

229. Ferrum patieris & ignes.] Patieris scripti. idque sequens versum requirit. ubi pro lavabis prima editio & scripti levabis. ut epist. iv. arentem qua levet unda scism. Heinſius.

233. Artis strictissima janua nostra.] Strictissima decem scripti. quod verum est. hinc adstringere limen. de quo dixi Notis ad Amor. lib. iiii. El. i. v. 50. sic janua laxa, de quo ad Fastos lib. ii. v. 456. Idem.

235. Aspicias ut prensos urant juga.] Hanc lectionem tuetur ad Statium

Gronovius cap. ix. & Elencho Antriatribes. qui videatur. alii codices pressos. Idem. Prensos juvencos.] Aratro subditos.

240. Prætendens culpæ splendida verba sua.] Prætendens primo cum primâ editione & scriptis legendum plerisque. deinde culpa facta sua cum Sarraviano. facta sua quatuor alii ut apud Horatium lib. ii. Ep. i.

— Scriptores carmine fado

Splendida facta laus.

Heinſ. Prætendens culpæ splendida verba.] Verisimilia. Speciosa. Redi ad Ep. Her. 5. v. 130. & 131. culpam nomine velas.

243. Nec satis esse putet.] Multi para scôtijs.

xx 5

Dum perdat vires, sitque sine igne, cinis.
 Si nisi firmatâ properabis mente reverti, 245
 Inferet arma tibi sæva rebellis Amor.
 Quid quod, ut abfueris, avidus sitiensque redibis;
 Et spatium damno cesserit omne tuo?
 Viderit, Hæmonia si quis mala pabula terræ,
 Et magicas artes posse juvare putat. 250
 Ista beneficii vetus est via. noster Apollo
 Innocuam sacro carmine monstrat opem.
 Me duce non tumulto prodire jubebitur umbra:
 Non anus infami carmine rumpet humum.
 Non seges ex aliis alios transibit in agros: 255
 Nec subitò Phœbi pallidus orbis erit.
 Ut solet, æquoreas ibit Tyberinus in undas:
 Ut solet, in niveis Luna vehetur equis.

Nulla

refrigit. *Hainf. Lætus desola.*] Diu absis ab urbe.

244. *Gnis.*] Amoris æstus refringerit. An huc referri possit illud Plauti? in Mil. 4. 2. *Pl. 10. Meum laudas speciem. adeo! hujus sermo nos, hand cineres quæritur.* Lepida enim, & nitida natis formina querit illum, qui nondum ex amoris sebus exaruerit. Est hic ludus poëticus. Viri celeberrimi ad hunc locum rationes firmæ stant, quas non stringo.

247. *Quicquid eris fueris, sitiens avidusque redibis.*] *Quisquis es affueris, unus. Quisquis es duo. Quicquid eris fueris alius.* unus Vaticanus *Quid quod es affueris.* proxime verum. Reliqui cum primâ editione *Quicquid es abfueris.* Regius *Quicquid es affueris.* Scribe,

Quid quod, ut abfueris, avidus sitiensque redibis?

nam posteriores voces eo legunt ordine scripti omnes meliores. de quo dixi Epist. vii. v. 53. malim & damno suo sequenti versu sic infra, 642. *Eris tunc lingua retenta suo,* ex veteri codice. *Hainf.*

249. *Viderit Hæmonia.*] Hæc vera

lectio est, licet *Fallitur* sit in plerisque scriptis, atque ita loquitur Artis l. 11.

Fallitur Hæmonia si quis decurrat ad artes.

adeantur *Notæ Pont. 1. Eleg. 11. Idem. Mala pabula.*] Herbas nocentes. *Hæmonia terra.*] Terræ Thessaliæ, ubi ars magica olim floruit.

254. *Non anus.*] Non saga, & venefica mulier. *Carmine.*] Incantatione. *Rumpet humum.*] Terram funder. *Tibul. Hæc cæcis fuditque solomo, manusque sepulchris Elicit.*

255. *Non seges ex aliis.*] Docet Cicero, & Seneca, menses in agros traduci posse magicis prestigiis. unde in 12. tabulis castum erax, ne quis alienam segetem pelliceret. *Virgil. Atque satas alio vidi traducere menses.*

256. *Nec subitò Phœbi.*] Non inficitur sol, me duce, quod à Magis fieri solet.

257. *Ut sola æquoreas.*] Tybris cursu solito in mare descender: non autem serro, quod magi efficiebant. *Tybrim autem pro quocunque posuit flumine.*

258. *In niveis Luna vehetur equis.*] Per me

Nulla recantatas deponent pectora curas;
Nec fugiet vivo fulfure victus amor. 260
Quid te Phasiacæ juverunt gramina terræ,
Cum cuperes patriâ, Colchi, manere domo?
Quid tibi profuerunt, Circe, Perseïdes herbæ,
Cum sua Neritias abstulit aura rates?

Omnia

me etiam luna non deducetur è caelo magico carmine.

259. *Curas recantatas.*] Amores magis catinibus repressos.

260. *Vivo sulphure.*] Id sacrum intelligit, quo adhibito sulphure, ovo, &c. tedia lustrabantur amantes.

261. *Quid te Phasiaca.*] *Phasis* Regius & duo alii. tres *Phasidae*. unus *Phasiada*. alius *Perseïdes*. Lege *Phasiados terra*. dixi *Epist.* XIV. v. 164. sic *Phasias* passim pro *Medea*. *Heinsius*. Terra *Phasiaca*.] Colchion insulam designat, à flumine *Phasis* dictam. *Medeam* autem dixit, quæ relicta patriâ, *Jasonem* secuta est.

263. *Quid tibi profuerunt Perseïdes herbæ.*] *Herbæ venenæ*, sic dicitur à *Perse* nymphea Oceani filia, ex qua *Sol* genuit *Ciccon*. Vel à *Perse*: nam *Sol* ex *Perse* duos filios habuit, *Aëtan* & *Persean*. Ex *Perse* nata est *Hecate*, quæ quam patrem veneno absumisset, nupsit *Aëtæ* patriuo, isqueque liberos sustulit, *Ciccon*, *Medeam* & *Agizæum*. auctor *Diodor*.

264. *Cum tibi Neritias abstulit aura rates.*] *Cum sua* optime *Regius* & alii docem. ita & scribo *Amor.* I. I. *El.* VII. v. 54.

Ut sua populeas ventilet aura comes. pro *hera* etiam *aura* ex primâ editione & scriptis præstantioribus seponendum. Deinde *Neritias* quod sæpius apud nostrum occurrit, perperam in *Neritias* scripti libri plerique mutant. *Narycius* enim est *Locrensis*. *Neritius* seu *Nericius*, *Ithacensis* aut *Epirota*. sic libro VIII. Met. *Naryciusque Lates*. quomodo scribendum. recte *Narycius*, ut hunc *Locrensem* à *Lelege* antiochone primo

Lacomum rege distinguit. *Homerus* *Iliad.* B.

Αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς ἄγχι Κεφαλλῆνας μεγάθυμος,

Οἷδ' Ἴθάκην εἶχον καὶ Νάρτην σισυρφόλλον.

& quæ sequuntur tibi *Eustathius*, *Narycius* τὸ ἐξ ὧν διὰ τῆς τοῦ γὰρ διὰ τῆς Νήρικον πύλης Ἡ πύρις ὡς διδύλωται. Hinc *Ἴθάκην* *Narycius* dixit *Pericetes*. quare non penitus est dampnandum illud *Neritias* ἀπὸ τῆς *Narycis*, seu *Narycis* *Dorico*. quæquam *Naso* *Homerum* in plerisque sequitur auctorem. *Met.* XIV.

Neritius Macareus comes experientis Ulyssi.

& eodem libro,

Neritiasque ratis viderunt fragmina lævis Valtibus.

& *Faktorum* IV. *Dux quoque Neritius de Ulysse*. sic enim meliores. & *Trist.* I. *Eleg.* IV. bis. & *Met.* XIII.

Neritiasque domos regnum fallacis Ulyssi. noster *Trist.* I. *El.* IV.

Nec mihi Dulichium domus est Ithacæve Samos.

ubi plerique veteres *Samosis*. Idem. *Eustathius* *Neriti* mox nomen deducit ἀπὸ *Narytis* ἢ *Περικλῆς* ad *Odyss.* P. *Nerici* oppidi ipse quoque *Homerus* meminuit *Odyss.* Ω. sed *Neriti* sæpius. Noster lib. XIII.

Ex jam Dulichias portus, Ithacæque Samosque

Neritiasque domos regnum fallacis Ulyssi,

Præter crux vultu.

ubi nihil necesse contra auctoritatem veterum librorum *Samosque* reponi cum

Omnia fecisti, ne callidus hospes abiret :

265

Ille dedit certæ lintea plena fugæ.

Omnia fecisti, ne te ferus ureret ignis:

Longus at invito pectore sedit amor.

Ver-

cum Homerus quoque Iliad. B. ubi apparatus classis Ulyssæz deferbit, loco jam supra adducto inter alia,

Οἱ δὲ Ζακύνθοι ἔχον, ὃς οἱ Σάμον ἀμ-
φένυμοντο.

ubi Eustathius, λέγεται δὲ καὶ Σάμον, ὅς ὁ πολίτης, Σαμαίος, οἱ δὲ πατὴρ καὶ ὅτι ἢ μὲν τῷ Σάμῳ λέγεται μῖνον, ἢ δὲ πόλις, καὶ Σάμῳ καὶ Σάμον. atque ita quoque alibi Homerus. In Odyssæa tamen Σάμον vocat frequentius. ut libro A.

Δωλιχίῳ τε Σάμοντι καὶ ὕλησι Ζα-
κύνθῳ.

quod Virgilius expressit lib. Æn.

— apparat fœditu nectensæ Zacynthos,
Dulichiumque, Samosque, & Neritos
ardua saxa.

ubi Servius. Same Ophthalonia civitas. nam Samos in Asia est. qui non meminerat præter hanc nostram, textum quoque esse in Thracia, Samothracem dicitur. Trist. I. El. iv.

Nec mihi Dulichium domus est, Ithaca-
te, Samosque.

sic ibi constanter veteres. Vulgati Same-
re. certe Samon nostro fuisse dictam,
apparet ex epistola prima ubi habes Du-
lichias, Samosque. Samius enim Sami
incola dicitur, quemadmodum Samæus
Samæ. Eustathius in A. Odyss. Σάμον
τῷ Σάμῳ περὶ Κεφαλληνίαν, λεγόμενον καὶ
Σάμῳ. καὶ ὁ πολίτης αὐτῆς, Σα-
μαίος, ὁ μὲν τοὶ τῆς ὕλης Σάμον πολί-
της Σάμῳ λέγεται. Ausonius quoque
in Periocha Odyssæz iv. Circa Asperiam
ergo insulam, quæ Ithacæ Samosque in-
terjacet, delinquentes occasionem fraudis
expellunt. Atque hæc de Nerito & Ne-
rico Epiri. Nunc de Naryce aut Nary-
cio videmus. Stephanus, Byzantinus:
Νάρυξ πόλις Λαριδῶν, ἑλληνικῶς λεγο-
μένη. τῆς δὲ Νάρυκος τὴν πόλιν φασί,

ἢ ἢς Ἀίας. ὁ πολίτης Νάρυκος, καὶ
Ναρυκία δὲ ὑδενίτης λέγεται καὶ Νάριος
καὶ Ναρυκαῖος ἑλληνικῶς, καὶ ὑδενίτης.
quæ fere totidem verbis habes apud Æ-
dam in Νάρυξ. Hinc Narycius Locrensis dicit
Virgilius de colonia Locrensi in Ca-
labria, quam & noster lib. xv. Metam.
Narycium vocat. ita enim scribo. cum
non Stephano tantum ac Suidæ, sed
Plinio quoque Narycium non Narycia
dicatur, atque inde quoque Narycia pi-
cis locus idem Virgilius in Georgicis dicit.
& Columella,

— sobolem dabit illacæpium

Narycia piscis, aut Ἀλκίς melli Hymeti.
sed Virgilianus locus de pice Brutia in-
telligendus, quam commendat Plinius.
Locri enim in Brutis. ea est vera lectio
apud Virgilium. neque aliter verustissimi
codices. etsi Probus & Servius Morcia-
que illic agnoscunt. mendose. alter etiam
de pice Locride non Brutis perpetam
interpretatur. sed in duobus Servii ve-
rustis codicibus Leidensis bibliothecæ,
Narycia piscis à loco in quo abundant picæ.
male vulgo, abundant pices. Hæc scripte-
ram, cum otulis se mihi Scholiastes
Virgilii ineditus, qui meam de pice Bru-
tia interpretationem confirmat. cum
audi. Narycia, Brutia, quæ in similitudi-
nem picis arborum corticibus fluit. Item,
Narycia, Brutia, quæ in silva (lego quæ
ea in silva) sunt. Hæc & Narycia posuerunt
moxia Locri. Interpretes ex hoc Virgilii
loco non satis se expediunt, cujus nec
mentem videtur assecutus Plinius nam
cum libro xiv. cap. xx. picem Brutiam
jam commendasset, subiungit paulo
post, Naryciam à Virgilio laudari. Hæc
copiosius præter institutum. Hæuf. Ne-
ritius rates.] Naves Ulyssis.

268. Longus & invito pectore sedit
amor.] Lege at invito cum pæcis editio-
ni-

Vertere tu poteris homines in mille figuras:
 Non poteris animi vertere jura tui. 270
 Diceris his etiam, cum jam discedere vellet,
 Dulichium verbis detinuisse ducem:
 Non ego, quod primò (memini) sperare solebam,
 Jam precor, ut conjux tu meus esse velis.
 Et tamen, ut conjux essem tua, digna videbar: 275
 Quod Dea, quod magni filia Solis eram.
 Ne properes oro: spatium pro munere posco.
 Quid minus optari per mea vota potest?
 Et freta mota vides; & debes illa timere.
 Utilior velis postmodo ventus erit. 280
 Quæ tibi causa fugæ? non hic nova Troja resurgit:
 Non alius socios Rhæsus ad arma vocat.

Hic

nibus, & duobus scriptis. alii nonnulli
 in incerto. pro sedis frustra Puteaneus: &
 nonnulli alii mansi. noster supra,
 Et vetus in capto pectore sedis amor.

Ep. II.

Sedis in ingenio Cressa relicta tuo.

Ep. IV.

Sarcinaque hac animo non sedet. apta
 meo.

Amor. I. Eleg. II.

Nec in lecto pallia nostra sedant.

Trist. III. Eleg. IX. ex veteribus libris,

Pallor in attonita virginis ore sedet.

Met. II.

Pallor in ore sedet, macies in pectore toto.
 plura ex Martiali Gronovius noster col-
 legit Observ. lib. II. cap. III. Heinsius.

269. Vertere quæ poteris.] Scripti cum
 prima editione tu poteris: mihi tamen
 vulgatum magis aridet. Idem. Homines.
 in mille figuras.] Cuius enim deformabit
 homines in mille figuras animalium, ut
 docet Virg.

270. Jura tui animi.] Potestatem tue
 mentis, quæ erat amoris obnoxia.

272. Dulichium ducem.] Ulyssem, sic
 appellatum à Dulchio insula, una ex
 Echinadibus.

280. Utilior ventus.] Utilius tempus
 quatuor libri. ut Ep. Laodamæ,

Illud erat savis utile tempus armis.

Heinsius.

281. Nova Troja resurgit.] Sic. Luc. 9.

— gratia tuæ moria reddam.

Ansonida Phrygiæ, Romanæque Per-
 gama surgent.

Propert. 4. Eleg. I.

Dicam, Troja cadet, & Troja Roma
 resurget.

Ennius. I. Adm.

In Regna Troja revixit.

His addemus manuum Iliensium ac Ro-
 manorum gratulationem: Iliensibus A-
 neam, ceterosque cum eo duces à se profe-
 ctos: Romanis, se ab his procreatos refe-
 rentibus. Optabilem Troja ruinam fuisse,
 ut tam feliciter renasceretur. Hæc erat illa
 Troja renascens fortuna. Hor. 3. 3. Con-
 sule Celeberrimum Gronovium, Sen.
 Troad. p. 472. Recidiva ponas Pergama.
 Virgil. sæpe utitur hac voce.

282. Non aliquis socios rursus ad arma
 vocat.] Hæc non sunt nauci optimus
 Puteaneus Rhæsus, ut & Argentinensis.
 vere, nisi quod scribo, alius Rhæsus ad
 arma vocat. Victoriam de Rhæso passim
 jactat & ostentat Ulysses, ita in Re-
 sponsione Sabiniana ad Ovidianam Pe-
 nelopen, ita Met. XIII. in oratione ad-
 versus Ajacem, ita Artis I. II. ubi cum
 Ca-

Hic amor, hîc pax est; in quâ male vulneror unâ:

Totaque sub regno terra futura tuo est.

Illa loquebatur: navem solvebat Ulysses: 285

Irrita cum velis verba tulere Noti.

Ardet, & assuetas Circe decurrit ad artes:

Nec tamen est illis attenuatus amor.

Ergo age, quisquis opem nostrâ tibi poscis ab arte,

Deme beneficiis carminibusque fidem. 290

Si te causa potens dominâ retinebit in Urbe;

Accipe, consilium quod sit in Urbe meum.

Optimus ille fuit vindex, lædentiâ pectus

Vincula qui rupit, dedoluitque semel.

Si cui tantum animi est, illum mirabor & ipse: 295

Et dicam, Monitis non eget iste meis.

Tu

Calypso colloquens inducitur. bene etiam unus Farnesians in arca. vide notas ad Epist. III. §. 136. Heinſ.

283. *Hic amor, hic pax est.*] Et pax meliores, præter excerpta Iuncti sequens versus aut sputius est, aut aliquid hic excidit. Idem. *Malo vulneror.*] Nimmio amore angor.

286. *Irrita cum velis verba.*] Cum vultu Putreaneus. forte cum velis veta. sed supra in Epistola Sapphus,

Qui mea verba ferunt, vellent tunc vela referrent.

&c,

Demophoon, tantis & verba & vela dedisti. Heinſius.

287. *Ad assuetas artes.*] Ad artes magis.

289. *Ergo quisquis opem.*] In uno Regio, *Ergo ego quisquis opem.* ut Arix libro primo,

Ergo ego ne dubita cunctas superare pericula.

&c lib. II.

Ergo ego & irata medicamina fortis præda. Heinſius.

291. *Domina retinabit in urbe.*] Sic bene Regius. reliqui fecerunt *domina in urbe.* male. Martialis I. II.

Plus fave placeat, domina quæ natus in urbe est.

lib. IX.

Octavianum domina marmore ab urbe legis.

Nemesianus Eclog. I.

Non sic dulcesonas, ut te placatus Apollo Provocet, & solus dominam perducas ad urbem.

Eclog. II.

Tityrus & filius dominam pervenit ad urbem.

&c Calpurnius Eclog. IV.

Tu mihi talis eris, qualis, qui dulcesonas

Tityrus & filius dominam perduxit ad urbem.

sic & dominam Romanus Martial. lib. X. & dominas arces Rutilius. sic & Greci frequenter βασιλεύσαντων πόλιν. Idem.

293. *Optimus vindex.*] Optimus defensor & liberator. *Qui rupit.*] Qui potuit solvere. *Lædentiâ pectus vincula.*] Amorem, amatoris mentem torquentem.

294. *Dedoluitque semel.*] Semel amoris impatiuntium &c dolorem abiecit.

295. *Sed cui.*] Malo si cui cum duobus scriptis. Heinſius.

299. Scr

Tu mihi, qui, quod amas, ægrè dediscis amare;

Nec potes, & velles posse; docendus eris.

Sæpe refer tecum sceleratæ facta puellæ;

Et pone ante oculos omnia damna tuos.

300

Illud & illud habet: nec eâ contenta rapinâ

Sub titulum nostros misit avara lares.

Sic mihi juravit: sic me jurata fefellit.

Ante suam quoties passâ jacere forem!

Diligit ipsa alios: à me fastidit amari.

305

Insitor heu noctes, quas mihi non dat, habet!

Hæc tibi per totos inacescant omnia sensus:

Hæc refer: hinc odii semina quære tui.

Atque utinam possis etiam facundus in illis

Esse! dole tantum; sponte disertus eris.

310

Hæserat in quâdam nuper mea cura puellâ:

Conveniens animo non erat illa meo.

Curabar propriis æger Podalirius herbis:

Et (fateor) medicus turpiter æger eram.

Pro-

299. *Scelerata facta puella.*] Alii verba aut *diffa*. Sarravianus *regna*. eleganter *mercurius*. sic de regno amatorio supra,

At si quis male fert indigna regna puella.

Horat. Od. 1. lib. IV.

Nam sum qualis eram bona sub regno Cynara.

Propertii Cynthia lib. III. El. X.

Inque meum semper stant sua regna caput. & lib. II. Eleg. X.

Et subito felix nunc mea regna tenet.

lib. IV. El. VII.

Longa mea in libris regna fuisse tuis.

& mox,

Et quæret lecti frigida regna tui.

Idem.

301. *Nec eâ contenta rapinâ est.*] Putreanus & quinque alii *contenta rapinâ*. Scribe,

— *nec eâ contenta rapinâ.*

Sub titulum nostros misit avara lares.

frustra capiti sub titulo. Tibullus,

— *si iussoris illa,*

Ita sub imperium sub titulumque lares. Idem.

304. *Ante sua foret.*] *Suam forem* unus *erens* bene. Idem.

307. *Per totos inacescant omnia sensus.*] Unus *variescant*, alius *manifestant*. prior *Mentelianus* *acescant*. Regius cum duobus aliis *inacescant*. vere. atque ita; quem nihil praterit, perspicacissimus Gronovius *Observ.* lib. II. cap. XXX. in plura de eo verbo collegit. non cessent *codex Jureti frustra*. *inacessere* Scribonius Largus *Compositione* CIV. & *Marcellus Empiricus* quoque dixerunt. Sic *inamarosere* Horat. l. II. Sat. VII.

Nempe inamarosere opula sine sine patia. Idem.

308. *Odii semina quære tui.*] *Malotuis odiis*. dixi supra ad v. 143. sequenti versu *possis* pro *posses* meliores. Idem.

314. *Insitor.*] *Amore captus*.

315. Pro-

Profuit assidue vitis insistere amicæ.

315

Idque mihi factum sæpe salubre fuit.

Quàm mala sunt nostræ, dicebam, crura puellæ!

Nec tamen, ut verè confiteamur, erant.

Brachia quàm non sunt nostræ formosa puellæ!

Et tamen, ut verè confiteamur, erant.

320

Quàm brevis est! nec erat. quam multum poscit amantem!

Hinc odio venit maxima causa meo.

Et mala sunt vicina bonis. errore sub illo

Pro vitio virtus crimina sæpe tulit.

Quàm potes, in pejus dotes deflecte puellæ:

325

Judiciumque brevi limite falle tutum.

Turgida, si plena est; si fusca est, nigra vocetur.

In

315. *Profuit assidue.*] *Assidue amica*
Regius. eleganter. sic in libide libri ve-
teris,

Visceraque assidue dedita prebat avi.
Heinsius.

318. *Ut verum confiteamur.*] *Veretam*
hic quam sequenti pentametro libri me-
liores. & recte. inspa.

Sic facies verè, quod medicatus avis.
Idem.

320. *Nec tamen.*] *Et tamen* scribe cum
Puteanco, & Argentinenſi. aliter sensus
non constabit. & sequenti versu, *Quam*
brevis est! nec erat. cum eodem Putea-
neo, & duobus aliis. vulgati inſulſe,
& erat. Idem.

322. *Hinc odio.*] *Hoc scripti* picnique.
Idem.

323. *Et mala sunt vicina bonis.*] *Lego.*
Ut mala sunt vicina bonis: hoc est, quem-
admodum. Idem.

325. *Quam potes.*] *Regius, Puteaneus,*
& plures alii, *Qua potes.* nil muta. di-
ctum alibi. sic infra libri quidam vete-
res,

Et modo, quam poterat, latum spectabat
in aquor.

Trist. 1. Eleg. viii.

Quam potes excessa, nec amici desere

causam.

sic libri quidam veteres. ut & lib. iiii.
Eleg. iiii.

Quam potes, extrema forti mala corde
ferenda.

& Eleg. iv.

Et quam quisque potest, avo, mala nostra
lervat.

El. vii.

Effuge venturos, quam potes, usque regas.
lib. iv. Eleg. viii.

Sed qui, quam potuit, dat maxima gratias
abunde est.

Met. iiii. § 300. ex antiquis itidem
libris,

Quam tamen usque potest, vires sibi de-
mere tentat.

& lib. viii.

Quam potuit precibus deus amavit.

Val. Maximus libro iv. cap. 1. *Fabius*
Maximus cum a se quinquies, & a patre,
avo, proavo, majoribusque suis sapienter
consultatum gestum animadvertisset; com-
itiis, quibus filius ejus summo consensu con-
sul creabatur, quam potuit, constanter cum
populo egit, ut vacationem aliquando hujus
honoris Fabii genti daret. Idem.

326. *Brevi limite.*] *Brevi via:* trans-
cundo de virtute ad vitium.

329. *Es*

In gracili macies crimen habere potest.
Et poterit dici petulans, quæ rustica non est:

Et poterit dici rustica, si qua proba est.

330

Quin etiam, quacunq̃ caret tua foemina dote,

Hanc moveat, blandis usque precare sonis.

Exigito cantet, si qua est sine voce puella:

Fac saltet, nescit si qua movere manum.

Bar-

329. *Et poterit dici petulans.*] Inverecunda poterit appellari. *Quæ rustica non est.*] Quæ est urbana. Fabius urbanitatem appellat, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum neque sensu, neque verbis, neque ore, gestive possit deprehendi.

331. *Caret tua dote puella.*] Tua femina dote scripti fere omnes cum prima editione. bene. ita sæpe pro amica noster. nam puella mox sequitur. *Heins.*

332. *Blandis sonis.*] Blandis verbis.

333. *Exige quod cantet.*] *Us cantet* Regius & Putaneus, cum alio Regio. *mi cantet* Scaligeri excerpta & Jureti cum uno Putaneo. Lege, *exigito cantet.* sæpe sic peccatum. pro si qua est unus ex meis, si qua sint. Forte,

— si cui sine voce puella est.

Heinsius.

334. *Fac saltet, nescis si qua movere pedem.*] *Movere manum* Regius, & pro diversa lectione Putaneus cum Lincolnensi. optime. *Movere manum*, *χαιρὸν παῖν*, sic & lego Met. xiv.

In numerum motis manibus ducere choreas.

jactare in numerum brachia Lucretio, & *molli mobiliter brachia mittere* l. iv. Gestus enim manuum & brachiorum in saltatione puellarum plus commendabatur, quam pedum motus. Noster sic passim *Falt.* l. iii.

Illic & cantant quicquid didicere theatri,

Et jactant faciles ad sua verba manus.

Art. Am. l. iii.

Quis dubitet, quis scire velim saltare puellam.

Ut moveat posito brachia destameto. ubi forte brachia ducta reponendam. *Amor.* l. i. *Eleg.* iv.

Ille placet gestu, numerosaque brachia ducit,

Et tenerum molli torquet ab arte latens. & Ponticorum libro iv. *Eleg.* l. i.

Sive quod in tenebris numerosos ponere gestus,

Quodque legas nemo scribere carmen, idem est,

ubi perperam *gressus* in multis oedibibus existat. Noster infra,

Enervans animos loti, citharæque lyrae que,

Et vox, & numeris brachia mota suis. lib. l. i.

Brachia saltantis, vacam mirare canentis,

Et quod deserit, verba quarantis habet. Ita Juvenalis cum dixit,

Chironomon Ladam molli saltante Bathylo.

designat gesticulatione manuum saltationem potissimum fuisse confectam. Propertius libro l. i. *Elegia* xlii.

Sive aliquis molli deducit candida gestu Brachia: seu variis incinis ore modis.

Statius Sylvium l. l. i. ad Uxorem, *Candida seu molli deducit brachia motu,* hoc est saltat. male diducit legitur. l. l. i. *Artis,*

Qui vox est cantus, cui molli brachia salta,

Et quacunq̃ potes dote placere place. ducere igitur & deducere brachia, in saltatione idem quod movere; sed & jactare dicebant. Propertius libro iv. *Eleg.* l. x.

Natus & ipse suos breviter concretus in artus

Yy

Jacta-

Barbara sermone est; fac tecum multa loquatur. 335

Non didicit chordas tangere; posce lyram.

Durius incedit; face inambulet. omne papillæ

Pectus habent tumidæ; fascia nulla tegat.

Si male dentata est; narra, quod rideat, illi.

Mollibus est oculis, quod flect illa, refer. 340

Proderit & subito, cum se non finxerit ulli,

Ad dominam celeres mane tulisse gradus.

Auferimur cultu: gemmis auroque teguntur

Omnia. pars minima est ipsa puella sui.

Sæpe, ubi sit, quod ames, inter tam multa requiras. 345

Decipit hac oculos ægide dives Amor.

Improvisus ades; deprendes tutus inermem:

Infelix vitiis excidet illa suis.

Nec

Jactabat truncas ad cæva lœva manus.
Noster Pastor. 111.

Illic & cantant quicquid didicero thea-
tris,

Et jactant faciles ad sua verba manus.
sed & de notatione Epistola Leandri,

Jactabam liquido brachia lenta mari.
quare possum abest, quin apud Propertium libro IV. Eleg. V. illis versibus,

In morosa vultu viri. si cantica jactat,

I comes; & voces abria iungo tuas.
si brachia jactat censeam reponendam.
Idem.

335. *Barbara sermone est.*] Sermoneum est Patavinus. ut sit Gracianus, cusus notæ multæ occurrunt apud Nasonem nostrum. *Idem.*

337. *Durius incedit, face ut ambulet.*] Scripti plerique *face ambulet.* Regius, *face inambulet.* Excerpta Scaligeri, *face inambulet.* recte. *face* pro *fac* usitatissimum nostro. inambulandi verbo frequenter usus est Cicero. hinc & *inambulatio* apud Catullum. *Idem.*

338. *Omne papilla Pectus habent: vitium fascia nulla tegat.*] Pectus habent tumida, præter editiones & Sarreianus, cum quatuor aliis codicibus: quod præ vulgata lectione placet. malim etiam

fascia nulla ligat, quam tegat. sic Manilius,

Fascia lactantes domina compefecit papillas. *Idem.*

339. *Narra quod rideat illa.*] Misisti ipsam. Regius illi. distingue, *narra, quod rideat, illi.* nisi malis forte, *quo rideat, & quo flect.* *Idem.*

340. *Mollibus est oculis.*] Si habet oculos ad sciendum faciles.

341. *Omne se non finxerit ulli.*] Cum nondum se finxerit, aut gemmis ornaverit, ut alicui placeat.

346. *Hæc ægide.*] Ægis est numimentum pectoris æneum, habens in medio Gorgonis caput. quod numimentum si in pectore nummis fuerit, qui vocatur: si in pectore hominis, sicut in antiquis imperatorum stans videmus, *lorica* dicitur. Hic autem gemmas, quibus reguntur facina, ægide appellat Ovidius; quod illi defendunt delectationem his ornamentis, ut ægis pectus tueretur.

347. *Improvisus ades.*] Pectus improviso ades, antequam amicos inermem.] Innotatam.

348. *Vitiis excidet ipsa suis.*] Sicuti illa. sic & alibi notetur, ut *Æt. l. i.*

Ex-

Nec tamen huic nimium præcepto credere tutum est;
Fallit enim multas forma sine arte decens. 350
Tum quoque, cum positis sua collinet ora venenis,
Ad dominæ vultus (nec pudor obftet) eas.
Pyxidas invenies, & rerum mille colores;
Et fluere in tepidos cæsypa lapsa sinus.
Illa tuas redolent, Phineu, medicamina mensas: 355
Non semel hinc stomacho nausea facta meo.
Nunc tibi, quæ medio Veneris præstentur in usu,
Elo-

Excidit illa metus, rursusque novissima
verba.

lib. II.

Quæ, simul invisæ crimen pervenit ad
aures,

Excidit, & misera vocisque colorque
fugit.

lib. III.

Procris ut accepit nomen, quæ pellicia
aure,

Excidit, & subito muta dolore fuit.

Trist. I. Eleg. I.

Ingenium tantis excidet omne malis.

Elegia V.

Si quid & in nobis viri fuit ante vigoris,
Extinctum longis excidit omne malis.

Elegia IV.

Quam subeant animo meritorum oblivæ
nostro,

Et longa pietas excidat ista die.

Excidere sibi dixit Seneca Hippol.

Quis me dolori reddit, atque astus graves
Reponit animo? quam bene excideram mi-
hi!

Phædra, deliquium animi passa, linqui di-
xit noster Ep. Phyllidis,

Lingor, & ancillis excipienda cado.

Fastorum V.

Excidit, & lævo fixa sagitta pede est.

Excider.] Animo tuo. Suis vitiis.] Sua
turpitudine.

349. Non tamen.] Nec prima editio &
scripti nonnulli. Heinſius.

350. Fallit enim multas.] Multos Re-
gius. & bene. Idem.

351. Tum quoque compositis sua cum li-

nit ora venenis.] Compositis cum linet Re-
gius corrupte. forte pro liverit. ita enim
dicebant quoque veteres, non leverit
tantummodo. vel, cum positis sua leverit
ora venenis. cum positis sua collinet Putea-
neus cum quinque aliis. recte, unus col-
liger. quod proximum vero. sic apud Ho-
ratium, crines pulvere collines. compositis
cum linet ora venenis prima editio & ex
scriptis multi. non male à liniendo. si lex
metri id ferret. posita venena nempe in
mensa. Art. Am. III.

Nec tamen ut positas mensa deprendat a-
mator

Pyxidas.

ubi dixi de hoc loco. sic posita lucerna Ep.
Heraus. & posita dapes saepe alibi, & posi-
tus Bacchus. de quo Artis lib. I. unus co-
dex Regius delinit, alius delinet. quo ver-
bo usus est Accius. Idem. Compositis ven-
enis.] Fucus intelligit, quo mulieres
faciem fingunt.

355. Illa tuas redolent Phineu.] Phineus
rex fuit Arcadiæ, qui filios occæcavit:
in cuius vindictam, illum quoque dii
oculis privarunt. dapibus non poterat ve-
ſci: nam admotæ harpyjæ mensis, eas
ventris profluvio foedabant. Fabulam ha-
bes Metam. 7. vers. 3. & Diod.

356. Nausea facta meo est.] Malim na-
ta. sed libri obſtant. Heinſ.

357. Medio Veneris præstamus in usu.]
Medios in usus Puteaneus & quatuor alii.
præstamus idem cum Jureti libro. sed Far-
nelianus unus præstentur. quod sequor.
Idem.

Y y 2

364. Quam

Eloquar. ex omni parte fugandus amor.
 Multa quidem ex illis pudor est mihi dicere: sed tu
 Ingenio verbis concipe plura meis. 360
 Nuper enim nostros quidam carpere libellos;
 Quorum censurâ Musa proterva mea est.
 Dummodo sic placeam, dum toto canter in orbe;
 Quod volet, impugnent unus & alter opus.
 Ingenium magni detrectat Livor Homeri: 365
 Quisquis es, ex illo, Zoile, nomen habes.
 Et tua sacrilegæ Ianiarunt carmina linguæ,
 Pertulit huc victos quo duce Troja Deos.
 [Summa petit livor: perflant altissima venti:
 Summa petunt dextrâ fulmina missa Jovis.] 370
 At tu, quicumque es, quem nostra licentia lædit;
 Si sapias, ad numeros exige quidque suos.
 Fortia Mæonio gaudent pede bella referri.
 Delitiis illic quis locus esse potest?
 Grande sonant Tragici; Tragicos decet ira cothurnos:

Lusi-

364. *Quam volet impugnent.*] Impugnet plerique scripti. pro *Quam volet*, *Qui* prima editio & exarati calamo quatuordecim. *Quod volet* Regius, & Putreus. & multi alii. duo *Quamlibet*. de quo ad Epist. vi. vs. 140. unus *Quilibet*. unus item, *Qua volet*. Excerpta Putreani *Quo volet*. Latet aliquid. Jureti excerpta *Quam volet*. Idem.

365. *Ingenium magni livor.*] Tangit Ovidius historiam, quam Vitruvius lib. 7. de Architectura refert. ea talis est: Quum Zoilus libros in Homerum compoluisse, Alexandriz eos recitavit Ptolemæo regi: cui nullum ille dedit responsum, quod tantum poetam immerito culpam videret. Is postea ad egestatem compulsus, regem adiit, rogans ut sibi aliquid dari juberet. tum rex respondit: Homerus, qui ante annos mille decessit, ævo perpetuo tot millia hominum pascit. quare tu quoque debes, qui meliori ingenio te profiteris, non modo unum, sed etiam plures alere pos-

se. Accusatus deinde Zoilus parricidii, cruci affixus est. Hic ergo cum esset Homeri obrectator adoptavit sibi hoc cognomen, ut *Homereumastix* vocaretur.

366. *Quisquis es.*] Recte. Non enim constabat, quis aut cujus fuisset Zoilus. *Heinsius.*

367. *Et tua sacrilega.*] Maronem dicit, qui cecinit adventum Æneæ in Italiam, &c. Et tamen clarissimus poeta non caruit obrectatore.

369. *Summa petit Livor.*] Distichon hoc superfluum est, cum de livore jam egerit. *Heinsius.*

372. *Exige quoque.*] Sattavianus quidque. Regius, quidque. bene. *Idem.*

373. *Pede Mæonio.*] Versu heroico, quali usus est Homerus.

376. *Versibus è mediis.*] *Versibus è mediis* Regius. Lego *Lusibus*. sic Post. IV. Eleg. ult.

Est tua cum sacro Musa Melissi lex.
 scripserat enim ludicra & jocos Melissus. ut illic dicemus. *Versibus è mediis*
 Pu-

Lufibus è mediis foccus habendus erit.
 Liber in adverfos hostes ftringatur Iambus;
 Seu celer, extremum feu trahat ille pedem.
 Blanda pharetratos Elegeia cantet Amores:
 Et levis arbitrio ludat amica fuo. 380
 Callimachi numeris non eft dicendus Achilles:
 Cydippe non eft oris, Homere, tui.
 Quis ferat Andromaches peragentem Thaidâ partes?
 Peccat, in Andromache Thaidâ fi quis agat.
 Thais in arte meâ: lascivia libera noſtra eſt. 385
 Nil mihi cum vittâ: Thais in arte mea eſt.
 Si mea materiæ reſpondet Muſa jocofæ,
 Vicimus, & falſi criminis acta rea eſt.

Rum-

Puteaneus. Reliqui plerique majori ex parte *Verſibus in mediis*. Heinſ. *Verſibus è mediis*.] E mediocri dicendi genere, & rebus ac perſonis conveniente. Eſt enim Comœdia, privata civilique fortunæ, ſine periculo vitæ, comprehenſio. *Soccus habendus erit*.] *Soccus* pro comico ſtylo poſuit, ut ſupra *cothurnum* pro tragico.

377. *Liber in adverſos hoſtes*.] Jambicum carmen eſt maledicum, à jambo pede ſic appellatum. Hujus carminis præcipui ſcriptores fuere apud Græcos Archilochus & Hipponax: apud Romanos vero Lucilius, Catullus, Horatius.

378. *Extremum ſeu trahat ille pedem*.] Duplicem jambicum verſum designat: ſcilicet rectum jambicum, & choriambum, vel ſcazonta, hoc eſt, claudicantem. Ambo autem verſus *trimetri* appellantur: conſtat enim ſex pedibus, ſuntque utrique ad maledictiam facti. Per celerem ergo pedem, rectum jambicum: per *extremum* vero, claudicantem & ſcazonta intelligito.

379. *Blanda elegeia*.] *Verſibus impariter junctis querimonia primum*, Poſt etiam *incluſa eſt voti ſententia compos*.

380. *Et levis arbitrio ludat amica ſuo*.] *Laudat Regius, & cavat ſuperiori verſu*. *audat etiam quinque alii. plures, plau-*

dat, unus, laudet. Forte ſcribendum,

Et levis arbitrio plaudat amica tuo.
 hoc eſt tuis deſideriis applaudit aqua.

381. *Callimachi numeris*.] Verſibus elegis, in quibus ſcribendis Callimachus primas obtinuit. *Achilles*.] Fortium geſta.

382. *Cydippe*.] Cujus nominis poëma ſcripſerat Callimachus, ex quo fragmenta ab antiquis Grammaticis citantur. Heinſ. *Cydippe*.] *Amica Acontii*: hoc eſt, materia mollis & lasciva. *Tui oris*.] Tui carminis & cantus. Homerus enim virorum fortium facta cecinit, non autem amatoria. *Non eſt oris, Homere, tui*.] Redi ad Amor. 2. vſ. 12. El. 1.

383. *Quis feret*.] Rectius alii *ferat*. & tum ſequenti verſu *Peccet* quoque ſit ſcribendum. *ſi quis agat* etiam recte prima editio cum Puteaneo & multis aliis. Heinſ. *Quis ferat Andromaches peragentem Thaidâ partes?*] Redi ad vſ. 19.

Nunquam ego te, Andromache, nece, Tecmeſſa, rogarem.

Fuit enim graviſſima foemina. Quod graviter exprimit Virg. 3. Æn.

Hæu: quis te caſus deſectam conjuge tanto
Excipit, aut quæ digna ſuis ſorima re-
viſit?

Heſtoris Andromache.

388. *Vicimus*.] *Vicimus* Regius alii-
 Y 3 que

Rumpere, Livore dæx; jam magnum nomen habemus:

Majus erit; tantum, quo pede cœpit, eat. 390

Sed nimium properas: vivam modo; plura dolebis:

Et capiant animi carmina multa mei.

Nam juvat, & studium famæ mihi crescit honoræ:

Principio clivi vester anhelat equus.

Tantum se nobis Elegi debere fatentur; 395

Quantum Virgilio nobile debet epos.

Hactenus Invidiæ respondimus. attrahe lora --

Fortius; & gyro curre, pœta, tuo.

Ergo

que complures. *Heinsius. Vicinus.*] Superavimus invidos. *Alia res est.*] Agere reum, est reum accusare; peragere vero reum est condemnare.

391. *Sed nimium properas.*] Invide.

392. *Et capiant animi carmina multa mei.*] Scripti non pauci capiunt animi carmina plura. plura quoque codex Jureti. capiunt Regius. Politiani liber. capiunt animi carmina magna mei. quod placet; modo capiunt cum Regio admittas. hinc capax animus. Legebam aliquando pro carmina multa, culta. ut de Horatio in Tristibus,

Donn seris Ausonia carmina culta lyra.
Heinsius.

393. *Studium fama nobis crescit honor.*] Lege fama honoræ. ut apud Statium Theb. II.

Vos quoque Thestida non inficiatus honorâ

Arcurion famâ.

quo respicit unus codex Patavinus, in quo *honestâ*. editio prima & scripti nonnulli amore. Sed cum Regius & Puteaneus à manu primâ agnoscant, mihi crevis honoræ, alii sex crescit honoræ. Forte legas rectius fama studium mihi cessit honoræ, vel, cedit. nam in uno Vaticano est credit. sic bene cedere in Fastis L. II. v. 380.

Et memorem famam, quis bene cessit; habens.

ita locus mendosissimus ex vestigiis veterum librorum est scribendus. ubi plura. *Idem.*

394. *Principio clivi.*] Qui aditum & pri-

moordio famæ comparanda nonnulla est mihi difficultas. *Noster anhelat equus.*] Vester Regius & tres alii. melius. ut ad livorem referatur. *Heinsius.*

396. *Quantum Virgilio nobile debet epos.*] Epos legebat Muretus apud Ciofannum. quod si hoc loco admittimus, etiam Statius erit reddendum, ubi de Heroo carmine Sylv. I. Epithalamio Scelz.

— aut onthetivitis,
Atque boderis radimira coheres, in pallat oranti

Quisquis lyra. sed precipue qui nobile gressu

Extremo frandatis epos.

ita enim scribo. Martialis,

Scribebamus epos; cepisti & scribere: cessi.

forte epos dixit Horatius, ubi agit de Variis. Hoc tamen Nasonis loco, vulgatam lectionem non temere sollicitum, praesertim cum scripti codices nostri omnes pro ea stent. nam per nobile epos quid intelligat, satis apparet, cum de Virgilio loquatur. sic idem Statius Sylv. IV.

Jam diu lato spatiosa campo

Fortis heros Erato labores

Differ, atque ingens opus in minoris

Contrahit gyros.

Propertius lib. III. Eleg. II.

— quis te

Carminis herui tangere iussa opus?

Idem.

398. *Curre tuo gyro.*] Tuam matricem & opus exequere.

399. Po-

Ergo ubi concubitus, & opus juvenile petetur;

Et prope promissæ tempora noctis erunt; 400

Gaudia ne dominæ, pleno si pectore fumes,

Te capiant; incas quamlibet ante velim.

Quamlibet invenias, in qua tibi prima voluptas

Desinat: à primâ proxima segnis erit.

Sustentata Venus gratissima. frigora sole, 405

Sole juvant umbræ: grata fit unda siti.

Et pudet, & dicam, Venerem quoque junge figura;

Qua

399. Petetur.] Lege petentur. versus enim exigit ut *Tò concubitus* sit pluralis numeri. *Heinsius.*

401. Pleno si corpore sumas.] Pectore Putaneus & Jureti excerpta, cum aliis nonnullis. *Idem.*

403. Tua prima voluptas.] Tibi rectius duo libri. *Idem.*

405. Frigore soles.] Concinnius Sarra-
vianus & quinque alii, *frigora sole*. alii
rotidem *frigora soles*, proxime verum.
Idem.

407. Veneris quoque junge figuram.]
Venerem junge figurâ Regius & Putea-
neus pro diverſa lectione. bene. quo-
modo & duo alii. & sequenti versu pro
quamque decere putes, quaque libri melio-
res. *putas* Regius & multi alii. Scribe,
quaque decere potest. alioquin sensum vix
commodum elicias. alter Regius, *Vene-
rem finge figura*. sed Jureti codex & Pu-
teani,

— Veneri quoque junge figuram,
Quam minime jungi quamque decere pu-
tes.

jungere Venerem elegantius est. Art. lib.
11.

Utque velis, Venerem jungunt per mille
figuras.

Martialis lib. 11. Eleg. 1111.

Quod plebeia Venus gemino tibi jungitur
asse.

ita scribe: cum nullo sensu in vulgatis le-
gatur vincitur. In antiquis codicibus,
maxime Bilbilitani poetæ, c & g promi-
ſcæ confunduntur. Noster in Ibide,

Quaque sui Venerem junxit cum fratre

marii

Lacris.

Tibullus lib. 1. Eleg. 1x.

— hunc ego credam

Cum truciſibus Venerem jungere posse fe-
ris.

& libro 1v. Eleg. x111.

Hoc primum juncta est fœdere nostra Ve-
nus.

auctor Argumentorum Virgilii lib. 1v. de
Ænea & Didone, Veneris clam fœdera
jungunt.

sic jungere membra noster lib. 11. Fast.

— vitat

Veſtra ſoror ſiſſimo jungere membra Deo.
ut & alibi non ſemel. *jungere* quoque
gaudia & amplexus, & corpora. *jungere*
concubitus Avienus deſcriptione orbis. ſic
committere Venerem Propertius lib. 11. E-
leg. xv. ut quidam codices,

Non juvat in cæco Venerem committere
motu.

& libro 1v. Eleg. vii.

Sæpe Venus trivio commiſſa, & pectore
miſto

Fecerunt tepidas pallia noſtra vias.
ita & illo loco ex vetuſtis libris legen-
dum. cæteram figuram Veneris alibi quo-
que dixit Trift. 11.

Sic qua concubitus varios Venerisque fi-
guras

Exprimat, eſt aliquo piſſatâbella loco.
eodem libro Veneris ſtantes ad genus omne
dixerat. Auctor etiam obſcœni carmi-
nis,

Quo tot figuras, quot Philenis enarrat,
Non admovente, pruriſa diſcedit.

Y y 4

ita

Qua minime jungi quaque decere potest.
 Nec labor efficere est raræ sibi verâ fatentur :
 Et nihil est, quod se dedecuisse putent. 410
 Nunc etiam jubeo totas aperire fenestras,
 Turpiaque admissio membra notare dic.
 At, simul ad metas venit finita voluptas,
 Lassaque cum totâ corpora mente jacent ;
 Dum piget, & nullam malis tetigisse puellam, 415
 Tacturusque tibi non videre diu ;
 Tunc animo signa, quodcumque in corpore mendæ est:
 Luminaque in vitis illius usque tene.
 Forsitan hæc aliquis (nam sunt quoque) parva vocabit:
 Sed, quæ non profunt singula, multa juvant. 420
 Parva necat moriû spatiosum vipera taurum :
 A cane non magno sæpe tenetur aper.
 Tu tantum numero pugna; præceptaque in unum
 Contrahe: de multis grandis acervus erit.
 Sed quoniam mores totidem, totidemque figuræ; 425
 Non sunt judicii omnia danda meis.
 Quo tua non possunt offendi pectora factio ;
 Forsitan hoc alio iudice crimen erit.
 Ille quod obscœnas in aperto corpore partes
 Viderat; in cursu qui fuit, hæsit amor : 430
 Ille quod à Veneris rebus surgente puellâ

Vidit

ita ex vestigiis libri vetusti legendum, qui
 habebat *admonetis*. nam *pruriginosa* lex car-
 minis non admittit. verius isti mendosissi-
 mi erant. *Idem*.

409. *Rara tibi vera fatentur.*] *Rara*
Puteaneus & editiones nonnullæ. *Re-*
gius rara est ibi vera. *Lego rara sibi vera,*
 & sic alter *Regius*. *Manduntur*, inquit,
 sibi & verba dant. *Vulgata lectio* quid
 sibi velit non video. *Idem*.

411. *Tunc etiam jubeo.*] *Jubeo* alter *Re-*
gius. *Lego jubeam*. *Idem*.

415. *Dum piget & nullam malles tetigisse*
se puellam.] *Malis* *Regius*, *Puteaneus* &
 duo alii. forte, ut *nullam malis*. sic sic

peccatum. *Idem*.

417. *Quodcumque in corpore menda est.*]
Quodcumque mendum *Regius* & *Putea-*
neus cum tribus aliis. *Lego*, *quod-*
cumque mendi. dixi supra. *septem alii*
quodcumque menda est. etiam bene.
Idem.

423. *Tu tantum numero pugna.*] *Duo*
libri, *Tu tantum &*. *unus*, *Tu tantum in*.
 alius *Tu tantum in*. *Lego Tu tantum, i.*
numero pugna, vide quæ notavi *Ant.*
 111. *Eleg. iv. vi. i. præceptaque in officio*
Puteaneus, non *unum*. *Idem*.

424. *Grandis acervus.*] *Magnus quidam*
 ex melioribus. *Idem*.

435. At-

Vidit in immundo signa pudenda toro.

Luditis ô, si quos potuerunt ista movere.

Adflarant tepidæ pectora vestra faces.

Attrahet ille puer contentos fortius arcus: 435

Saucia maiorem turba petetis opem.

Quid, qui clam latuit reddente obscœna puellâ;

Et vidit, quæ mos ipse videre vetat?

Dî melius, quam nos moneamus talia quemquam!

Ut profint, non sunt experienda tamen. 440

Hortor &, ut pariter binas habeatis amicas.

Fortior est, plures si quis habere potest.

Sec̃ta bipartito cum mens discurrit utroque:

Alterius vires subtrahit alter amor.

Grandia per multos tenuantur flumina rivos, 445

Cassaque seducto stipite flamma perit.

Non satis una tenet ceratas anchora puppes:

Non satis est liquidis unicus hamus aquis.

Qui sibi jam pridem solatia bina paravit;

Jam pridem summâ victor in arce fuit. 450

At

435. *Attrahat ille.*] *Attrahet scripti* meliores. *Idem.*

438. *Et vidit quæ mos.*] *Mox libri* meliores, sed male. *Idem.*

440. *Experienda tamen.*] *Experienda* Puteaneus & multi alii ex scriptis cum prima editione. sic infra vice versa scribendum est,

Spe citius monitis expedire meis. ubi *experire* legebatur.

446. *Sec̃taque subducto stipite flamma perit.*] Ita Jureti codex, quod ferri non potest, cum mox præcesserit. prima editio, & major scriptorum pars *Magna*que, octo codices, *Lata*que, quinque *Alta*que, tres *Lenta*que, duo, *Multa*que, unus, *Cienta*que. alius, *Toto*que. vetustissima editio, & quinque scripti, *Lasa*que, Politiani *Lata*que. Regius *Hasa*que vel *Cassa*que. quod postremum amplector. vide *Notas Fast.* vi. vi. 406.

Puteaneus *Tota*que & *Lata*que vel *Lasa*que pro diversa lectione. præterea pro subducto Regius optimus & septem alii *seducto*. etiam bene. Nec male diducto Puteaneus cum alio ex nostris.

447. *Ceratas puppes.*] *Naves* vel *pice*, vel *cera* illitas.

448. *Nec satis.*] *Non satis* scripti majori ex parte.

449. *Qui sibi jam pridem solatia bina paravit.*] *Commodius esse opinor duplici spernitier.* Ter. Phorm. 4. 2. Cui respondet illud Plauti in *Trucul.* 44. vers. 15.

— Sed tamen

Cogitato, minus pusillus quam sit sapiens bestia,

Ætatem qui uni cubili nunquam committit suam.

Quia si unum ostium obsideatur, aliud per fugium gerit,

Y y 5

451. At

At tibi, qui dominæ fueris male creditus uni,
Nunc saltem novus est inveniendus amor.
Pasiphaës Minos in Procride prodidit ignes:
Cessit ab Idæâ conjuge victa prior.
Amphilochi frater ne Phegida semper amaret,
Callirhoë fecit parte recepta tori.
Et Parin Oenone summos tenuisset ad annos,
Si non Oebaliâ pellice læsa foret.

455

Con-

451. *At tibi qui fueras.*] Docet ab eo qui uni tantum puellæ adhiñtus fueras, alteram quoque inveniendam esse, quo prior amor ab altero vincatur. *Fueras doming.*] *Fueris* Regius, *Puteaneus*, & septem alii. *Heinf.*

453. *In Procride perdidit ignes.*] Variant hic denuo codices. *Nangerius* notat *Phronide* ex suis, qui de hac fabula nihil sibi esse compertum fatetur. *Puteaneus* *Procride*. Regius, *Procrade*. alter, *Prognade*. *Procride* Patavinus. *Lego Procride*. *Procridis* enim ab ore caput Minos, cum eam Cephalo elapsam & fugitivam exceperisset in Creta, cane donasice velocissimo fertur, de quo ad lib. vii. *Met.* nobis erit agendum. Ejus rei meminit *Scholiastes Germanici* inter alios. sed præ ceteris *Antoninus Liberalis* cap. xii. *Metam.* *Palaphatus* etiam, & *Pollux*. ceterum pro *perdidit ignes* optime *Puteaneus*, *prodidit*. ut & duo aut tres alii. *Prodere* *Donatus* ad *Terentium*. pro *deserere*, *projicere* exponit frequenter. sic *Dido* de *Ænea*,

Neh jam conjugium antiquum, quod prodidit, oro.

Propertius libro ii. *Eleg. vii.*

Nam cūsus patrer caput hoc discodere collo,

Quam possem nupta prodere amoris sacis. Idem.

Procride.] *Procris* enim *Cephal*i uxor, *Minos* laborantem sanavit, ut scribit *Higynus*.

455. *Amphilochi frater ne Phegida semper amaret.*] *Amoris* rectius legatur.

ceterum totus hic versus valde est turbatus in libris scriptis. ita tamen ut ad vulgatam ii lectionem aludant, cui controversia non est movenda. *Historiam* hanc tangit noster etiam in *Metamorph.* lib. ix. sed paucis verbis. Agitur autem hic de *Alcmæone*, qui *Alpheiboeæ* *Phegei* filii *Callimachii* *Acheloi* filiam superduxit. rem narrat cum alii, tum *Pausanias* in *Arcadicis*, & *Apolodorus*. *Alcmæon* & *Amphilochus* *Amphiarai* filii. male ergo *Antiochi* frater in multis codicibus. Apud *Lucianum* quoque in *Pseudomanti* hic *Amphiarai* filius perperam *Ἀντιλόχῳ* appellatur, pro *Ἀμφιλόχῳ*. Idem. *Amphilochi* frater.] Fabula talis est: *Alcmæon* filius vatis *Amphiarai* quærebatur purgari ob interfectam matrem *Eriphylen*, venique ad *Phegeum* patrem *Alpheiboeæ*, cui dedit monile matrem preciosum, cuius & maritus factus est. Profectus deinde ad *Acheloum*, filiam ejus adamavit, nomine *Callirhoën*: quæ quum & ipsa monile illud posceret, rediit ad *Alpheiboeam*: sed illic à *Temen*o & *Axi*one *Alpheiboeæ* fratribus interfectus est. *Alpheiboea* autem fratres in ultionem neoti mariti interfecit. *Ovid.* in viii. *Met.* fabulam breviter tangit.

457. *Et Earis Oenone summos tenuisset in annos.*] *Rectius* Regius, *Parin Oenone*. idem ad annos cum aliis plerisque. *Heinf.*

458. *Oebaliâ pellice.*] *Helena* in *Lacedæmonia*.

459. *Odry-*

Conjugis Odryfio placuiffet forma tyranno:

Sed melior clauſæ forma ſororis erat.

466

Quid moror exemplis, quorum me turba fatigat?

Succeſſore novo vincitur omnis amor.

Fortius è multis mater deſiderat unum;

Quam cui flens clamat, Tu mihi ſolus eras.

Ac ne forte putes nova me tibi condere jura;

465

(Atque utinam inventi gloria noſtra foret!)

Vidit id Atrides. quid enim non ille videret,

Cujus in arbitrio Græcia tota fuit?

Marte ſuo captam Chryſeïda victor amabat:

At ſenior ſtultè flebat ubique parens.

470

Quid lacrymas, odioſe ſenex? bene convenit illis.

Officio natam lædis, inepte, tuo.

Quam poſtquam reddi Calchas ope tutus Achillis

Juſſe-

459. *Odryfio tyranno.*] Tereo regi Daulidis, oriundo à Thracibus.

460. *Sororis clauſæ.*] Philomenæ à Tereo ductæ in ſtabula, ibique inclufæ.

461. *Turba fatigat.*] Malim fatiget. Heinſius.

463. *Parcius è multis mater deſiderat unam.*] Regius præſtantiffimus *Fortius.* Lege *Fortius.* & vide quæ notavi v. 281. libri primi *Artis.* *Fortis*, quæ dolori moderatur, & adfectibus, idque ex placito Stoicorum, apud quos fortitudo in robore animi conſiſtit potius, quam in corporis viribus. *Stattius Theb. v.*

At non magnanimo pietas ignava Lyciæ.

Fortior ille malis, lacrymasque infana reſorbet

Ira patris.

& *Sylv. lib. 11. conſolatione ad Urſum,* *O quam divitiis cenſuque exutus opimo Fortior, Urſe, fores?* Idem.

464. *Quam quæ flens clamat.*] Regius mendofe, *Quem quoque flens.* *Sartavianus, qui flens.* Lege, *Quam cui flens clamat.* Idem.

465. *Et ne forte putes.*] Prima editio & duo libri ſcripti, *Ac, alius, Sed.* *Scitabo At. pro condere jura Arondelianus, prodere.* Idem.

469. *Amabat.*] Unus *Puteaneus amarat.* Idem.

471. *Bene contigit illi.*] Prima editio cum ſcriptis fere omnibus, *bene convenit illi, præter optimos Regium & Puteaneum, in quibus convenit illis. vere. Martialis. lib. vii. Ep. xxxv.*

Miror non bene convenire vobis.

Fastorum iv.

Contrahere agreſtes, & mania ponere utrique

Convenit.

Pont. 111. Eleg. 11.

Exiit hoc unum, quo non convenerit illis, pro tuo mox multi tuam. Idem.

473. *Calchas ope tutus Achillis.*] Cum Agamemnon raptam Chryſeïda nollet patri reddere, Apollo per novem dies totidemque noctes ſagittas emittens, primum jumenta, deinde homines percuffit. Quam rem quum Achilles ad ſenatum retuliſſet, placuit Calchantem augurem conſuli. Qui cum timeret divinationem proloqui, propter Agamemnonem,

Jusserat, & patriâ est illa recepta domo;
 Est, ait Atrides, illi quàm proxima formâ;
 . Et, si prima sinat syllaba, nomen idem:
 Hanc mihi, si sapiat, per se concedat Achilles:

Si minus; imperium sentiat ille meum.
 Quod si quis vestrum factum hoc incusat, Achivi;
 Est aliquid validâ sceptrâ tenere manu.
 Nam, si Rex ego sum, nec mecum dormiet illa,

475

480

In

mnemonem, juravit ei Achilles, se vivo æmionem passurum ipsi injurias manus afferre, ne ipsum quidem Agamemnonem. Quibus verbis tutus Calchas, pestilentiam docuit posse sodari, sic Chryseis patri redderetur. Quo facto, Agamemnon Briseida Achilli eripuit, ut in primo Iliad. cecinit Homerus. *Optatus Achillis.*] Achilli Famelianns, recte omnino. ita Virgilius sæpe. sic & *Ulyssi* noster in metamorph. passim secundo casu. monui ad librum 1. Artis *¶* 743. *Heinsius.*

475. *Atrides ait, Est illius proxima forma.*] Numeri duriore, quam ut Nasoniani videntur. Nec constant sibi libei veteres. quorum nonnulli, *Est ait Atrides.* concinnius. Sed Jureti & Putteani codex,

Atrides ait, jam illius est proxima forma.

duo alii, *Atrides ait illius est proxima.*
 duo alii, *Hæc ait Atrides illius proxima forma est.*

Lego, *Est, ait Atrides, illi quàm proxima formâ.*

in quo nihil mihi permisi, nisi quod pro illius jam veteri lectione reposui, illi quæ. *Idem.*

476. *Es si prima sinat littera.*] Syllaba Regus cum Lincolnensi & uno meo recte. Nam inter Briseideam & Chryseidem tota prima syllaba differt. de sola primâ litterâ manifeste falsum est. sic lib. 11. Fastorum,

— prima sed illi

Diffa his antiquum syllaba nomen erat.
Idem.

Es si prima sinat syllaba.] Si Bryseis, non Chryseis diceretur.

478. *Sin minus.*] Scripti tam hic quam aliis locis semper *Si minus.* *Heinsius.* *Imperium sentiat ille meum.*] *Iliad. æ. vers. 80.* Calchas ipse Achilli.

Κρίσσει γὰρ βασιλεὺς ὅτι χρίσεται ἀνδρὶ χίρῃ,

Et Nestor ibidem, ¶ 278.

— *ἐπεὶ ἔπειθ' ὁμίεις ἑμμενέ τιμῆς*

Σκηνῇ χεῖ βασιλεὺς, ὅτι Ζεὺς αὐτῷ ἰδμεν.

Silius 11. *arma Majestas æterna ducem.* Ideoque sceptrum Agamemnoni à Jove permissum atque datum esse per ordinem successione non temerè confingit Homerus β. Iliad. ἀψ. 101. Eadem ratione Æthyl. *χοσφός.* præcipit *ἐμνέχον ἀρχὴν σέβειν,* Alexander, Amyntæ filius, ad Athenienses de Xetxe, *καὶ γὰρ δύναιμι ὑπὲρ ἀνθρώπων ἡ βασιλεύς εἶναι,* καὶ χεῖρ ὑπερμύκης; Herod. 8. *σινα longæ regibus manus.* Et Pindar. Olymp. od. 1. in fine. *ἐπ' ἄλλοι σι δ' ἄλλοι μαγάλαι, τὸ δ' ἴσχατον κορυφαῖται βασιλεύσι.*

479. *Accusat.*] *Inscusat* prima editio, & ex scriptis satis multi. *Heinsius.*

481. *Nam si Rex ego sum.*] Scribo *sum.* ita postulat *Tò dormiat.* quod sequitur. nisi *maius sum & dormiat.* Sequenti versu pro *est* liber Vaticanus *ai.* *Puto,*

In mea, Thersito, regna lictis, æa.
Idem.

483. *Hæc*

In mea Therſites regna licebit eat.
 Dixit; & hanc habuit ſolatia magna prioris:
 Et prior eſt curâ cura repulſa novâ.
 Ergo aſſume novas auctore Agamemnone flammas;
 Ut tuus in bivio diſtineatur amor.
 Quæris, ubi invenias? artes, î, perlege noſtras.
 Plena puellarum jam tibi navis eat.
 Quod ſi quid præcepta valent mea; ſi quid Apollo
 Utile mortales perdocet ore meo;
 Quamvis infelix mediâ torreberis Ætnâ;
 Frigidior glacie fac videre tuâ.

Et

483. Hanc habuit ſolatia magna prioris.] Solatia bina meus & Voſſianus. placet. ſupra,
Qui ſibi jam pridem ſolatia bina paravit.
 Idem.

484. Prior cura.] Prior Chryſeidis amor. Nova.] Novo amore Bryſeidis.

486. In bivio diſtineatur amor.] Diſtineatur Reginus, & Scaligeri excerpta. recte. Sarravianus deſtituitur. dixi Epitola VIII. ¶f. 69. Horatius libro IV. Od. v.

*Ut mater jurem, quem Notis invidio
 Flammæ Carpathii trans maris aquora
 Cunctantem ſpatio longius annuo
 Dulci diſtinet à domo.*

ita meliores codices. non detinet. Idem. In bivio.] In duabus puellis.

487. Artes in perlege noſtras.] En perlego duo libri. totidem cum prima editione, jam perlege. Sed vere Reginus, î, perlege. vide Notas ad lib. III. Amor. Eleg. III. Heinſius.

488. Jam tibi navis erit.] Eat repone cum Politiani excerptis & duodecim ad minimum noſtris. ſic ſupra,
Reſtaque cum ſociis me ducis navis eat.
 & infra,

Quæque vocant fluctus, hæc tibi venus eat.

Triſt. v. Eleg. v.

Quod ſuperſeſt, tutum per mare navis eat.

& Eleg. ult.

Vela damus, quamvis remige navis eat.

alibi in Triſtibus,

Sed non per placidas is mea navis aquas.
 Idem.

490. Edocet ore meo.] Perdocet ſcripti cum primâ editione. Idem.

491. Media Ætna.] Maximo æſtu amoris.

492. Frigidior domina fac videre tuâ.] Videtur ſcribendum dominâ tuâ. Niſi quod unus Puteaneus & unus Leidensis, Frigidior glacie. quod aridet. ſic Ep. I.

Frigidius glacie poſtus amanti erat.
 & Ariadna,

Frigidior glacie ſemeniſque ſui.
 tua pro amica tuz Tibull. lib. IV. Eleg. VII.

Dicatur ſi quis non habuiſſe ſuam.
 ita enim legendum videtur. niſi ſua malis. Noſter infra ex veteri codice,

Jamque face è multis una ſit illa tuis.
 Horatius libro I. Od. xv. Non hoc pollicitus tua. Helenz ſubandi. nam ad Pæridem eſt ſermo. Propert. I. Eleg. IX.
Es nihil irata poſſe negare tua.
 lib. III. Eleg. VII.

Me docet livor macrum habuiſſe meum.
 noſter lib. I. Artis de Paſiphaë,

Atque ais, exa tenens, ite placete mea.
 Hinc illa apud noſtrum paſſum obvia,
Clamabo, meus eſt. Dicam, meus es. Exclamat, Meus es. Artis lib. II.

Quo

Et sanum simula; ne, si quid forte dolebis,
Sentiat: & ride, cum tibi flendus eris.

Non ego te jubeo medias abrumpere curas: 495

Non sunt imperii tam fera jura mei.

Quod non es, simula; positoque imitare furores:

Sic facies verè, quod meditatus eris.

Sæpe ego ne biberem, volui dormire videri:

Dum videor, somno lumina victa dedi. 500

Deceptum risi, qui se simulabat amare;

In laqueos auceps decideratque suos.

Intrat amor mentes usu: dediscitur usu.

Qui poterit sanum fingere, sanus erit.

Dixerit, ut venias pactâ tibi nocte, venito. 605

Veneris, & fuerit janua clausa; feras.

Nec dic blanditias, nec fac convitia posti,

Nec

*Quo magis, ô furones, deprendere par-
cisc vestras.*

Fastorum II.

*Est locus: antiqui Capream dixere pa-
ludem,*

*Forte tuus illic, Remule, jura dabas.
tuus, nempe civibus. Frustra viris re-
ponunt. Heinſius.*

493. *Nec si.*] *No si scripti cum prima
edizione. Idem.*

495. *Medias abrumpere flammâs.*] *Curas prima editio cum scriptis melioribus omnino bene. cura enim pro amoribus. sic Dido apud Virgilium, gravi do-
dum ſancia curâ. lib. VI. Met. ex antiquo codice, nec capimus inclusas poſſera curas. sic noster, sic Tibullus ac Propertius, sic alii paſſim. Sequenti verſu pro imperii ſera juſta, rectius Putreaneus & duo alii ex melioribus, jura. Vide Notas ſub ſinem Ep. III. Idem. Abrumpere medias curas.] Medium amorem non quamprimum, ſed paulatim ſolvere.*

497. *Quod non eſt ſimula.*] *Non eſt lege cum melioribus. Heinſ. Poſitos furones.] Depositum amorem vehementem.*

501. *Simulatas amare.*] *Simulabas ſcripti & prima editio. Idem.*

507. *Nec dic convitia poſti.*] *Nec ſua prima editio & ſcripti meliores magno numero. Amor. I. Eleg. VII.*

At taciti facere tamen convitia vultus.

lib. III. Eleg. III.

*Quid queror, & toti facio convitia calo-
& appoſite ad hunc locum Met. XIV.*

— poſuitque in limine duro

Multa latus, triſtique ſera convitia fecit.

Ep. Leandri,

Nec faciam ſurdus convitia ſtultibus alla.

Cydicpe,

*Quam ſæpe, ut tardus, facis convitia,
ramis!*

Propertius lib. I. Eleg. VI.

Ut mihi deducta facias convitia puppi

Cynthia?

Jureti codex & ſex ex noſtris, ſer. convitia. ſic incendia poſti pro diverſa leſione Putreaneus. ſic Antis libro III.

*Ille votus miles ſiſtens & ſapienter am-
bis,*

Multaque tironi non paſſimula ſera.

*Nec franges poſtes, nec ſaris ignis
ares.*

Eleg. VI. lib. I. Amor. ad Janitorem,

*Ant ego jam ferroque ignique paratior
omni,*

Quem

Nec latus in duro limine pone tuum.

Postera lux aderit; careant tua verba querelis.

Et nulla in vultu signa dolentis habe.

Jam ponet fastus, cum te languere videbit.

Hoc etiam nostrâ munus ab arte feres.

Te quoque falle tamen, nec sit tibi finis amandi.

Propositis frænis sæpe repugnat equus.

Utilitas lateat; quod non proficere fiet.

Quæ nimis apparent retia, vitat avis.

Ne sibi tam placeat, quò te contemnere possit;

Sume animos: animis cedat ut illa tuis.

Janua fortè patet; quamvis revocabere, transi.

Est data nox; dubita nocte venire datâ.

Possè pati facile est; tibi ni sapientia desit.

Promptius è facili gaudia ferre licet.

Et quisquam præcepta potest mea dura vocare?

En etiam partes conciliantis ago.

Nam, quoniam variant animi, variamus & artes.

Mille mali species, mille salutis erunt.

Corpora vix ferro quædam sanantur acuto:

Auxi-

Quem face sustineo, testa superba petam. Idem.

512. *Feras.] Feres scripti cum primâ editione. Idem.*

513. *Te quoque faller amor, dum sit tibi finis amandi.] Tunc quoque fallit amor, ne sit tibi Puteaneus, pro fallit multi fallat, pro dum sit, Sarravianus dum sit, tres nisi sit, alii, nec, ne, ni, unus ut sit, Regius,*

Te quoque falle tamen, nec sit tibi finis amandi.

quod secuti sumus, falle tamen etiam in excerptis Politiani & uno ex nostris. Non satis est, inquit, ut fallas dominam, atque illi persuadeas te non amare, sed tibi quoque ipsi persuadeas velim, non eo fine hæc à te agi, ut amare desinas. *Idem.*

517. *Nec tibi tam placeat ut te contemnerè possit.] Puteaneus sibi pro diversâ lectione, quod & Patavinus agnoscebat.*

Regius, *Nec sibi tam placeat, nece. Scripti plerique quod te cum prima editione, unus meus pro diversa lectione, quod recte. Idem.*

521. *Tibi ni patientia desit.] Alii, si non, unus Vaticanus, nisi patientia. Lege nisi si. & vide Notas ad Epist. iv. v. vi. sapientia etiam in nonnullis. Regius,*

Possè pati facile est, ubi sapientia desit, Puto, nisi si sapientia desit, sic supra,

Artis erunt cauto mollia iussa mea. Idem.

522. *Proptinus ex facili gaudia ferre licet.] Lego Proptinus, ut supra,*

Prona venit cupidus in sua vota fides, & Prona tibi vinci cupientem vincere palma est.

sed Puteaneus à manu primâ *Promptius*, quod sequor. *Idem.*

525. *Variabimus artes.] Variamus & bene Puteaneus nisi variemus mavis. Id.*

528. *Auxi-*

Auxilium multis succus & herba fuit.
 Mollior es, nec abire potes, vinctusque teneris;
 Et tua sævus Amor sub pede colla premit; 530
 Define luctari; referant tua carbasa venti:
 Quoque vocant fluctus, hac tibi remus eat.
 Explenda est sitis ista tibi, qua perditus ardes.
 Cedimus: è medio jam licet amne bibas.
 Sed bibe plus etiam, quam quod præcordia poscunt: 535
 Guttur fac pleno sumta redundet aqua.
 Perfruere usque tuâ nullo prohibente puellâ.
 Illa tibi noctes auferat, illa dies.
 Tædia quære. malis faciunt & tædia finem.
 Jam quoque, cum credas posse carere, mane. 540
 Dum bene te cumules, & copia tollat amorem;

E fa-

528. *Auxilium multis succus & herba fuit.*] Male quidam codices *inlit*, vel *de-
dis*. *Auxilio fuit* non male duo codices.
 sic infra v. 581. *auxilio turba futura tibi
qst.* ut quidem legendum. Met. XII.

— *nec omni cava palma sinistra*

Auxilio multis sunt.
 nihil tamen hic mutem. vide Notas Fa-
 storum II. v. 408. *Idem.*

529. *Nec abire potes.*] Nec potes lon-
 gius discedere ab amica.

531. *Define luctari.*] Cessa pugnare
 cum amore. *Referant tua carbasa.*] Re-
 deas ad amicam. *Referant tua carbasa
venti.*] Referant libri meliores cum pri-
 ma editione. scribendum est *referant
sine*. nam tua paulo ante præcessit. nisi
 inavis, sua carbasa. & mox, *Quoque vo-
cant pro Quoque* Putreant. *Heins.*

535. *Præcordia poscunt.*] Poscant malo.

537. *Utire & usque tui.*] Regius &
 Putreant cum quatuor aliis & prima
 editione *Et frueri*. alter Regius *infruere*.
 duo *se frueri*. Scribe *l frueri*. & vide
 Notas ad lib. III. Amor. Eleg. III. co-
 dex tamen Scaligeri & unus Vaticanus
Perfrueri. sic Ep. Herm.

Perfrui infelix liberiore malo. *Idem.*

539. *Tædia quære mali: facinus &
tædia finem.*] *Facinus quoque octo. tres,*

quia. unus non. Scribe,

*Tædia quære: malis facinus & tædia
finem.* *Idem.*

540. *Jam quoque cum credas posse ca-
rere mane.*] *Credas multi ex melioribus,
Lege,*

*Tum quoque, cum credas posse carere,
mane.* *Idem.*

Mane.] Persevera in amore.

541. *Dum bene te cumulas, & copia
tollit amorem.*] *Cumulas* & tollit scripti
 cum prima editione. Sequenti versu pro
tibi esse veteres plerique *jures* vel *juro*.
 sed meliores *jures*. Scaligeri codex &
 unus Vaticanus. *Insuperatâ*. Lego mi-
 nimâ mutatione,

Dum bene te cumulas, & copia tollit amorem

Es fastidiat non jures esse domo.

pro *Es* reposuimus *E*, pro *esse*, *esse*. in
 quibus frequentissime peccant libri ve-
 teres. cætera auctoritate codicum scri-
 ptorum nituntur. Avianus Fab. xxxvii.

Nec custodiat fas sit abire domo.

apud Valerium Flaccum similis error
 commissus libro III.

— *quod si jam bella mandant,*

*Et placitum hoc superis: nonne hic mox
justus essent*

*Futura? neque tuus melius nunc plange-
ret error?*

non

E fastidita non juvet isse domo.

Fit quoque longus amor, quem diffidentia nutrit.

Hunc tu si quæres ponere; pone metum.

Qui timet, ut sua sit, neu quis sibi detrahat illam; 545

Ille Machaoniâ vix ope sanus erit.

Plus amat è natis mater plerumque duobus,

Pro cuius reditu, quod gerit arma, timet.

Est prope Collinam templum venerabile portam:

Imposuit templo nomina celsus Eryx. 550

Est illic Lethæus Amor, qui pectora sanat;

Inque suas gelidam lampadas addit aquam.

Illic & juvenes votis obliviam poscunt:

Et si qua est duro capta puella viro.

Is mihi sic dixit: (dubito, verusne Cupido 555

An somnus fuerit; sed puto somnus erat.)

O qui sollicitos modo das, modo demis, amores,

Adjice præceptis hoc quoque, Naso, tuis.

Ad mala quisque animum referat sua; ponet amorem:

Omnibus illa Deus plusve minusve dedit. 560

Qui

non hac mea iustius essent nunc legitur. Pro-
pertius,

Issent Phlegrao melius tibi funera campo.

Heins. *Dum bene te cumules.*] Dum bene
te expleas amore.

544. *Hunc si tu quæris.*] Tu si quæres
meliores. Heinsius.

545. *Qui timet ut sua sit, ne quis sibi
subtrahat illam.*] Detrahat primâ editio &
plerique scripti. sic Met. vi.

Quid me mihi detrahis, inquit?

Præterea legendum,

*Qui timet, ut sua sit; neu quis sibi de-
trahat illam.* Idem.

546. *Vix ope sanus erit.*] Alii libri tu-
tus. unus saluus. Sed nil muta. Patavi-
nus sanus erat. Lego sanus eat. Vide
Notas in Elegiam de morte Drusi sub
finem. Idem.

547. *Plus amat è natis.*] Timorem
probat amorem augere. Ordo est: Ma-
ter plerumque è duobus natis plus amat
illum, pro cuius reditu timet, quod ge-

rit arma, hoc est, quia militat.

549. *Est prope Collinam.*] Porta Colli-
na etiam *Salvæ* dicebatur, qua in col-
lem Quirinalem ibatur. Illi propinquum
fuit templum Veneris Erycinæ.

550. *Imposuit nomina.*] Quia cogno-
minatum est templum Veneris Erycinæ,
ab Eryce colle Siciliæ.

551. *Lethæus amor.*] Cupido, oblivio-
nem amoris inducens amantibus.

553. *Obliviam.*] Amoris.

556. *Sed puto somnus erat.*] Scribo nec
puto. infra,

Destituit somnum: si modo somnus erat.
Factorum rrr.

*Utile sit fastidiumque precor, quod ima-
gine somni*

Vidimus. an somno clarius illud erat?
superiori versu pro *Hic* meliores libri *Is*.
Heinsius.

558. *Hæc quoque.*] Hoc quoque melio-
res. Idem.

560. *Omnibus illa deus.*] Ille Scripti
ple-

ZZ

Qui Puteal Janumque timet, celeresque Kalendas,
Torqueat hunc æris mutua summa sui.

Cui pater est durus, votis ut cætera cedant,
Huic pater ante oculos durus habendus erit.

Hic malè dotatâ pauper cum conjuge vivit: 565
Uxorem fato credat obesse suo.

Est tibi rure bono generosæ fertilis uvæ

Vinea: ne nascens uva sit usta time.

Ille habet in reditu navim: mare semper iniquum

Cogitet, & damno littora fœda suo. 770

Filius hunc miles, te filia nubilis angant.

Et quis non causas mille doloris habet?

Ut possis odisse tuam, Pari, funera fratrum

Debueras oculis substituïsse tuis.

Plura

plerique cum prima editione. sed male. refer ad mala. *Idem.*

561. *Qui Puteal.*] Enumerat res Poëta, ad quas animum referendum esse dixit. Erat autem Puteal locus Romæ, ad quem conveniebant feneratorores. Porphyrius vero dicit, sedem fuisse prætorum prope Circum Fabianum: quod *Libonis* dicebatur, quia à Libone illud primum tribunal, & subsellia collocata sunt. *Janumque timet.*] Vel mensem Januarii. *Celeresque Kalendas.*] Celeres appellat Kalendas, quod debitori tempus solvendi videbatur celerius advenisse, quam vellet. Horat.

Quod nisi cum tristis misero venero Kalenda,

Mercedem, aut mercedem, unde extricat.

563. *Cui durus pater est, ut voto cætera cedant.*] Concinnus quatuor scripti,

Cui pater est durus, ut votis cætera cedant,

nisi quod transpositis vocibus lego, *votis ut.* Heinsius.

565. *Cum conjuge vivit.*] *Dormis* Politiani codex & Cantabrigensis. ut epist. Helenæ, & in *seu conjuge dormis.* *Idem.*

566. *Uxorem fato credat obesse suo.*] *Fato* adesse vel obesse scripti plerique. Nil mutato. *Idem.*

569. *Ille habet in reditu navem.*] *Navim* Regius. sic idem cum aliis melioribus paulo post,

— *media navim Palinurus in unda*
Deserit. *Idem.*

570. *Damno littora fœda suo.*] *Littora fœda* prima editio & scripti omnes meliores. Quid si fœda legas? sic noster lib. XIV. Met.

Littora Cœmarum, loca fœda palæstribus
notis?

Virgil. lib. Æn. I.

Numquam in patriam loca fœda furentibus
auris

Ætiam venit. *Idem.*

571. *Hunc filia nubilus angat.*] *Te filia* iidem libri. & hoc bene. *angant* etiam Puteaneus. *Idem.*

573. *Ut posses odisse.*] *Possis* iidem. *Id.* *Es posses odisse tuam Pari.*] Paris quoque odisset Helenam, si fratrum pericula considerasset.

574. *Substituïsse tuis.*] *Substituïsse* scripti plerique cum Jureti & Scaligeni excerptis. Excerptis Politiani & sex alii codices, *Præposuïsse.* Lego *præposuïsse* supra,

Præ

Plura loquebatur; placidum puerilis imago 575

Destituit somnum: si modo somnus erat.

Quid faciam? mediâ navim Palinurus in undâ

Deserit. ignotas cogor inire vias.

Quisquis amas, loca sola nocent: loca sola caveto.

Quo fugis? in populo tutior esse potes. 580

Non tibi secretis (augent secreta furores)

Est opus: auxilio turba futura tibi est.

Tristis eris, si solus eris: dominæque relictæ

Ante oculos facies stabit, ut ipsa, tuos.

Tristior idcirco nox est, quam tempora Phœbi: 585

Quæ relevet luctus, turba sodalis abest.

Nec fuge colloquium: nec sit tibi janua clausa:

Nec tenebris vultus flebilis abde tuos.

Semper habe Pyladen, qui consoletur Orestem.

Hic quoque amicitia non levis usus erit.

590

Quid

Preponunt animo multa ferenda suo.
sic paulo ante,

Propositis frenis sæpe repugnat equus.
ubi scripti fere omnes, *propositis*. Vulgata
tamen lectionem non damno. quomodo & alios locutes memini, sed loca
non succurrunt. *Heinsius*.

575. *Plura loquebatur: placidum puerilis imago*

Destituit somnum.

Scripti nonnulli *placide* & *Destituit somnus*
cum primâ editione; vel etiam *Destituit somno*.
perperam. *Plura loquebatur*, hoc est,
postquam plura esset locuta, destituit somnum. *Idem*.

577. *Media navem Palinurus in unda.*]
Navim Regius & Putaneus cum uno Vaticano,
ut jam dixi, deinde *medias undas* Putaneus.
Idem. *Palinurus*.] *Lethæus* Cupido, optimus
magister remedii amoris, ut *Palinurus* fuit optimus
navis *Æneæ* gubernator. *Deserit navem*.] *Deserit*
materiam hanc meam.

581. *Nam tibi secretis augent secreta furores,*

Est opus auxilio, turba futura tibi est.]

Hæc inquisitissima sunt. pro *secretis* alter
Regius *secretis*. pro *Nam* Putaneus
Nam. & sequenti versu pro *auxilio*, in
populo. alii *Nam* vel *jam*. codex Regius optime,

Nam tibi secretis (augent secreta furores)

Est opus. auxilio turba futura tibi est.

cui scripturæ nihil de nostro addidimus,
præter nudas distinctiones. *turbam* pro
populi confluxu ponit hic, ut & libro
de Art. Am. 111. §f. 417. ubi vide notas
nostras. *Heinsius*.

587. *Nec sit tua janua clausa.*] Sic tibi
meliores. *Idem*.

588. *Nec tenebris luctus flebilis abde tuos.*]
Vultus flebilis abde cum primâ editione,
& iisdem scriptis reponendum. *abde*
tuus prima editio & Regius. *Lego abde*
tuus. nam oculos tuos paulo ante præcesserat.
Idem.

589. *Semper habe Pyladen aliquem, qui*
curet Orestem.] *Pyladen*, qui te procurat
Mentelanus. alius, *Pyladen te cum qui*
curet. duo, *socium qui caret*. tres, *qui te*
consoletur. malim qui te solatur. *Læcet* ali-
quid mendii. *Idem*.

Zz 2

593. Edo-

Quid nisi secretæ læserunt Phyllida sylvæ?

Certa necis causa est: incommitata fuit.

Ibat, ut Edono referens trieterica Baccho

Ire solet fufis barbara turba comis.

Et modo, qua poterat, longum spectabat in æquor: 595

Nunc in arenosâ lassâ jacebat humo.

Perfide Demophoon, surdas clamabat ad undas:

Ruptaque singultu verba dolentis erant.

Limes erat tenuis longâ subnubilus umbrâ:

Quo tulit illa suos ad mare sæpe pedes.

Nona terebatur miseræ via. Videris, inquit: 600

Et

593. *Edono.*] *Edonio* scripti, vel *Aonio*. quod posterius Naugerius, in Notis suis & Alexander Paganinus apud Ciofannum amplectuntur. quia scilicet noster Art. lib. 1.

Fertur ut Aonio concita Baccha deo.

& l. 11. *Aonii cornibus illa Dei*, dixerit. sed de Bacchis Thraciis, & cultu Bacchi in Thracia reserit notissima. Noster Met. VI.

Tempus erat quo sacra solent trieterica Baccha

Sithonia celebrare mœnas.

& alibi,

Ifinaria celebrant repetita triennia Baccha.

celebrans trieterica Sættavianus. vide Trist. IV. Eleg. 1. v. 42. *Idem. Trieterica.* Triennalia sacra. Liberti enim sacra (ut docet Servius) tertio quoque anno novabantur.

595. *Et modo, qua poterat, lætum spectabat in æquor.*] *Longum æquor* scripti omnes meliores cum primis editionibus. Am. VI. Eleg. XI.

O minam, ne quis reme frata longa moreretur,

Argo funestas pressa bibisset aquas
Ep. Hyperbœstæ,

— quid, iô, frata longa pererretas.

Ep. Parid.

Longa Phœruclæ per frata puppe vias,
Fast. III.

Ille vebit per frata longa deos.

Horatius,

*Dion longus inter savias Ilion
Trejanque Pontus.*

pro qua poterat, quatuor quod. totidem quam. vide Notas supra v. 325. Heinf.

596. *In humo arenosâ.*] In litore.

598. *Ruptaque singultu verba loquentis.*] *Raptaque* Regius & Puteanus. non probō. idem Regius dolentis pro diversa lectione. quomodo septem alii. recte. sed queramus puto scribendum, quo verbo noster impense gaudet. sic infra v. 644.

Deque tua domina multa querenda refert.

ubi libet veteres sumâter, dolenda Heinf. *Raptaque singultu verba loquentis erant.*] Quod Virgilius illustrat. 3. Æn. — vix paucæ furenti Subjicio, & raris turbatus vocibus hisce. Mox deinde: Et multum lacrimas verba inter singula fundit. Hor. 1. Sætyl. 6. *Ut veni coram, singultum paucæ locutus.* item 4. Catm. Od. 1. *Menas rare meas lacryma per genas?* — *Cur facunda parum decore* — *Inter verba cadis lingua silentia?* — *apaci & inerto pand.* Theocrit. Idyll. 13. v. 59. *Quæ dicuntur Apulejo lib. 5. verba dimidiata, sententiata, quætiata: quod est, singultu credere verba interficere.*

600. *Quamvis ipsa.*] *Quamvis illa meliores* cum primis editionibus. Heinf.

601. *Videris, inquit.*] Optimus Patavinus *videris.* ut se ipsam alloquitur. quomo-

Et spectat zonam pallida facta suam.
 Adspicit & ramos: dubitat, refugitque quod audet:
 Et timet: & digitos ad sua colla refert.
 Sithoni, tunc certe vellem non sola fuisses; 605
 Non fleres positis Phyllida, sylva, comis.
 Phyllidis exemplo nimium secreta timete,
 Læse vir à dominâ, læsa puella viro.
 Præstiterat juvenis, quidquid mea Musâ jubebat;
 Inque suæ portu pæne salutis erat. 610
 Recidit, ut cupidos inter devenit amantes:
 Et, quæ condiderat, tela resumfit Amor.
 Si quis amas, nec vis; facito contagia vites.
 Hæc etiam pecori sæpe nocere solent.

Dum

quomodo sæpe alias, vide Notas ad Epist.
 x. v. 75. de Elegantiâ verbi *videris* dixit
 Pontic. libro i. Eleg. 11. *Idem. Videris.*
 Demophoon aspexeris.

603. *Aspicit & ramos, dubitat, refu-*
gitque quod audet,
Et timet, & digitos ad sua colla re-
fert.]

Rectius puto scribendum,

Aspicit & ramos dubitans fugiensque
quod audet,
Et timide digitos ad sua colla refert.
timide. ut infra,

Tu timide flamma perfida verba dabis?
 Idem.

604. *Et digitos ad sua colla refert.]* ZO-
 nam collo innectit.

605. *Sithoni.]* O Phyllis, ex Thracia,
 quæ prius *Sithonia* dicebatur.

606. *Non fleret.]* *Flessis* Jureti codex
 & septem alii cum altero Regio. duo
 mei & duo alii *fleres*, ut *Tò Sithoni* in su-
 periori versu cum *sylva* construat. non
 sola in superiori versu scripti pro *me*.
 Heinſius.

607. *Nimium secreta carvete.]* *Timete*
 scripti & prima editio. *Idem.*

611. *Decidit.]* Duo *Accidit.* Regius
Recidit pro *Recidit*, ut fere semper scri-
 bitur in vetustissimis libris, quando pri-
 ma syllaba producit. recte. *Recidit*
 etiam est in excerptis Scaligeri. Vide E-

pist. xiv. v. 46. *Idem. Recidit.]* Redit
 ad ingenium & pristinum morbum amo-
 ris.

612. *Et qui deciderant tela.]* *Concido-*
rant plerique veteres. unus *occiderant*,
 alius *reciderant*. sed Sarravianus, alter
 Regius, & unus Vaticanus *condiderant*.
 probe in pharetra videlicet. sic in Fast.
 lib. 11.

Conditæque in pharetra tela minora sua.
 Propertius libro 11. Eleg. xvi.

Ille, quæ vicit, condidit arma manu.
 Horatius carmine 1æc.

Condito missis placidusque telo.
 & Epod. Qd. vii.

Cum dexteris Aptantur enses conditi?
 Auctor Panegyrici ad Pisonem,

Igneæ quoniam etiam superius pater arma re-
condis.

Heinſius.

613. *Si quis amas, nec vis.]* Illud *nec*
vis non est nauci. Cum satis superque
 initio operis inculcarit Ovidius, se iis,
 qui cupiant ab amore liberati, medicina-
 nam facturum. Scripserat, ni fallor, no-
 fter,

Si quis amas, urbis facito contagia vites.
 vel *simba contagia*. de qua voce paulo an-
 te, *Idem. Nec vis.]* Amare. *Contagia.]*
 Juvenal. *Dedit hanc contagio labem, Et*
dabis in plures, &c.

Z z 3

619. Ma-

Dum spectant oculi læsos, læduntur & ipsi: 615

Multaque corporibus transitione nocent.

In loca nonnunquam ficcis arentia glebis

De prope currenti flumine manat aqua.

Manat amor tectus, si non ab amante recedas:

Turbaque in hoc omnes ingeniosa sumus. 620

Alter item jam sanus erat; vicinia læsit.

Occursum dominæ non tulit ille suæ.

Vulnus in antiquum rediit male firma cicatrix;

Successumque artes non habuere meæ.

Proximus à tectis ignis defenditur ægre: 625

Utile finitimis abstinuisse locis.

Nec, quæ ferre solet spatiantem porticus illam,

Te ferat: officium neve colatur idem.

Quid juvat admonitu tepidam recalescere mentem?

Alter, si possis, orbis habendus erit. 630

Non facile esuriens positâ retinere mensa:

Et multum saliens incitat unda sitim.

Non facile est visâ taurum retinere iuvençâ:

Fortis equus visæ semper adhinnit equæ.

Hæc ubi præstiteris, ut tandem littora tangas, 635

Non satis est ipsam deseruisse tibi.

Et soror, & mater valeant, & conscia nutrix.

Et quicquid dominæ pars erit ulla tuæ.

Nec

619. *Manat amor tectus.*] Furtim amor redit, & illabatur pectori. *Ab amante.*] Ab amantum consuetudine.

623. *In antiquum vulnus.*] In pristinum dolorem. *Cicatrix.*] Amor antea sanatus. *Male firma cicatrix.*] Male sana quidam libri, non male, sed præcessit. *Heinsius.*

625. *Proximus à tectis.*] E tectis Putaneus & Vaticanus. *Idem.*

628. *Officium neve colatur idem.*] Nec cætera facias, quæ, dum puellam conciliare, faciebas.

630. *Alter orbis.*] Alia regio.

632. *Et multum saliens incitat unda si-*

tim.] Lege *multam solum* cum prima editione & Bartholiniano. neque aliter pro diversâ lectione Putaneus. sic libro 111. *Fastor. multa sedulitatis annus.* & ibid. *consilium multa calliditatis,* & lib. 1.

Multa præterito tempore nulla fidem. ut scribendum cenfeo. ubi nunc legitur *Multaque præterea. multa vestustas Fast. v. vi. 132.* ex antiquis libris. infra,

Multa si ut placeas aliena curra puella. ubi *Nulla* perperam nunc legitur. *Heins.*

635. *Littora.*] Finem amandi.

638. *Et quisquis dominæ.*] *Quicquid bene* quinque libri. *Heinsius.* *Pars erit ulla.*] *Amicus.*

Nec veniat servus: nec flens ancillula fictum

Suppliciter dominæ nomine dicat, Ave, 640

Nec, si scire voles, quid agat tamen illa, rogabis.

Profer: erit lucro lingua retenta suo.

Tu quoque, qui causam finiti reddis amoris,

Deque tuâ dominâ multa querenda refers;

Parce queri. melius sic ulciscere tacendo; 645

Dum desiderii effluat illa tuis.

Et malim taceas, quam te desisse loquaris.

Qui nimium multis, Non amo, dicit; amat.

Sed meliore fide paulatim extinguitur ignis,

Quam subito. lentè desine; tutus eris. 650

Flumine perpetuo torrens solet acrius ire.

Sed tamen hæc brevis est, illa perennis aqua.

Fallat, & in tenues evanidus exeat auras,

Perque gradus molles emoriatur amor.

Sed

640. *Suppliciter.*] *Fictum* & *suppliciter* duo adverbia dure concurrunt. Puro legendum,

— *nec flens ancillula fictum*

Supplicet, & domina nomine dicat ave. Heinl.

642. *Profer.*] Prima editio cum Putaneo & tribus aliis, *Profer*. eleganter denuo. monui supra vs. 93. pro *lucro tuo* Regius etiam bene *suo*. dixi supra vers. 248. *Idem. Lingua retenta.*] Sermo non habitus de amicis.

643. *Qui causam finiti reddis amoris.*] Sic pro diversa lectione Putaneus. qui tamen cum Regio, Scaligeri excerptis & tribus alijs, *finiti reddis amoris*. quod verum est. Tu, inquit, cum reddes causam sodalibus tuis, quare desieris amare. Alii magno numero *finiti quaris amoris* cum excerptis Jureti. *finem vesani querere amoris* apud Propertium lib. 11. El. xv. primæ editiones cum duobus scriptis, *fugitivi quaris amoris*. apud Horatium libro 1. Od. xix. *finitis animum reddere amoribus*. Heinl.

645. *Melius sit te ulciscere tacendo.*] Sic ulciscere meliores scripti cum primis

editionibus. recte. ut Tò & subintelligatur. pro *tacendo* Cantabrig. *querendo*. forte *premendo*. hoc est tegendo, & oculendo injuriam. *tacendo* minus placet, ne bis idem dicat. nam sequitur, *Et malim taceas*. Heinl.

646. *Ut desiderii.*] *Dum desiderii* meliores. *Idem. Dum illa effluat.*] *Donec* illa tibi elabatur.

651. *Torrens solet altius ire.*] *Acrius* bene quinque scripti. sic Claudianus, *Acrior & tacitas rapidus pratermeat ingens*

Danubius ripas. altior Regius. Heinl.

653. *Fallat.*] Amor paulatim ita evanescat, ut non sentiat. *Per molles gradus.*] Per facilem viam, hoc est, sensum. *Evanidus exeat auras.*] *Radicitus* nonnulli ex scriptis. sed nihil muto. Met. v.

Pelloræque in tenues abeunt evanida rivæ. Idem.

654. *Perque gradus molles amoveatur amor.*] Quod & Cicero præcipit (sed in causa honestiore) ad Pompon. Atticum de Amicis. *Tales igitur, inquit, amicitia sit remissione usus levanda, & (ut Cato*

Sed modo dilectam scelus est odisse puellam: 655

Exitus ingeniis convenit iste feris.

Non curare sat est. odio qui finit amorem,

Aut amat, aut ægre desinet esse miser.

Turpe, vir & mulier, juncti modo, protinus hostes:

Non illas lites Appias ipsa probat. 660

Sæpe reas faciunt, & amant. ubi nulla simultas

Incidit, admonitu liber aberrat amor.

Forte aderam juveni: dominam lætica tenebat:

Horrebant sævis omnia verba minis.

Jamque vadaturus, Lætica prodeat: inquit. 665

Prodierat: visâ conjuge mutus erat.

Et manus, & manibus duplices cecidere tabellæ:

Venit in amplexus: atque ita, Vincis, ait.

[Tutius est, aptumque magis, discedere pace,

Quam petere à thalamis litigiosa fora:] 670

Munera quæ dederis, habeat sine lite jubeto:

Esse

venm dicere audiri) dissuenda magis, quam disciendenda sunt. Emeritatur amo.] Emolliatur Vossianus, emoderatur Mentelianus. emoveatur quatuor. Nil muta. Heinfsus.

656. *Exitus iste.] Iste amoris finis. Feris ingeniis.] Duræ & immiti naturæ.*

657. *Nec curandus adest.] Regius & pro diversâ lectione Putreanus, Non curare sat est, neque aliter Scaligeri excerpta. duo Non curandus abest. Non curasse sat est prima edirio. Sequenti versu pro amat & desinet scripti plerique amat & desinat. Regius amat & desinat. recte. Heinfsus.*

658. *Aut ægre desinet esse miser.] Difficile sanari.*

660. *Appias ipsa.] Ipsa Venus genitrix, cujus templum erat in foro C. Cæsaris, ab aqua Appia, quæ illic erat, cognominata.*

662. *Libet aberrat amor.] Aberrat Regius, & sex alii bene. hoc est, abiit. Heinfsus.*

663. *Forte aderam juvenis.] Imo aderam juvenem cum Regio, Putreano, uno ex meis, & prima editione. aderam, advoocationem præstebam, ita illud quoque*

intelligendum lib. III. Artis,

Munera des dives, jura qui prohibetur, ad sit. Et ART. AM. II.

Justus adeste fore, justâ maturius horâ Fac semper venias.

Huc spectat locus quoque ille apud Gellium lib. I. cap. XXII. ubi pætor ad imperitum patronum, qui se causa superesse dixisset. Tu plane, inquit, superes, non ades. pro lætica tenebat Vaticanus unus tenebat, non inlegeret. Idem.

665. *Prodeat Lætica.] Exeat amica de lætica.*

666. *Mutus erat.] Exat sine voce, visâ amica.*

667. *Duplices tabella.] Codicillos dicit, in quibus jura continebantur.*

669. *Tutius est aptumque magis.] Nemo mihi persuaserit hoc distichon Nasonianæ venæ fortum esse. Heinfsus.*

670. *A thalamis.] A lecto, & amore, Mer.*

671. *Munera quæ dederas.] Dederis Putreanus & tres alii. vide Notæ ad Epist. VII. v. 51. & lib. I. Artis v. 447. habuit sine lege Putreanus. Heinfsus. Munera-*

Esse solent magno danda minora bono.
 Quod si vos aliquis conducet casus in unum,
 Mente memor totâ, quæ damus arma, tene.
 Nunc opus est armis: hic, ô fortissime, pugna. 675
 Vincenda est telo Penthesilæa tuo.
 Nunc tibi rivalis, nunc durum limen, amanti:
 Nunc mediis subeant irrita verba Deis.
 Nec compone comas, quia sis venturus ad illam:
 Nec toga sit laxo conspicienda sinu. 680
 Multa sit ut placeas alienæ cura puellæ:
 Jam facito è multis una sit illa tibi.

Sed

ra qua dederis, &c.] Verba artis sunt. sic enim solebat dicere, qui divortium faciebat: *Abeas, valeas, tuas res tibi habeas.* Micyll.

672. *Magno bono.*] Liberando te ab amicæ amore.

673. *Conducas in unum.*] Libri meliores *conducas* vel *conducis*. sic supra, *Quod si quid præcepta valent mea.*

Heinsius. *Casus conducas in unum.*] Scil. locum. Sic & Græci. sic *ἴνα χῆρον.* Theocr. Idyll. 6. v. 1. *συμβαλῶν εἰς τὸ χῆρον.* Halicæ. 2. Eurip. simpliciter, *εἰς τὸ συμβαλῶν.* Phœniss. v. 465. Notæ ad Virgil. 8. *Æncid.*

Si visurus esum vivo, & venturus in unum.

674. *Arma.*] Præcepta, consilia.

675. *Hic opus est armis: hic ô fortissime pugna*] Nunc opus est Regius, Puteaneus, & plures alii. Pro *hic ô* idem Puteaneus, Jureti codex, aliique multi, nunc ô. unus, *his ô.* alii duo, *hic hic fortissime.* unus Leidenfis, *His opus est armis, his ô. Puto,* scribendum,

Hic opus his armis: his hic, fortissime, pugna.

vel,

Nunc opus his armis, his nunc, fortissime pugna. Heinsius.

676. *Penthesilæa.*] Amica tua.

677. *Nunc durum limen amica.*] *Ammoni* rectius Regius & duo alii. sex, *amantis.* Heinsius.

678. *Mediis deis.*] Qui, quasi ad partes vocati interveniunt mediæ, jurejurando inter duos dato. Sic Virgil. sed iam causa dispari:

Quos inter mediis venit furor.
 Etiam de inopinato interventu. 1. *Æn.*
Ne qua scire dolos, mediisque occurrere posse.

679. *Nec compone comas, cum sis venturus ad illam.*] *Comam* Puteaneus, & tres alii (sed paulo durius) & *illam.* deinde quia sis venturus meliores omnes. quinque alii minoris notæ, *si sis.* Heinsius.

680. *Nec toga sit laxo.*] Molles & libidinosi ad pedes togam demittebant. Nam alias toga in signum collecta subcingebatur.

682. *Jam facito è multis una sit illa tibi.*] *Jam facito è multis* Regius, quidam alii *Jam facito è multis* vel *Jam fac. facito* pro *fac cum in deliciis sit* Ovidio, scribam libenter, *Jamque facito è multis.* Ep. 11.

Phylli fac. expectes Demophoonia tuum. & sic passim alibi. supra,

Durius incedit; fac inambules.
 sed & superiori versu pro *Nulla cura omnino Multa* legendum, ut paulo ante monui. quicquid libri veteres dissentiant.

Multa sit ut placeas aliena cura puella,
Jamque facito è multis illa sit una tibi.
 Eo, inquit, curam converte, ut alii puellæ placeas. utque tuam illam non nisi

Zz 5

inter

Sed quid præcipuè nostris conatibus obftet

Eloquar; exemplo quemque docente suo.

Definimus tardè, quia nos speramus amari. 685

Dum sibi quisque placet, credula turba sumus.

At tu nec voces (quid enim fallacius illis?)

Crede, nec æternos pondus habere Deos.

Neve puellarum lacrymis moveare caveto:

Ut flerent, oculos erudiere suos. 690

Artibus innumeris mens oppugnatur amantum;

Ut lapis æquoreis undique pulsus aquis.

Nec causas aperi, quare divortia malis:

Nec dic, quid doleas, clam tamen usque dole.

Nec peccata refer; ne diluat. ipse favebis: 695

Ut melior causâ causa sit illa tuâ.

Qui filet, est firmus: qui dicit multa puellæ

Probra, fatis fieri postulat ille sibi.

Non ego Dulichio furiales more sagittas,

Nec rapidas ausim tingere in amne faces. 700
Nec

inter multas ames. ne sola sensus tuos occupet. *Heinsf. E multis una su illa tibi.]* *Sis illa unus ex meis. vide Notas supra v. 492. Heinsius.*

683. *Quid præcipue vestris conatibus obstat.]* *Obstat scripti. vel, quod obstat. nostris etiam conatibus* Puteaneus & multi alii cum prima editione. quod sequentia confirmant. sic infra,

Æmulus est nostri maxima causa mali Idem.

686. *Dum sibi quisque placet.]* *Malo placent. vide Notas Amor. lib. II. El. XI. 71. 21. Idem.*

695. *Nec peccata refer. ne diluat ipse cavetis.]* *Nec diluat ipsa caveto* plerique scripti. quidam etiam illa vel ipse caveto. aliter Regius, *Nec peccata refer, nec cui faves ipsa favebis. alius, illa favebis. sed recte ille omnium optimus & venuste, Nec peccata refer; ne diluat. ipsa favebis. sic Amor. lib. II. Eleg. II.*

In contra objicies, quod tuos diluat illa.

Idem.

697. *Qui filet.]* *Qui non dicit probra puellæ.*

699. *Non ego Dulichio furiali more sagittas.]* *Andreas Nauigerius* versissimī vir ingenii, & omnium optimè de Nafone meritis, valde æstuat in hoc loco, nec scire se negat, quænam sint *Dulichio* istæ sagittæ & jure sanc. sunt enim nullæ. *Scaligeri* excerpta & optimus *Regius, Dulichio furiali.* quod & in altero ejusdem Bibliothecæ codice pro diversâ lectione erat notatum. *Scribe,*

Non ego Dulichio furiales more sagittas. & sequenti verû pro raptas faces lege rapidas cum Lincolnienſi libro. unus Farnesianus rapidas. rapida faces, quomodo rapidi ignes. per furiales sagittas, Cupidinis sagittas intelligit. Dulichio more, more Ulyſſis, quia amores suos cum Calypſo & Circe, de quibus supra, nimis præceps abruptit. Omnis jam plana & perspicua sunt. Heinsf.

701. Nec

Nec nos purpureas pueri refecabimus alas:

Nec facer arte meâ laxior arcus erit.

Concilium est quodcunque cano. parete canenti:

Utque facis, coeptis, Phœbe saluber, ades.

Phœbus adest: sonuere lyræ; sonuere pharetræ. 705

Signa Deûm nosco per sua: Phœbus adest.

Confer Amyclæis medicatum vellus ahenis

Murice cum Tyrio: turpius illud erit.

Vos quoque formosis vestras conferte puellas:

Incipiet dominæ quemque pudere suæ. 710

Utraque formosæ Paridi potuere videri;

Sed sibi collatam vicit utramque Venus.

Nec solam faciem; mores quoque confer & artem:

Tantum judicio ne tuus obsit amor.

Exiguum est, quod deinde canam: sed profuit illud 715

Exiguum multis: in quibus ipse fui.

Scripta cave relegas blandæ servata puellæ:

Constantes animos scripta relecta movent.

Omnia pone feros (quamvis invitus) in ignes:

Et

701. *Nec nos purpureas.*] Nec amantes retinebimus invitos, quo minus evolvant, ad quam velint puellam.

703. *Concilium est quodcunque cano.*] Scribe *Concilium*, atque ita in uno codice Gallicano scriptum offendi. Hoc est nimirum, quod supra dixerat,

Es quisquam præcepta potest mea dura vocare,

En etiam partes conciliantis ago.

Concilium pro conciliatione, aut conciliatio, ut Lucretius loqui solet. qui & *concili* voce hac, qua noster significatione est usus. Met. 11.

Hoc mihi concilium tacitum dixisse monebit.

Ita ibi est scribendum ex auctoritate optimorum codicum. Diximus nonnihil de hac voce ad Claudianum. lib. 1. in Euxrop. v. 368. *corporalia concilia* pro coitu dixit Arnobius. *Heinsius.*

708. *Murice cum Tyrio.*] Cum Tyria purpura, quæ omnium laudatissima habebatur, præsertim si dibapha erat

711. *Utraque.*] Et Juno & Pallas.

712. *Sed sibi collatam vincis.*] Vicit libri meliores cum primâ editione. alia tamen editio ex primis & duo scripti, *sibi collatam vincis.* etiam bene. *Heins.*

713. *Confer & artes.*] *Artem* meliores. *Idem.*

714. *Tantum judicio.*] Vide ne præ amore plus placeat amica, quam par sit. *Ne tuus obsit amor.*] Alii *obsit.* nos meliores sequimur. *suus amor* est in Sarraviano. probe. quod jam sæpius supra inculcatum. *Heinsius.*

715. *Exiguum est, quod deinde canam.*] Quidam *To &* non agnoscunt. Forte, *Exiguum quid.* *Heinsius.*

719. *Omnia pone feros.*] Omnia scripta cremato.

720. *Ar*

Et dic, Ardoris sit roguis iste mei.

720

Thestias absentem succendit stipite natum.

Tu timide flammæ perfida verba dabis?

Si potes, & ceras remove. quid imagine mutâ

Carperis? hoc periit Laodamia modo.

Et loca multa nocent. fugito loca conscia vestri

725

Concubitûs. causas mille doloris habent.

Hic fuit; hic cubuit: thalamo dormivimus isto:

Hic mihi lasciva gaudia nocte dedit.

Admonitu reficatur amor; vulnusque novatum

Scinditur. infirmis causa pusilla nocet.

730

Ut pæne extinctum cinerem si sulfure tangas;

Vivet,

720. *Ardoris sit roguis iste mei.*] Iste sit finis mei amoris.

721. *Thestias absentem.*] Oeneus in magna frumenti copia, quam ceteris diis, sola Diana neglecta, sacrificasset, irata dea, Calydonium aprum ingenti magnitudine, ad vastandam late patriam propinquam immisit. Ad hunc tollendum Meleager, ætate viribusque integer, pluribus assumptis secum sociis, aprum jaculatus, occisæ bestię præmium (id erat feræ pellis) omnium consensu tulit. Cum in venatione Atalanta, Schoenei filia adesset, ejus amore captus, pellem occisæ feræ ipsi concessit. Quod factum, qui una venati fuerant Thestii filii ægre ferentes, Atalantz per insidias, cum Arcadium rediret, pellem abstulere. Meleager puellæ auxilium ferens, Althez matris fratres necavit. Illa Meleagrum execrata filio montem imprecata est. Fabulam narrat Ovidius in Metamorph. *Thestias.*] Althea Thestii filia.

722. *Tu timide flammis perfida verba dabis.*] *Flamma* meliores. *Heinsius.*

723. *Ceras amica.*] *Imagines* ceras.

724. *Carperis.*] Delectaris hoc modo, quia Protesilai mariti ceream imaginem Laodamia sinxerat. in Epistola:

Dum tamen arma geris diverso miles in

orte,

Que referat vulnus, est mihi cera, tunc,

725. *Et loco sæpe nocent.*] *Multa Regius. Heinsius.*

726. *Causas illa doloris habent.*] Legendum *causas mille.* atque ita Leidenlis unus & Cantabrigiæ. supra *Arte Amat.*

Et quis non causas mille doloris habet? Idem.

729. *Admonitu recreatur amor.*] Alii, *renewatur* & *reocatur.* *Recreare* dixit, quomodo Horatius, *Arbor æstivâ recreatur aura.* Non dubita tamen præferre Regii codicis lectionem, in quo, *refricatur.* sic *refricari* obductam republica cicatricem, pro *vulnus novatum* alter Regius, *vulnus coactum*, quod sit coadunatum, quomodo *agere reges* & similia. Plinius lib. ix. cap. ii. *A partu coalescit vulnus, quod & in cæcis serpentibus videtur.* *Arte Am.*

Dum novus in viridi coalescit curtus ramus.

Mentellianus, *creatum*, sed vide *Notas* Pont. iv. Eleg. xi. *Idem.* *Recreatur admonitu.*] *Fovetur recordatione.* *Vulnusque novatum.*] *Amor recondolescens.*

730. *Scinditur.*] *Aperitur.* *Causa pusilla.*] *Rectius multi exscriptis causa.* *Heinsius.*

732. Et

Vivet, & è minimo maximus ignis erit.
Sic, nisi vitaris quicquid renovabit amorem,
Flamma redardescet, quæ modo nulla fuit.
Argolides cuperent fugisse Capharea puppes;
Teque, senex, luctus ignibus ulte tuos.
Præteritâ cautus Niseide navita gaudet.

735

Tu loca, quæ nimium grata fuere, cave.
Hæc tibi sunt Syrtes; hæc Acroceraunia vita:
Hic vomit epotas dira Charybdis aquas.
Sunt, quæ non possint aliquo cogente juberi;
Sæpe tamen casu facta juvare solent.
Perdat opes Phædra; parces, Neptune, nepoti:

740

Nec

732. *Es ex minimo.*] *Es è minimo* cum libris veteribus. *Idem.*

733. *Renovabit amorem.*] *Renovabit* potiones libri. malim tamen *renovavit.* *Idem.*

734. *Flamma redardescet.*] Sic Regius. Puteanus & Farnes. *retardescet.* reliqui plerique cum primâ editione, *recandescet.* ut alibi, *totoque recanduit ore.* & sæpe alibi, præsentim in *Metamorph.* nonnulli *recaldefcit*, vel *recaldefcit.* Forte *recaldefcit.* quomodo *recaldefcit* dixit Met. VIII.

— *calidumque priori*

Cede recaldefcit conserti sanguine fer- rum.

redardescere, ut in *redamare*, *redarguere*, *redambulare* & *redaspicere* apud Platum, & multos alios. *Idem.*

Flamma recandescet.] *Renovabitur* amor.

735. *Argolica cuperens.*] *Argolides* meliores. monui Art. Am. lib. I. v. 172.

Argolica cuperens.] Docet à simili, loca quæ nocent amanti, vitanda esse. Nauplius Palamedis pater, ut ulcisceretur filii necem, elevata facula, signum dedit ex Caphareo, Euboiz promontorio, Græcis naufragio laborantibus: qui credentes, eos ignis indicare portum tutissimum, inter asperimos scopulos naufragium fecerunt.

736. *Teque senex.*] Nauplium Pala-

medis patrem dicit.

737. *Præteritâ cautus Niseide.*] Strabo in nono scribit, juxta petras Scironides, Minoram rupem prorumpere in pelagus, Nisæ effici autem portum. Fuit autem Nisæ Megarenensium emporium, quod etiam *Minos* vocabatur: à qua Poëta procellosum mare, & oram illam *Niseida* appellavit. *Niseide.*] Perperam major scriptorum pars *Ripheide*, dixi ad Epist. I. Sabini, v. 33. *Heinsius.*

739. *Hæc Acroceraunia vita.*] Effuge hæc loca, tanquam nautæ fugiunt Ceraunia. Horat.

Qui vidit mare turbidum,

Et infames scopulos, Acroceraunia.

740. *Hic vomit.*] Malo vomat. pute- tur vomere. *Heins.* *Hic vomit epotas.*] Charybdis formina fuit voracissima, ut docet Servius: quæ quia Hercules boves rapuit, à Jove dicitur fulminata, & in mare præcipitata. unde naturam pristina servat: nam sorbet universa.

741. *Quæ non possint.*] *Possint* Lege. *Heinsius.*

742. *Juvare solent.*] *Levare* Regius & duo alii cum prima editione. *Idem.*

743. *Perdat opes Phædra.*] Si Phædra sit sine divitiis. *Parces Neptune nepoti.*] Non capietur privigni Hippolyti amore, nec ille interficitur à Neptune, immisso tauro. Fabulam elegantissimè narrat Ovid. in ultimo *Metamorph.*

747. *Chy*

Nec faciet pavidos taurus avitus equos.
 Gnossida fecisses inopem; sapienter amasset. 748
 Divitiis alitur luxuriosus amor.
 Cur nemo est, Hecalen; nulla est, quæ ceperit Iron?
 Nempe quod alter egens, altera pauper erat.
 Non habet, unde suum paupertas pascat amorem:
 Non tamen hoc tanti est; pauper ut esse velis. 750
 At tibi fit tanti, non indulgere theatris;
 Dum bene de vacuo pectore cedat amor.
 Enervant animos citharæ, lotoſque, lyræque;
 Et vox, & numeris brachia mota suis.
 Illic assidue fidei saltantur amantes: 755
 Quid caveas actor, quid juvet, arte docet.
 Eloquar invitus: teneros ne tange poëtas.
 Submoveo dotes impius ipse meas.

Cal.

747. *Cur nemo est Hecalen, nulla est qua ceperit Iron.*] Iron Regius & decem alii cum nonnullis editionibus. malo.

Cur Hecalen nullus, nulla est qua ceperit Iron.

Hecale.] Antus paupercula, quæ Theſeum excepisse hospitio dicitur. Qua de re Apul.

751. *Non indulgere theatris.*] Non frequentare theatra, in quibus lasciva agitari solent. Propertius:

O nimis exitio nata theatra meo.

753. *Enervant animos cithara cantusque lyræque.*] Citharæque jocique Excerpta Politiani & multi alii. unus cithara jocique. quomodo & à Vincentio Bellucensi memini citatum. Regius, cithara lotoſque lyræque. optime pro loto. quomodo Scaligeri quoque excerpta. atque ita jam ad Solinum Salmasius ex suis codicibus. Repone eandem vocem Met.

IV. ex vestigiis veterum codicum,

Serræque dependunt testis: lotoſque, lyræque Tibique & carnis animi felicia lati Argumenta sonant.

vulgo, & ubique. Heinſius.

754. *Et vox.*] Verba lasciva cantantium in theatris. numeris brachia mota

suis.] Concinnis gestulationibus manuum, brachiisque in numerum iactatis, ex disciplina saltatoria. Cicet. 3. de finib. *Motus certus datus saltori.* Qui motus, pro gentium ingenio, diversus erat: Horat. 3. Carm. Od. 6. *Motus decori gaudet Iomcor Matura virgo. Illa placet gestu, numerosaque brachia ducit.* Amor. 2. Eleg. 4. v. 29. Etiam ad pedum iactationem. Lucret. 2. *Ladans, in numerumque exultant sanguine lati.*

755. *Illic assidue fidei saltantur amantes.*] Alii codices, cantantur amantes vel amores & similia. Sed nil mutandum. vide Notas Art. vers. 501. Heinſius.

756. *Quid caveas actor, quid juvet, arte docet.*] Locus mendosus. Scripti plerique auctor, & juvat. Regius quæ juvat. Lego.

Quos caveas actor, quæ juvet arte, docet. caveas dixit pro spectatoribus in cæd sedentibus. Idem. *Quid caveas.*] Quid vites tanquam damnosum. nam comædia est vitæ speculum.

757. *Poëtas.*] Elegos & molles dicit.

758. *Mecus dotes.*] Meos libros.

759. Cal.

Callimachum fugito; non est inimicus Amori:

Et cum Callimacho tu quoque, Coë, noces.

760

Me certe Sappho meliorem fecit amicæ:

Nec rigidos mores Teïa Musa dedit.

Carmina quis potuit tutò legissè Tibulli,

Vel tua, cujus opus Cynthia sola fuit?

Quis potuit lecto durus discedere Gallo?

765

Et mea nescio quid carmina dulce sonant.

Quod nisi dux operis vatem frustratur Apollo;

Æmulus est vestri maxima causa mali.

At tu rivalem noli tibi fingere quemquam:

Inque suo solam crede jacere toro.

770

Acrius Hermionen ideo dilexit Orestes;

Esse quod alterius coeperat illa viri.

Quid, Menelæe, doles? ibas sine conjuge Creten:

Et poteras nuptâ lentus abesse tuâ.

Ut Paris hanc rapuit; nunc demum uxore carere

775

Non potes. alterius crevit amore tuus.

Hoc & in abductâ Briseide flebat Achilles,

Illam

759. *Callimachum fugito.*] Callimachus in elegia princeps habetur, Fabii iudicio. Fuit Cyrenæus à Bæto oriundus. Non est inimicus amoris.] Quia res amatorias & lascivas scripsit versu elegiaco, nam Lyden amavit, de qua elegias scripsit.

760. *Tu quoque Coi nocet.*] Philetas etiam ex Coe insula in mari Carpathio, elegiam scripsit, & in eo scribendi genere secundas tulit, ut Fabius docet.

761. *Me certe Sappho.*] Sapphus opera erant lasciva, unde & in Arte amandi ita scripsit: *Nona sit & Sappho, quid enim lascivius illa?*

762. *Teïa Musa.*] Anacreon Poëta, patria Teïus.

764. *Cujus opus Cynthia sola fuit.*] Propertium quoque non tuto legi posse docet.

766. *Carmina tale sonant.*] Dulce Jureti codex cum reliquis majori ex parte.

ut Trist. v. Eleg. 1.

Invenies 1000 carmine dulce nihil. Heinſius.

768. *Nostri maxima causa mali.*] *Vestri* Vaticanus. sed nil opus. vide supra, p. 683. *Idem.*

772. *Alterius viri.*] Pyrrhi, Achilles filii.

674. *Nuptâ lentus abesse tuâ.*] *Lentus* lege cum primâ editione & scriptis plerisque. sic sæpe. Ep. 1.

Quas habitas tectas, aut ubi lentus abes.

Ep. 11.

At tu lentus abes, nec te jurata reducant.

Nepotina.

vide Notas Epistol. xv. vers. 169. Heinſius.

776. *Tum demum uxore carere.*] *Nunc demum* prima editio cum Regio & duobus aliis. *Idem.*

778. *Viro*

Illam Plifthenio gaudia ferre toro.
 Nec frustra flebat; mihi credite. fecit Atrides,
 Quod si non faceret, turpiter effet iners. 780
 Certe ego fecissem, nec sum sapientior illo.
 Invidiæ fructus maximus ille fuit.
 Nam sibi quod nunquam tactam Briseïda jurat,
 Per sceptrum; sceptrum non putat esse Deos.
 Dî faciant, dominæ possis transire relictas 785
 Limina; proposito sufficiantque pedes.
 Et poteris; modo velle tene. nunc fortiter ire,
 Nunc opus est celeri subdere calcar equo.
 Illo Lotophagos, illo Sirenas in antro
 Esse puta: remis adjice vela tuis. 790
 Hunc quoque, quo quondam nimium rivale dolebas,
 Vellem desineres hostis habere loco.

At

778. *Vero Plifthenio.*] Agamemnoni Plifthenis filio. *Mev.* Tres fuerunt Pelopis filii, Atreus, Thyestes, & Plifthenes: quorum ultimus hic, cum juvenis diem obiisset, relictis Agamemnone & Menelao filiis, horum curam Atreus in se suscepit, eosque educavit. *Atridas* vocet, nulla Plifthenis facta mentione. *Myrill.* Plifthenio gaudia ferre viro.] Regius & unus Vaticanus *toro*. bene. consule quæ notamus Ep. xix. - §f. 100. *Heinsius.* Plifthenio.] Per contemptum Agamemnona & Menelaon vocatos fuisse Plifthenios à milibus, & ignobiles Atridas, propter iniquum armorum iudicium, affirmat D. Cretens. lib. 5.

779. *Atrides fecit.*] Agamemnon rem habuit cum Bryseïde.

783. *Nam sibi quod nunquam, &c.*] Agamemnon in 9. Iliad. cum maximis muneribus pollicetur, se etiam Bryseïdæ, quam Achilli eripuerat, remissurum, eamque integerrimam; magnamque jusjurandum interponit. *Namquam tactam Briseïdæ.*] Iliad. τ. v. 261.

Μὰ μὲν ἰγὼ κίρη Βρυσηΐδης χεῖρ' ἔσσω
 ρυτιὰ,

Οὐτ' ἰνὺς ἀρῶναι περὶ χερσὶν
 ὑπὸ τῶν ἄλλων.

Ἀλλ' ἔμει' ἀπορτίμας ἐνέλασσαν
 ἰμῶσιν.

Agamemnonis verò jurasse per sceptrum, non reperio.

784. *Sceptrum non putat esse deos.*] Quis, credit, aliud esse jurare per sceptrum, aliud per deos.

789. *Illo Lotophagos.*] Lotophagi fuerunt populi Africae, incolentes Menyngei insulam, ut scribit Strabo: sic appellati, quoniam comedunt loton, quæ est arbor ferens fructum suavissimum, & tam dulcem cibum, ut (auctore Plinio libro 14.) nomen etiam genti tetæque dederit, nimis hospitali advenarum, oblivione patriz. nam Ulysses in Africam delatus, socios escitarum misit: qui gustata loto, nunquam renneciare, aut redire curabant: cibi enim suavitare suorum oblitri erant, quos Ulysses inultos ad navem reduxit. *In illo antro.*] In antro aditu.

790. *Remis adjice vela tuis.*] Hic de navis legendum. *Heins.* Adjuva vela.] Ocyflume transi.

793. *Aut*

At certè, quamvis odio remanente, salutà.
 Oscula cum poteris jam dare, sanus eris.
 Ecce cibos etiam, medicinæ fungar ut omni 795
 Munere, quos fugias, quosve sequare, dabo.
 Dàunius, an Libycis bulbus tibi missus ab oris,
 An veniat Megaris, noxius omnis erit.
 Nec minus erucas aptum vitare salaces;
 Et quidquid Veneri corpora nostra parat. 800
 Utilius sumas acuentes lumina rutas;
 Et quicquid Veneri corpora nostra negat.
 Quid tibi præcipiam de Bacchi munere, quæris?
 Spe brevius monitis expedire meis.
 Vina parant animum Veneri, nisi plurima sumas; 805
 Ut stupeant multo corda sepulta mero.
 Nutritur vento, vento restinguitur ignis.
 Lenis alit flammam, grandior aura necat.
 Aut nulla ebrietas, aut tanta sit, ut tibi curas
 Eripiat: si qua est inter utramque, nocet. 810
 Hoc opus exegi. fessæ date sarta carinæ.

Cona

793. *Aut certe.*] *At certe libri meliores cum primâ editione. sic Met. xi.*

*At certe vellem, quoniam fugitivus ab-
 itus,*

Me quoque duxisset:

Heinsius.

795. *Ecce cibos etiam.*] Cibos quoque libidinem incitantes, vitandos esse dic-
 cit.

797. *Dàunius bulbus.*] Bulbus ex Apu-
 lia, quem post Africanos laudet Plinius
 lib. 19.

798. *An veniat Megaris.*] Megara urbs
 fuit Atticæ, de qua Pausanias l. 1.

801. *Utilius sumas acuentes lumina ru-
 tas.*] Ruta sculptores & pictores usos
 fuisse scribit, oculorum causa, Plinius l.
 20. Eadem generationes impedit.

804. *Monitus experire meos.*] *Monitus*
intels scripti plerique cum primâ editione.
 Lege,

Spe brevius monitus expedire me.

vide notas supra v. 440. ubi jam id mo-
 ntui. sic in Fast. lib. 111.

*Expedi hancem temeri gratissimâ con-
 jux.*

certe Varianus unius, accipere. Hæmici-
 sis non male, erudiere. in Fast.

Erudit infirmas ut sua mater aves:

Heinsius.

805; *Vina parant animos.*] *Animos*
 libri plerique veteres cum prima editio-
 ne. Idem.

806. *Ut stupeant.*] *Idem, Et stupeant.*
 Idem.

807. *Nutritur vento.*] *Ignem ventus alit;*
 Jureti excerpta, codex Putaneus, & sex
 alii: mox *flammam* prima editio cum tri-
 bus scriptis; non *flammam*. Idem.

810. *Si qua est inter utramque nocet.*] *Interv*
utramque bene scripti quatuor.
 Idem.

811. *Hoc opus exegi.*] *Ecco opus inanim.*
 Idem.

Aaa

811. Pq3.

Contigimus portum, quo mihi cursus erat.
Postmodo reddetis sacro pia vota poetæ,
Carmine sanati foemina virque meo.

813. *Postmodo reddetis.*] Scripti fere omnes cum vetustis editionibus reddet.
Forte, *Eos modo reddetis.* Idem.

REMEDIORUM AMORUM FINIS.

MEDICAMINA FACIEI.

FRAGMENTUM.

Discite, quæ faciem commendet cura, puellæ :
Et quo sit vobis forma tuenda modo.
Cultus humum sterilem Cerealia pendere ius-
sit

Munera :

Integrum hunc libellum fuisse ex ipso
Ovidio colligimus, qui in *Arte A-*
matotia,

Est mihi, quo dixi vestra Medicamina
forma,

Parvus, sed curâ grande libellus, opus.

De inscriptione non satis constat. quæ
vulgo circumferuntur, ex hoc Ovidii versu
videretur constata. scripti, quos vidi, nul-
lam agnoscunt, præter unum Vaticanum,
qui de *Ornatus faciei* inscribit. prima ta-
men editio *Medicamentum faciem* vocat. quid,
si *Artem Medicamentum faciei* inscribamus?
Hainsius.

1. *Discite quæ faciem commendet cura*
puellæ.] Traditurus Naso puellis præ-
cepta de medicamentis & cultu faciei,
primum docet, in omnibus utilem esse
cultum, cultaque omnia maxime pla-
cere. Deinde puellarum ambitionem
circa cultum & curam placendi osten-
dit : easque docet, inanem esse curam

circa *philtæ & magicas artes* ; porio-
rem esse morum probitatem : cum for-
ma sit bonum fragile. Tum, quo mo-
do, & ex quibus rebus fiat illud faciei
medicamen, demonstrat. *Commendat.*]
Decoret, pulchritudinem reddat.

2. *Forma tuenda.*] Cura tuenda veteres
omnes nostri. *Marinus Niger* ex suis al-
terum profert & *Olofianus* ex uno *Maf-*
ficiano. Forte,

Et quo sint vobis era tuenda modo. Hains.

3. *Cultus humum quendam.*] *Humum*
sterilem prima editio cum scriptis pluri-
que. recte. quod & in duobus suis *Cio-*
fianus invenerat. Idem. *Cultus humum.*]
Sic in *Attribus* :

Ordinar à cultu, cultis bene liber ab omni
Preveni, &c.

Fuisse.] Qui agrum colit, jubere dicitur :
ager autem, qui colitur, colenti parere:
Sic *Virg.* in *Georg.* *Exerceat frequens*
tellurem, atque imperat arvis.

4. *Inter-*

Munera: mordaces interiere rubi.
 Cultus & in pomis succos emendat acerbos;
 Fissilæque adoptivas accipit arbor opes.
 Culta placent. auro sublimia tecta linuntur:
 Nigra sub imposito marmore terra latet.
 Vellera sæpe eadem Tyrio medicantur aheni:
 Sectile delitiis India præbet ebur.
 Forsitan antiquæ, Tatio sub rege, Sabinæ
 Maluerint, quam se, rura paterna coli.
 Cum matrona premens altum rubicunda sedile
 Assiduo durum pollice nebat opus.
 Ipsæque clauderat, quos filia paverat, agnos:

10

15
 Ipsa

4. *Interiere.*] Priorem illum essetum & silvestrem victum, inventa agricultura sublatum esse dicit. *Rubi.*] Rubus est genus fructus spinosum, & mora ferens: dictum, quod ejus virgulta rubeant. Plin. lib. 24.

5. *Succos emendat.*] Scilicet per infitionem, ut inferius apertius docet. *Acerbos.*] Amaros.

6. *Fissilæque.*] Ostendit, quo pacto fiat infitio, de qua Plinius lib. 17. Natur. histor. *Adoptivas.*] Suaviter, quod proprium est hominis, ad arbores transfert. *Adoptivas opes.*] Adoptio enim imitatur naturam.

8. *Nigra.*] Proprium est terræ epitheton à colore.

1. *Vellera.*] Lanae, vestes. *Sæpe eadem.*] Iterantur enim, ut magis colorerentur. Fortasse dibapham purpuram dicit, quam preciosissimam fuisse constat, de qua Flaccus: *Te bu Afro murice similes Vestiment lanae.* Tyrio.] Tyria enim purpura apud antiquos laudatissima existimabatur. Plin. lib. 5. *Medicantur.*] Inficiuntur. *Aheni.*] Labro, vase ex ære confectum.

10. *Sectile.*] Secatur enim ebur ad varia ornamenta, & maxime ad laquearia testorum. Horat. *Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar.* Maro in Georg. *India misit ebur.*

11. *Forsitan.*] Præce, inquit, illæ Romanæ mulieres corporis cultum negligebant, malebantque agros, quam se colit: at vobis longe aliud est ingenium, & animi mollior.

12. *Quam se.*] *Simplicitas rudis ante fuit, nunc aures Roma est.*

13. *Cum.*] Quando. *Matrona.*] Matrifamilias. *Altum sedile.*] Intelligit sedilia, quæ in hortis constituebantur. *Rubicunda.*] Non arte, sed sanguine, & colore nativo. Per quod robustorem, rusticanamque mulierem ostendit. *Matrona rubicunda.*] Quæ nulla mala re muliebri expolita. Cui verus color, corpus solidum, & succi plenum: Ubi ο χυμὸς ομαλὸς πανταχὲ οὐκ αἵμα-τας. Damoxen. lib. 2. Contra redditur juncæ curatura: καλὰ μὲν οὐκ αἵμα φέρεται; Plato Comic. l. 9.

14. *Assiduo durum pollice nebat opus.*] Lanificio enim Romanæ præce exercébantur.

15. *Ipsa.*] Non ancilla aliqua. *Claudat.*] Septis & ovilibus includebat. *Filia paverat.*] Hanc priscorum Romanorum severitatem ostendit & Flaccus lib. 3. Carn. ode 6. inquit: *Sed rusticorum mascula militem Proles Sabellis docta ligonibus Versare glebas, & severa Mater ad arbitrium, rarios Portare fustes, &c.*

Ipsa dabat virgas cæsaque ligna foco.
 At vestræ teneras matres peperere puellas.
 Vultis inauratâ corpora veste tegi.
 Vultis odoratos positu variare capillos :
 Conspiciam gemmis vultis habere manum. 20
 Induitis collo lapides Oriente paratos :
 Et quantos oneri est aure tulisse duos.
 Nec tamen indignum, si vobis cura placendi,
 Cum comtos habeant sæcula nostra viros.
 Fœmineâ vestri poliuntur lege mariti : 25
 Et vix ad cultus nupta, quod addat, habet.
 Proin se quæque parent; nec quò venentur amores,
 Refert.

17. *Teneras puellas.*] Reprehendit hanc
 motum corruptelam Horat. 3. Carm. Od.
 6. — Fingitur artibus — Jam
 nunc, & incestos amores — De tene-
 ro meditatur angui.

19. *Odoratos.*] Unguentis delibutos.
Positu.] Ornatu.

21. *Oriente petitos.*] Paratos Neapolita-
 nus & Menteianus. hoc est, cinctos. li-
 bro tamen VII. Metamorph.

Addidit extremo lapides Oriente petitos.
 Heinzius.

22. *Et quantos onus est.*] Quanto ho-
 noris duo libri. totidem, & quantus ho-
 nor est. Lege, *Et quantos oneri est.* Met.
 x. *Ipsa sibi est oneri corvix.* Seneca Her-
 cule OETRO,

Nec gemmiferas detrahit aures

Lapis Eoâ lectus in undâ. Idem.

Et quantos.] Subandi, tantos, id est,
 tam magnos, ut oneri sit tulisse duos
 aure. *Aure.*] Plin. lib. 11. Natur. hist.
 Idem lib. 9. de margaritis. Cleopatra
 quoque auribus gerebat unionem illam,
 singulare & vere unicum naturæ opus :
 quem, spectante Antonio, liquefactum
 aceto absorbuir. *Mor.*

23. *Nec tamen indignum, si vobis cura
 placendi.*] Sit vobis scripti pletique. sed
 alterum ex suis Marius Niger recte præ-
 fert. *Nam tamen iudex nostri.* *Hanf.*

24. *Comptos.*] Cultos, ornatos. Nam
 Fines colis modico forma virilis amat. *Secun-*

la nostra.] Sic in Arte :

*Corpora si videres non sic colere puella,
 Nec videres cultus sic habere viro.*

25. *Fœmineâ vestri poliuntur lege ma-
 riti.*] Ita scripti. Sed legendum poliuntur.
 sic mores frugalitatis lege polire dixit
 Petronius,

*Artis si vera si quis hauriat effectus,
 Mentemque magnis applicat, prius mores
 Frugalitatis lege poliet exalta.*

*Quomodo mendosissimos versos esse re-
 stituendos censeo.* *Hanf.* *Fœminea lege.*]
Quia muliebriter se ornant.

26. *Et vix.*] Omnes, inquit, mulie-
 bres cultus sibi vindicantur viri : quo fit,
 ut nihil ab illis relictum sit, quod uxor
 sibi addere possit.

27. *Per se quæque parent, & quos vene-
 tur amores*

Refert munditia crimina nulla merens.]
 Hæc foedissime sunt inquinata. Pro se
 quæque parat, sex libri, quas & veneretur,
 nonnulli alii, cum primâ editione.
 veneretur duo. pro Refert unus Presert.
 Non video quid commodius extricari
 possit, quam si legas,

*Proin se quæque parent; nec quò venentur
 amores*

*Refert. mundicie crimina nulla me-
 rent.*

vel mundicies meret. ut in Amorib. *Fausta*
meret odium. Proin una syllaba, ut apud
 Maronem, *Proinde tota eloquia.* sic &
 Dais

Refert. munditiæ crimina nulla merent.
 Rure latent, finguntque comas. licet arduus illas
 Celet Athos; cultas altus habebit Athos. 30
 Est etiam placuisse sibi quotacunque voluptas:
 Virginibus cordi grataque forma sua est.
 Laudatas homini volucris Junonia pennas
 Explicat; & formâ muta superbit avis.
 Sic potius nos uret amor; quam fortibus herbis, 35
 Quas maga terribili subsecat arte manus.
 Nec vos graminibus, nec misto credite succo.

Nec

Dain monosyllabum. Parare pro ornare. unde paratus pro cultus. Propertius libro 11. El. xxiv.

Et se plus uni si qua parare potest. de venatu amoris alibi dictum. Viderint acutiores. ego enim hic mihi vix satisfacio. Possit & legi,

Se sibi quotque parent, nec quo venantur amores

Refert. munditiæ crimina nulla ferent. Heinſius. Per se quaque parent, &c.] Non, inquit, refert, ut se exornet & excolat mulier: quæ enim munditiis studet, laudanda potius, quam improbanda videtur. Illud potius refert, quos amores ipsa sibi paret & venetur. Nam cultus non cogit puellas peccare: nec, licet ornatiſſimæ sint, omnibusque placeant, idque sibi gratiſſimum contingat, idcirco impudicæ sunt. Legimus enim, Claudiam illam Romanam pudiciſſimam, calvus studioſiſſimam fuiſſe, aliâque complures. Bonæ enim puellæ non ipſæ per se amores quæzunt, sed relinquunt hoc negotium parentibus, qui maritum legiti-mum, quem semper æment, inveniunt. Venatur amores.] Inhonestæ puellæ non manent aspicioes, ultro eunt nuptum: ἰδιότητι ὑμεινολοιοι. παρθίνοι ἀλφευϊκοιοι. Αὐτῶ δῆμου αἱ θυγατέρες περιούνηται πᾶσαι, καὶ συλλήγουσι σφίσι περὶ δὲ, ἵς δ' ἐν συνοικίῳσι τῷτο ποικύσαι. ἰνδιδῶσαι δὲ ἀνταῖ ἰουῦντας. Herod. lib. 1.

30. *Athos.*] Athos mons est inter Thraciam & Macedoniam, tam arduus, ut usque ad Lemnum insulam per 86. millia passuum ejus umbra protendatur. unde Virgil. lib. 12. *Æneid.* inquit: *Quoniam Eryx, aut quantus Athos.*

31. *Quotacunque voluptas.*] Quotacunque malum cum Mycillo. vide Epist. xiiii. v. 60. ubi dictum. *cuiusque snalit Nigex. Heinſius. Quotacunque.*] Est etiam quotacunque, hoc est, aliqua voluptas, placuisse sibi, &c. *Mycill.*

32. *Grataque forma sua est.*] Delectant etiam castas præconiæ formæ.

33. *Laudatas.*] Pavo (ut l. 10. Plin. scribit) laudatus expandit colores, adverso maxime sole, quia sic fulgentius radiat.

34. *Et forma muta superbit avis.*] Scio muta animalia dici. sed libri plerique *muta*. Puro pro *culta*. unus Palatinus *lata*. unus Patavinus *cauda*. Forte, *cauda superbit avis*. Cioſanus ex uno suo *cauda* profert. an *lata avis*? nam & *lanti*, splendide vesti. Mycillus, qui *stulta* legit, aliud agebat. *Heinſius.*

35. *Sic potius nos tanget amor.*] Scripti cum prima editione, *urget*. unus Ambrosianus, *vos uras*. Lege, *Hinc potius nos uras Amor*. vide notas Amoz. lib. 1. Eleg. 11. v. 11. *Idem. Sic potius, &c.*] Si se mulier adornaverit munditiisque excoluerit. *Nos tanget amor.*] Facilius nos viros in amorem vestrum trahetis cultu corporis, quam magicis artibus.

A 13 3

38. Tem

Nec tentate nocens virus amantis equæ.
 Nec medix Marfis finduntur cantibus angues:
 Nec redit in fontes unda supina suos. 40
 Et quamvis aliquis Temesæa removerit æra;
 Nunquam Luna suis excutietur equis.
 Prima sit in vobis morum tutela, puellæ:
 Ingenio facies conciliante placet.
 Certus amor morum est: formam populabitur ætas, 45
 Et placitus rugis vultus aratus erit.
 Tempus erit, quo vos speculum vidisse pigebit,
 Et veniet rugis altera causa dolor.
 Sufficit, & longum probitas perdurat in ævum;
 Fertque suos annos: hinc bene pendet amor. 50

Disce

38. *Tentate.*] Experiamini. *Nocens.*] In furorem enim vertit. *Virus amantis equæ.*] Hippomanes dicit: de quo diximus in *Amoribus eleg.* 8. lib. 1. *Virus amantis equæ.*] *Adi Amor.* 1. *Eleg.* 8. v. 8. *Virgil.* 3. *Georgic.*

Hinc demum, Hippomanes vero quod nomine dicunt

Pastores, lunam destillat ab inguine viri.

Et *Juvenal. Satyr.* 6. vocat *Frontem pulvis irammi.*

39. *Nec.*] *Vana* dicit esse magicam artem, asserens neque angues incantatione rumpi, neque flumina in suos fontes redire, neque lunam coelo deduci posse. *Marfis cantibus.*] Marfi populi fuerant Italix, qui à Circes filio originem trahebant, & ideo serpentium domitores extiterunt. *Plin. lib. Natur. hist.* 21. *Finduntur cantibus angues.*] Tres libri finduntur, duo finduntur. & sic citat *Charisius.* neque aliter sensus requirit. Quare sequenti versu, pro *Nec redit,* scribendum,

Nec rursus in fontes unda supina suos.
 vel *repat fontes.* deinde & excutietur. ita hisce omnibus sensus suus constabit. *Heinsius.*

40. *Supina.*] Quæ supina videretur, si in contrarium venteret cursum. *Dom.*

41. *Temesæa æra.*] Temese in Italia, Brutionum oppidum fuit, à Latinis *Templa* dictum, ut *Plinius lib.* 3. docet. Ibi crant aurifodinz: quas tamen suo tempore defecisse, *Strabo* scribit. *Removerit.*] Ut enim in superioribus diximus, credebant stulti mortales, è coelo Lunam extrahi posse incantatorum carminibus, nisi æris cinnitu obstrepentes laboranti succurrerent. Inquit igitur *Poëta* nunc licet nullus tympanis æris strepitus fiat, omniaque æra removeantur, non tamen lunam è coelo deduci.

44. *Ingenio facile conciliante placet.*] *Facies placet* bene prima editio cum duobus scriptis, tres alii *facies placet.* unde *Mycillus,*

— puella

Ingenio faciem conciliante placet.
 quod tantundem est. *Idem.*

45. *Certus.*] Hinc in *Catilina* *Sallustius:* *Divitiarum et forma gloria finis atque fragilis est, virtus clara æternaque labetur.*

46. *Aratus.*] Quibusdam veluti fulcis turpatus. Sic in *Antibus:* *Jam veniunt rugæ, quæ tibi corpus arant.*

50. *Perque suos annos hinc bene pendet amor.*] Hæc nihili sunt. nec juvant libet veteres. Scribe nihilominus,

— longum probitas perdurat in ævum
 Fertque

Disce age, cum teneros somnus demiserit artus,

Candida quo possint ora nitere modo.

Hordea, quæ Libyci ratibus misere coloni,

Exue de paleâ tegminibusque suis.

Par ervi mensura decem madesiat ab ovis:

55

Sed cumulent libras ordea nudâ duas.

Hæc ubi ventosâs fuerint siccata per auras;

Lenta jube scabrâ frangat asella molâ.

Et, quæ prima cadunt vivaci cornua cervo,

Contere: in hæc solidi sexta face assis eat.

60

Jamque ubi pulvereæ fuerint confusa farinæ,

Protinus in cribris omnia cerne cavis.

Adjice

Ferreque suos annos. hinc bene pendet a-
mor.

Quintilianus lib. 11. cap. 14. *Quare mihi maturitas ne festinet quidem, nec morosa in lacu statim austera sint. sic annos ferrent. ita & aetatem ferre.* Simile mendum infedit codices Valerii Flacci lib. 1. vs. 767. ubi pro *Talia fert lacrymans*, petpetam per lacrymas nunc legitur. Heinf.

51. *Dic age.*] Lege *Disce age* cum Menteliano. nam jube paulo post sequitur. prima editio & septem scripti, *Disce*, ut initio operis. quod & Marius Niger agnoscit. Mycillus malit *Erge age*. Lege etiam *dimiserit* cum iisdem scriptis & primâ editione. postquam somnus te destituit. *Idem.*

54. *Exue.*] Nuda, extrahe. *Depalea.*] Palea proprie est folliculus ipse granulorum, dicta à pala, ut Varroni placet: pala enim ventilatur, ut frumentum purgetur. *Tegminibus.*] Corticibus. Exponit quod dixerat. Decorticatorum hordeum Græci *πρωστάνν* vocant.

55. *Ervum.*] Ervum, quod & Græci *ῥποσον* dicunt, genus est leguminis. Ervi farina (ut Varro ait) maculas corporis emendat.

56. *Sed cumulent libras.*] Forte *Et cumulent libras*. Heinsius. *Nyda.*] Tegminibus & paleis exuta.

59. *Et qua prima cadent.*] Cervi soli

animalium (ut lib. 8. scribit Plin.) omnibus annis, statuto veris tempore, cornua amittunt. Ergo dixit Poëta, *Prima*: quia quotannis cornua cervis decidunt, & ipse de cervo loquitur, cui tunc primum cornua deciderint. *Prima cadent.*] *Cadent* scripti quinque & prima editio. Heinsius.

60. *Contere in hac solida sexta face assis eat.*] Hæc mendosa sunt. in hac solida tres libri. in hac solida duo. unus, & hoc solido. Moreti codex, in hac solida sexta fac assis eat. sexta etiam in aliis. Legendum, *Et hinc solidi sexta face assis eat.* in hac lectio est Nigri. infra.

Huc novies tanto plus tibi mellis eat. sexta subintellige pars. sic sextula sexta pars unciz apud Rhemnium de ponderibus. *Solidus* as vel assis, idem qui & solida libra antiquis. *Idem.*

61. *Namque ubi.*] *Jamque* prima editio & scripti. quomodo Marius quoque Nigri & Naugerius ex suis annotarunt. *Idem.* *Pulvereæ.*] Quæ est instar pulveris. *Fuerint confusa.*] Id est, mista: scilicet cornua illa cervi. *Farina.*] Quæ confecta fuerit ex hordeo, & ervo, atque ovis.

62. *Protinus in mundis omnia cerne cavis.*] Ita legit Domitius Marius Nigri ex suis libris, vel innumeris. quod & alii secuti sunt. in *moneris cavis* scripti nostri cum primâ editione præter duos,

Adjice Narcissi bis sex sine cortice bulbos,

Strenua quos puro marmore dextra terat :

Sextantemque trahat gummi cum semine Thusco. 69

Huc novies tanto plus tibi mellis eat.

Quæcunque adficiet tali medicamine vultum;

Fulgebit speculo lævior ipsa suo.

Nec tu pallentes dubita torrere lupinos,

Et simul instantes corpora frige fabas.

70

Utraque

dnos, qui in numeris suis. in numeris con-
de cavis, Neapolitanus. Lego,

— In cribris omnia cerne cavis.

ita medici passim loquuntur. noster in-
fra,

— per densa foramina cerne.

Hinc succernere cribris apud Plinium, &
cribris incernere apud Columellam. Hain-
sius. Cerne.] Socerne farinam à fursure
Dom. Mycill. censet legendum, Procinus
immueris. Intelligit enim cribrum, cu-
jus cava, hoc est, foramina, infinita sunt.
Mycill.

63. Bulbos.] Bulbos est, quem Græci
βῶλκον dicunt, cepæ instar Ascaloniz.
Plura sunt bulborum genera, ut docet
Plinius lib. 19. & 20. Bulbi omnes cali-
di & viscidii sunt: comesti excitant Ve-
nerem, linguam & fauces exasperant,
succum corpori addunt, stomachum in-
stant.

65. Sextantemque trahat.] Terat scripti
plerique. Neapolitanus sextantesque tra-
hat. alii duo sextantem trahere. sic & mox
¶ 80. lego trahant. bulbi nempe. vide
quæ noto mox ¶ 92.

67. Quæcunque adficiet.] Maligni inficiet.
Heinsius.

69. Nec tu pallentes.] Aut ad colo-
rem ipsorum refer, aut ab effectu dictos
pallentes accipe: quod, qui gustaverint,
palleant. Est leguminis genus, ab o-
mnibus animalibus amaritudine sua tu-
tum. De hoc Plinius plura libro 18. cap.
14.

70. Et simul instantis corpora frige sera.]
Fragisera scripti potiores. quomodo &
ex suis Ciofanius notat. unus ex nostris
frigesere. Ciofani unus, fige, sec. Ipse

Nigri emendationem probat. legentis in-
stantis corpora frange faba, quod & Mycil-
lus amplectitur, & Muretus. Ego diu
est quod insitens propius vestigiis de-
pravæ lectionis emendabam,

Et simul instantis corpora frige fabas.

nam instantes habebat codex unus Pata-
vinus. instantes corpora recte fabas dixit,
quod nihil sit statuleptius iis. Est autem
frigere, idem quod torrere. Plinius XVIII.
cap. 911. Græci persusum aqua hordeum
siccat nocte una, ac postero die frigunt,
deinde molis frangunt. Hinc frictum cicer
apud Plautum, frictum triticum, frictum
sal, fricta ova apud alios passim. Pro-
duci autem primam syllabam inde li-
quet, quod Nonius Marcellus observet,
Frigi, quando significat erigi, corrupte
primam syllabam, quod non addidisset, si
in frigis pro torret eundem usum obtine-
re opinatus esset. Diomedes lib. 1. Sine
quedam perscissa à diversis instantibus de-
rivata. ut frigens, frigis, frixi. & frigo,
frigis, frixi. Idem notat Phocas Gram-
maticus. Apud Festum, Frigens & fri-
dum à Græco venit opinari. Lege opu-
rari. Nam vetustus codex Vossianus fri-
gin. Glossæ Stephani: Frigis, opus
τρυγίσι. bene. Fuit cum pinse fabas
legendum putarem, ut auctor Papegyrii
apud Pisonem,

Humida callosa cum pinseris herbas des-
trā,

Superiori versu pro nudare lapsus, quod
Matii Nigri commentum est, (nam in
scriptis nudare nusquam compar.)
quicquid ille de suis id addidit, pro-
betque Ciofanius, prima editio & tres
scripti prahere, Moreti codex pallere &
lex

Utraque sex habeant æquo discrimine libras:

Utraque da nigris comminuenda molis.

Nec cerussa tibi, nec nitri spuma rudentis

Desit, & Illyricâ quæ venit iris humo.

Da validis juvenum pariter subigenda lacertis:

Sed justum tritis uncia pondus erit.

Adjice & è querulo volucrum medicamina nido.

Ore

sex alii. Ambrosianus *terrere*. *Torrída serra* Fast. 11. initio de februis. non male unus Patavinus S. Antonii *terrere*. Palatinus *terrere*. Scribo, *frondere lupini*, Seren. Sammon. *Copia sarris uti frondentibus edita saxu*. Festus: *Frondere est frangere. unde & faba fressa. inde & dentibus dicimus frondere*. Pacuvius apud Nonium Antiopa. *Fruges fressasolas ac sic probere*. Accius *Treaditus*, Saxo *fruges fressas*. Nihil his inquinatus. *Leges*, *Fruges fressas mola ac saxu probe*. *Papias*: *Fressa, fressa, divisa, molita, à fressendo dicta*. Hinc *fressa faba* apud Martialem, Columellam, alios. & *cicera fressa* apud eundem Columellam, Varro de Re Rust. *Amisso nomine lactentis dicuntur nescientes ab eo quod nondum fabam frondere possint*. *Pallentes lupinos dixit, ut pallentem fabam Martialis*. Heinsius.

71. *Æquo discrimine*.] *Æqua differentia*, ut singula habeant ternas libras.

72. *Utraque da nigris comminuenda molis*.] *Libris molis* Patavinus. alius *det nigris*. Puto, *scabris molis*, ut supra, *Lenta jube scabra frangat asilla mola*. ubi Moreti codex scribit. *posset & legi*,

Utraque puniceis suis minuenda molis. vel *da minuenda*. sed hoc à vulgata lectione longius abit. pro *Utraque* vetustæ editiones & duo scripti *Letlaque*. unus, *Letaque*. Forte, *Fritlaque*.

73. *Cerussa*.] *Cerussam*, Græci *λευκόν* appellant (ut lib. 34. Plin. scribit) plumbicæ dant officinæ, laudatissima in Rhodo. Fit autem ramentis plumbi tenuissimis super vas aceti aspersimi impositis, atque ita destillantibus: quod ex eo cecidit in acetum, æ-

factum molliat, & cibusatur: iterumque aceto mistum in pastillos dividitur, & in sole siccatur æstate. De hoc lege Dioscoridem lib. 5. & 6. *Nitri*.] *Nitrum* species est salis. de quo Plin. lib. 31. Proxima ætas medicorum *Aphronitrum*, id est, spumam nitri tradidit in Asia colligi, in speluncis mollibus destillans. De nitro ac spuma nitri Dioscorides lib. 5. *Spuma*.] *Aphronitrum* dicit.

74. *Et Illyrica quæ venit iris humo*.] *Iris* herba est (ut lib. 21. scribit Plin.) gratissimi odoris, cujus radix maxime commendatur ad unguenta. Cauleni habet cubitalem & rectum: flos diversicoloris speciei, sicut arcus celestis: unde etiam nomen traxit. Laudatissima provenit in Illyrico.

76. *Sed justum tritu*.] *Et unus*, *Lege Quis justum tritis*. Heinsius. *Justum*.] *Conveniens*: nec plus, nec minus una uncia.

77. *Addita da querulo*.] *Addita da* quatuor libri. *Addita duo*, *Addita quod unus*. alius *Addita quæ*. *Lego*, *Adjice & è querulo*. Marius Niger *Addito* quod Mycillus probat. Ciofanus *Addita de querulo* etiam nidos dixit Seneca Hercule Furente,

*Pennasque novo credere soli
Gessit querulos inter nidos
Thracia pellex.*

De Halcyoneis medicamentis Plinius libro xxxii. c. viii. Heins.

Volucrum.] *Halcyones* dicit, quæ (ut lib. 10. scribit Plin.) aves sunt paulo ampliores passeribus, colore cyano ex parte majore tantum purpureis & candidis admixtis pennis, collo gracili ac

Aaa 5

proccero.

Ore fugant maculas: Halcyonæa vocant.
 Pondere, si quæris, quo sim contentus in illis;
 Quod trahit in partes uncia sexta duas.
 Ut coeant, apteque lini per corpora possint,
 Adjice de flavis Attica mella favis.
 Quamvis thura Deos irataque numina placent;
 Non tamen accensis omnia danda focis.
 Thus ubi miscueris radenti tubera nitro;

80

85

Ponde-

procero. Halcyonem videre rarissimum est, nec nisi Vergiliarum occasu, & circa solstitia, brumamve. *Nide.*] Hi Halcyonum nidi (ut ait Plin.) admirationem habent, pilæ figura paulum eminenti, ore perquam angusto, grandium spongiarum similitudine.

78. *Ore fugant maculas.*] Plinius de Halcyoneis medicamentis libro 12. loquens, sic ait: Lepras, lichenas, lentiginis tollunt cum lupino, & sulphuris duobus obois. *Ore.*] Ab ore & facie. *Fugant.*] Removent, tollunt. *Maculas.*] Lepras, lichenas, lentiginis, & id genus alia vitia, quæ faciem infestant.

80. *Quod trahit in partes uncia sexta duas.*] *Quas trahit* duo libri. unus, *Quo.* per unciam sextam Marius Niger selibram intelligit. *Scribe uncia sexta.* Hein- sius. *Trahit in partes uncia sexta duas.*] Selibram dicit.

81. *Coeant.*] Cohæreant. *Dom. Aptæque lini.*] Illini, & iungi. *Mic.*

85. *Thus ubi miscueris radenti corpora nitra.*] Male multi ex scriptis *radanti.* illud vero recte, quod quinque exhibent, *radanti tubera nitro.* Metam. VIII. immo pro produbant *tubere tali.* tubera hic posuit pro furunculis, papulis, pustulisque. de hac nitri vi vide Plinium lib. XXXI. cap. x. viderat ex suis libris veram lectionem Marius Niger; sed in contraria iura est incire à Giosano. *radere,* pro *crudere.* ut monui Amor. lib. III. Et ul. *radere tubera* etiam Juvenalis dixit, sed de terræ tuberibus, Satyræ v.

Anseris ante ipsum magni jecur, anseribus par

Altilis, & flavi dignus ferro Meleagri

Fumas aper. post hanc radantur tubera. si ver

Tunc erit, & faciens optata comitatus comes

Majores.

ita veterissimi codices locum illum exhibent. Perperam vulgo *Spumas aper* & *tradantur tubera.* Idem. Juvenalis Satyræ XIV.

Nec melius de se cuiquam sperare pro- pinguo

Concedet juvenis, qui radere tubera terra,

Boletum candere, & eodem jure natantes

Mergere fœdulas didicit nebulone pa- rente.

certum in superiori Juvenalis loco pro & *flavi Meleagri* epitheto otioso libens reposuerim,

— *validi dignus ferro Meleagri*

Fumas Aper.

& *vals dignus* scriptum fuerat antiquitus, cum *Tò di* geminare librarius neglexisset. hinc *flavi* postea factum. Si quis malit *navi* seu *gnavi Meleagri*, nam utrumque dicebatur, nil repugnem. sic apud Valerium Flaccum lib. II.

— *mibi dextera ferro*

Navet opus. Hein- sius.

Radanti.] Complantanti, & po- lienti.

86. Pap-

Ponderibus iustis fac sit utrimque triens.
 Parte minus quartâ dereptum cortice gummi,
 *Et modicum è myrrhis pinguibus adde cubum.
 Hæc ubi contrîris, per densa foramina cerne:
 Pulvis ab infuso melle premendus erit. 90
 Profuit & marathros bene olentibus addere myrrhis;
 Quinque trahant marathri scrupula, myrrha novem.
 Arentisque rosæ quantum manus unaprehendat,
 Cumque Ammoniaco mascula thura sale.

Hordea

86. *Ponderibus iustis fac sit utrimque strabens.*] Jam Ciofanius monuit triens ex libris esse scribendum. quomodo & duo ex nostris cum primâ editione. Sed lege insuper, utrimque. Heinsius.

87. *Dereptum cortice gummi.*] Lege *dereptum* & vide quæ noto Amot. lib. 1. Eleg. v. 13. Idem.

88. *Et modicum è myrrhis pinguibus adde cubum.*] Cubum Ciofanius ex suis libris. quomodo & duo ex nostris. Sed Palatinus *medicam cubum*; cubus pro Amphora ponitur apud Rhennium, qui priorem producit. Amphora facit duas urnas. Hui! tantum myrrhæ! minus certe liberalis codex Palatinus, qui dimidium cubo aufert partem. At Ciofanius pro tessera quadrata interpretatur. Ne illud quidem placet: ut dicat Ovidius myrrham addendam esse ad mensuram modicæ tessere. Sed quare myrrhæ hic meminit, cum paulo post myrrhæ fiat mentio? codex Neapolitanus ante quingentos annos scriptus. *modicum amirris pigris*. Patavinus è *mistis*. prima editio *modicum meritis pigris*. Bartholini liber To non agnoscit, ut nec quatuor alii. Vaticanus *mirris*. pro *cubum* etiam *thymum* Patavinus. Scribo, *Et modicum mistis pigris adde thymum*. nisi malis *pistis pigris*, hoc est in pilotunfis. *thymus* certe huic rei non inepta videtur. De Picribus Plinius lib. xxii. cap. xxii. *Puris ab insigni amaritudine cognominatur, ut diximus: rotundo folio. Tollis eximis verrucas. potest & legi, modicum misti thymi.* Idem.

89. *Hæc ubi contrieris, per densa foramina cerne.*] *Contrieris* prima editio & plerique scripti. *contereris* Moreti codex. *Contrieris* pro *contriveris*. Nam Charisius notat ex Apuleio, *Tere, teri & trivi*. dicebant & *conterui*. de quo nonnihil jam dictum ad Epist. xi. v. 17. ut hæc cohzreant cum sequentibus, castigandum forte,

His, ubi contrieris, per densa foramina creis,

Pulvis ab infuso melle premendus erit.

91. *Profuit & Marathos.*] *Marathros* legit Micyllus. ut *foeniculus* intelligatur. *Marathos* certe nihili vox est. Idem.

92. *Quinque parent.*] *Parent* scripti plerique cum prima editione. Unde Muretus, teste Ciofano, *Quinque trahant*. ut supra,

Sextantemque trahat gummi cum semine Thysco.

& ,

Quod trahit in partes uncia scella duas, pro novem quidam libri decem. Idem.

Quinque scrupula.] Hoc est, duas drachmas minus uno scrupulo. Nam tria scrupula conficiunt unam drachmam. Dom. Et *Marathos*.] Arbitror legendum *Marathros*, ut *foeniculum* significet. Neque repugnat genus, cum pleraque ejusmodi nomina in *us* & in *um* declinata reperiantur: ut *hyssopum* & *hyssopum*, *crocus* & *crocum*, & id genus alia. Micyll.

94. *Ammoniaco.*] Plinius lib. 12. tradit in Africa Ethiopiz subiecta arborem

Hordea quem faciunt illis adfunde cremorem.

95

Æquent expensas cum sale thura rosas.

Tempore sis parvo molles licet illita vultus;

Hærebit toto multus in ore color.

Vidi quæ gelidâ madefacta papavera lymphâ

Contereret, teneris illineretque genis.

100

borem esse, non procul ab Ammonis oraculo, quam *Metopion* vocant: inde emanare Ammoniaci lachrymam refert modo. *Sale.*] Hodie quoque, paululum immutatis literis, vulgo *Sale Armeniaco* vocitant, quæ triremes nostræ ex Alexandria frequenter afferre solent. *Mascula thura.*] Plinius lib. 22. de thure loquens, ait: Quod ex eo rotunditate guttæ pependit, masculum vocamus.

95. *Hordea.*] Itali quidem (ut Plin. lib. 18. ait) maxime oriza gaudet: ex qua ptisanam conficiunt. *Cremorem.*] Cremor id fortasse est, quod Dioscorides *επιμυρον* appellat. Cornelius Celsus *cremorem ptisanæ* pro succo fere accipit, ut hic Naso. *Æquent expensas.*] Idem, inquit, sit pondus in thure & Ammoniacæ sale, quod in rosas, quas una manus prehenderit. *Illis infunde cremorem.*]

Rectius tres libri *adfunde.* Hicinus.

96. *Expensas.*] *Expensas*, ad libræ scilicet: id est, ponderatas. *Æquyl.*

97. *Tempore sis parvo.*] Erii, inquit, non diu hoc medicamine formisæ sibi vulnus illoret, omnis tamen maculas ex ore fugabit. *Mulier lites illita vultum.*] *Melli vultus* quinque scripti, *mellis vultus* prima editio & sex alii. *melli vultus* duo. *Lego,*

Tempore sis parvo molles lites illita vultum.

non sit. supra,

Nec te pallentes dubia terrene lupinas. &c.

Nec cornissa tibi nec natri spuma rubentis *Defit.* Idem.

98. *Nullos in ore color.*] *Melitus* quinque libri. bene. quod & Ciofannus obsecraviz. *Idem.*



P. OVIDII NASONIS
HALIEUTICON.
FRAGMENTUM.

* * * *

A Ccepit mundus legem: dedit arma per omnes,
Admonuitque sui. vitulus sic namque minatur,
Qui nondum gerit in tenerâ jam cornua fronte:
Sic damæ fugiunt, pugnant virtute leones,
Et morfu canis, & caudæ sic scorpius ictu:
Concussisque levis pennis sic evolat ales.
Omnibus ignotæ mortis timor, omnibus hostem,
Præfi-

Hoc poematum cum Ovidianum esse testetur Plinius, non est quod de auctore dubitemus: sed lacerum ad nos pervenit, nec id in fine tantum, cum ipsum quoque initium desideretur. Reliqua etiam valde luxata ac turbata sunt. Nam nisi iustum hoc fuit poema, inopportune admodum (dicendum enim) inferitur digressio illa de quadrupedibus, nisi & illa ex alio opere hac irrepsit, aut post Nasonis mortem, quæ in scriniis ejus inventa erant, aliquis turbato ordine vulgavit. Ceterum Hieronymus Columna Commentariis ad Ennii Phagetica hoc Halieuticon Ovidii longe auctius in lucem profert, descriptum ex vetetrimo, ut ait, codice à Sertorio Quadrimano, cui id acceptum refert. Sed nollem vir cæternis erumnæ passus esset sibi fucum hic fieri. Esse enim ab homine medicis ingenii conficta liquido apparet, nec linguæ Latinæ satis perito. Ceterum quicquid in recensione hujus fragmenti castigavimus, id codici Thuanco ante septingentos annos scripto debetur: ne in singulis, præsertim levioribus,

diu sit hærendum cum cædio lectoris. idem vetus codex, INCIPIT OVIDII VERSUS DE PISCIBUS ET ERRIS. Codex chartaceus Ambrosianus inscribit HALIEUTICON cum vulgatis. Heinsius.

Si hoc poema, quod Halieuticon inscripsit OVIDIUS, ad nos integrum pervenisset, nemo sane esset ex omnibus bonæ literaturæ artium professoribus, quin ex eo summos fructus summa cum voluptate perciperet. Sed quando neque spes ulla est, fore, ut repariatur, neque ullus hodie, quod æquidem sciam, extat liber scriptus, cujus ope, quæ maxima, ac turpissima ei inscripta sunt vulnera, sanari possint, dandam esse operam censui, ut, si quid auxilii, quod perexiguam planè est, industria mea adferre possit, experirer. Hercules Ciofian.

1. Dedit arma per omnes.] Nescio an satis Latine. deinde de omnibus factum est. Lego,

— Dedit arma, fere & omnes
Admonuitque sui. Heinsius.

2. Vitulus sic namque minaci.] Thuan. vitulus quæ namque minatur. Ambrosian. vitulus minaque minatur. quæ minatur reposuimus. Idem.

8. Præfi-

Præsidiumque datum sentire, & noscere teli
 Vimque modumque sui: sic & Scarus arte sub undis,
 Incidit, adsumptamque dolo tandem pavet escam. 10
 Non audet radiis obnixâ occurrere fronte,
 Averfus crebro vimen sed verbere caudæ
 Laxans subsequitur, tutumque evadit in æquor.
 Quin etiam si forte aliquis, dum pone nataret,

Mitis

8. *Præsidiumque datum sentire.*] Potentis nempe naturæ: quod & Horatius attingit eleganter lib. 2. Sæpe 1.
 — si quis se judicis certas,

Ut, quo quisque valet, suspelles terreat,
 neque

Imperat hoc natura potens, sic collige
 metum;

Dente lapsus, cornu taurus ferit; unde nisi
 intus

Monstratum.

Id quod ad Philosophiam accommodatum pulchre explicat Arrian. Epist. lib. 1. cap. 2. ἐπιδείκναι τὴν πρὸς τοὺς αἰσθητοὺς τῆ κατὰ φύσιν τοῦ ζώου, πρὸς δ' ὁ ταῦτα, ἰσχυρὸς ἐπαλθόντος, μόνος αἰσθάνεται τῆς αὐτῆς παρασκευῆς, καὶ προβέλλεται αὐτὸν ὡς τῆς ἀγέλης; ἡ δὲ αἰσθησις, ὅτι εὐθὺς ἀμὰ τὴν παρασκευὴν ἔχουσιν, ἀπαλῆ καὶ συνθεσθῆναι αὐτῆς καὶ ἡμῶν τοῖσιν ἐκ τῆς αὐτῆς τοιαύτης παρασκευῆς, ἐκ ἀγέλης αὐτῆς. ὅρα δὲ ταῦτα ἐγγίνεται, ὅδ' ἔχουσιν ἀνδραγαθῶς. ἀλλὰ οὐκ ἔστιν ἀσκήσασθαι, παρασκευάσασθαι, καὶ μὴ εἰκὴ προσθεῖναι πρὸς τὰ μὴ ἐκ φύσεως.

9. *Sic & Scarus arte sub undis.*] Plinii hæc verba sunt lib. 30. c. 2. Scærum inclusum nassis non fronte erumpere, nec infestis viminibus caput inserere, sed aversum caudæ ictibus crebris laxare fores, atque ita retortum erumpere. Quam histam ejus si forte alius Scarus extrinsecus videat, apprehensa mordicis cauda adjuvat. Quo loco, quem nullis propemodum immutatis verbis ab Ovidio mutatus est Plinius, amici

hominis conjectura nititur. SCARUS autem marinus & saxatilis est, dictus ἀπὸ τῆ σκαίρειν, quod salire est; vel, ut alii, pascere: quoniam in eo significatur vix reperitur: dentes serratos non habet, pedinatimque coeunt, ut ceteri pisces, sed planos & laeos, solusque inter pisces ruminat, ut infra dicturus est Ovidius: alga, herbisque vescitur: Coriandro delectatur, ut Aristoteles lib. 2. de hist. c. 13. ait. Hunc autem piscem ob eximiam saporis gratiam ac suavitatem Ennius Jovis panem cerebrum vocat. De Scaro etiam Elianus cum alibi tum lib. 1. c. 5.

10. *Decidit.*] Ante hunc versumangebatur scæ. cetera hiatu unius versus relicto. quod ex diversa lectione τῆς *Decidit* naturæ puto; cui aliquis superscripserit *In*. hoc est, vel, *Incidit*. *Incidere* est, ut *Incideri* terras. Met. VII.

Incidit ensa dactas apellæ terras.

Virgil. *Æneid.* 12.

Belatropius animos dæus incide.

ita verum est Medicus. Gesneri editio hæc *ensæ* versa est locupletior alia sed nescio quæ naturæ auctoritate. *Heinsius.*

12. *Aversus crebro veniens sed.*] *Pro* *veniens* cod. Timan. & Aristoteles *men*. pro *sed* margo editionis *Glossæ* *sed*. *Lego*,

Aversa crebro vimen sed verbere nulla
Laxans subsequitur.

Vimen, nassum ex viminibus *terram* vocat. *Idem.*

14. *Si forte aliquis dampnum patitur.*] *Aliquis*

Mitis luctantem Scarus hunc in vimine vidit, 15

Aversam caudam morfu tenet: atque ita*

*Uber servato, quem textit, in*resultet.

Sepia tarda fugæ, tenui cum fortè sub undâ
Deprensa est, jam jamque manus timet illa rapaces,
Inficiens æquor nigrum vomit ore cruorem. 20

Avertitque vias, oculos frustrata sequentes,
Clausus rete Lupus, quamvis immanis & acer,
Dimotis caudâ submissus fidit arenis.

..... in auras

Emicat, atque dolos saltu deludit inultus: 25

Et muræna ferox teretis sibi conscia tergi,

Ad

Aliquis dam prænata retro Thuan. Ambrosian. dam pro nata rete. Scribe, si forte alius, dum prænatas, arto. arto sc. vimine, quod sequitur. prænatas pro præternatas. nisi malis, prope, dum natus. posset & dum pome natus cum Pantagatho & Gescero. Idem.

16. *Aversi caudam.] Aversam uterque codex. Lege Aversam. ita addidi ex utroque veteri libro. Idem.*

17. *Nato quem textitque resultet.] Uter servato quem textit inresultet; Thuan. Ambrosian. Uterque nato quem textit quem resultat. Puto,*

— atque ita tandem

Vissor servato, quem textit, cito resultat.

vel, quem traxit. Idem.

18. *Sepia tarda fugæ.] Sepia è mollium est genere: marina est & litoralis, sepium habet, quod cum spinis proportionem obtinet, sicut Lolligo, Gladiolum. Mollia omnia proprium atramentum habent, eo tamen plurimum abundant Sepiz quod litoralem agant vitam, & nihil præterea illis Natura dederit, quo aut sese tueri, aut piscantium manus evadere possint; præsertim cum earum motus tardissimus sit. Hæc de Sepia Gulielmus Giscæsius. Vide & Aliam lib. 1. cap. 35.*

20. *Nigrum vomit illa ermorem.] Lege*

vomit ore. nam illa præcesserat. atque ita Pantagathus. Heinsius.

21. *Avertitque vias.] Vias scripsi. Idem.*

22. *Clausus rete Lupus.] Gulielmus Giscæsius, Lupus, Latine; λυβηλ, Græce; Spigola, Italice. Emari flumina ingreditur, in aquis dulcibus non nascitur: à parvis squillis interficitur, Mugiles insequitur, inter quos perpetua est inimicitia. Quamvis immanis.] Lucianus, Thuan. Heinsius.*

23. *Et acer Dimotis cauda submissus cedit armis.] Pantagathus legebat: — fidit arenis. Submissus sedet armis in auri.] Thuan. & Ambr. ridet arenis in auras. Lege, fidit arenis. in auras sequentis versus dux ultimæ sunt voces. Met. lib. 1. ex antiquis libris,*

Quasvisque diu terris ubi fidero datur, cum sistere illic legeretur in vulgatis. possit & scribi si dat arenis. Idem.

25. *Dolos saltu deludit inultus.] Lege inultus. Met. 11.*

Nil poteris furo nisi inultus flere dolores. Idem.

26. *Et Muræna.] Μύρανα, Græce: Morena, Italice. Muræna litoralis est, & marina: rabies ei velut canino generi accidit. Giscæsius. Hunc locum adumbravit Plinius lib. 32. cap. 2. ubi ita: Murænam maculas appetere ipsas, conscia*

Ad laxata magis conversâ foramina rotis,
 Tandem permultos evadit lubrica flexus,
 Exemploque nocet, cunctis intervenit una.
 At contra scopulis crinali corpore segnis 30
 Polypus hæret, & hac eludit retia fraude,
 Et sub lege loci sumit mutatque colorem;
 Semper ei similis, quem contigit. atque ubi prædam
 Pendentem setis avidus rapit, hic quoque fallit
 Elato calamo, cum demum emersus in auras 35
 Brachia dissolvit, populatumque expuit hamum.
 At Mugil caudâ pendentem everberat escam,
 Excussamque legit. Lupus acri concitus irâ
 Discursu fertur vario, fluctusque ferentes
 Prosequitur, quassatque caput, dum vulnere sævus 40
 Laxato cadat hamus, & ora patentia linquat.
 Nec proprias vires nescit Muræna nocendi:
 Auxilioque sui, morsu nec cominus acri
 Deficit, aut animosponit captiva minaces.
 Anthias his, tergo quæ concutit, utitur armis, 45

Vim

sciam teretis ac lubrici tergi, tum multiplici flexu se laxare, donec evadat.

30. *At contra scopulis, &c.*] Idem tradit *Ælianus* lib. 7. cap. 11. & *Plin.* lib. 9. cap. 29. lib. 32. cap. 2.

32. *Et sub lege loci.*] *Ovidiana locutio Artis* 1.

Hac ex lege loci commoda circus habet. *Amor.* lib. 111. *Eleg.* 11.

Qua tibi tangenda est lege puella loci. *Heinsius.*

33. *Atque ubi prædam, &c.*] *Pantagathus* legendum putavit, *Seis*, non *Retis*, vere. Equinis enim, ut nunc quoque sit, setis albis ad suspendendos hamos captandis piscibus usos præcos, docet *Plutarchus* in libello de industria animalium. Ejusque rei rationem adfert *Oppianus* lib. 3. Eundem morem ostendit & *Ovidius* lib. 3. *Metam.*

34. *Pendentem retis.*] *Seis* bene *Thuan.* & *Ambr. Heinsius.*

37. *As mugil.*] De *Mugili* *Plinius*, co-

dem lib. cap. 17. & 42. & alibi.

38. *Lupus acri concitus ira.*] De *Lupo*, deque ejus cum *Mugili* inimicitia: eodem lib. cap. 62. De *Lupo* etiam *Ælianus* lib. 1. cap. 31.

42. *Muræna nocendi.*] De *Muræna* idem *Ælianus* lib. 1. cap. 3. & lib. 10. cap. ult. *Plinius* multis in locis.

43. *Antipioque sibi.*] *Lege* sibi ex *Thüli*, & deinde cominus pro eo minus ex utroque scripto. sequenti versu, hamos postea captura minaces *Thuan.* *Heins.*

45. *Anthias his tergo, &c.*] De hoc pisce idem *Plinius* lib. 9. cap. 59. Est autem à Græcis vocatus *Isop* 1230r, ut ait *Aristoteles* lib. 9. De hist. anim. cap. 37. quod in eo loco sit ubi nulli reperitur bellus. De eodem eodem pisce *Ælianus* lib. 1. cap. 3. & 1231r. cap. 27. *Plutarchus* in libro, cui dicitur *fecit*, an terreat bestias aquilibus sint prudentiores. *Tergo quæ ubi videt.*] *Vide* *Thuan.* quæ non vult *Ambros.* *L. ego,*

Vim spinæ novitque suæ, versoque supinus.
Corpore lina secat, fixumque intercipit hamum.

* * *

Cætera quæ densas habitant animalia silvas,
Aut vani quatiunt semper lymphata timores,
Aut trahit in præceps non sana ferocia mentis. 50
Ipsa sequi Natura monet, vel cominus ire:
Impiger ecce Leo venantum sternere pergit.
Agmina, & adversus infert sua pectora telis.
Quoque venit, fidens magis & sublatior ardet;
Concussitque toros, & viribus addidit iram. 55
* Prodidit; atque suo properat sibi robore letum.
Fœdus Lucanis provolvitur Ursus ab antris,
Quid nisi pondus iners, stolidæque ferocia mentis?
Actus Aper setis iram denuntiat hirtis:
Et ruit oppositi nitens in vulnera ferri, 60
Pressus

Lege, qua concutis, vel qua continet. Met.

I.

*Sanguineaque manu crepitantia concutis
arma.*

Met. XII.

*Armaque concussit, certumque equita-
vis in orbem.*

sic & sæpe alibi. Heinf.

47. Corpore lina secas fixumque, &c.] His carminibus, quæ post hunc versum sequuntur, usque ad illud, *Nec tamen in medias*, & reliqua, quidvis aliud, quam quod ad piscationem pertineat, continetur; iis enim omnibus carminibus de venatione sermonem esse perspicue cognoscitur. Unde facile crediderim fragmentum hoc jam deploratum totum esse perturbatum, & ex duobus non sinit corporibus unum non integrum, ac vegetum effectum.

48. Cætera quæ densas.] Et cætera Thuan. *Æsthera* Ambros. Puko,

*At fera quæ densas habitant animalia sil-
vas.*

multa hic deſerant in Ambrosiano, vide-
bent de quadrupedibus agentia & adſcri-

ptum. *Multa hic deſunt.* Heinf.

51. *Ipsa sequi natura, &c.*] Hic versum est infra. Unde hæc omnia è suis locis convulsa, & turpissimo mendo deforma-
ta, vel etiam adulterina esse, qui iudicio pollet, nullo negotio animadvertet. Post hunc versum reponendum putat, qui le-
gitur sextus ab hoc. *Fœdus; &c.* Aldus Martutius, Pauli F. Aldi N.

52. *Impiger & telo.*] Scribe cum Thua-
neo, acce Leo. & sic Ciofannus. *Sternere pergit.*] Putabam *sternit*, vel quid simile. Sed & Valerius Flaccus lib. 1. Ergo anteire metus, juvenemque extinguisse pergit *Æsonium*, de Pelia. Heinf.

55. *Concussitque toros & viribus addidit iram.*] *addidit iram* Thuan. & *prodidit* pro prodidit. Lego,

Concussitque toros, & viribus addidit iram.

Prodigus.

Tò *Prodigus* à viro clarissimo mihi que conjunctissimo Jano Vizio jam occupa-
tum video. Idem.

58. *Ferocia mentis.*] *Menti* reponit Aldus. 60. *Et ruit.*] *Se ruit* Thuan. Forte,

Bbb

iram

Pressus & emissio moritur per viscera telo.
 Altera pars fidens pedibus, dat terga sequenti,
 Ut pavidi Lepores, ut fulvo tergo Damæ,
 Et cauto fugiens Cervus sine fine timore.

[Ipsa sequi natura docet, vel cominus ire.]

65

Hic generosus honos, & gloria major Equorum:
 Nam capiunt animis palmam, gaudentque triumpho.
 Seu septem spatiis Circo meruere coronam;
 Nonne vides victor quanto sublimius altum
 Attollat caput, & vulgi se venditet auræ?
 Celsave cum cæso decoratur terga leone,
 Quam tumidus, quantoque venit spectabilis actu,
 *Compescatque solum generoso concita pulsu
 Ungula sub spoliis graviter redeuntis opimis:

70

Quid

iram dum nunciat (vel concitat) hirtis, se
 vult. Eleganter. sic omnia vultus Germa-
 nicus fragmento Prognosticorum,

*Scorpius ac variis ne quis caute terra gra-
 vatur*

*Horrebat pluvialis: ac divis omnia nim-
 bis*

Continuissimum vult.

ita ex vestigiis codicis Putcanei est scri-
 bendum. *Hinsius.*

63. Et fulvo tergo.] Ut Thuan. Idem.

64. Et cauto fugiens cervus sine fine ti-
 more.] Reposui cauto timore. quod pos-
 sim in vetustissimis Ovidii codicibus pro
 cauto cauto scribi animadverterim. Trist.
 III. Eleg. IV.

Sed timor officium castas compescit.

sequens versus ex quinquagesimo primo
 huius poematis repetitus perperam vider-
 tur. Idem.

66. Hic generosus.] Puto legendum.
 Hinc & pro Nam sequenti versu Jam.
 Idem.

68. Sen septem spatiis Circo.] Hinc e-
 menda Gratium sub finem Cunegetici,
 ubi legendum,

— ille viginti
Septem altis spatiis

de Numida equo. Cum nunc scribar
Centum spatiis. in Caracallis Fichori pag.
 75. epigrammate de Circo,

*Septem etiam gyris claudens certamina
 palma.*

*Quid carum fringens cingula forte
 pari.*

ita vetustissimus codex. ubi vulgari,

*Sape etiam gyris condens certamina pla-
 na.*

Seneca Epist. XXI. *Quomodo manifestior
 natari solent agitationum latitiae, cum septimo
 spatio palma appropinquat.* Lactantius
 libro VII. Divinae. institut. cap. XXVII.
*Quoniam decursus propositi operis septem
 spatiis ad metam perventum sumus.* Suetonius
 Domitiano, singulos missus à septi-
 mis spatiis ad quoniam corripuit. *Septimum
 orbitem & septimum rotam dixit Propertius
 septem circi spacia respiciens, septem
 gyros Amobius. sic & alios locos re-
 cordor.* Idem.

72. *Quantoque venit spectabilis actu.]*
 Malim quanto venit. vel, quanto ut ve-
 nit. Idem.

73. *Compescatque solum.]* Compescatque
 solim Thuan. Forte, concitatque solum.
 Idem.

75. Quæ

Quid laus prima Canum? quibus est audacia præceps,
 Venandique sagax virtus, viresque sequendi.
 Quæ nunc elatis rimantur naribus auras,
 Et nunc demisso quærunt vestigia rostro;
 Et produnt clamore feram, dominumque vocando
 Increpitant. quem si collatis effugit armis, 80
 Insequitur tumulosque canis camposque per omnes,
 Noster in arte labor positus: spes omnis in illa.
 Nec tamen in medias pelagi te pergere sedes
 Admoneam, vastique maris tentare profundum.
 Inter utrumque loci melius moderabere funem. 85
 Aspera num faxis loca sint. nam talia lentos
 Deposcunt calamos. at purum retia littus.
 Num mons horrentes demittat celsior umbras
 In mare. nam variè quidam fugiuntque petuntque.
 Num vada subnatis imo viridentur ab herbis 90

Obiectetque moras, & molli serviat algæ.
 Descripsit sedes variè Natura profundi:
 Nec cunctos unà voluit consistere pisces.
 Nam gaudent pelago, quales Scombrigue, Bovesque,
 Hippu-

75. *Qua laus prima canum.*] Qui Thuan. lego, Dein vel, Quid, Idem.

80. *Quem si collatis effugit armis.*] Locutus mendosus. forte quia, ut ad feram referatur. Idem.

85. *Loci melius moderabere funem.*] Finem Thuan. & quoci pro loci. Idem.

86. *Littus calamos.*] Redi ad Epist. Leand. 18. v. 58. Brachia lenta. Ubi etiam de lento arcu, & remo lentando.

87. *Purum littus.*] Liberum, apertum, nulla saxorum asperitate præditum: Nullis montibus obstepeis obstantibus. Ennius 16. annal. Quod imitari videtur Scatius Thebaid. 7.

Nulli aliis à montibus obstant Despectus. Sic dicitur pura bunnus. Tacit. 2. Annal. Et Liv. 3. 4. Signis collatis

dimicare purò ac patenti campo. Purum itaque, sive patens, cum ex terra nihil eminet. Cicer. 1. de divinaz. Sic & Græci; καθαρόν ἐν πατάγῳ Olymp. 6. ἢ καθαρόν ἰδὲν. ibid. Pindar.

91. *Obiectetque moras.*] Scribe omnino Obiectetque. Heinsius.

92. *Descripsit sedes varias.*] Variè Thuan. ut supra.

Nam varias quidam fugiuntque petuntque.

An Dissepis? ut in Metamorph. lib. 1. sed nihil temere muta. Idem.

94. *Scombrigue.*] Idem. Scombrus, Latine: σκόμβρος, Græce. Macarello, Italice. Marinus, in arenosis litoribus est. Bovesque.] De Bobus Elianus lib. 1. cap. 20.

Hippuri celeres, & nigro tergo Milvi;
 Et pretiosus Helops nostris incognitus undis;
 Ac durus Xiphias, ictu non minor ensis:
 Et pavidi magno fugientes agmine Thunni:
 Parva Echenéis adest (mirum) mora puppibus ingens:
 Tuque comes rarium, tractique per æquora sulci
 Qui semper spumas sequeris, Pompile, nitentes:
 Cercyrolque ferox scopulorum sine moratus:
 Cantharus ingratus succo: tum concolor illi

Or-

95. *Hippuri celeres.*] Hippurus à cauda equine similitudine nomen accepit, pinna scilicet à capite ad caudam deducta, quæ caudæ equinæ simillima est, hinc latet, æstate tantum capitur: carnivorus est, hostris litonibus ignotus: Hispanis cognitus, à quibus vocatur *Lampurga*. Giscas.

96. *Et pretiosus Elaps, &c.*] Quod, ut scribit Columella, in mari Pamphylia tantum capitur. Idem tradidit Elianus lib. 8. cap. 26. qui quidem piscis squamas ad os versus habere dicitur. *Elaps.*] Et ex Plinio, & infra ex hoc nostro perspicue constat, Elopen ab Accipitente diversum esse: quæ in re nonnulli eruditi errant. *Pretiosus.*] Præclarus dicitur à Lucilio: *Quem præclarus Elaps, quem Ægypto Sargus movetis.* Elaps autem per simplex E metri causa hic scribendum.

27. *Ac durus.*] *Ac* bene scripti Heinss. *Xiphias.*] Plinio c. 49. l. 9. Trigon vocatur De quo Elianus l. 9. c. 40. & l. 14. c. 22. Oppianus l. 2. Latine, Gladius: Italice, *Pesce spada*. Giscasertius. Marinus est, & Thunni, & Gladii agitantur cincti Canis exortum: habent enim utrique per id tempus sub pinna seu vermiculum, effigie Scorpionis, magnitudine Aranei: ad Cetaceam magnitudinem pervenit: rostro est acuto, utramque maxillam rostratam habet; inferiorem tamen brevem, & triangularem: superiorem ma-

gis osseam, duriorem, longissimam, caustiformem.

98. *Thunni.*] Thunnus, Latine: *Θύννη*, Græce: *Tonn*, Italice. Ubi primum natus est, Latinis *Cordila*; ubi ad sex menses pervenit, *Pelamis*; ubi ad annum, *Thunnus* dicitur. A verbo Græco *θύω*, quod est cum imperu promoveri: ubi major factus est *δεκνύω*: in immanem auctus, *λίγνα*. Giscas.

99. *Parva Echenéis adest mirum.] Puto Parva Echinitis, at & (miranda) mora puppibus ingens. Heinss.*

Parva Echenéis adest.] Plin. l. 9. cap. 25. Parvo admodum pisce, Echeneide carinis adhærente, naves tardius ire creduntur: inde nomine imposito, quem piscem Latini *Remora* vocant: sed quæ sit, & quæ ejus notæ, diversa inter se tradiderunt Oppianus, Elianus & Aristoteles.

100. *Tuque comes rarium, tractique.]* De Pompyli natura Elianus lib. 2. c. 15. & lib. 15. cap. 33. Plin. lib. 9. c. 15. & alibi. Hic autem piscis Neptuno sacre est, quod navigia ad portum usque sequatur.

103. *Cantharus.]* De hoc pisce Elianus lib. 1. cap. 27. *Tonn concolor illis Orphas.]* Orphan *Cernam* vocat Gæza Latine: adeo *ὀφθαλμοειδής* est, ut etiam dissectus diu vivat, ut ait Aristoteles: cito adolefcit, cum biennium vitæ non superest. Giscas.

104. Ery-

Orphas, cæruleâque rubens Erythinus in undâ :
 Insignis Sargusque notis, insignis & alis: 105
 Et superauratâ Sparulus cervice refulgens;
 Et rutilus Pagur, & fulvi Synodontes, & ex se
 Concipiens Channe gemino fraudata parente.
 Tum viridis squamis parvo Saxatilis ore,
 Et rarus Faber, & pictæ Mormyres, & auri 110
 Chrysophrys imitata decus : tum corporis Umbræ
 Liventis, rapidique Lupi, Percæque, Tragique.
 Quin

104. *Erythinus.*] Plinius lib. 9. cap. 16. & alibi. Giscæ. Latinis, Rubellio: Italis, *Fravelino*, dicitur. Marinus est Aristoteli: Oppiano vero littoralis: in mari tantum reperitur: omnes feminae sunt, eo quod omnes gravidæ capiantur, sicut & *Hætulæ*: hoc autem non toto anni tempore, sed incunte ætate intelligendum est.

105. *Insignis Sargus.*] *Fæsus*: *Sargus* piscis genus, qui in *Agyptio mari* fere nascitur. De *Sargo* Plinius quinque in locis, & *Alianus* l. 1. c. 24. Giscæ. *σάργος*, Græce: *Sargus*, Latine: *Sargo*, Italice: littoralis, marinus, Auratis, & Sparis fere similis, latior, rotundior tamen est: bis parvis, Vere, & Autumno: plures habet uxores, & pro iis certamen init: caprarum est amantissimus: Mulli lutarii reliquias sequitur.

106. *Sparulus.*] *Sparus* Auratis similis est, adeo ut etiam piscatoribus frequenter imponat. Verum rotundiore, minore, & magis compresso est corpore. Giscæ. *σάργος*.

107. *Et rutilus Pagur.*] *Pagur*, Græce *πάγρος*, seu *φάγρος*, quod voracissimus sit, ab Erythino diversus est, ut notat Rondeletius: distinguitur magnitudine corporis, & latitudine, & rostri figura. Fallitur Jovius, qui *Pagrum* eum esse existimat, qui vulgo Romanis *Fravelino*, & Gallis *Narbonensibus* *Frangelus* vocatur, cum is potius Erythinus sit. *Et fulvi Synodontes.*] *Συνόδους συνδύμι* *χαραξ*, & Latinis *Dentis*, eundem

piscem significant: nomen enim ab exstantibus, & prominentibus dentibus impositum est. Romanis *Dentale*. Giscæ. De eodem pisce *Alianus* lib. 1. cap. 49.

108. *Et ex se Concipiens Channe*, &c.] Idem tradit Plin. lib. 9. cap. 16. & l. 32. cap. ult.

110. *Et rarus Faber.*] *Faber* is est, qui *χαλκίδης* Græcis, vel *τὰς*. Plinio *Faber* dicitur: Romanis *pesce S. Pietro*: Gallis *Dorce*. Captus grunnit suum more: Romanus in foro piscario frequens est. *Et picta Mormyres.*] *Mormures* *Gazz* dicitur: Græcis *μόρμουρος*, vel *μόρμουλος*, quod etiam nomen hodie Romani imitari videntur, à quibus *Mormilli* vocantur. Lyncis pullis in lateribus, parallelis insignis est, unde ab *OVIDIO* pictæ dicuntur. Giscæ.

111. *Chrysophrys.*] *Aurata*, Latine: *Orata*, Italice: Littoralis, marinus, & in maximis stagnis capitur, ætate mediis fervoribus, diebus circiter sexaginta, ut *Glaucus*, & *Asellus*, læt. hieme etiam laborat, solum carne vescitur; timidissimus est. Giscæ. *Umbra*.] Idem Giscæ. *οὐρία*, Græce: *Umbra*, Latine: *Ombra*, Italice, quod suo natu oculos effugiens piscis umbra potius, quam verus piscis, inveniendis appareat. *Ausonius*: *Effugiens oculos celeri levis Umbra natam*. Marinus piscis est, loca saxosa & herbis virentia incolens, carnivorus est, & solivagus.

112. *Percæque.*] Plin. lib. 9. cap. 16. Bbb 3 & Aur

Quin laude insignis candæ Melanurus & ardens
 Auratis Muræna notis, Merulæque virentes,
 Immitisque fuxæ Conger per vulnera gentis;
 Et capitis duro nociturus Scorpious icu,
 Ac nunquam æstivo conspectus fidere Glaucus.
 At contra herbosâ pisces laxantur arenâ,
 Ut Scarus, epastas solas qui ruminat escas;
 Fœcundumque genus Mænæ, Lamirofque, Smarif-
 que,
 Atque immunda Chromis, merito vilissima Salpa;
 Atque avium dulces nidos imitata sub undis,

115

120

Et

& Arifon. in Mosel. ubi ita scribit;

Nec te delicias mensurum Perca filebo

Amigemas unar pisces dignande.

113. *Quin laude insignis, &c.*] Aliter videtur tradere Alianus l. i. c. 43.

114. *Merulæque virentes.*] Idem eodem lib. cap. 19. ejus mentio est apud Plinium.

115. *Conger.*] Idem Plin. lib. 9. c. 20. Giscafer, *urysp.*, Græce: *Groncho*, Italice. Marius est, & littoralis, albicans, nigrans, ambiguus.

116. *Et capitis duro nociturus Scorpious icu.*] Ciacconius legit, *Et capens duro &c.* probabilis admodum conjectura: Scorpui autem non feracel mentio est apud Alianum, & apud Plinium lib. 9. c. 51. Giscafer. de eo ita: littoralis, in saxosis, & arenosis littoribus maris, Oppiano teste, aut in alto agit, Ovidio teste. bis in anno parit, & alga, & carne vescitur: cujus icus venenatus est: solivagus est. Græce *σκαργρί*: Latine, Scorpious. Italice, *Strofeno*: Gallice, Scorpenco. *Scorpius.*] Libri veteres *Scorpius*. Hemsius.

117. *Glaucus.*] De Glaucio Alianus c. 17. lib. 1. sed ne verbum quidem de hoc, quod hic ait Ovidius. *Æstivo salvere.*] Exorto Canc, id est, quo in cælo Canis conspicitur.

119. *Ut scarus, epastas, &c.*] Idem auctor lib. 2. cap. 53. ubi, quod poeta noster hic adfirmat, se ab alijs accepisse

testatur: idem fere Plinius l. 9. c. 15. & alibi.

120. *Fœcundumque genus, &c.*] De prævatus locus, ita ab Octavio Passagetho restitutus est, *Manæ*, *Lamirofque*, &c. *Manæ*.] *Mænæ* vulgo Romæ dicuntur. *Smarifque.*] De hoc pisce Plin. lib. 32. cap. ult. *Smyrusque*, alii legebant. *Meryxque* alius, *Mencamirofque* *Smarifque.*] Lege *Manæ* *Lamirofque*. de Lamiro Plinius lib. XXXII. cap. XI. de Mænæ c. gittas. *Falt. 11. ff. 579. Hirsinus.*

121. *Chromis.*] Plinius lib. 9. cap. 15. & alibi. De Chromi sic Bossuetus:

Æstus excellit, doleat cum tempore bruma,

Nam duros lapides in capite ille gerit.

Majorem ergo Christi sumus: sed tempore messis,

Namque Christi non sit pinguior & melior, &c.

Salpa.] Idem auctor non uno loco. Giscus. *σαλαρα*, Græce: *Salpa*, Italice. *Mænæ* piscis est, & in marinis lacubus vivit: & herbosa arena laxatur: autumno tantum parit, sicut & Sargus, clarissime audit: erro non est, siercore, & alga vescitur.

122. *Atque avium dulces nidos imitata.*] Ingeniosissimus Vlitius auctor notis ad Halicuteon suis ex Plinio emendat feliciter, *Atque avium Plinius nidos imitata.* qui videatur tam hoc quam

Et Squalus & tenui suffusus sanguine Mullus:
Fulgentes Soleæ candore, & concolor illis
Passer, & Adriaco mirandus littore Rhombus: 125
Tunc Epodes lati, tum molles tergo Ranæ.
Extremi parent

*
*
*

Lubricus & spinâ nocuus non Gobijs ullâ,
Et nigrum niveo portans in corpore virus
Loligo, durique Sues, sinuosaque Caris: 130
Et

quam aliis hujus poemati locis egregie à se illustratis. *Heins.* *Atque avium dulcis, &c.*] Phycidi uni id tribuit Aristoteles, Plutarchus, & Plinius. Hæc Pantagathus, qui versum deesse suspicabatur.

123. *Et squalus tenui suffusus sanguine Mullus.*] Alienior Aldo Aldi M. qui legit, *Et squamas tenui, &c.* Est autem usitata figura: ut, *Oculos suffusa nitentibus* Ausonius in Mosella eodem sensu vocat Mullos Punicos. ubi ita legitur: — *Marinus Solus punicis facilis contendere Mullis.* *Mullus.*] Hujus piscis apud utrumque, quibus potissimum uxor auctoribus, frequens mentio est. Giscas. Græce, *τρίγλα*: Italice, *Triglia*. Marinus est Galeno: Aristoteli vero littoralis: Oppiano saxatilis dicitur: parit ter in anno. Dianæ sacrificabatur. Oceanus Septentrionalis, & Occidentalis hunc gignit. Carne, alga, concha, & cono vescitur. Leporem marinum insequitur: homini noxius, & eo vescitur.

124. *Solea.*] Hujus item piscis creberrima apud eundem Plinium mentio.

125. *Passer.*] Idem cap. 20. lib. 9. *Rhombus.*] Idem auctor.

127. *Extremi pass.*] *Parent* Thuan. *Parent.* Ambros. *Heinsius.*

128. *Gobius.*] Giscas. *Γοβίος*, Græce, *Govion*, Gallice, Fluvialis est, calvariis cadaverum in aquam projectis maxime delectatur: qua industria Galli piscatores equorum, & boum capitibus plurimos una capiunt. Sunt etiam Gobii marini, & littorales, in arenosis, aut scopulis degentes, quorum tres sunt differentiz, albicantium, nigrorum, & flavescientium; ejusdem tamen speciei: luro, alga, & mulsco vescitur: gregalis est, nobilis & suavissimus.

130. *Loligo.*] Plinius multis in locis: *Alianus* lib. 9. cap. 52. Giscas. *τρίγλα*, Græce: *Calamare*, Italice: *Loligo*, Latine. Marinus est, ex mollium genere, sicut Polypus, & Sepia: vivendi spatium tam Sepæ, quam Lolignæ breve est. Nam, paucis exceptis, biennium non explet: numquam illi deest copia alimenti. *Sinuosaque Cest.*] Præclare, ut omnia, hoc vulnus sanavit Pantagathus; legit enim, *Cestra*. Est autem Cestra, piscis, quæ in capite habet duos aculeos, quibus Thunnus vel maxime infestat, ac persequitur. Aldus Aldi M. reponerat, *Thessa*, quo de pisce Plin. lib. 32. c. 11. *Sinuosaque cest.*] *Caris* libri scripti. Sed hæc omnia accuratius perpendimus in uberioribus notis secundæ curæ. *Heinsius.*

Et tam deformi non dignus nomine Asellus:
Tuque peregrinis, Accipenser, nobilis undis.

* * * * *

*Deerant non admodum multa in eo exemplari,
consumpta penitus vetustate.*

Plin. lib. xxxi i. cap. ult. Hist. Nat.

His adjiciemus apud Ovidium posita nomina, quae apud neminem aliam reperiuntur, sed fortassis in Ponto nascuntur, ubi id volumen supremis suis temporibus inchoavit. Idem lib. xxxi i. cap. secundo: Mihi videntur mira, quae Ovidius prodidit piscium ingenia, in eo volumine, quod Halieuticon inscribitur.

131. Et tam deformi. non, &c.] Ingeniose dictum, *Asellus*.] *Aelianus* lib. 5. c. 20. & 6. c. 29. *Giscaf.* ὀρέ, Græce: *Asellus*, Latine: *Merluccio*, Italice. Duo *Asellorum* genera, primum, ὀρέ; *Plinio* *Bacchus* vocatur, hi in alto mari capiuntur: alterum genus, *Gallarius* dicitur: litoralis est; hæret plurimo tempore.

132. Tuque peregrinus Accipenser.] De Accipensere *Plin.* l. 9. c. 17. & alibi. Italice, *Storione*. De Accipensere, varia est inter scriptores sententia, quisnam sit, & quo apud nos vocetur nomine. *Paulus Jovius* *Silurum* esse nostrum arbitratur. Hoc animadvertendum existimo, mirum videri Accipensere ab *Ovidio* peregrinum vocari, si noster *Sturio* sit, cum non procul à moenibus Urbis

in Tiberi Vere, & Estate *Sturiones* laudatissimi frequenter capiuntur. Hoc autem argumento facile credi posse alium esse Accipensere, qui è remotis maribus Romam vehi solitus esset. Hæc *Giscaferius*. Ego vero in ea sententia maneo, ab *OVIDIO* significari arbitror Accipensere esse nobiliorem ac præstantiorem in peregrino mari, quam in nostro, & propterea dici,

Tuque peregrinus Accipenser nobilis undis.

Hujus tam foæde, ac misere corrupti, ac mutilati operis bis mentio est apud *Plinium*: semel l. 32. c. 2. his verbis: *Mihi videntur mira, quae OVIDIUS prodidit piscium ingenia in eo volumine, quod Halieuticon inscribitur.*

INCER.

INCERTI AUCTORIS
CONSOLATIO
A D
LIVIAM AUGUSTAM,
DE
MORTE DRUSI NERONIS
FILII EJUS,
QUI IN
GERMANIA MORBO PERIIT.

ARGUMENTUM.

Livia, cognomento Drusilla, ad quam Poëta hic scribit, duos maritos habuit, priorem Tiberium Neronem, qui bello civili Antonium secutus est: alterum Augustum, de cuius nomine & ipsa postea Augusta appellata fuit. Ex Augustoigitur nihil liberorum sustulit. Ex Nerone autem Tiberium, qui Augusto in imperio successit: & Drusum; Hic in quaestura præturaque honore dux Rhœtici, deinde Germanici belli factus (quorum illud cum fratre divisum, hoc solus gessit, ut Paterculus tradit) Oceanum septentrionalem primus Romanorum ducum navigavit, transque Rhenum fossas novi & immensi operis effecit, quæ ab eo Drusianæ vocata, &c. Ac post præturam, confestim inito consulatu, atque expeditione repetita, supremum diem obiit. Hujus igitur Drusi mortem Poëta hoc carmine deplorat. At primum quidem longa querela, variiisque amplificationibus dolorem Livie exaggerat atque augeat: id quod in consolatoriis commune ac solitum est. Mox animi ejus ægritudinem mitigat, exemplis ac rationibus monens, ne nimio dolore frangi animumque veluti despondere velit: introducta ad postremum etiam prosepocia ipsius Drusi, qui eadem illa matrem adhortetur.

VIsa diu felix, mater modo dicta Neronum,
Jam tibi dimidium nominis hujus abest.

Jam

Poëmæium hoc quantivis pretii, & dignum Genio ac majestate sacrali Nafoniani, qui primus eruit è tenebris, nã ille insignem thesaurum usibus publicis est largitus! Pedonem Albinovanum ejus auctorem Scaliger aliique constituunt. Ego etfi nihil temere affirmo, videor tamen mihi non omnino falli, qui Nafoni hunc foetum haud esse adscribendum arbitrer. Inscriptionem ejus, quam primæ editiones

& scripti codices constanter agnoscunt, admittendam duxi, nisi quod in iis ad Ovidium auctorem hæc elegia refertur, cum ad alium potius quemvis illorum temporum poetam debuerit. Est quidem carmen longe præstantissimum indignis modis acceptum per librationum oscitantiam, nobis tamen vel sic curæ erit, ut aliquanto emendatius impostum legatur: quanquam in libris veteris minimam prædidi fuit. quorum

Bbb 5

uuum

Jam legis in Drusum miserabile, Livia, carmen.

Unum, qui dicat jam tibi, mater, habes.

Nec tua te pietas diffendit amore duorum:

Nec posito fili nomine, dicis; Uter?

Et quisquam leges audeat tibi dicere flendi?

Et quisquam lacrymas temperat ore tuas?

Hei mihi, quam facile est (quamvis hic contigit omnes)

Alterius luctu fortia verba loqui!

10

Sci-

unum Romæ apud amicum vidi, secundum Florentiæ in Medicea bibliotheca. Textus & quævis penes me extant, quorum altero heredes Combini Venerit me donavit, altero vir amicissimus Lucas Langemannus Neapoli ad-vesto. Omnes post inventam jam artem typographicam exarati, & per omnia propemodum primis editionibus respondentes, quas etiam religiose consularis. Interim, dum subsidia majoris momenti circumspectantur, videmus, si quid conferri à nobis possit ad detergendos nervos, qui scripto pulcherrimo non pauci eximium adjuvant. In iis autem indagandis quemadmodum non omnino infelicer versati sumus, ita conjecturæ interdum nobis sunt subnatæ, quas Scaligero, Lipsio, Ruzgerio, aliis in mentem ante nos venire serius cum essemus edocti, viroscum præstantissimos sua laude non frapdavimus, id quod suis locis, ni fallor, apparebit. Heinisus.

2. *Dimidium nemini.*] Altero nempe filiorum, Druso, morte absumto. Quod repetitur v. 4.

3. *Jam legis in Drusum miserabile, Livia, &c.*] Expolitio propositionis est, qua superiora latius explicat & declarat. Nam & Drusum ipsum jam nominat, & miserabile carmen, hoc est, elegiam in illum, sive illius mortem, se edere indicat.

5. *Nec tua te pietas diffendit.*] Malim se diffendit. Heinl. *Nec tua pietas.*] Amor maternus, quarecogita, qui erga liberos pietas est, jam se plane transferri ad-

unum, antesinger duos dividebat; adeoque nec quidquam materni affectus superstiti Tiberio decedit.

7. *Es quisquam leges audeat.*] Modum ac finem, quatenus dolcas.

8. *Lacrymas temperat ore tuas.*] Hoc est, consolando & dicendo moderatur ac lenit. Estque hæc conclusio expolitionis, à qua ad narrationem, sive querelam transit Poëta.

9. *Quamvis hic contigit, omnes Alterius luctu.*] Scribe.

Hei mihi! quam facile est (quamvis hic contigit omnes)

Alterius luctu fortia verba loqui!

quatenus hic luctus omnes contingit. Videtur ex parte veram lectionem in Varis Ruzgerius & Behouus in Apophoræ. Heinisus. *Quamvis hic contigit omnes.*] Ut sit sensus: Facile est, in alterius luctu fortia verba loqui, quatenus hic luctus non alterius, hoc est, privati aliquis sit, sed æque ad omnes pertinet.

10. *Alterius luctu.*] Notum est illud Terent. Andr. 2. 1. *Facile omnes, cum volumus, &c.* Quod ex Plaut. Epid. 1. 2. v. 43.

Facile tibi facis sua pericula & cura, cum

illius

Facilem apud ego vestros & milia dabo, quæque cupis.

Similiter & Quæst. Hæc. Mercur. 5. v. 1249.

Idem huiusmodi &c. cupis, &c.

Ex in Alcest. 1. v. 1249. *Idem huiusmodi &c. cupis, &c.* Hic addimus Joseph. Scaligeri editionem.

in

Scilicet exiguo percussa es fulminis ictu;
 Fortior ut possis cladibus esse tuis.
 Occidit exemplum juvenis venerabile morum:
 Maximus ille armis, maximus ille togâ.
 Ille modo eripuit latebrosas hostibus Alpes,
 Et titulum belli dux duce fratre tulit.
 Ille genus Suevos acre, indomitosque Sicambros
 Contudit, inque fugam barbara terga dedit:
 Ignotumque tibi meruit, Romane, triumphum;
 Protulit in terras imperiumque novas.
 Solvere vota Jovi, fatorum ignara tuorum
 Mater, & armiferæ solvere vota Deæ,
 Gradivumque patrem donis implere parabas;
 Et quoscunque colis jusque piumpque Deos.

15

20

Ma-

in hume locum. *Hanc sententiam prius extulit Æschylus Prometh. ἱλαρὸν, ὅτις πρᾶτον ἔξω πόδα — ἔχει, παραπύρ, καθέτιν τὰς καλὰς πράσσοντας.* Dio historicus. *ὅτι ῥᾶν παραπύσαι ἰτίμει ἴσιν, ἢ αὐτὸν παθόντα κατεγύσαι, πάλυ καλὰς εἰρηνας.* Fortia verba. Quis jubeant, animo forti ac firmo esse dolentem.

11. *Scilicet exiguo percussa.*] Quasi dicit: Haud quaquam ita parvam ac commendandam cladem accepisti, ut dolori resistere, ac forti animo esse possis: nam occidit juvenis ille, qui exemplum morum ac vitæ ceteris esse poterat, &c.

13. *Exemplum venerabile morum.*] Sic & Patrecubus: *Morum certe dulcedo ac suavitas, & adversus amicos æqua ac par sui æstimationis, inimitabilis fuisse dicitur.*

14. *Maximus ille armis, maximus ille toga.*] Hoc est, bello ac pace inclutus.

15. *Ille modo eripuit latebrosas.*] Bello Rhetico scilicet, de quo Patrecubus: *Reversum inde Nervum inquit, Cæsar hanc mediocri belli molem asperiri statuit, adiutore operis dato fratre ipsius Druso Claudio.*

16. *Et titulum belli dux duce-fratre tulit.*] Hoc est: dux Rhetici belli appellatus fuit, quodquam fratrem haberet do-

cem. Additus enim in partem operis Tiberio fratri fuit.

7. *Ille genus Suevos acre.*] Suevi Germaniz populus; qui illo tamen tempore ad Albina habitavit, ea loca tenens, quæ hodie Marchiz & Pomeraniz nomine vocantur. *Indomitosque Sicambros.*] Hi olim ad Rhenum habitabant, iis locis, quæ hodie Geldri tenent. Postea Augustus eos in deditionem acceptos, in Galliam traduxit. ut Suetonius auctor est.

19. *Ignotumque tibi meruit Romane triumphum.*] Hoc est, de gentibus hæcenus tibi ignotis.

20. *Protulit in terras imperiumque novas.*] Hoc est, Romanum imperium propagavit, terrasque novas, id est, hæcenus ignotas Romanis, eidem subjecit. Quanquam (ut Florus est) lib. 4. difficilius est provincias obtinere, quam facere: Viribus parantur, jure retinentur.

22. *Armiferæ deæ.*] Palladi.

23. *Gradivumque patrem.*] Qui maris pater, maris pater dicitur: Homero ἀλλοτρώειν.

24. *Et quoscunque colis jusque piumpque deos.*] Tollendum est ex fide præscriptum editionum. *Hæuf.* Et quoscunque colis jusque piumpque deos.]

Hoc

Maternâque sacros agitabas mente triumphos; 25
 Forſitan & curæ jam tibi currus erat.
 Funera pro ſacris tibi ſunt ducenda triumphis,
 Et tumulus Druſum pro Jovis arce manet.
 Fingebas reducem; præceptaque mente fovebas
 Gaudia; & ante oculos jam tibi victor erat. 30
 Jam veniet: jam me gratantem turba videbit:
 Jam mihi pro Druſo dona ferenda meo.
 Obvia progrediar, felixque per oppida dicar;
 Collaque & hos oculos illius ore premam.
 Talis erit: ſic occurret: ſic oſcula junget: 35
 Hoc mihi narrabit: ſic prior ipſa loquar.
 Gaudia vana foves: ſpem pone, miſerrima, falſam.
 Define de Druſo læta referre tuo.
 Cæſaris illud opus, voti pars altera veſtri,
 Occidit. indignas, Livia, ſolve comas. 40

Quid

Hoc eſt, ceteroſque deos legitimis ac patrios.

25. *Maternâque agitabas mente triumphos.*] Id eſt, affectu materno præcipuas animo triumphos filii.

27. *Funera ducenda.*] Pro producenda. *Æneid.* 9.

— nocte, ſua funera, mater — *Prodromi.*

28. *Jovis arce.*] Capitolio. Quod Cicerone illustrat *Catilin.* 1. in peroratione.

Tam tu, Jupiter, qui iſeſem, quibus hac urbs, auſpiciis à Romulo eſt conſtitutus; quem ſtatorum hujus urbis atque imperii verè nominamus. &c. & alibi.

31. *Gratantem.*] Id eſt, gratulantem. Alias idem verbum ſignificat diis agere gratias, & ſupplicare. *Gratantem.*] Gratulari & gratari promiſcuè uſurpatum reperimus. *Liv.* *Templum gratantes evan- teſque adire.* *Cic.* ad *Brutum* x1. ep. 18. *Sed tamen necit gratulatione, quam tuo nomine ad omnia Deorum templa fecimus.*

34. *Collaque & os oculosque.*] Libri ſcripti cum præcis editionibus partim *osque oculosque* partim *os oculos* ut fortaliſſimum legendum ſit, *hos oculos*, vel, *hoc*

oculos illius ore premam. hoc meo ore premam illius oculos. *Heinfius.*

35. *Talis erit: ſic occurret, &c.*] *Plé- thore* ab effuſione geſtum reducis filii. *Sunt autem verba matris, ſecum ſpe & gaudio ita loquentis.*

37. *Gaudia magnas foveat.*] Vana omnino legendum quod notat ex libris *Beſmannus.* nec aliter poſtrema *Aldi.* *Heinfius.* *Gaudia vana foveat.*] Ex perſona Poë- tæ, qui monet *Liviam* ne nimium ſpe falſa ducatur: quando *Druſus*, quem ipſa tantopere expectat, roſtinatus non ſit. *Gaudia vana foveat.*] *Rodi* ad *Ep.* 4. v. 15.

39. *Cæſaris illud opus.*] Hoc eſt, *Drus- ſus*, qui *Cæſaris* opera ad id ſatiſtigium venerat, ut eſſet veluti altera quædam pars familiæ *Cæſaris* ac *Liviæ.* Nam & adoptatus à *Cæſare* fuit, & ſuccoſſor ipſi deſtinatus, ut *Suetonius* ait. *Voti pars altera veſtri.*] *Lege*, *voti pars altera veſtri.* *Ovidius* lib. v. *Faſtor.*

En ego dimidium veſtri paſſusque altera voti. ſic idem *Drusius*, *duplicitis pars altera par- tis* non ſemel infra vocabatur. *Heinfius.*

42. *Viri.*]

Quid tibi nunc mores profunt, actumque pudicē

Omne ævum, & tanto tam placuisse viro?

Quidque pudicitia tantum inviolata bonorum,

Ultima sit laudes inter ut illa tuas?

Quid tenuisse animum contra sua sæcula rectum; 45

Altius & vitiiis exseruisse caput?

Nec nocuisse ulli, & fortunam habuisse nocendi?

Nec quemquam nervos extimuisse tuos?

Nec vires errasse tuas Campoque Foroque;

Quam

42. *Viro.*] Scilicet Augusto.

43. *Quidque pudicitia tantum inviolata bonorum.*] Locus contaminatissimus, cui utcumque confuleretur, si *meruisse* pro *inviolata* reponas, quod ex veteri libro Berimanus notat. Sed cum nostri omnes pro vulgata lectione stent, Berimano nihil temere hic deferam. Muræus notat in libro suo corrigendum, *Cumque pudicitia*. Sed ne sic quidem sensus constabit. Cogitabam aliquando,

Quidque pudicitia tantum commulare bonorum.

certe tale quid voluit auctor. *Heinsius.* *Quidque pudicitia tantum.*] Locus dubius, & ut nunc legitur, non ita facile explicandus. Nam sive nominativo casu accipias nomen *Pudicitia* (cui tamen repugnat quantitas) sive ablativo positum, sententia atque ordo verborum non satis constabunt. Proinde dubito, an pro voce *Inviolata* verbum aliquod infinitivum, quale fuerit *Meruisse*, quæsisse, cumjulasse aut simile reponi debeat. ut sit sensus: Quid tibi nunc prodest, tot ac tantos honores per pudicitiam quæsisisse, ut si illi cum hac confectantur, hæc, quamquam alias præcipuum ac primam laudem meretur, inter illos tamen ultima videri queat.

45. *Contra sua sæcula rectum.*] Contra mores ejus sæculi corruptos ac pravos. Neque enim ullum sceleris genus est quod illo sæculo non fuerit perpetratum, quando omne in præcipui vitium fecit, ut Juvenalis ait.

46. *Altius & vitiiis exseruisse.*] Epexegetis: idem enim dicit, illam scilicet superiorem viriis fuisse, hoc est, à viriis invictam, eaque velut ex alto despersisse.

47. *Fortunam habuisse nocendi.*] Hoc est, facultatem. Et hoc ad amplificationem virtutis attinet. Multis enim voluntas lædendi non deest: sed quia facultatem non habent, abstinent.

48. *Nec quemquam nervos.*] Nervos, vires dicit, sive potentiam. Laudat clementiam illius: ut quæ in magna potentia ita se gesserit, ut potentiam ejus nemo metuerit.

49. *Nec vires errasse tuas.*] Bella viri, pacemque gerant, quæis bella gerenda. Virgil. 7. Quod ex Homer. Iliad. v.

— πύλαμ' δ' ἀνδραυτι μάχῃσι.

Quod & nosse in Metam. 12. *Bellæ lingue viris.* Sophocli. fab. 2.

Μάχῃ γὰρ ἀνδρὶ, μὴ γυνὴ βουλευέτω.

Sic & Telemachus matri, Odyss. φ. 351.

— ἀμφιπλόισι κίλευ

Ἐργῶν ἰποίχοσθαι. τόξον δ' ἀνδραυτι μάχῃσι

Πᾶσι, μέλιστα δ' ἰμοί. τῷ γὰρ κρᾶτ' ἔσ' ἐνὶ οἴκῳ.

Eosdem vers. etiam invenies Odyss. α. 356. Et Apollon. in Argonaut. ι. 303.

Ἀλλὰ σὺ μὲν γυν αὖθι μετ' ἀνδραυτι κίλευ

Μίμνε δ' ἰμοί,

Ἐπειτα γυναικὶς νότον μίμνεσθαι ἀνδραυτι κίλευ.

Non

Quamque libet citra constituisse domum? 50
Nempe per hos etiam Fortunæ injuria mores

Regnat; & incertâ est hîc quoque nixa rotâ.
Hic quoque sentitur: ne quid non improba carpat,

Sævitur; & injustum jus sibi ubique facit.
Scilicet immunis si luctûs una fuisset 55

Livia; Fortunæ regna minora forent?
Quid si non habitu sic se gessisset in omni;

Ut sua non essent invidiosa bona?
Cæsaris adde domum. quæ certe funeris expers
Debuit humanis altior esse malis. 60

Ille vigil, summâ facer ille locatus in arce,
Res hominum ex tuto cernere dignus erat.
Nec fleri ipse suis, nec quenquam flere suorum;

Nec, quæ nos patimur vulgus, & ipse pati.
Vidimus creptâ moerentem stirpe sororis. 65

LIVIA

Nec talam spectat vir generosus opem.
Ne vires errasse tuas campos.] Neque
pro potentia tua suffragia in comitiis,
quæ in campo Martio fiebant, contem-
pisse, neque in foro judicia.

50. *Quamque libet citra constituisse do-*
nam.] Puto continuisse legendum. conti-
nuisse te vires tuas citra quancunque
domum. Heinſius.

51. *Nempe per has citius.*] Nam & per
mulieres, inquit, exeret fortuna vim
suam aliquando, multosque sepe injuste
evertit: quod postea sub Claudio & Ne-
rone factum, quorum alterius uxor Me-
salina cognitionibus principis adesse so-
lebat, multosque interveni suo indigne
pervertit; alterius autem mater Agrip-
pina, etiam ipsa Claudii uxor, suggestum
conscendebat, legationesque audiebat.
mox totam filii vitam & imperium gu-
bernabat: id quod ex Taciti libris. 11.
& 12. patet.

52. *Et incertâ est hic quoque nixa rotâ.*]
Etiam hic instabilis & inconstans esse
solet, instar rotæ volubilis.

53. *Hic quoque sentitur.*] Scilicet for-
tuna. *Ne quid non improba carpat.*] Id est

ut quovis loco, & per omnem sexum
vim ac potestatem suam exerceat. *Im-*
proba.] Instabilis. *Carpat.*] Deripiat,
invadat, vel ludeat. *Ne quid non improba*
carpat.] Puto non quid: Heinſius.

54. *Et injustum jus sibi ubique facit.*]
Exponit enim fortuna non tam in
omnes quam in Liviam sarracine. Quare
religione libens, iniqua facit. Similis
erit infans quoque commissa verſ. 371.
Idem

57. *Quid si non habitu sic se gessisset.*]
Argumentum autem videtur, ut Fabius
voce. Tota est & quarto stucibus. *Idem* :
Quid si non arot aliena, dumque ignem
poterit. Heinſius.] Moribus, ut tota vim

60. *Delictis humanis abire uſa malis.*]
Et hoc puerperæ manifestum: *Quid si*
quam tanti fœore Romani, ne diſcos
honores etiam vivo decernimus: v.

61. *Sacer ille locus in ara.*] *Idem* :
prius plutiones cum manibus co-
luerat. Heinſius.

65. *Vidimus creptâ.*] *Idem* : *Idem* :
reriorum, cum enumeratione eadem cla-
dium, quæ Cæsari in hîc ipse ante
mortem Drusi accidit. *Quamquam*
causa

Luctus, ut in Druso, publicus ille fuit.
 Condidit Agrippam, quo te, Marcelle, sepulcro:
 Et cepit generos jam locus ille duos.
 Vix posito Agrippâ tumuli bene janua clausa est:
 Perficit officium funeris, ecce, soror. 70
 Ecce, ter ante datis jactura novissima Drusus
 A magno lacrymas Cæsare quartus habet.
 Claudite jam, Parcæ, nimium referata sepulcra;
 Claudite: plus justo jam domus ista patet.
 Cedis, & incassum tua nomina, Druse, levantur. 75
 Ultima sit fati hæc summa querela tui.
 Iste potest implere dolor vel sæcula tota,
 Et magni luctûs obtinuisse locum.

Mul-

enim, inquit, Cæsar expers omnis luctus esse debebat, vidimus tamen morientem illum, quando scilicet sororis ipsius filius Marcellus fato ereptus fuit: qui luctus non minus magnus ac publicus fuit, quam hic ob Drusi mortem susceptus. Fuit autem Marcellus Octaviæ sororis Augusti filius, ex C. Marcello priore marito: nam postea eadem etiam M. Antonio nupsit. De hoc & Virg. meminit. 6. *Æneid.*

67. *Condidit Agrippam.*] Hic gener Augusti fuit ex Julia, ob virtutem ab illo affectus: Nam & dux navali bello contra Sextum Pompejum, & mox apud Actium contra Antonium fuit: ubi ita bene rem gessit, ut corona navali ab eodem Augusto donaretur. cuius rei & Virgil meminit libro octavo *Æneid.* *Parte alia ventis, & diis Agrippa secundis Ardamus &c.* Decessit autem superstitre Augusto, relictis filiis ex Julia, Cajo, Lucio, & Agrippa: filiabus autem Julia & Agrippina.

68. *Et cepit generos jam locus ille duos.*] Marcellum & Agrippam: utrique enim Julia nupta fuit. ut Suetonius in Augusto. Qui Juliam primum, inquit, Marcello Octaviæ sororis suæ filio, tantumque pueritiam egresso: dein ut is obiit, M. Agrippæ nupsit dedit, exorata sorore,

ut, ut sibi generum cederet.

69. *Vix posito Agrippa, tumuli.*] Hoc est: Vix dum mortuus sepultusque fuerat Agrippa, & ecce tentius luctus, tertiusque funus accessit, Octaviæ sororis scilicet. hæc enim non ita longe post Agrippam decessit, cum Drusus jam in Germania bellum gereret: *Agrippa posito, hoc est, sepulto. Tumuli janua.*] Sic enim veterum monumenta & sepulchra ædificabatur, ut haberent januam, reatum, & interiorem cellam, ubi corpora, aut etiam cineres deponerentur.

70. *Perficit officium.*] Percipit Lipsius ad Consolationem Senecæ ad Marciam. *Hansf. Officium funeris.*] Redi ad Ep. 6. *Pl. 17.*

71. *Ecce ter ante datis.*] Scilicet lachrymis: primo Marcello, mox Agrippæ, ultimo sorori Octaviæ. *Jactura novissima Drusus:* Drusus, cuius jactura, sive mors, post tres superiores ultimo loco secuta est.

74. *Domus ista.*] Sepulchrum, monumentum Cæsaris.

75. *Cedis, & incassum tua nomina Druse.*] Hoc est: Moreris, neque tibi quicquam profuit magnifica tua nomina, & tituli.

76. *Ultima sit fati hæc summa.*] Euntinâ. pro, Atque utinam hæc querela, licet

Multi in te amissi: nec, cui tot turba bonorum;

Omnis cui virtus contigit, unus eras.

Nec genitrice tuâ fecundior ulla parentum:

Tot bona per partus quæ dedit una duos.

Heu! par illud ubi est, totidem virtutibus æquum?

Et concors pietas, nec dubitatus amor?

Vidimus attonitum fraternâ morte Neronem

Squalida promissâ flere per ora comâ,

Diffimilemque sui vultu proficiente dolorem.

Hei mihi, quam toto luctus in ore fuit?

Tu tamen extremo moriturum tempore fratrem

Vidisti: lacrymas vidit & ille tuas.

Affigique suis moriens tua pectora sensit,

Et tenuit vultu lumina fixa tuo:

Lumina cæruleâ jam jamque natantia morte,

83

85

90

Lu-

licet alias summa atque gravissima, de fato, siue morte tua, ultima sit, neque amplius conqueratur.

79. *Nec tu tot turba bonorum.*] Optime avunculus meus Joannes Rugerfius in Variis Lectionibus, nec cui tot turba bonorum, atque ita tres scripti, cum veterima editione. minus bene Scaliger, nam cui tot turba bonorum, Heins.

81. *Nec genitrice tua.*] Livia.

82. *Partus duos.*] Te Drusum, & fratrem Tiberium.

85. *Neronem.*] Tiberium. Cognomen enim Nero dicebatur, à patre Nerone, cui Livia nupta fuit, antequam ab Augusto duceretur.

86. *Pallida promissa.*] Malim *Squalida ora.* & sequenti versu proficiente colorem. vel prodente. Noster infra,

At comitum squalent immixtis ora capilli.

Pont. l. iiii. El. iv.

Squalidus immixtis frastra sub arundine crines

Rhenus.

Trist. l. i. Eleg. iiii.

Squalidus immixtis hirta per ora comi. libro iv. Eleg. ii.

Squalida promissis qui tegit ora coma. Fastorum iiii.

Squalenti Dido sanguinolenta coma.

Heins. *Promissa coma.*] Id enim lugentium erat, promittere barbam ac comam, ac sordidatos incedere, & squalidos.

87. *Diffimilem sui.*] Squalidum ac tristem, cum ipse alias formosus ac pulcher videri soleat.

88. *Quam toto luctus in ore fuit.*] In ore omnino scribendum cum Rugerfio. Heinsius.

91. *Affigique.*] Malim *Affigique.* quia fixa lumina sequitur. Idem.

92. *Et tenuit vultu lumina fixa tuo.*] Te asperit coram immoto vultu. *Tenuit lumina fixa.*] Virgil. 2. *Æneid.* — *intestique ora tendebant.* Ubi Servius, *immobiles vultus habebant:* ut, *Tenuitque inibiens tria Cerberus ora.* Eam. in lacert. Ora tenens rebus.

93. *Lumina cærulea.*] Coerulea nigrem, pœo nigra dixit. *Natantia lumina.*] Fluctuantia & moribunda. *Natantia lumina morte.*] Errantia. ut Virg. 4. *Æneid.* Item oculi graves. Quod Noster in Metam. 4. v. 144. quoque exprimitur. —

101

Lumina fraternas jam subitura manus.

At miseranda parens suprema neque oscula fixit, 95

Frigida nec fovit membra tremente sinu.

Non animam apposito fugientem excepit hiatu;

Nec traxit cæsas per tua membra comas.

Raptus es absenti, dum te fera bella morantur,

Uti-

los jam morte gravatos Pyramus erexit. Osculos semineces, infra vl. 493.

94. Fraternas jam subitura manus.] Id est, jam claudenda fratris manibus. Solebant enim hoc officium præstare morientibus propinquiore.

95. Suprema neque oscula fixit.] Fregit duæ editiones ex vetustioribus. Forre legit. ut de Hecuba Met. xiiii.

Osculaque ore legit, consuetaque pectora plangit.

sic enim veteres nonnulli libri exaratum illic exhibent. *sumpsit* tamen hic codex unus. alii tres, *figit*. an *figit*? ut Met. iv. de Thisbe, *gelidis in vultibus oscula figens*. sed *figere oscula* usitatum. nec loco movendum. *Heins.*

96. Frigida nec movit membra tremente sinu.] Ne dubita *fovit* reponere vel contra libros. quod & Liptio in Epistolâ Quæstionibus probabatur. Tibullus libro i. Eleg. viii.

Ut foveat molli frigida membra sinu.

& apud Maronem Æn. iv. de Anna, *Semaninemque sinu germaniam complexa fovebat*. Idem.

97. Apposito hiatu.] Hoc est, ore. Nam & hoc solebant matres excipere spiritum morientis ore, atque inspiare denuo, ad prorogandam scilicet vitam. *Excepit animam fugientem*.] Sic Anna. 4. Æncid. -- *extremus si quis super halitus errat*. — Ore legam. item infra vl. 158.

98. Nec traxis cacas per tua membra comas.] *Scltas comas* corrige. atque ita idem Liptius. Ovidius Met. iii.

Naidas & scltas fratri imposuere capillos.

Statius Theb. vi.

Mastrumque super libamina sclta co-

marum.

ita scribe, cum vetus liber Tiliobrigæ scripta exhibeat. Idem. Statius lib. xii.

Casariam ferro minuit, scclisque jacentis

Obnubis tenuia ora comis.

Martialis lib. ii. Ep. lxxvi:

Hoc facinus Lalage speculo, quo videras, ulta est,

Caditur & sccltis ista, Plecusa comis sic emendo. *Et cecidit sccltis inconcinne illic* nunc legitur. Propertii enim illa cogitabat, libro iv. Eleg. vii.

Caditur & Lalage totius suspensa capillis Val. Flaccus lib. ii.

Huic dea cum lacrymis & nota vestis Neera,

Sclta genas: Utinam non hic tibi nuncius essem

O soror!

sic corrigo. Vulgo *perperam ista genas*. Unde *Pistia* & *Fistia* faciunt. Epist. Oenones,

Et secui madidas ungue rigente genas.

Hoc tamen loco fortasse *casas comas* legi sit satius, ut Mediceus liber agnoscat. *Heins.* *Casas comas*.] Redi ad Epist. ii. vl. 116. Quibus addimus ex Eurip. Alcest. vl. 425.

Πᾶσι δὲ θεσσαλοῖσιν, ὡν ἰγὰ καλῶ,

Πᾶσι δὲ γυναῖκες τῆς δα κοινῆς βασι-

ζως,

*Κυρὰ ἑυρηκαί, καὶ μελαμπύπλω σὺ-
λῃ.*

Et deinde,

— μοι ἀμπικας

*Πῶλος σιδῆρος τέμνει δαυχίαν φό-
βον.*

69. Dum te fera bella morantur.] Retinent, in Germania videlicet.

666 100. Uti-

Utilior patriæ, quam tibi, Druse, tuæ. 100
 Liquitur: ut quondam, Zephyris & solibus ictæ
 Solvuntur teneræ, vere tepente, nives.
 Te queritur, casusque malos, irrisaque tales, *
 Accusatque annos, ut diuturna, suos.
 Talis in umbrosis, mitis nunc denique, silvis 105
 Deflet Threïcium Daulias ales Ityn:
 Halcyonum tales ventosa per æquora questus
 Ad surdas tenui voce sonantur aquas.
 Sic plumosa novis plangentes pectora pennis
 Oeniden subitæ concinuistis aves. 110
 Sic flevit Clymene: sic & Clymeneïdes, alte

Cum

100. *Utilior patriæ.*] Dum pro imperio propagando bellum geris, teque ipsum interea, & salutem tuam negligis.

101. *Liquitur.*] Scilicet mater: id est, moerore ac luctu resolvitur. *Solibus ictæ.*] Solaribus radiis percussæ & liquefactæ. *Liquitur ut nives.*] Contabescit. *καταρραπτῆς* Eurip. *Alcest.* M. 622. Redi ad *Amor.* I. v. 58. *Eleg.* 7.

103. *Irrisæque tales.*] Hæc etiam forde corrupta sunt. *Combianus* liber, quod interpolatricem manum sapit,

Te queritur, casusque etiam derisa malignos.

106. *Daulias ales.*] Nota autem est fabula de Tereo & Philomela, quomodo hæc ab illo vi compressa fuerit, lingua etiam abscissa, ne facinus hoc eloqui posset: & rursus quo pacto sorores Philomela & Progne se ultæ fuerint, occiso Ity filio, Tereoque patri epularum vice appposito. Lusciniæ igitur querulo suo cantu adhuc lugere satum Ityos, sustinent poëtæ, quem hic Threïcium vocat, quia Tereus Thrax fuit. *Dauliaden* autem Philomelam sive quis Prognem intelligere maluerit, ab eo dicit, quod Daulide habitavit Tereus. *Mitis nunc denique.*] Quasi quæ tum immitis fuerit, cum Ityum interfecere mater & matertera. Aut si per *Daulida* intelligas Prognem, quæ sit in hîrundinem verba,

mitis dicitur, quia nunc cum hominibus conversetur, & sub tectis eîdem habitet.

107. *Halcyonum tales.*] Halcyone & Ceyx conjuges fuere, quorum cum alter naufragio periisset, altera quoque in mare se præcipitavit. Quorum dii miseri, ambos in aves convertere, quas halcyones Græci vocant, Latini alcedines. Hæc circa brumam fortificant in mari, per quos dies ipsum mare tranquillissimum esse solet: unde iidem etiam *Alcedonia* vocantur. *Metam.* II. M. 410.

109. *Sic plumosa novis.*] Diomedes aves intelligit, in quas socii Diomedis conversi dicuntur, cum ille in insula, quæ ab eodem *Diomedea* appellata est, subito disparuisset. Hæc nusquam alibi, quam in sola hac insula cernuntur, circa sepulchrum & delubrum Diomedis, fularum similes. Advenas barbaros infestant: Græcis tantum adulantur miro sensu, veluti generi Diomedis hoc tribuentes.

110. *Oeniden.*] Diomedem, filium Tydei, Oenei nepotem. Fuit enim Tydeus, Oenei filius, frater Meleagri.

111. *Sic & Clymeneïdes alæ.*] *Alæ* Rutgerius. *alte* libri scripti. *distigue,* — sic & *Clymeneïdes, alte*

Cum juvenis patriis excidis ictis opus.

Martialis lib. XII. ep. XXIX.

Cæsa-

Cum juvenis patriis excidit ictus equis.
 Congelat interdum lacrymas, duratque, tenetque,
 Suspensaque oculus fortior intus agit.
 Erumpunt, iterumq; gravant gremiumque sinusq; 115
 Effusæ gravidis uberibusque genis.
 In vires abiit flendi mora. plenior unda
 Defluit, exigua si qua retenta morâ.
 Tandem ubi per lacrymas licuit, sic flebilis orsa est,
 Singultu medios impediante sonos. 120
 Nate, brevis fructus, duplicis fors altera partus,
 Gloria confectæ, nate, parentis, ubi es?
 Sed neque jam duplicis neque jam fors altera partus,
 Gloria confectæ nunc quoque matris, ubi es?
 Heu! modo tantus ubi es? tumulto portaris & igni. 125
 Hæc sunt in reditus donia paranda tuos?
 Siccine dignus eras oculis occurrere matris?
 Sic ego te reducem digna videre fui?
 Cæsaris Uxori si talia dicere fas est;
 Jam dubito, magnos an rear esse Deos. 130
 Nam quid ego admisi? quæ non ego numina cultu,
 • Quos ego non potui demeruisse Deos?

Hic

Casuras alte sic rapit Iris aquas.
 Seneca Hercule furente Aët. primo ex veteri codice, *Alte virtus animosa cadit*. nam *Altò* nunc vulgatur. Hercule OEtzo, *Alte illa cecidit, qua viro caret Hercule*. noster infra, ut est in antiquis libris, *Imposuit te alte Fortuna*.

& postea,

Nata quod es alte. Heinſius.

Sic fleuit Clymene. Mater Phæthontis, ob casum filii scilicet, cum fulmine a Jove prostratus, in Eridanum decidisset. *Sic & Clymenides.* Sorores Phæthontis, quæ cum fratrem diutius & gravius lugerent, tandem in arbores conversæ sunt, quas alii populos volunt esse, alii alnos.

112. *Cum juvenis patriis excidit ictus equis.* Hoc est, cum solis, quem re-

gendum sibi sumplerat.

114. *Suspensaque oculis fortior intus agit.* Lege,

Suspensaque oculus fortior intus agit. vidit ex parte veram lectionem Rutgersius. Heinſius.

117. *In vires abiit flendi mora.* Hoc est Quo diutius opprimuntur lacrymæ; eo copiosiores mox erumpunt, quasi per moram collectis viribus. *Plenior unda defluit, &c.* Uraqua, inquit, quæ retinetur, aut obturatur, majore mox impetu defluit: ita & lacrymæ per tempus retentæ.

122. *Gloria confectæ, nate, parentis.* *Confectæ*, scilicet mortuæ: æ veteres editiones *conpositæ*. Heinſius.

125. *Tumulto portaris, & igni.* Hoc est ad tumultum & rogam.

126. *Hæc dona.* Rogus & tumultus.

Cc 2

133. Ar

Hic pietatis honos? artus amplector inanes.

Et vorat hos ipsos flamma rogusque sinus.

Tene ego sustineo positum scelerata videre? 135

Tene meæ poterunt ungere, nate, manus?

Nunc ego te infelix summum teneoque tuorque?

Effingoque manus? oraque ad ora fero?

Nunc primum adspiceris consul victorque parenti?

Sic mihi, sic miseræ nomina tanta refers? 140

Quos primum vidi fasces, in funere vidi;

Et vidi everfos, indiciumque mali.

Quis credat? matri lux hæc mœstissima venit.

Qua natum in summo vidit honore suum.

Jamne ego non felix? jam pars mihi rapta Neronum,

Materni celebrer nomine Drusus avi?

Jamne meus non est, nec me facit ille parentem?

Jamne fui Drusi mater? & ipse fuit?

Nec

133. *Artus amplector inanes.*] Vita cæcæ, mortuos.

134. *Et vorat hos ipsos flamma rogusque sinus.*] Evocat libri veteres. Comburius præterea sinus pro suis. Rutgerius suis. Parvo negotio corrigendum,

Et vorat hos ipsos flamma rogusque sinus. Prudentius *propi sepulcr.* Passione Sancti Hippolyti,

Sit pyra qua multos devorat ama roas. & Passione Sancti Romani,

Ignis parandus jam tibi tristis regi,

Qui sine digno corpus istud devoret.

sic edere flamma dicebatur pro urere. vide notas ad Eleg. ult. lib. 1. Amor. v. 41. Heinsius.

136. *Ungere matæ manus.*] Solebant enim corpora defunctorum, antequam cremarentur, lavari & ungi.

138. *Effingoque manus?*] Recte veteres editiones *Effingoque*, ut jam monimus ad Epistolam xx. v. 134. Heinf.

141. *Quos primum vidi fasces.*] Quos probe Comburius liber & vetus editio, ut & Pichorus. Quam Rutgerius. *Idem.* *Quos primum vidi fasces.*] Hoc est, infi-

gnia consulatus tui, quo significat, absentem nominatum esse consulem.

142. *Et vidi everfos.*] *Inverfos* Lipsius & ad Catalecta Lindenbrogius. nil temere mutem. Ovidius in mortem Tibulli,

Eos puer Veneris fert everfasque pharetram. Heinsius.

Et vidi everfos.] Solebant enim insignia atque arma defunctorum, in funere inverti. *Indiciumque mali.*] Quæ insignia everfa significabant malum, hoc est, mortem tuam. *Everfos.*] Sic Ter. Heaut. 22. *Everfas cervices.* Virgil. simplici utitur, *Æneid.* 1x.

— & versis *Arceades armis.*

143. *Lux hæc carissima venit.*] Contrarium vulg. poeta. Quare mœstissima legendum cum postrema Aldi. Heinf.

146. *Materni celebrer nomine Drusus avi.*] Nam & matrem genus ex Drusorum familia traxit, primusque pater Livie insertus est Livionum familie, ut Suetonius auctor est in Tiberio. Atque hinc ipsa quoque Livia cognomento Drusilla, à patre scilicet, appellata fuit.

149. Nec

Nec cum victorem referetur adesse Neronem,
 Dicere jam potero, Major, an alter, adest? 150
 Ultima contigimus. jus matris habemus ab uno.
 Unius est munus, quod tamen orba negor.
 Me miseram! extimui, frigusque per ossa cucurrit.
 Nil ego jam possum certa vocare meum.
 Hic meus ecce fuit: jubet hic de fratre vereri. 155
 Omnia jam metuo: fortior ante fui.
 Sospite te saltem moriar, Nero! tu mea condas
 Lumina, & excipias hanc animam ore pio.
 Atque utinam Drusi manus altera & altera fratris
 Formarent oculos comprimerentque meos! 160
 Quod licet, hoc certe tumulo ponemur in uno,
 Druse: neque ad veteres conditus ibis avos.
 Miscebor cinerique cinis, atque ossibus ossa.
 Hanc lucem celeri turbine Parca neat!
 Hæc & plura refert: lacrymæ sua verba sequuntur, 165
 Oraque nequicquam per modo quæsta fluunt.
 Quin etiam corpus matri vix vixque remissum
 Exsequiis caruit, Livia, pæne tuis.
 Quippe ducem arsuris exercitus omnis in armis,
 Inter quæ periit, ponere certus erat. 170
 Abstulit invitis corpus venerabile frater;

Et

149. *Nec cum victorem referatur.*] Re-
 feretur veteres. *Heins.*

150. *Dicere jam potero, major, an al-
 ter, adest.*] Hoc est, Tiberius, an Drusus.
 Fuit enim Tiberius major natu, quam
 Drusus. Victores autem ambo redierant
 ex Rhætiis: alter, Drusus scilicet, etiam
 ex Germanis.

151. *Ultima contigimus.*] Ad extre-
 mum pervenimus. *Jus matris habemus ab
 uno.*] Quod matris nomine vocet, id ab
 uno tantum habeo, Tiberio scilicet.

161. *Quod licet, hoc certe.*] *ô* certe scri-
 bendum videri monimus ad Epistolam
 Penelopes. *Heinsius.*

167. *Quin etiam corpus matri vix vix-*

que remissum.] Parum enim absuit, in-
 quit, quin omnino ne corpus quidem
 filii defuncti visura mater fuerim, exer-
 citu contendente scil. ut illud in Germa-
 nia sepeliretur.

168. *Exsequiis caruit, Livia, pæne suis.*]
Tuis olim legebam. quod Barthio quoque
 in *Adversariis* est probatum. sed nil neces-
 se. ut *suis* sit sibi debitis exequiis. *Heins.*

170. *Inter quæque ruit.*] *Inter* qua pe-
 riit vere legebat Rutgerius, infra,

Ille meus periit, periit arma inter & enses.
 Barthius in *Adversariis*, meruit. *Inter* qua-
 que ruit veteres nonnulli. quod Nauge-
 rius secutus. *Idem.*

171. *Frater.*] Tiberius: qui nuncio
 vale-

Et Drusum patriæ, quod licuitque, dedit.

Funera ducuntur Romana per oppida Drusi;

(Heu facinus!) per quæ victor iturus erat.

Per quæ deletis Rhætorum venerat armis. 175

Hei mihi, quam dispar huic fuit illud iter!

Consul init fractis mœrentem fascibus Urbem.

Quid faceret victus, sic ubi victor init?

Mœsta domus plangore sonat, cui figere lætus

Parta suâ dominus voverat arma manu. 180

Urbs gemit, & vultum miserabilis induit unum,

Gentibus adversis forma sit illa; precor!

Incerti clauduntque domos, strepitantque per urbem;

Hic illic pavidi clamque palamque dolent.

Jura silent, mutæque tacent sine vindice leges: 185

Adspicitur toto purpura nulla foro.

Dique latent templis: neque iniqua ad funera vultus

Præbent: nec poscunt thura ferenda rogo.

Obscuros delubra tenent. pudet ora colentum

Adspicere invidiæ, quam meruere, metu. 190

At-

valetudinis evocatus, raptim occurrerat, corpusque fratris (ut Suetonius addit) pedibus toto itinere prægredines, Romanam usque pervexit.

172. *Et Drusum pruna.*] Prima plerique veteres, nisi quod Combrianus cum duabus vetustis editionibus *patria* eleganter. quomodo Andreas quoque Naugerus nitidissimi vir ingenii, & ad Senecam Lipsius. *Heins.* *Quod licuitque.*] Neque enim Drusum, sed cadaver illius reddidit.

177. *Consuluit fractis.*] Consul init veteres nonnulli probe, id quod jam ab aliis est deprehensum. *Heins.* *Consuluit fractis mœrentem.*] Versus haud dubie corruptus. Lego igitur pro *Consuluit*, *Consul init fractis, etc.*] Ut sit sensus: Is qui tum consul erat, ingreditur urbem consul ac victor, fractis fascibus, & eversis insignibus quibus scilicet casus illius significetur; qualis ergo ingres-

sus, & qua specie, esset, si non victor, sed victus fuisset?

182. *Gentibus adversis.*] Sic lugeant, quod futurum erat, deictis ipsis, & urbibus eorum direptis.

183. *Incerti clauduntque domos.*] Hoc est, promiscue omnes. Claudii etiam solent domus, & tabernacula civitatum, in publico luctu: hominesque passim cursitare, & de rebus, quæ & quales acciderint, percontari.

185. *Jura silent.*] Justitium indicitur, quod irem in publica clade ac luctu fieri solebat. *Sine vindice.*] Sine iudice.

186. *Adspicitur toto purpura nulla foro.*] Ipsi etiam magistratus, qui alias pretextati incedere solebant, mutant vestem.

189. *Obscuros delubra tenent.*] Latet obscuri, neque audent attollere oculos ad preces colentium, conscii invidiæ, quam meruerunt clade hac Drusi.

193. *Quid*

Atque aliquis de plebe pius pro paupere nato
 Sustulerat timidas sidera ad alta manus:
 Jamque precaturus, Quid ego autem credulus, inquit,
 Suscipiam in nullos irrita vota Deos?
 Livia, non illos pro Druso Livia movit. 195
 Nos erimus magno maxima cura Jovi?
 Dixit: & iratus vota infuscepta reliquit;
 Duravitque animum, destituitque preces.
 Obvia turba ruit: lacrymisque rigantibus ora
 Consulis erepti publica damna refert. 200
 Omnibus idem oculi; par est concordia flendi.
 Funeris exsequiis adsumus omnis Eques.
 Omnis adest ætas. mœrent juvenesque senesque;
 Ausoniæ matres, Ausoniæque nurus.
 Auctorisque sui præfertur imagine mœstâ, 205
 Quæ victrix templis debita laurus erat.
 Certat onus lecti generosa subire juvenus:
 Et studet officio sedula colla dare.
 Et voce & lacrymis laudasti, Cæsar, alumnum;
 Tristia cum medius rumperet orsa dolor. 210
 Tu letum optasti, Dis averfantibus omen,

Par

193. *Quid ego jam credulus, inquit.*] Lege cum vetustis libris, *Quid ego autem credulus.* alii, *quid ego am mendoſe*, sed verum proxime. *Heinsius.*

197. *Vota infuscepta reliquit.*] Hoc est: Quæ suscipere, sive vovere constituerat, ea intermisit.

202. *Funeris exequiis adsumus omnis Eques.*] Totus ordo equestris prosequitur funus illius. Prima autem persona utitur, ut se quoque eodem numero complectatur.

205. *Auctorisque sui.*] Drusi, qui illam pepererat. *Mæsta imagine.*] Specie lugubri ac funebri.

206. *Quæ victrix templis debita, &c.*] Nam triumphantes lauream in Capirolio dedicare & suspendere solebant. Memerat autem jam ante ornamenta tri-

umphalia, & jus ovandi, ut Suetonius tradit.

207. *Certat onus lectu.*] Immo lecti cum uno veteri libro & Naugerio. *Heinsius.*

208. *Officio sedula colla dare.*] Officio supremo & exequiali.

209. *Et voce, & lacrymis laudasti Cæsar alumnum.*] Apostrophe ad Augustum, ut qui ipse quoque supremos honores defuncto persolverit, ita pro concione illum laudando, ut deos precaretur, quo similes ei Cæsares suos facerent, sibi que tam honestum quandoque exitum darent, quam illi dedissent, ut ait Suetonius.

210. *Tristia cum medius rumperet orsa dolor.*] Cum lacrymarum intervenientes sermonem coeptum interromperent.

211. *Tu letum optasti, dis averfantibus*

Par tibi: si sinerent te tua fata mori.
 Sed tibi debetur cælum: te fulmine pollens
 Accipiet cupidi regia magna Jovis.
 Quod petit, tulit ille; tibi ut sua facta placerent: 215
 Magnaque laudatus præmia mortis habet.
 Armataque rogum celebrant de more cohortes:
 Et pedes exsequias reddit equesque duci.
 Te clamore vocant iterumque iterumque supremo.
 At vox adversis collibus icta redit. 220
 Ipse pater flavis Tyberinus inhorruit undis:
 Sustulit & medio nubilus amne caput.

Tum

bus, omen, Par tibi.] Legendum & distinguendum aliquando videbatur hoc modo:

Tu lethum optasti, Dis aversantibus omen

Par tibi, si sinerent te tua fata mori.

Agit hoc loco, ut passim, poeta de Augusto, tanquam de Deo. Oportet, inquit, mori, jure dis omen aversantibus, quod & ipsis par foret ac conveniret morituris, si fata te mori sinerent. Vulgata tamen scriptura defendi potest. *Heinf.*

213. *Sed tibi debetur.*] Sed tu mortalis non es, verum immortalis, & cum reliquis coelitis jungendus. Et hoc Poeta in adulationem Augusti addit; cui mox divinos honores Romani decrevere.

215. *Quid petit? vult ille tibi ut.*] *Quod petis libri veteres.* Corrigendum itaque,

Quod petis, tulit ille, tibi ut sua facta placeant.

& sic cum Nangerio codex unus antiquus. *Quod petii, tulit ille* Lipsius Epistolicis Questionibus. minus bene. *Heinf.* *Quid petiit.*] Scilicet Drusus.

216. *Magnaque laudatus præmia mortis habet.*] Hoc est, mortis cælum compensat tua laudatione.

217. *Armataque rogum celebrant.*] Suetonius in Claudio: Caterum inquit, exercitus honorarium ei tumultum excitavit, circa quem deinceps statuto die

quotannis miles decurreret, Galliarumque civitates publice supplicarent. *Armataque rogum cohortes celebrant, ter clamore vocant.*] Virgil. 11. *Æneid.*

Ter circum accensas, cincti fulgentibus armis,

Decurrere rogos; ter maestum funeris ignem

Lustrare in equis, ululansque ore dedere.

Apollon. Argonautic. 4. §1. 1534.

— *ὅκουν ἐλαίσια τάβοντα*

Μυρμηνοί; τρίς δ' ἀμφὶ σὺν ἔντασι δαυδίστας

Ἐν κτερίαν ἰσχυόντα, χυτὰν ἐπὶ γαίαν ἰδόντο.

Et lib. 1. v. 1059.

Τρίς περὶ χαλκίοις διχὰ τεύχεσι δυνάμεις

Τόμω ἐν κτερίαν, ἐκτερίαντο τ' αἰθλαί

Ἡ δέμεις, ἀμπεδίων λαιμόντων.

Quod & alii sunt imitati ex Homeri. Iliad. 7. in funere Patrocli.

218. *Et pedes exsequias.*] Libri veteres *Asi*, præter Combianum, in quo *At*. *Heinf.*

221. *Adhorrui undis.*] Tres libri *adhorruit*, unus *inhorruit*. quod Nangerio ardebat. *Idem.*

222. *Sustulit & medio.*] Et medio præter editiones, cum Nangerio. Et *tulit & medio* Combianus. Lege. *Extulit & medio*. *Idem.*

223. *Mu-*

Tum salice implexum muscoque & arundine crinem
 Cæruleo magnâ legit ab ore manu:
 Uberibusque oculis lacrymarum flumina misit. 225
 Vix capit adjectas alveus altus aquas.
 Jamque rogi flammâs extinguere fluminis ictu,
 Corpus & intactum tollere, certus erat.
 Sustentabat aquas, cursusque inhibebat equorum,
 Ut posset toto proluere amne rogam. 230
 Sed Mavors templo vicinus, & accola Campi
 Tot dixit ficcis verba nec ipse genis.
 Quamquam amnes decet ira; tamen, Tyberine, quiescas:
 Non tibi; non ullis vincere fata datur.
 Iste meus periit: periit arma inter & enses: 235
 Et dux pro patriâ. funere causâ latet.
 Quod potui tribuisse, dedi: victoria parta est.
 Auctor abît operis, sed tamen exstat opus.
 Quondam ego tentavi Clothoquæ, duasque sorores,
 Pol-

223. Muscoque & arundine crinem.]
 Virgil. 8. Æneid.

— cum tenuis glauco velabat amictu
 Carbasi, & crinis umbrosa tegebat
 arundo.

224. Cæruleum magnâ legit ab ore manu.]
 Cæruleo margo editionis Gryphianæ. Lego,

Cæruleo magna tergit ab ore manu.
 sic Cydippes epistola,

Spissaque de nitidis tergit amara comis.
 Heinsius.

227. Fluminis ictu.] Auctu Rutgersius. Ego nil tentem temere, quamquam poteram auctu. Idem. Fluminis ictu.] Immisso flumine. Nam juxta Tyberim cretabatur, in campo Martio.

229. Cursusque inhibebat equorum.] Quid cum equis Tyberino? Unus vetus liber equorum quod ex suis arripuit Naugerius. sed hoc jam præcessit. Locus mendo inquinatus. Heinsius.

231. Sed Mavors templo vicinus.] Mars Gradivus scilicet, cujus templum non longe à Tyberi distabat.

233. Quamquam amnes decet ira.] Al-ludit ad id, quod amnes, cum crescunt & exundant, maxime fremere, & iratis similes videri solent.

234. Non tibi, non ullis.] Nullis veteres libri. Forte, abis, vel, ulli. Heinsius.

235. Iste meus periit.] Quia in bello, & apud exercitum. Perisitque arma inter & enses.] Periit arma inter bene veteres. producit enim ultima syllaba, ut jam alibi non semel monuimus. Heinsius.

236. Et dux pro patria. funere causâ latet.] Hæc corrupta sunt hæud dubie. Scaliger,

Et lux pro patria funere clausa latet. veteres omnes funera. Unus etiam patria. Cogitabam aliquando,

Et lux pro patria lumine clausa latet. vel jacet. Sed hoc agit hic Mavors, ut Drusum sibi vindicaret. quare aliud quid exculpendum. Idem.

238. Auctor abis operis.] Victæ scilicet Germaniæ, quantum ejus inter Rhenum & Albim est. Sed tamen extat opus.] Victoria scilicet, & res gestæ.

Pollice quæ certo pensa severa trahunt, 240
 Ut Remus Iliades, & frater conditor Urbis
 Effugerent aliquâ stagna profunda viâ.
 De tribus una mihi, Partem accipe, quæ datur, inquit,
 Muneris: ex istis, quod petis, alter erit.
 Hic tibi; mox Veneri Cæsar promissus uterque. 245
 Hos debet solos Martia Roma Deos.
 Sic cecinere Deæ: nec tu, Tyberine, repugna,
 Irrite; nec flammæ amne morare tuo.
 Nec juvenis positi supremos destrue honores.
 Vade age, & admissis labere pronus aquis. 250
 Paret: & in longum spatiosas explicat undas;
 Structaque pendenti pumice tecta subit.
 Flamma diu cunctata caput contingere sanctum,
 Erravit posito lenta sub usque toro.

Tan-

240. Pollice quæ certo pensa severa trahunt.] Sappho,

Et data sunt vitæ filia severa mea.

Perpetram igitur vetustæ editiones, in quibus,

Impia quæ certo pollice pensa trahunt.

nisi *Irrida* pensa reponas. Heins. Pollice certo.] Immutabili. Pensa severa.] Quæ non possunt exorari, ut vel breviora vel longiora ducantur. Pensa scilicet.] Redi ad Epist. 15. §L 82.

241. Remus Iliades.] Filius Iliæ, quæ & Rhea Sylvia dicta fuit, ex qua Mars Romulum & Remum procreasse dicitur. Et frater conditor urbis.] Romæ scilicet, quæ à Romulo condita & appellata est. Conditor urbis.] Ennius ann. 1.

Certabant urbem Romanæ Romanæ vocarent.

242. Stagna profunda.] Hoc est mortem, quoniam mortui ad inferos, & stagna Acherontis descendere credentur.

243. De tribus.] Scilicet Pæcis. Partem accipe muneris.] Hoc est, dimidium.

244. Alter eris.] Scilicet Romulus.

245. Hic tibi.] Scilicet conceditur: sive donatur, ut inter deos referatur,

Cæsar promissus uterque.] Julius & Augustus. nam & ii inter deos habiti, cultique à Romanis fuerunt.

248. Nec tu Tyberine repugna Irrita.] Irrita legendum, ut ex suis jam notavit Nagerius. Heinsius.

249. Nec parvæ positi.] Drusi in rogo jam collocati.

250. Admissis aquis.] Immissis veteres omnes, nec damno, atque ita ex suis Nagerius. Heinsius.

254. Erravit.] Vagata est circa vel infra torum, ita ut ipsum non accenderet. Lenta sub usque toro.] Veteres sibi usque. Lege subique cum Lipsio Epistoliciæ Questionibus.

Flamma diu cunctata caput contingere sanctum

Erravit, posito lenta subique toro.

nisi malis lenta subisse. sic lentus sedore Tibullo libro 1. El. x. quod perpetram mutant. Heins.

255. Sylvas.] Materiam, sive ea quæ superimposita erant. illæ enim Græcis materiam significat, & sylvam. *Alum-tagne sumpta.*] Virgil. 1. Æneid.

Suscipiens ignem foliis, æque arida circum

Na-

Tandem ubi complexa est filvas, alimenta^que sumfit,
 Æthera subjectis lambit & astra comis.
 Qualis in Herculeæ colluxit collibus OEtæ,
 Cum sunt imposito membra cremata Deo.
 Uritur heu decor ille viri, generosa^que forma,
 Et faciles vultus; uritur ille vigor! 260
 Victrices^que manus, facunda^que principis ora,
 Pectora^que ingenii magna capax^que domus!
 Spes quoque multorum flammis uruntur in isdem.
 Iste rogos miseræ viscera matris habet.
 Facta ducis vivent, operosa^que gloria rerum. 265
 Hæc manet: hæc avidos effugit una rogos.
 Pars erit historiæ, totoque legetur in ævo:
 Seque opus ingeniis carminibus^que dabit.
 Stabis & in rostris tituli speciosus honore;
 Causa^que dicemur nos tibi, Druse, necis. 270
 At tibi jus veniæ superest, Germania, nullum.
 Postmodo tu pœnas, barbare, morte dabis.
 Adspiciam Regum liventia colla catenis;
 Duraque per sævas vincula nexa manus:
 Et tandem trepidus vultus: inque illa ferocum 275
 Invitis lacrymas decidere ora genis.
 Spiritus ille minax, & Drusi morte superbus,
 Carnifici in mœsto carcere dandus erit.
 Consistam, lætis^que oculis, lentus^que videbo

Str-

*Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite
 flammam.*

256. *Æthera subjectis lambit & astra
 comis.*] Hyperbole: pro, In altum ascendit,
 supra ipsum rogam.

260. *Et facilis vultus.*] Faciles vetustæ
 editiones. Heinsius.

268. *Seque opus ingeniis, &c.*] Hoc est:
 Materiam & argumentum etiam poëtis
 dabit, ubi ingenia sua exerceant.

269. *Stabis & in rostris.*] Hoc est: Sta-
 tua tibi collocabitur pro rostris, aut in
 foro, cum specioso & honorifico titulo
 rerum gestarum, id quod olim bene me-

ritis de republica fieri solebat.

270. *Causa^que dicemur nos tibi Druse
 necis.*] Quia bellum gerendo, nostrana-
 que causam agendo interisti.

273. *Adspiciam regum.*] Quando sci-
 licet in triumpho ducentur.

278. *Carnifici in mœsto carcere dandus
 erit.*] Solebant enim triumphati hostes
 in carcerem conjici, & ibi à carnifice ja-
 gulari: postea cadavera eorum in publi-
 cum trahi, & vulgi oculis spectanda
 objici.

279. *Lætisque oculis lætusque videbo.*]
 Ne bis idem dicat. videtur scribendum,

len-

Strata per obscenas corpora nuda vias.

280

Hunc Aurora diem spectacula tanta ferentem

Quam primum croceis roscida portet equis.

Adjice Ledaos concordia fidera fratres;

Templaque Romano conspicienda foro.

Quam parvo numeros implevit principis ævo, 285

In patriam meritis occubuitque senex!

Nec sua conspiciet (miserum me!) munera Drusus,

Nec sua pro templi nomina fronte leget.

Sæpe Nero illacrymans submissâ voce loquetur,

Cur adeo fratres, heu sine fratre, Deos?

290

Cer-

— *lentisque oculis lentisque video.*
sic *lentum visum* dixit Horatius libro II.
Od. xvi. eleganter,

Latus in præsens animus, quod ultra est
Oderis curare: et amara lento

Tempora risis,

ita codices plerique. perperam *lætum visum* Muretus reposuit, cum *Latus* paulo ante præcesserit. Heins. *Lentis oculis.*] Ad societatem spectantibus.

283. *Adjice Ledaos concordia fidera fratres.*] Rediit ad superiora Poëta, & ut illic facta, & rerum bellicarum titulos; ita hic quæ domi instituerit, prædicat. Ex quibus præcipuum, de quo hic meminit, templum Castori & Polluci ædificatum in foro Romano, quod postea à fratre utriusque nomine dedicatum fuit. Item Pollucis & Castoris ædem dedicavit, suo fratrisque nomine de manubiis. *Fratres Ledaos.*] Ex Leda genitos. *Concordia fidera.*] Ex iis enim Gemmorum sidus constitutum antiqui crediderunt.

285. *Quam parvo numeros implevit principis ævo.*] Quam brevi vitæ spacio implevit numeros, sive officium principis, bella scilicet maxima conficiendo, & urbem publicis ædificiis exornando. *Numeros implevit.*] Redi ad lib. 2. Amor. Eleg. 6. v. 40.

286. *In patriam meritis occubuitque senex.*] Hoc est: Et quantum ad meritum magnitudinem ætinet, videri jam senex,

& multorum annorum poterat: quod res tot ac tantæ gestæ longum tempus, longamque ætatem desiderabant.

287. *Nec sua conspiciet munera.*] Templum suo nomine instauratum & dedicatum.

288. *Nec sua pro templi.*] Pro templi unus ex nostris, quod Nangerio placebat. noster Pont. II.

Vistima pro templo cur cadat ista Jovis? Heinsius. *Nec sua pro templi nomina fronte lega.*] Nomina, & titulos suos, in primo ingressu templi scriptos.

289. *Sæpe Nero in lacrymas.*] *Illacrymans* cum eodem Nangerio, ex veteri libro. Heins.

290. *Cur adeo fratres heu sine fratre deos.*] Scaliger,

Cur adeo fratres heu sine fratre tuo es? Sed vulgata lectio optime habet. *adire Deos* usitatus loquendi modus. hinc lib. III. Amor. Eleg. vi. Nalo.

A tenerâ surgis sic quisquam meus puella,

Protinus ut sanctos possit adire deos. Propertius libro II. Eleg. ult.

Solum te nostros lætor adire Deos. & libro III. Eleg. xxiii.

Cogor et undisimos cum prece adire Dni. Tibullus lib. I. Eleg. II.

Num feror incestus sedes adisse Duri? In obsceno carmine similiter Ep. XIII. Lex XII. tabb. apud Ciceronem lib. II. de Legibus. AD DIVOS ADEUNTO

CASTE.

Certus eras nunquam, nisi victor, Druse, reverti.

Hæc te debuerant tempora: victor eras.

Consule nos, duce nos, duce jam victore, caremus:

Invenit en totâ mœror in urbe locum.

At comitum squalent immixtis ora capillis,

295

Infelix, Druso sed pia turba suo.

Quorum aliquis tendens in te sua brachia dixit,

Cur sine me, cur sic incomitatus abis?

Quid referam de te, dignissima conjuge Druso,

Atque eadem Drusi digna parente nurus?

300

Par bene compositum; juvenum fortissimus alter,

Altera tam forti mutua cura viro.

Fœmina tu princeps; tu filia Cæsaris: illi

Nec

CASTE. Frates autem Dei Castores dicebantur, aut fratres καὶ ἱεῖς. quomodo eosdem τῶν θεῶν Græci, Lacones τῶν εἰσῶ dixerunt. Næd Pont. 11. El. 11.

Fratribus assimilis quas proxima templa tenentes

Divus ab excelsa Jovis ade videt.

libro 1. Fastorum,

Fratribus illa Deis fratres de gente deorum

Circa Insurnæ compingere lacus.

Suetonius Caligula: *Adde Castoris & Pollucis in vestibulum transfigurata consistens, sæpe inter fratres Deos medium adorandum se adveniens exhibebat. Quare & gratificaturi Tiberio postmodum, adfectum ejus erga Drusum cum adfectu Castorum componebant. Valerius Maximus lib. v. c. v. postquam Tiberii pietatem in Drusum multis commendarat. His scio equidem nullum aliud, quam Castoris & Pollucis specimen consanguineæ caritatis convenienter adjici posse. Idem. Cur adeo fratres heu.] Cur ego fratrum deorum templum dedico, Castoris & Pollucis scilicet, fratre ipse meo spoliatus, &c.*

292. *Hæc te debuerant tempora.]* Hæc tempora te nobis referre, sive restituere debebant. *Victor eras.]* Devictis scilicet jam Germanis,

293. *Consule nos.]* Caremus scilicet, Erat enim eo anno consul, quo periiit.

294. *Invenit tota.]* Invenit & Mediceus. Reliqui omnes *Invenit in tota. Puto, Invenit en tota. Heinß. Invenit en tota mæror in urbe locum. Ita quidem vulgo legitur. Puto autem legendum esse. Invenit hic tota mæror in urbe locum. Est autem translatio. quasi dicat: Neque hic mæror ad tuos tantum pertinet, sed & ad omnes qui in tota urbe sunt, pervenit.*

295. *At comitum squalent.]* Squalore luctum præ se ferunt. *Immixtis capillis.]* Pro promissis: ut mos lugentium erat.

296. *Infelix turba.]* Propter amissum ducem.

299. *Quid referam de te.]* Nova querelæ amplificatio, à persona conjugis Drusi. Fuit autem hæc Antonia, M. Antonii, ex Octavia sorore Augusti filia, ex qua Drusus Germanicum & Claudium Cæsarem genuit.

300. *Atque eadem Drusi digna parente nurus.]* Livia. Hujus enim nurus fuit Antonia.

302. *Altera jam forti.]* Lege tam forti. Heinßius.

303. *Tu filia Cæsaris illi.]* Distingue cum præcis libris,

— tu filia Cæsaris: illi

Nec

Nec minor es magni conjuge visa Jovis.

Tu concessus amor, tu solus & ultimus illi, 305

Tu requies fessio grata laboris eras.

Te moriens per verba novissima questus abesse:

Et mota in nomen frigida lingua tuum.

Infelix recipis, non quem promiserat ipse:

Nec qui missus erat: nec tuus ille redit. 310

Nec tibi deletos poterit narrare Sycambros,

Ensisbus & Suevos terga dedisse suis.

Fluminaque, & montes, & nomina magna locorum:

Et si quid miri vidit in orbe novo.

Frigidus ille tibi, corpusque refertur inane: 315

Quemque premat sine te, sternitur ecce torus.

Quo raperis, laniata comas, similisque furenti?

Quo ruis? attonitâ quid petis ora manu?

Hoc fuit Andromache, cum vir religatus ad axem

Terruit admissos sanguinolentus equos. 320

Hoc fuit Evadne, tunc cum ferienda coruscis

Fulminibus Capaneus impavida ora dedit.

Quid

Nec minor es magni conjuge visa Jovis. Idem. *Tu filia Caesaris.*] Eodem te loco ille habuit, ac si filia Caesaris fuisses. Non que enim filia, sed neptis Augusti fuit.

308. *Et mota in nomen frigida lingua tuum.*] Hoc est: Etiam jam moriens, & frigidescere incipiens, tui meminit.

309. *Infelix recipis, non quem promiserat ipse.*] Heu te infelicem ac miseram, quæ alium illum recipis, quam ipse se redituum promiserat. nam victorem se redituum promiserat.

312. *Ensisbus & Suevos terga dedisse suis.*] Fuerunt tunc Suevi, qui ad Albem habitabant. Et notum est, Drusum ad Albem usque arma potuisse.

314. *Et si quid miri vidit in orbe novo.*] Hoc est, Germania, quæ hæcenus Romanis, tanquam alius orbis, incognita fuerat. neque enim Julius Cæsar nisi extremam illius partem viderat, transgressus in alteram ripam Rheni, ponte circum Agrippinam Coloniam facta.

315. *Frigidus.*] Mortuus. Virgil. 6. de Mænâ.

corpusque levans frigidis & an-

316. *Quemque premat, sine.*] Totus funebus sollicit, qui rogo imponebatur, cui mortui corpus impositum, una cremati solent.

319. *Religatus ad axem.*] Relatus ad Epist. 1. Horod. lib. 36.

321. *Hæc fuit Evadne.*] Evadne uxor Capenci fuit, una ex septem duabus, qui contra Thebas profecti fuerant. Hæc igitur, intersecto lumine marito, eo quod iurasset temere, se marito Thebas capturum esse, in tantis doloribus & dolore exarsit, ut rogo quæ suum corpus cremabatur, se ultro immiserat, atque una cum illo viram fuerit. *Ferienda coruscis.*] Ferienda, id est, ferenda. sic patitur, & sic patitur apud Ovidium. Heinfort.

322. *Capaneus.*] Eurip. Suppl. 7. 640.

Quid mortem tibi mœsta rogas? amplexaque natos
Pignora de Druso sola relicta tenes?

Et modo per somnos agitaris imagine falsâ, 325

Teque tuo Drusum credis habere sinu?

Et subito tentasque manu, sperasque receptum;

Quæris & in vacui parte priore tori?

Ille pio (si non temere hæc creduntur) in arvo

Inter honoratos excipietur avos. 330

Magnaue maternis majoribus, æqua paternis

Gloria, quadrijugis aureus ibit equis:

Regalique habitu, curruque superbus eburno,

Fronde triumphali tempora vinctus erit.

Accipient juvenem Germanica signa ferentem 335

Consulis imperio, conspicuumque decus.

Gaudebuntque suæ merito cognomine gentis;

Quod solus domito victor ab hoste tulit.

Vix

Οἱ Ζεὺς παρὰ τῆς πυρρίῳ καταβα-
λοι. Quod Statius 10. Thebaid. magni-
ficè:

*Talia jactantem toto Jove fulmen ad-
actum*

*Corripis. prima fugere in nublia crista:
Et clypei niger umbo cadit. Jamque om-
nia lucent*

Membra viri. &c.

323. *Amplexaque natos.*] Germanicum
scilicet & Claudium, quæ pignora sola,
tu relicta, sive vidua, de Druso reliqua
habes. Habuit autem & filiam Livillam
nomine, ut Suetonius in Claudio affir-
mat.

329. *Ille pio in arvo.*] Hoc est, campo
Elysiò, ubi gentium opinio, fœlices um-
bras conquirere post hanc vitam cre-
didit.

331. *Magnaue maternis majoribus glo-
ria.*] Magna gloria existens avis, sive
majoribus maternis, à quibus Livia ge-
nus suum traxit, à Claudii scilicet &
Liviis. *Æqua paternis.*] Neronibus sci-
licet & Claudii. Nam ex Claudiorum
stirpe utroque genus traxit, paternum

à Tiberio Nerone, maternum ab Appio
Pulchro.

332. *Quadrijugis aureus ibit equis.*]
Hoc est, triumphum ducet. Et alludit ad
id Poëta, quod veteres credere, quæ
quisque studia apud superos tractarit,
ipsidem & post mortem exerceri solere.

333. *Regalique habitu.*] Qualis trium-
phantium esse solebat. *Curruque eburno.*]
Triumphali, in quo sella eburnea pone-
batur.

334. *Vinctus tempora.*] Coronatus.
Fronde triumphali.] Laureæ. Ea enim
triumphantium erat.

336. *Consulis imperio conspicuum de-
cus.*] Et præterea fasces, alique consu-
lum insignia. Per quod Poëta illud quo-
que indicare voluit, quod eo anno, quo
mortuus est Drusus, idem consul quo-
que fuerit designatus.

337. *Gaudebuntque sua merito cogno-
mine gentis.*] Gaudebunt ad nomen suæ
gentis. hoc est, Neronum & Drusorum,
etiam Germanici titulum accessisse.

338. *Quod solum domito.*] Scribe solus
cum veteri libro. Primo enim Druso
iunct

Vix credent tantum rerum cepisse tot annos.

Magna viri latum quærere facta locum.

340

Hæc ipsum sublime ferent: hæc optima mater,

Debuerant luctus attenuare tuos.

Fœmina digna illis, quos aurea condidit ætas,

Principibus natis, principe digna viro.

Quid deceat Drusi matrem, matremque Neronis,

345

Adspice. quo surgas adspice mane toro.

Non eadem vulgusque decent & lumina rerum.

Est quod præcipuum debeat ista domus.

Imposuit te alto Fortuna, locumque tueri

Iussit honoratum, Livia: perfer onus.

350

Ad te oculos, auresque trahis. tua facta notamus.

Nec vox missa potest principis ore tegi.

Alta mane; supraque tuos exsurge dolores:

In-

inter Romanos Germanici nomen est delatum. *Heinsius.*

339. *Tot annos cepisse.*] Intra tam paucos annos confici potuisse.

340. *Magna viri latum quærere facta locum.*] Pro factis illius amplis, etiam ampliorum illi ac digniorum locum assignandum esse, aut, magna atque egregia facta, etiam magnum spacium, sive temporis spazio accipiat.

341. *Hæc ipsum sublime ferent.*] Pro, in sublime, adverbialiter: hoc est, excellent, & diis parum facient.

343. *Fœmina digna illis, quos aurea condidit ætas.*] Quæ aureo seculo illo vivere, hoc est, digna quæ cum heroum uxoribus, quas antiquitas celebravit, compareris.

344. *Principibus natis.*] Tiberio & Druso. *Principe digna viro.*] Casare Augusto.

346. *Quo surgas aspice.*] Hoc est, Cui sis nupta, ex cuius thalamo, prædeas mane: Cesaris scilicet, & summi principis.

347. *Non eadem vulgusque.*] Non eadem vulgo & principibus conveniunt.

illi leviores & vulgares affectus conveniunt; principibus & præstantibus viis convenit virtus ac fortitudo.

348. *Ista domus.*] Cesarum. Sensus videtur esse: Præcipue autem præstare domus Cesarum hoc debet, ut videat quid se deceat, ne vulgare quid, aut molle in se admittat.

349. *Imposuit te alto fortuna locumque tueri.*] Labii veteres alie. ut supra diximus. deinde locumque tueri ex Combino & præcis editionibus scribendum. *Heinsius.*

351. *Ad te oculos auresque trahis.*] Omnes te aspiciunt, te observant: & quicquid facis, vel dicis, id omne in conspectu positum est. *Ad te oculos, auresque trahis.*] Quod Claudian. in 4. Consul Honor. præclare explicat.

Hoc te præstare crebro sermone munda:
Ut te totius medio telluris in orbe
Vivere cognoscas: cunctis tua spectata
esse

Facta palam; nec possit dari negotium
secretum vitis.

353. *Alta mane.*] Altum ac fortem animum habe, scil. qui hæc serena despi-

Infragilemque animum, quod potes, usque tene.
 An melius per te virtutum exempla petemus, 355
 Quàm si Romanæ principis edis opus?
 Fata manent omnes. omnes exspectat avarus
 Portitor: & turbæ vix satis una ratis.
 Tendimus huc omnes: metam properamus ad unam.
 Omnia sub leges mors vocat atra suas. 360
 Ecce necem intentam cælo, terræque fretoque
 Casurum triplex vaticinatur opus.
 I nunc, &, rebus tanta impendente ruinâ,
 In te solam oculos & tua damna refer.
 Maximus ille quidem juvenum, spes publica vixit; 365
 Et, qua natus erat, gloria summa domûs.
 Sed mortalis erat: nec tu secura fuisti,
 Fortia progenie bella gerente tuâ.
 Vita data est utenda: data est sine scœnore nobis

Mu-

spicete, & velut ex alto contemnere possit.

354. *Infragilemque animum.*] Firmum ac fortem, ut præsentī clade non frangaris animo. *Quo potes.*] Quod cum veteribus libris. *Heins.* *Infragilemque animum.*] Inconculsum & immortum. Hinc tamen non sequitur infractum idem significare, quod docuimus supra, *Amor.* 2. *Eleg.* 9. *℣.* 52. In vocab. *indefessa.* Cui addimus ex *Virg.* 7. *ne noster honos, infractave cedat* — *Fama loco.* *Et l. 9. Æneid.* — *serpens infracta ad prælia vires.*

355. *An melius per te virtutum exempla petemus.*] Non potes melius virtutis exemplum nobis cæteris præbere, quam si in præsentia, te principe dignam geres: hoc est fortem, & immotam ad hæc domestica mala.

356. *Quam si Romana.*] Quin tu verultz editiones. & tum superiori versu jam melius sit legendum. *Heins.*

359. *Tendimus huc omnes.*] Ad navem Charontis scilicet: hoc est, ad mortem.

361. *Ecce necem intentam cælo.*] Etiam cælum, terra, & mare interitura dicuntur, inquit, quo minus tu jam graviter

filiū interitum feras.

362. *Casurum triplex vaticinatur opus.*] *Lege, Casurumque triplex vaticinatur opus.* ut *Sibyllina Oracula* aut *Philosophos* intelligat, *Epicureos* potissimum, qui mundum non fore æternum censebant. *Ovidius Trist. lib. 11.*

Explicat ut casus rapidi Lucretius ignis, Casurumque triplex vaticinatur opus. sic enim scribendum, cum *Casurumque* insulse extet in libris vulgatis, quod magno *Scaligero* temere persuasit, hoc etiam loco *Casurum* reponendum esse. ad *Lucretii* illa respexit noster lib. v.

— tria talia texta

Una dies debet exitio. *Heinsius.*

366. *Et qua natus erat, &c.*] Gloria domus *Cæsareæ.*

367. *Sed mortalis erat.*] Erit veteres plerique. Forte refingendum enim, nam erat jam præcessit. *Heinsius.*

369. *Vita data est utenda.*] *Tristis.* Vita nulli propria æque perpetua est, sed velut usui nobis data: quam qui dedit, quovis tempore repetere potest. Sic & *Lucretius*: *Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usui.*

Ddd

371. Ar-

Mutua, nec certâ perfoluenda die. 370
 Fortuna arbitriis tempus dispensat iniquis.
 Illa rapit juvenes: sustinet illa senes.
 Quaque ruit, furibunda ruit: totumque per orbem
 Fulmina, & cæcis cæca triumphat equis.
 Regna Deæ immitis parce irritare querendo: 375
 Sollicitare animos parce potentis heræ.
 Quæ tamen hoc uno tristis tibi tempore venit,
 Sæpe eadem rebus favit amica tuis.
 Nata quod en alte es, quod fortibus aucta duobus;
 Quodque etiam magno consociata Jovi: 380
 Quod semper domito rediit tibi Cæsar ab orbe,
 Gessit & invictâ prospera bella manu:
 Quod spes implerunt maternaque vota Neronēs;
 Quod pulsus toties hostis utroque duce.
 Rhenus, & Alpinæ valles, & sanguine nigro 385
 Decolor infectâ testis Itargus aquâ,

Da-

371. *Arbitriis tempus dispensat ubique.] Inique veteres nonnulli. Eundem arbitriis iniquis. Heins.*

372. *Illæ rapit juvenes: sustinet illa senes.] Imo sustinet, cum iisdem veteribus libris, etiam Nægerianis. Frustra vulgatam lectionem Scaliger tueretur. Ad verbum fere hæc expressit Cælius Firmianus Symposius in Catalogis veterum poetarum, carmine de Fortuna,*

*Hæc aufert juvenes & vetinas senes,
 Injusto arbitrio tempora dividens. Idem.*

373. *Totumque per orbem fulminat.] Hoc est, fulminis more omnia, quæ vult, prostravit.*

376. *Potentis heræ.] Domine fortune. Cicero pro Marcello. Quin etiam illa ipsa verum humanarum Domina Fortuna in istius se societatem gloria non offert. Et in 1. Officior. ex Ennio,*

Ferre non auro tritam cornuamque, Vosque velit, an me regnare Hera; quidque ferat furi.

479. *Nata quod es alte.] Ab ætate veteres plerique, ne peccet in rationem me-*

tri versus. Sed puro scribendum Nata quod es cæse. ut in illo Statii, & cæse materis æquavit honori. vel, Nata quod excelsæ es. Nam Nægerii codices, Nata quod ex alto es. Heins.

382. *Gessit & invicta prospera bella manu.] Gessit libet veteres, an Gessit sola? Idem.*

383. *Neronēs.] Drusus & Tiberius Drusi Neronis filii. Spes maternaque vota.] Ut scilicet bellis invicti forent, devictis ubique hostibus redirent, ipsi Augusto grati ac chari essent, &c.*

384. *Quod pulsus toties.] Ut Rheti, & vicini populi, ab utroque duce: à Druso autem & Germani.*

385. *Rhenus & Alpina valles.] Hoc est, Rheti, qui à fontibus Rheni incipientes, per valles Alpium ad Noricos usque pertinebant.*

386. *Testis Itargus.] Imagis Scaliger. Sed omnino de hoc loco consulenda in Germania antiqua diligentissimus Cluverius, qui receptam scripturam tætur. Heinsius.*

387. Da-

Danubiusque rapax, & Dacius orbe remoto
 * Apulus huic hosti per breve Pontus iter:
 Armeniusque fugax, & tandem Dalmata supplex,
 Summaque dispersi per juga Pannonii: 390
 Et modo Germanus Romanis cognitus orbis.
 Adspice quod meritis culpa sit una minor.
 Adde quod est absens functus: nec cernere nati
 Semineces oculos sustinere tui.
 Quique dolor menti lenissimus influit ægræ, 395
 Accipere es luctus aure cōacta tuos.
 Prævertitque metus per longa pericula luctum;
 Tu quibus auditis anxia mentis eras.
 Non ex præcipiti dolor in tua pectora venit,
 Sed per molitos ante timore gradus. 400
 Juppiter ante dedit fati mala signa cruenti,
 Flam-

387. *Danubiusque rapax.*] *Rapax* in Combiano est & duabus vetustis editionibus. vide notas lib. iv. Fastor. v. 568. Sequentia valde depravata sunt. *Idem.*

389. *Armeniusque fugax.*] De Armeniis à Tiberio superatis, etiam meminit Eusebius in Chronicis, & Patriculus libro 2. *Et tandem Dalmata supplex.*] Quia aliquoties victi, rursus defecerant ac rebellant.

390. *Pannonii.*] Hos Augustus per Virbium ducentem domuit, ut Florus tradit: ut autem Livius, per Tiberium Nero-rem, Drusi fratrem.

391. *Et modo Germani.*] *Germanus* obiit cum Mediceo reponatur. *Heinsius.*

392. *Aspice quam meritis.*] Emendandum puto,

Aspice quod meritis culpa sit una minor. *Idem.* *Aspice quod meritis culpa sit una minor.*] Epiphonema, quo superiores locum concludit, & Liviam admonet, ut collatis inter se bonis ac malis, quæ à fortuna acciperit, cogitet se longe majora ac plura habentis accepisse, quam quæ cum præfenti clade ac morte filii conferenda sint. *Culpa una.*] Fortuna

scilicet, quia filium abstulit. *Quam minor meritis.*] Pro, quanto minor beneficiis ante datis.

393. *Adde quod est absens functus.*] *Functus* cum Mediceo & Combiano reponitur. Sic in Sabini epistola secunda, *functus prope sortis annus*, est prope mortem. idque Lipsio in mentem venit. alii duo codices *functus*, quod editiones nonnullas occupavit. *Heinsius.* *Adde quod est absens functus, &c.*] Ita vulgus legitur: sed legendum *Florus*, aut *Functus*. Ita enim de sententia postulat. Cum enim Kiviam monet Poeta, ut præfentem cladem moderatius ferat, etiam illud pro argumento adducit, quod absens defunctus est, aut defunctus: neque necesse fuit coram morientem illum aspicere: levius enim ferunt animos mala, quæ absentibus accidunt, quam quæ in oculos incurunt, & coram aspicuntur.

394. *Semineces oculos.*] Oculos in morte natantes, ut supra 74. 93.

395. *Qui dolor est menti.*] *Quique dolor menti* vetustæ editiones. *Heinsius.*

396. *Accipere luctus.*] *Legit. Accipere.* quomodo Rutgersius, neque aliter veteres libri. *Idem.*

D d d 4

402. *Flam-*

Flammiferâ petiit cum tria templa manu :
 [Junonisque gravi nocte impavidæque Minervæ,
 Sanctaque & immensi Cæsaris ista domus.]
 Sidera quin etiam cælo fugisse feruntur ; 405
 Lucifer & solitas destituisse vias.
 Lucifer in toto nulli comparuit orbe,
 Et venit stellâ non præcunte dies.
 Sideris hoc obitus terris instare monebat.
 Et mergi Stygiâ nobile lumen aquâ. 410
 At tu, qui superes mœstæ solatia matri,
 Comprecor illi ipsi conspiciare senex.
 Perque annos diuturnus eas fratrisque tuosque.
 Et vivat nato cum sene mater anus.
 Eventura precor. Deus excusare priora 415
 Dum volet, à Druso cætera læta dabit.
 Tu tamen ausa potes tanto indulgere dolori :

Lon-

402. *Flammifera petiit cum.*] Hoc est, fulmine percussit. Fortassis autem intelligit ea, de quibus mox meminit, Junonis, Minervæ, & Cæsaris aliquid, sive à Cæsare conditum, aut dedicatum.

403. *Junonisque gravi nocte.*] Hoc distichon aut adulterium est, aut pro clamato habendum. Combii codex *Junonisque Graui nocte.* primæ editiones, *gravis nocte.* Heins. *Impavida Minerva.*] Ut pote bellicæ deæ. unde & *arpturâ* ab Homero dicitur, hoc est, indomita.

404. *Sanctaque & immensi Cæsaris ista manus.*] *Sanctaque* divini quidam ex veteribus. Forte,

Sancta quoque immortali Cæsaris ista domus.

Nam domus in suis invenit Naugerius. Heinsius. *Immensi Cæsaris ista manus.*] Intelligo statuum Cæsaris de cælo tactam, manumque ejusdem, parte aliqua læsam.

406. *Lucifer & solitas destituisse vias.* Quia mens ante solem non apparuit solito more, propter nubes scilicet, & obscuritatem aëris.

408. *Stella non præcunte.*] Scilicet Lu-

cifero, qui diem ipsum antecedere, & orientem significare solet.

410. *Et mergi Stygia nobile lumen aqua.*] Lege omnino *lumen.* & sic una ex vetustis editionibus cum Scaligero. Heinsius.

411. *At tu qui superes.*] Apostrophe ad Tiberium, cui precatur, ut longævitate mortem Drusi compenset. *Superes solatia matri.*] Qui reliquis existens, solatium matris es, quo illa amissum alterum compenset, casumque suum solatur.

413. *Perque annos.*] Vivas longævus, & tot annos, quot pariter utriusque vitæ debebantur.

414. *Et vivat nata.*] Et mater Livia tecum vivat, & anus fiat.

417. *Tu tamen ausa potes.*] Hæc omnia corruptissima sunt. Sensus utcumque constabit si usque potes, vel, ora potes refingatur. Heins. *Tu tamen ausa.*] Redir ad Liviam, & tacite corripit, quod tantum dolorem ob filii mortem cepit, ut etiam inedia perire statuerit: adeoque etiam perisset, inquit, nisi Cæsar illi subvenisset, &c.

420. Cæ-

Longius ut nolis, heu male fortis, ali.*
 Vix etiam fueras paucas vitalis in horas,
 Obtulit invitæ cum tibi Cæsar opem: 420
 Admovitque preces, & jus immiscuit illis:
 Aridaque affusâ guttura tinxit aquâ.
 Nec minor est nato servandæ cura parentis:
 Hic adhibet blandas, nec sine jure, preces.
 Conjugis & nati meritum pervenit ad omnes: 425
 Conjugis & nati, Livia, sospes ope es.
 Supprime jam lacrymas. non est revocabilis istis,
 Quem semel umbriferâ navita lintre tulit.
 Hæc tot fratres, tot deflevêre sorores;
 Et pater, & conjux, Aftyanaxque puer, 430
 Et longæva parens. tamen ille redemptus ad ignes;
 Nullaque per Stygias umbra renavit aquas.
 Contigit hoc etiam Thetidi. populator Achilles
 Iliaca ambustis offibus arva premit.
 Illi cæruleum Panope matertera crinem 435
 Solvit, & immensas fletibus auxit aquas.
 Consortesque Deæ centum, longævaque magni
 Oceani conjux, Oceanusque pater;

Et

420. *Cæsar opem.*] Augustus, qui etiam invitam & detestantem cibum sumere adegit.

421. *Et jus immiscuit illis.*] Simul rogavit & imperavit.

423. *Nec minor est nato.*] Etiam filius, scilicet Tiberius, non minorem curam in te recreanda adhibet. *Servandi curæ parentis.*] Imo servanda, ut vere Combacius & primæ editiones. Heins.

425. *Conjugis & nati.*] Incertum est, Drusi uxorem Antoniam, an Juliam Tiberii, Augusti filiam intelligat. Meritum pervenit ad omnes.] Coniunctum cum salute publica. Omnium quippe intererat se vivere, nec inedia perire.

431. *Hæc redemptus ad ignes.*] Redi ad lib. 1. Art. Amat. v. 41.

432. *Nullaque renavit umbra.*] Hinc à Virgil. 6. *Æneid.* dicitur *ripa irremem-*

bilis unda. Et deinde ibid.

Fata obstant, tristisque palus innabilis unda

Alligat, & novies Styx interfusa coërca.

433. *Populator Achilles.*] Plautus aludix in Milite 4. 2. v. 63. *Age, mi Achilles, fiat quod te oro. Exprobre benignum ex te ingenium, urbiscape.* Ex Homero, qui aliquoties πολιορκῶν cum appellet: quod Cicero epitheton soli Ulyssi tribui affirmat in epist. 13. ad Plautum. 10. Familiar.

435. *Illi cæruleum Panope.*] Hoc est, illius mortem flevit etiam Panope soror Thetidis, dissohæro æ sparso per colla crine, perinde ut lugentes solent.

437. *Consortes deæ centum.*] Consortes deas, ejusdem generis & conditionis vocat, Nereides scilicet.

Ddd 3

439. Et

Hostibus eveniat longa senectū meis.

450

Hoc atavi monuere mei, proavique Neronēs.

Fregerunt ambo Punica bella duces.

Hoc domus ista docet, per te mea, Cæsaris alti.

Exitus hic, mater, debuit esse meus.

Nec meritis (quanquam illa juvant magis) abfuit illis,

Mater, honos. titulis nomina plena vides.

Consul, & ignoti victor Germanicus orbis,

(Qui fuit heu mortis publica causa) legor.

Cingor Apollineâ victricia tempora lauro,

Et sensi exsequias funeris ipse mei.

460

Decursusque virum notos mihi, donaue Regum,

Cun-

trate, non annis ociosis atque inertibus.

450. *Hostibus eveniat longa senectū meū.*] Scribe, *Hostibus meis*, etiam Scaligero id probante. *Heinf.*

451. *Hoc atavi monere mei, proavique.*] Appii scilicet. Nam ex gente Claudiorum utrumque genus traxit, ut Suetonius affirmat; paternum à Tiberio Nerone, maternum ab Appio Pulchro, qui ambo Appii Cæci filii fuerunt. Insetus autem & Liviorum familiæ fuit, adoptato in eam materno avo.

452. *Fregerunt ambo Punica bella duces.*] Arbitror Claudium Caudicem intelligi, & Claudium Neronem: quorum qui Caudex cognominatus fuit, primus freto trajecto, Pœnos Sicilia expulit, bello Punico primo. Alter autem adventantem ex Hispania cum ingentibus copiis Aldrubalem, priusquam Annibali fratri conjungeretur, oppressit.

453. *Hoc domus ista docet.*] Scilicet Cæsaris, in quam ipse quoque ascitus sum per te, ducta uxore scilicet altera Antoniarum, ex Antonio & sorore Augusti Octavia genita, & coheres Augusti liberis institutus: ut Suetonius in Claudio.

454. *Exitus hic.*] Scilicet tantis rebus gestis, tantæque paratæ gloria.

455. *Nec meritis quicquam illa juvant.*] Locus corruptus. quid si reponamus,

Nec meritis quicquam illa juvat, magis abfuit iste,

Mater, honos.

Nil, inquit, mihi adoptivo profuit domus Cæsaris: imo magis abfuit, dum tituli & honores festinantur. Lipseus in Epistolicis, *magis abfuit illis*, & sic codex Romanus. Gronovius suis ad me literis,

Nec meritis (quanquam illa juvant magis) abfuit istis,

Mater, honos.

Inducit ipsum Drusum matri pro solatio ingerentem res à se gestas. tum subjicit: Et si majus in his momentum, tamen & illud pro solatio valere potest, quod virtus mea illustri gratia excepta est: quod pro ea honores & præmia tributa sunt. Hæc vir ille sagacissimus, quibus subscribo. *Heinf.*

456. *Titulis nomina plena vides.*] Vides nomen meum copiose atque prolixè ornatum variis titulis, ut sequatur.

457. *Et ignoti.*] Suetonius: senatus decrevit ei Germanici cognomen posterisque ejus, &c. *Ignoti orbis.*] Nam ante Drusum nemo Romanorum ducum ad interiorem Germaniam pervenerat.

458. *Qui fuit heu mortis.*] Lege *Cui fuit* atque ita Lipseus ad Tacitum. *Heinf.*

461. *Decursusque virum.*] Caterum, inquit idem Suetonius, exercitus honorarium tumultum ei excitavit, circa quem deinceps statuto die quotannis miles

D d d 4

de-

Cunctaque per titulos oppida lecta suos.
Et quo me officio portaverit illa juvenus,
Quæ fuit ante meum tam generosa torum.

Denique laudari sacrato Cæsaris ore

465

Emerui, lacrymas elicuique Deo.

Et cuiquam miserandus ero? jam comprime fletus.

Hoc ego, qui flendi sum tibi causa, rogo.

Hæc sentit Drusus, si quid modo sentit in umbrâ.

Nec tu de tanto crede minora viro.

470

Est tibi, sitque precor, multorum filius instar:

Parisque tui partus sit tibi salva prior.

Est

decurreret, Galliarumque civitates publice supplicarent. *Donaque regum.*] Principum Galliarum & Germaniarum.

462. *Cunctaque per titulos.*] Villæque præstabit scribi, ni fallor, pro oppida lecta malim quoque lecta, à serendo. cuius verbi usus est frequens cum de tropæis aliisque rebus agitur, quæ in triumpho aut feræ pompa circumferebantur. Ipse Ovidius Trist.

Crimibus en etiam feram Germania passis. Heinſius. Villæque per titulos oppida lecta suos.] Scilicet quæ ab ipso devicta aut capta fuerant, quæ in pompa funebri etiam ipsa tum prælata velut in triumpho fuerant.

464. *Qua fuit ante meum.*] Parum abest, quiu resingam, etſi audaciori conjectura.

Qua subiecto meum tam generosa torum. ut supra,

Certæ omnes lecti studiosa subire juvenus. Heinſius. *Qua fuit ante meum tam generosa torum.*] Neque hic locus omnino planus est. Quid enim per generositatem istam intelligamus, quam juvenus ante torum, sive lectum, in quo cadaver mortui Drusi positum, & ad sepulturam elatum fuit, spectandum dedit? nisi si quos fuisse Poëta innuat, qui se quoque interfectori fuerint dolore amissi ducis.

466. *Es merni.*] Emerui cum Mediceo, nec aliter Naugerius. sic Ovidius passum, pro merui. Heinſius.

467. *Et cuiquam miserandus ero.*] Conclusio, quasi dicat: Nulli igitur miserandus videri debeo, quod paucos annos vitæ impleverim: sed potius celebrandus, qui tantam rerum gestarum gloriam, tantosque honores consecutus sum.

469. *Si quid modo sentis in umbrâ.*] Achilles de Patrocli umbra, Iliad. †. v. 3.

Ἄ πῶποι, ἢ ῥά τις ἐστὶ καὶ εἰν αἰδέο
δύμοισι
Ψυχὴ καὶ εἰδωλόν, ἀταῖς ὀφείας ἐκ
ἐν πάμπαν.

Eurip. Helec. v. 1020. & seqq.

ὁ νῦν
Τῶν κελθόντων ζῆ μὲν εἰ, γυναικὶ
δ' ἴχθυ
Ἀθάνατον, εἰς ἀθάνατον αἰσῖς ἐμ-
πιστῶν.

470. *Nec tu de tanto crede minora viro.*] Ne credas illum, tantum præfertim virum, minoræ, hoc est, humiliora, ac molliora, de seipso statuere quam qualia hæcenus à nobis sub illius persona recitata sunt.

471. *Filius.*] Tiberius, qui virtute sua unus pro multis erit.

472. *Parisque tui partus sit tibi salva prior.*] Lego *is tibi salva*. ut in istis Ovidii Fast. iv. *Sespos eam semperque parat.* Elegia de Nuce,

Incolamus tanto præside vapor est.
ut scribendum censco. Mei. 11.

Tinus

Est conjux tutela hominum: quo sospite vestram,
Livia, funestam dedecet esse domum.

Consolationis ad Liviam Finis.

Tutus eas. Lapis iste primus tua furta lo-
quetur.
Epistola Leandri,
— *I felix littera, dixi.*
Rem. Amor.
Ille Machaonia vix ope sanus eat.

sic vetus liber. Heinſius. Pars tui partus
prior.] Grandior enim natu Tiberius fuit,
& ante Drusum natus.
473. Est conjux tutela hominum.] Eo-
que enim & pater patriæ appellatus fuit,
& Augustus.

N U X , E L E G I A .

Nux ego juncta viæ.] *Sunt qui asserant, hoc quoque opusculum de Nuce*
falso ascribi Nasōni. Ego vero, ipsius, non alterius Poëta partum esse
asseverarim: quod ex dicendi charactere quivis vel mediocriter eruditus
deprehendere poterit. Sed (ut ad opusculi ipsius argumentum deveniam)
inducit Poëta arborem nucem qua in publica via stabat, conquerentem,
quod à transeuntibus & viatoribus frequenter saxis feriat. Et ab hac
Nucis quorela occasione capta latenter carpit sui temporis avaritiam ac la-
xuriam, antiquorumque laudat severitatem & continentiam.

Nux ego juncta viæ, cum sim sine crimine vitæ,
A populo saxis prætereunte petor.
Obruere ista solet manifestos poena nocentes,
Publica cum lentam non capit ira moram.
Nil ego peccavi: nisi si peccasse vocetur,

5
An-

3. **O**bruere.] *Obruatur proprie,*
qui vi, qui subito, qui mul-
titudine opprimuntur. Nec in-
eleganter Capit dictum est, pro fert.
Erasm. Manifestos nocentes.] De quibus
vel indemnatis supplicium jure sumi pos-
sit: cum eorum delicta sint omnibus ma-
nifesta. Dom.

4. *Publica.] Popularis ira. Lentam,]*
Segnem, pigram, tardam: ab effe-

ctu. Dom.

5. *Nil ego peccavi, &c.] Ludit Poëta,*
nimirum in argumento ficto, ludicro-
que. Nam alioqui, quod Nux injuriam
vocat, prodest ad fertilitatem. Etenim
si nuces pectis decuriantur, copiosius
proveniunt in proximum annum, quam
si decerperentur. Erasmi. Nisi si peccare
videtur.] Quidam scripti factur, vel fa-
temur. Meliores tamen docentur. Regius

Ddd 5

voc-

Annua cultori poma referre suo.

At prius arboribus, tum cum meliora fuere
Tempora, certamen fertilitatis erat.

Cum domini memores fertis ornare solebant

Agricolas fructu proveniente Deos.

10

Sæpe tuas igitur, Liber, miratus es uvas:

Mirata est oleas sæpe Minerva suas.

Pomaque læsissent matrem; ni subdita ramo

Longa laboranti furca tulisset opem.

Quin etiam exemplo pariebat foemina nostro;

15

Nullaque non illo tempore mater erat.

At postquam platanis sterilem præbentibus umbram

Ube-

vocatur. recte. nisi quod vocatur malo. id enim Latinus. Met. x.

Qua mea culpa tamen? nisi si laesisse vocari

Culpa potest, nisi culpa potest et amasse vocari. Heinſius.

9. *Cum domini memores.*] Olim quæque arbor suo deo sacra erat, in cuius tutela credebatur esse: vitis Baccho, olea Minervæ, esculus Jovi, &c.

10. *Agricola fructu proveniente Deos.*] Lege *Agricolas Deos*, quicquid libri veteres dissentiunt. Met. viii.

Caput ab agricolis superos porrexit ad omnes

Ambitiosus homo.

sic & Priapus *Ruricola Deus* poetis. posset & *Agricolam Deum* legi. quemcumque Deum agricolam. sic Tibullus libro v. Eleg. prima,

Et quodcumque mihi pomum novus educat annus,

Libatum agricola ponitur ante Deo. ubi nihil murandum: quamquam *Agricolæ ante Deos* nonnulli legunt. aut si quid mutetur, pro *Libatum* libens repōnā *Libandum*. Idem Tibullus Eleg. v.

Ille Deo sciet agricola pro viribus uvam,
Pro segae spicas, pro grege ferre dapem.

& libro ii. Eleg. i.

— dum carmine nostro

Redditur agricolis gratia calicibus.

Proveniente.] Certe primi fructus, quos hinc Latini primitias appellant, Græci ἀπαρχαί, diis consecrabantur: quo videlicet in proximum annum augerent etiam arborum futuram. *Erasm.*

12. *Oleas.*] Pro olivis dixit. Est enim olea arbor, oliva bacca. *Suas.*] Quæ ipsa invenit.

13. *Marem.*] Ipsam arborem, quæ velut mater fructus gignit. *Ramo laboranti.*] Pro multitudine & magnitudine fructuum. *Deus.* Pomaque læsissent matrem.] Sic Ovidius:

Aspice curvatos pomorum pendere ramos,

Ut sua quod peperit, vix ferat arbor omes.

Furcis autem suppositis fulciuntur rami impares oneri. *Erasm.*

14. *Furca.*] Petrica in duo cacumina divisa, dicta à ferendo.

17. *At postquam platanis.*] Postquam, inquit, major honos platanis sterilibus, quam fructiferis arboribus haberi cepit, cæteræ arbores, quæ antea sanctius annuatim ferebant, sterileſcere ceperunt. Horat. lib. 2. Carn. ode 15. *Platanis.*] Platanus arbor est sterilis, sed voluptatis & umbræ causâ expectitur; maxime enim lætas umbras efficit. *Platanis.* 12. *Deus.* *Steriles umbras.*] *Sterilis umbram* meliores libri. & sequenti versu *bonos pro honor.* Heinſius.

18. Ve-

Uberior quavis arbore venit honos;
 Mos quoque frugiferæ (si nux modo ponor in illis)
 Cœpimus in patulas luxuriare comas. 20
 Nunc neque continuos nascuntur poma per annos:
 Uvaeque læsa domum, læsaque bacca venit.
 Nunc uterum vitiat, quæ vult formosa videri:
 Raraque in hoc ævo est, quæ velit esse parens.
 Certe ego, si nunquam peperissem, tutior essem. 25
 Ista Clytæmnestrâ digna querela fuit.
 Si sciat hoc vitis, nascentes supprimet uvas:
 Orbaque, si sciat hoc, Palladis arbor erit.
 Hoc in notitiam veniat maloque piroque;
 Destituent silvas utraque poma suas. 30
 Quæque sibi vario distinguit poma colore,
 Audiat hoc cerasus; stipes inanis erit.

Non

18. *Venit honos.*] Plinius de platanis loquens lib. 12. *Tantum*, inquit, *postea bonoris increvit, ut mero infuso ematirentur: compertum id maxime prodesse radicibus.* Et apud Macrobi. lib. 3. Saturn. *Hortensium platanos suas vine irrigare consuevit.*

19. *Nos quoque fructifera.*] *Frugifera* scripti plerique. nec respondendum. Jurisconsulti certe tam frugiferas arbores quam fructiferas agnoscunt. frugiferarum Columella non semel meminit. Tacitus de Germania, *Satis ferax, frugiferarum arborum impatient.* apud Plinium lib. xv. titulus est, *Natura frugiferarum arborum.* habes & frugifera arbuscula apud Minutium Felicem in Octavio. Cicero lib. v. Tuscul. Quæst. *Neque est ultimum arboris genus, quod non ita vigeat interiore quodam matre, et suis quoque seminibus inclusis, ut aut flores, aut fruges sumas, aut luccas.* Cornificius apud Sævium ad lib. i. Georg. *Ut folia qua frugibus arboris tegmina gignuntur.* Quercum & illicem inter frugiferas ponit Horatius, sed improprie. lib. i. Sat. xvi.

— si quercus & illex

Multa fruge pecuni, multa dominum ju-

vet nobis.

Nemesianus Eclog. i.

Dant Fauni quod quisque valet. de viti vacuos,

De campo culmos, omnique ex arbore fruges.

Columella,

Quo Bacchi genus, aut alienâ stirpe gravata

Mitis adoptatis curvatur frugibus arbor.

Heinsius.

26. *Ista.*] Ordo est: *Ista querela fuit digna Clytæmnestra. Dom. Ista Clytæmnestra, &c.*] Est quidem, inquit, hæc querela mihi cum Clytæmnestra communis: cui nocuit peperisse, propterea quod ab Oreste filio sit occisa. Verum illi minus iusta fuit hæc querela, quod ipsa prius occidisset maritum, scelus scelere provocans: ego nihil commisi, nisi quod pario. *Erasm.*

28. *Et arbor Palladis.*] *Meditatur esse* quod est ipsa dea, quæ sterilis est, & virgo: ut nec periphrasis sit ociosa. *Erasm.*

30. *Sylvæ.*] Sylvas autem materias vocat, inter quas sunt pyrus & malus: cum vitis & aliz quædam sine inutiles materiæ. *Erasm.*

33. *Non-*

Non equidem invideo: nunquid tamen ulla feritur,
Quæ sterilis solâ conspicienda comâ est?

Cernite sinceros omnes ex ordine truncos,
Qui modo nil, quare percutiantur, habent. 35

At mihi sæva nocent mutilatis vulnera ramis;

Nudaque derepto cortice ligna patent.

Non odium facit hoc, sed spes indulta rapinæ.

Sustineant aliæ poma; querentur idem. 40

Sic reus ille ferè est, de quo victoria lucro

Esse potest: inopis vindice facta carent.

Sic timet insidias, qui scit se ferre viator,

Cui timeat: tutum carpit inanis iter.

Sic ego sola petor; soli quia causa petendi est. 45

Frondebis intactis cætera turba virent.

Nam quod habent frutices alii quoque proxima nobis

Fragmina, quæ læso vimine multa jacent;

Non

33. *Nunquam tamen ulla feritur.*] Repone *nunquid* ex melioribus libris. & sequenti versu, *sola conspicienda coma est.* Vide Notæ Epist. xvi. vers. 364. Hein-
sius.

34. *Sola coma.*] Solis frondibus.

38. *Nudaque derepto cortice.*] *Dejuncto* scripti plerique. unus, *delecto.* alius *dis-
juncto.* vetusta editio, cum Bartholini &
Langermanni libris *decepto.* Lege, *de-
repto cortice.* Adi notas ad lib. i. Amo-
rum Eleg. v. *dirupto* Fabricius. Hein-
sius.

39. *Sed spes indulta rapina.*] *Indulta*
Mentelii liber. alius *illustra.* *indulta* Fa-
bricii codex. *Idem.*

41. *Sic reus ille fore est, &c.*] Confir-
mat argumentum exemplis. Erat olim
sceleratissimum quæstus genus syco-
phantarum, & quadruplatorum, qui di-
vitiis intendebant calumniam, ut ex
licet aliquid abderent. Huic malo non
erant obnoxii, quibus nihil erat. *Erasm.*
Sic.] Quemadmodum ego. *Reus est.*]
Id est, reus sit, & condemnatur. *De quo*
victoria lucro.] Qui si condemnatur, ju-
dicem lucrum consequetur.

43. *Insidias.*] A grassatoribus & la-

tronibus. *Qui se scit ferre.*] Subaudi ali-
quid, ut aurum, argentum, & cætera id
genus preciosa.

44. *Cui timeat.*] Lege *Cui timeat.*
quod & Mario Nigro videbatur. *Heins.*
Inanis.] Carens nummis, & hujusmodi
rebus preciosis. ut est illud, *Centenis va-
cuis coram latrone viator.*

45. *Quia causa petendi est.*] Ob fru-
ctus scil. quos fero. *Dona. Causa petendi.*]
Petendi dixit passive, causa cur petat.
Erasm.

46. *Cætera turba virent.*] *Virent* Am-
brosianus. *Heins.* *Cætera turba.*] Con-
temptim dixit turbam insugiferarum
arborum. *Erasm.*

47. *Nam quod habent frutices aliquan-
do proxima nostra.*] Nobis potior scripto-
rum pars. pro aliquando legendum *atque*
quoque cum Moreti codice. Lovaniensis
ex nostris & Fabricii codex *aliquan-*
Heins.

48. *Fragmina.*] Fragmenta, ramos
fractos. *Læso vimine.*] Fractis virgulis.
Quod læso vimine.] *Collaso* duo veteres.
sed probò quod Ambrosianus habet,
quæ læso. *Heinsius.*

51. *Idque*

Non istis sua facta nocent: vicinia damno est.

Excipiunt ictu saxa repulsa meo.

50

Idque fide careat; si non, quæ longius absunt,

Nativum retinent inviolata decus.

Ergo, si sapiant, & mentem verba sequantur;

Devoveant umbras proxima quæque meas.

Quam miserum est, odium damnis accedere nostris; 55

Meque ream nimiae proximitatis agi!

Sed, puto, magna mei est operoso cura colono.

Invenias, qui det nil mihi, præter humum.

Sponte mea facilis contemto nascor in agro:

Paroque loci, qua sto, publica pæne via est.

60

Me, fata ne lædam, (quoniam fata lædere dicor)

Imus in extremo margine fundus habet.

Non mihi falx nimias Saturnia deputat umbras:

Du-

51. *Idque fide careat.*] Homo caret fide, cui non creditur. Res caret fide, quæ non creditur. Est autem elegans ingressus ad argumentum irrefutabile. Mentiar, si non hoc ipsa res loquitur. *Erasm.*

53. *Mentem.*] Animum, voluntatem, id est, si ipsi fructus & herba sensum haberent, & verbis eum exprimere possent. *Dom.* Ergo si sapiant, &c.] Jucundum *Πλάτῳ* est, exaggeratione mali. Crudele erat, ob fecunditatem sic lædi: sed intolerabilius malum, si calamitati addatur odium, præsertim vicinorum, à quibus expedit amari. *Erasm.*

58. *Invenias dederis quid mihi præter humum.*] Vetus editio cum Mediceo codice, *Invenias quod det nil mihi.* alia cum tribus scriptis, *Invenias dederis quid mihi.* unus *Invenias dederis quid mihi.* alius, *Invenias.* duo, *Invenias si quid det mihi.* Lege, *Invenias, qui det nil mihi, præter humum.* nam in uno Vaticano, *Invenias qui det nil.* *Heinsius.*

61. *Me fata, &c.*] Ordo est: Fundus imus habet me in margine extremo, ne lædam fata, quoniam dicor lædere fata. *Lædere dicor.*] Callide, nec inficiatur,

quod manifestum est: nec agnoscit, quod erit obfuturum. *Erasm.*

62. *Imus fundus.*] Imus & ultima pars fundi. *Fundus* ager dictus est, quod planus sit. *Margine.*] Extremitas omnium rerum dicitur *margo.*

63. *Non mihi falx.*] Oxoniensis ex vetustioribus *Nunc.* Lege hoc & sequenti versu *Nunc.* *Heins.* *Falx Saturnia.*] *Fal-* cem Saturno, qui Græcis *Χρῆς*, & *Χρῆς* dicitur, antiqui poetæ tribuunt, quod tempus omnia consumat, demetat, incidat. Sic in vetere epigrammate.

Χρῆς δὲ δειγνύει τὴν ποσὴν ὑπὲρ τὴν ἀνθρώπου

*ὡς ἀνθρώπου πᾶσις ὁρῶντος το-
λίθα.*

Vel quod vitis, frugumque ei competat disciplina. Quod Macrobius confirmat 1. Saturnal. ideoque in Siciliam dedisse falcem ejus volunt, quod ea terra omnium sit fertilissima. Virgil. 7.

Vitisætor, curvam servas sub imagine falcem.

Falx Saturnia.] Quia Saturni insignis est falx. Falcem autem iocirco attribunt Saturno, quia à Græcis

Duratam renovat non mihi fossor humum.

Sole licet siccâque siti peritura laborem;

Irriguae dabitur non mihi fuleus aquae.

At cum maturas fisco nova cortice rimas

Nux agit, ad partes pertica saeva venit.

Pertica dat plenis immitia vulnera ramis;

Ne possim lapidum verbera sola queri.

Poma cadunt mensis non interdicta secundis;

Et condis lectas, parca colona, nucees.

Has puer aut certo rectas dilaminat ictu;

65

70

Aut

cis *χρῆσις*, id est, tempus vocatur: quippe tempus omnia necit & fecit. aut quia Italici populi genus vitis demonstravit, ipsamque vitem deputare docuit. *Nunus umbra.*] Id est, ramos nimium frondentes: quorum umbræ fructibus sunt impedimento, quo minus maturificent. *Dona.* Non mihi falx, &c.] Id potissimum opus est in vitibus quoties supra modum luxuriant pampini & flagella. *Erasm.*

64. *Renovat.*] Instruat. *Duratam renovat.*] Conducit id multis arboribus: sed in vine necessaria repositio. Ablaqueantur & ceteræ arbores, ne sterilescent. Nihil his opus neci. *Erasm.*

65. *Sole licet, &c.*] Quibus remediis subveniatur arbori, ne nimis siccitate sterilescent, docet *Plin.* lib. 17. cap. 19. *Ovid.* atigit tria præcipua remedia, putationem, ablaqueationem, & irrigationem. *Erasm.*

67. *Nux nova.*] Novus fructus. *Maturo.*] Maturitatem fructuum ostendentes. Maturis enim nucibus, cortex finditur, & rimas agit. *Cortice.*] Operimentum illud intelligit, quod est instar calicis pulvinati, non ligneum putamen. *Dona.* At cum maturas, &c.] Cortex dehiscens in juglandibus, maturitatis indicium est. Eleganter autem dixit, agere rimas, pro findi. *Erasm.*

68. *Ad partes.*] Sic lib. 1. *Amorum* dixit: *Servus, & ad partes solers ancilla paratur.* *Ad partem*, à fabularum actio-

ne translatus est. Unde qui suo fungitur officio, suas partes agere dicitur. *Erasm.* *Ad partes.*] *Rædi* ad l. 1. *Amor.* *Eleg.* 8. *¶* 87. *Pertica saeva venit.*] *Longo* duo libri. ut in istis *Ovidii*,

Pertica suspensas portabas longa manipulos. *Heinsius.*

71. *Mensis secundus.*] Antiqui duas mensas disponebant: alteram, quæ ad siccitatem erat, *ordinariam* vocabant: alteram, quæ ad delectationem proficiebat, *secundam* appellabant. unde *Flacc.* *Tum pensula nova secundas, Et nux ornabat mensas. Mensis secundis.*] *Secundæ* mensæ pomorum erant, & bestiarum: quo nomine omne genus secundæ mensæ venit. *Macrob.* *Saturnal.* 3. c. 18. 19. 20. *Consule & Servium* 1. *Æneid.* ad 5. *¶* C. *Postquam prima quies epulis, mensæque remota.* Qui *Poëtam* respicere ait ad Romanorum epulandi morem, apud quos duræ mensæ, una epularum, altera poculorum.

73. *Has puer aut certo rectas diverberat ictu. Dilanias* multi ex scriptis. Unde *Erasmus dilaminat.* ingeniosè. quomodo & *codex Medicus* cum præsa editione. etsi verbum id sit novum. certe *Laminam* nucis infra hic idem auctor appellat. *Politianus* conjiciebat, *delineat.* *delinat* *Fabritius*, *divulnere* *codex Patricii Junii.* *disperat* duo alii. *Mureti delariat.* pro *rectas* etiam in multis veteribus lectas. Puto scribendum *scissas dilaminat.* *Heins.* *Has.*] *Solent* nucees. *Nunus*

Aut pronus digito bisve semelve petit.

Quatuor in nucibus, non amplius, alea tota est; 75

Cum sibi suppositis additur una tribus.

Per tabulæ clivum labi jubet alter; & optat,

Tangat ut è multis quamlibet una suam.

Est etiam, par sit numerus qui dicat, an impar:

Ut divinatæ auferat augur opes. 80

Fit quoque de cretâ, qualem cœleste figuram

Sidus, & in Græcis littera quarta gerit.

Hæc ubi distincta est gradibus, qui constitit intus

Quot tetigit virgâ, tot capit inde nuces.

Vas quoque sæpe cavum spatio distante locatur; 85

In

Nunc incipit describere ludos, qui nucibus à pueris exercentur. *Dom. Restas dilaminat istu.*] Dilaminare dixit, pro in duas laminas deducere. Id fit, quoties solutis commissuris, finditur nux in duas partes. Unde paulo post *laminam* vocat putamen fissile. Illud interim erat artis, cento ictu tangere commissuram.

74. *Aut pronus.*] Rectius pronus cum Regio & Mentelii codice. *Heinsius.*

75. *Quatuor in nucibus, &c.*] Facete vocat *aleam*, quasi peticulum. Summum autem periculum, si vincaris, est in quatuor nucibus, ut ad summum incalascet certamen: si unam tribus impositam secueris, auferas quatuor. *Erasm.*

77. *Clivum.*] Declivitatem & descensum. *Dom. Per tabula clivum, &c.*] Altera ludendi species est, ut dispositis in seriem nucibus, per tabulam declivem volvatur nux: quæ si tangat quam oportet; vincit qui misit. *Erasm.*

78. *Quelibet una suam.*] *Quamlibet* meliores. *Heinsius.*

79. *Est etiam, par sit.*] Hujus ludi meminit & Flaccus: *Ludere par impar, equitare in arundine longa.* Nec vero nucibus tantum, aut castaneis ludere par impar soliti erant antiqui, sed etiam nummis. *Dom.*

80. *Auferat.*] Tanquam victor. *Opus.*] Ad sensum pueronum; qui magno æstimant divinatæ, & prædictæ ob con-

jecturæ periculum. *Augurum* vocat conjectatorem.

81. *Est quoque de creta.*] Fit quoque portior laborum pars, recte, pro figura, etiam figuram cum iisdem legendum. *Heinsius.* *Est quoque de creta, &c.*] Tertium lusus genus describit. E creta pingitur æmula figura triangularis, qualem habet apud Græcos *Δάλτα* majuscula forma scriptum. Eandem figuram apud Ægyptios cursu super facit Nihus: unde & loco nomen inditum. Ex huius similis ostenditur in cœlo super caput Arietis. Hac notant tres stellæ, duabus lineis æqualibus tertia brevioribus: sed quæ in angulo stellæ clariorem habeat, Græci *Δάλταρον* appellant.

83. *Hæc ubi distincta, &c.*] In lineis itaque pictis, certis intervallis, quos hic gradus vocat, disponuntur nuces. Puer qui stat in medio, iactu virgæ quot tetigit, tot auferat. *Erasm.*

84. *Quot tetigit virgæ, tot capit ipsa nuces.*] *Ipsi* nonnulli, ille duo. Sed verus editio, codex Regius, & Langemannii recte *tot capit inde*, quare & in superiori versu scribendum, qui constitit intus, non, quæ. *Heinsius.*

85. *Vas quoque.*] Sic à quibusdam & nostra tempestate ludi videmus. Alter enim pueronum vasculum aliquod ut pelvim ponit, & cum altero convenit: ut quod ille procul stans in pelvim nuces

In quod missa levi nux cadat una manu.
 Felix, secreto quæ nata est arbor in arvo;
 Et soli domino ferre tributa potest!
 Non hominum strepitus audit, non illa rotarum:
 Non à vicinâ pulverulenta viâ est. 90
 Illa suo, quæcunque tulit, dare dona colono,
 Et plenos fructus annumerare potest.
 At mihi maturos nunquam licet edere foetus;
 Ante diemque meæ decutiuntur opes.
 Lamina mollis adhuc tenero dum lacte, quod intro est,
 Nec mala sunt ulli nostra futura bono:
 Jam tamen invenias, qui me jaculentur, & ictu
 Præfesto munus inane petant.
 Si fiat rapti, fiat mensura relictæ,

Majo-

ces miserâ, tot lucretur: quæcunque autem extra pelvim ceciderint, amittantur. *Cecum.*] Ut missas nuces continere possit.

86. *Levi.*] Agili. *Una nux.*] Lex enim est in hoc ludo, ne plures simul jactantur.

87. *Seruo.*] A publica via remoto. *Soli domino.*] Quippe dominus, cum maturi sunt fructus, eos decerpit absque amoris læsione.

88. *Tributa.*] Tributum dicitur vestigal, quod à subditis solvitur. *Dom.* *Ferre tributa.*] Fingit enim nucem frangi, dominoque fidem, quo judicatur atrocior injuria. Et grave est, ei qui bonæ fidei est, non posse, quod debet, reddere. *Erasm.*

89. *Hominum.*] Prætereuntem. *Retrum.*] Plaustrum & vehiculorum.

92. *Annumerare.*] Sumpta est metaphorâ à debitoribus, qui acceptam pecuniam creditoribus annumerant.

93. *Fatus.*] Fructus. *Dom.* *At mihi maturos, &c.*] Alludit ad abortus, quæ præcipua infelicitas est inter foetinos, quoties foetus immaturus ejicitur. *Erasm.* *Fatus maturos.*] Redi ad Ep. 20. ff. 9.

94. *Ante diem.*] Ante debitam tem-

pus. *Opus.*] Fructus.

95. *Lamina.*] Bractea. Corticem intelligit. *Mollis.*] Tenuella, non firma. *Quod intra est.*] Quod est intra nucleum. *Dom.* *Lamina mollis.*] Putamen durefcit maturitate. Est quiddam in nucce, quod discriminet partes nucleî; id quoque maturitate lignescit. Vide *Plin.* lib. 15. cap. 22. *Tenero est in lacte.*] Succus est lacteus magis, quam nucleus. *Ulli bono.*] Bonum pro comodo dixit substantive. *Erasm.* *Tenero est in lacte quod intra est.*] *Tenero de lacte quod intro est,* Oxoniensis, *tenero & de lacte quod intro est* Neapolitanus, *tenero de lacte quod intras* verus editio, & quinque scripti. *tenero de lacte quod intra est, duo.* *teneroque in lacte quod intro est,* Vaticanus. Scribo, ut cum superioribus hæc cohercant, *Lamina mollis adhuc tenero dum lacte, quod intras, vel, intro est.* Heinsius.

97. *Jam tamen invenio.*] Invenias (scribe ex libris Nangerii. ut supra, *Invenias, qui dat nil mihi præter humanum.* Idem.

98. *Præfesto.*] Id est, præpropere, ante tempus: deberet enim fieri, ut immaturoscerent nuces. *Erasm.*

99. *Regi.*] Fructuum à virobus raptorum.

100. Ma-

Majorem domini parte, viator, habes. 100
 Sæpe aliquis, foliis ut nuda cacumina vidit,
 Esse putat Boreæ triste furentis opus.
 Æstibus hic, hic me spoliata frigore credit:
 Est quoque, qui crimen grandinis esse putet.
 At mihi nec grando duris invisa colonis, 105
 Nec ventus fraudi, solve, geluve fuit.
 Fructus obeft: peperisse nocet: nocet esse feracem.
 Quæque fuit multis, & mihi præda malo est.
 Præda malo, Polydore, fuit tibi: præda nefandæ
 Con-

100. *Majorem.*] Subaudi, partem. *Domini.*] Cui tributa solvere teneor.

101. *Ubi nuda cacumina vidit.*] *Ut vidit* vetus editio & scripti nonnulli. & sequenti versu eadem editio cum Mediceo, *Boreæ fremens*, ut in Tristibus,

Inter utrumque fremens inhumani turbine venti. Heinſius.

Nuda.] Nudata, privata.

102. *Boreæ furentis.*] Nullus enim ventus violentior. Facete dixit, *Opus*. Sic enim loquuntur: Hoc fecit boreas. Hoc tuum est opus. *Erasm. Triste.*] Damnoſum. *Dam.*

103. *Æstibus.*] Nimiis æstatis calidibus. *Spoliata.*] Scilicet foliis.

106. *Nec ventus damno.*] Septem scripti meliores cum veteri editione *frandi*. probe. Neque aliter ex suis Cioſanus. qui videatur. sic Fast. vi.

Piscis ad huc illi populo sine fraude natat. Heinſius.

Sol.] Solem ad æstus refert, gelu ad frigus.

107. *Peperisse nocet.*] Sic supra: Certe ego si nunquam peperissem, tuior essem. *Noces esse feracem.*] Malim feraci, si per libros liceat. sic lib. 12. Metam. *verum nocet esse feraci* lib. 1. Sed nocet esse Deo. ut & illic scribendum cenſeo. Symposius Enigm. 2111. *quantvis placet esse maris.* ita lego. nam V. C. Voſſianus *maris*. *Vulgati maris.* vide quæ noto ad Ep. xiv. vi. 4. & 64. Lucretius l. v. ut quidam codices,

Qui nunquam vero vita gustavit amorem,

Nec fuit in numero, quid obeft non esse creatus?

sic contra profuit. noſter Met. viii.

— nec fortibus illic

Profuit armatis, nec equis velocibus esse.

Met. xi. ut quidem legendum puro,

Quid peperisse Dnos & Dis placuisse duobus,

Et forti genitore, & progenitore Tonanti
Esse satis predest?

Propertius libro 111. El. xvii.

Quid genus aut virtus, aut optima profuit illi

Mater, & amplexu Cæsaris esse focus?
 ita recte Scaliger ex vestigiis vetustæ codicis. Heinſius.

108. *Quæque fuit.*] Prædam vocat non quod raptum est, sed quod rapi posset. *Erasm. Est mihi præda malo.*] Scripti veteres magna ex parte *heu mihi præda malo est*; vel, *hec*; vel, *hæc*. Lege, & *mihi præda malo est*. Heinſius.

109. *Prædam malo Polydore fuit tibi.*] Exemplis Polydori, Amphiarai, & Atalantis horti probat, prædam nocere. Polydorus filius fuit Priami Trojani regis; quem pater rebus Trojanis diffidens, cum magno auri pondere alendum Polyneſtori Thraciæ regi, tunc amico suo miserat, eo quidem consilio, ut si forte Trojæ à Græcis erueretur, ipse Trojanum genus & urbem quandoque

Ecc

Conjugis Aonium misit in arma virum. 110
 Hesperii regis pomaria tuta fuissent:
 Una sed immensas arbor habebat opes.
 At rubus & fentes tantummodo lædere natæ,
 Spinaque vindictâ cætera tuta suâ est.
 Me, quia nec noceo, nec obuncis vindicor hamis; 115
 Missa petunt avidâ saxa proterva manu.
 Quid, si non aptas solem fugientibus umbras,
 Finditur Icario cum cane terra, darem?
 Quid, nisi suffugium nimbos vitantibus essem;
 Non

instauraret. Venum perfidus Polymne-
 stor, eversa Troja, spe sui & prædæ:
 miserum Polydonum interfecit. vide
 Maronem lib. 3. *Æneid.* *Præda nefanda*
conjugis.] Quemadmodum Eryphile, ac-
 cepto pulcherrimo monili à Polydice,
 Amphiarum augurem Argivum mari-
 tum suum Thebæo bello latitantem pro-
 diderit, diximus elegia 10. l. 1. Amo-
 rum. *Præda.*] Monile illud preciosum,
 quod olim à Venere donatum fuerat Her-
 mionæ, postea à Polydice muneri datum
 Eryphile. *Dum. Nefanda conjugis.*] E-
 rasinus credit esse fabulam de Helena per
 Menelaum bello repetita.

110. *Nefanda conjugis.*] Sceleratæ Ery-
 philes. *Aonium.*] Apollineum. Nam
 Amphicæus Apollinis vates & augur ce-
 lestis fuit. Aonia enim fere tota Apol-
 lini & Musis est consecrata. *Virum.*] Ma-
 ricum Amphicæum. *Misit ad arma.*] In
 arma meliores. *Heinsius.*

111. *Hesperii regis pomaria.*] Si, in-
 quit, Hesperidum hortus non habuisset
 aurum, ab Hercule spoliatus non fuisset.
 Fabulatur enim Poëta, Atlantem Libyæ
 regem amoenissimum viridarium habuisse,
 in quo arbores, aurea mala ferentes;
 huicque custodiendo vigilem draconem
 appositum. Hercules tamen ab Eurystheo
 missus, intersecto dracone, aurea mala
 inde abstulit. *Dum.*

113. *Lædere natæ.*] Græce dixit po-
 tius, quam Latine, pro natæ ad læden-

dum, *negotius faderetur.*

114. *Vindicta.*] Quia vulcerant tentan-
 tem attingere. *Erasinus.*

115. *Aduncis hamis.*] Obuncis duo li-
 bri. unus *obuncis.* Heins. *Hamis.*] Spinæ,
 hamorum similitudinem habentibus.

116. *Missa.*] *Emissa. Passus.*] Ferunt.

117. *Quid si non aptas, &c.*] Non so-
 lum, inquit, fructifera & innocua, verum
 etiam aliis modis comoda sum viro-
 ri: videlicet sub umbram meam confu-
 git, quam non tolerat æstus solis, aut
 quum sub dio subito oborta pluvia occu-
 pavit. *Erasinus.* *Solem fugientibus.*] *Me-
 rantibus* scopi fere omnia. quod quan-
 vis video, quomodo explicari possit, ta-
 men *utantibus* reponi debet existimo.
 Amor. III. Eleg. VI.

*Ipse sub arboris vitæum frondibus æ-
 stum.*

Tibullus libro primo Eleg. 1. *canis æsti-
 vos æstus vitare sub umbra. Arboris parti mo-
 do dixit.* Heins.

118. *Finditur.*] Rines per nimio ce-
 loce contrahit. Vide lib. 2. Amorum:
Et misit Icaris stella proterva canis. Canis
Icaris.] Id est, Capicula. *Dum. Icaris*
canis.] Hic est Sirius. sive *arcturus*: quod
 sit in capite stelle, que *Canis* dicitur. In
 eo signo cum sol est, æstus est vehe-
 mentissimus. Probat hunc fuisse canem
 Icaris, qui domini corpus erant
 prodiderit. Ob hoc officium *canis* lo-
 cum inter sidera. *Erasinus.*

120. Non

Non expectatâ cum venit imber aquâ? 120
 Omnia cum faciam, cum præstem sedula cunctis
 Officium; faxis officiosa petor.
 Hæc mihi perpeßæ, domini patienda querela est.
 Causa habeor, quare sit lapidosus ager.
 Dumque repurgat humum, collectaque faxa remittit;
 Semper habent in me tela parata viæ.
 Ergo invisa aliis, uni mihi frigora profunt:
 Illo me tutam tempore præstat hiems.
 Nuda quidem tunc sum; nudam tamen expedit esse:
 Nec spoliū de me, quod petat, hostis habet. 130
 At simul induimus nostris sua munera ramis;
 Saxa novos fructus grandine plura petunt.
 Forsitan hîc aliquis dicat, Quæ publica tangunt,
 Carpere concessum est: hoc via juris habet.
 Si licet hoc; oleas distringite: cædite messes. 135
 Improbe, vicinum carpe, viator, olus.
 Intret & urbanas eadem petulantia portas;
 Sitque tuis muris, Romule, juris idem.

Qui-

120. *Non expectata.*] Repentina & improvisa.

123. *Hæc mihi.*] Ad hæc, inquit, patior querelam domini mei, qui mihi impunit, quod ager obnoxius sit lapidibus. *Hæc.*] Saxorum ictus & vulneta.

124. *Causabor quare sit lapidosus ager.*] Recte Salmasius, *Causa habeor. Lapidosus.*] Lapidibus, quibus ego petor, plena. Oxoniensis. *Causabor, queror.* Heins.

127. *Aliis.*] Scilicet arboribus.

128. *Illo me tutam tempore præstat hyems.*] Scripsi nocturni Illo ut non nocturnam. Forse, *Illo, ne metum.* Heinsius.

129. *Nuda.*] Sine frondibus & fructibus. *Tunc.*] Hyberno tempore.

131. *At simul induimus nostris sua munera ramis.*] Tò sua hic non placet. Puto scribendum,

At simul induimus nostris novamunera ramis. Heinsius.

133. *Forsitan hoc aliquis dicat.*] *Hic ali-*

quis dicat cum veteri editione & quatuor scriptis legendum. Idem.

135. *Si licet hoc; oleas.*] Scripsi plerique *Scilicet.* & pro hoc, prima editio & quinque manu emendati *has.* duo hic. unus *hoc.* Opinor refingendum, *Scilicet ita,* oleas distringere. de quo loquendi modo à me adum Amot. III. El. III. VI. 2. distringere quomodo Columella lib. XI. cap. 11. *Tunc & oleas distringenda est, ex qua velis viride oleum efficere.* Martialis lib. XII. Ep. XXIX.

Hoc quoque si deerit, modios distringere letiss.

Mensuramque pedes non timet Horrogens. Idem.

137. *Eadem petulantia.*] Eadem procacitas rapiendi quancunque vicina sunt publice viæ.

138. *Idem iuris.*] Eadem rapiendi potestas. *Dum. Tuis muris.*] Nove dixi, pro in tuorum muris. *Erasm.*

E c c 2

130. Pri-

Quilibet argentum primæ de fronte tabernæ

Tollat: & ad gemmas quilibet alter eat. 140

Auferat hic aurum, peregrinos ille lapillos;

Et quascunque potest tollere, tollat opes.

Sed neque tolluntur: nec, dum regit omnia Cæsar,

Incolumis tanto præfide raptor erit.

At non ille Deus pacem intra moenia finit. 145

Auxilium toto spargit in orbe suum.

Quid tamen hoc prodest, mediâ si luce palamque

Verberor, & tutæ non licet esse mihi?

Ergo nec nidos foliis hætere, nec ullam

Sedibus in nostris stare videtis avem. 150

At lapis, in ramo sedit quicumque bifurco,

Hæret, & ut captâ victor in arce manet.

Cætera sæpe tamen potuere admittâ negari,

Et crimen vox est inficiata suum.

Nostra notat fusco digitos injuria succo, 155
Cor-

139. *Præ de fronte tabernæ.*] *Præ* concinnus verus editio, & quærit scripti. sic in Tristibus, *præ fronte libelli*. Hicinius. *Frænt.*] Ubi res vendales exponi solent, ut ab omnibus conspiciantur. *Tabernæ.*] Scilicet argentariæ.

140. *Tollat.*] Impune auferat: quippe sacra tabernæ vicina est via publicæ.

142. *Et quascunque potest tangere, tollat opes.*] Quicquid libet, tollere tollit. Nec possunt, tangere tangit. Hicinius.

144. *Incolumis tanto præfide raptor erit.*] Eæ periculis dixi super notis in Consolatione ad Liviam sub finem. *Idem.* *Incolumis.*] Impugnans. *Tanto præfide.*] Quotus scilicet est Augustus. Laude Augusti iustitiam. *Præfide.*] Imperatore. *Raptor.*] Qui argentum, iumenta, gemmas, atque alia opes auferit.

145. *Idem.*] Non mihi solum, sed universis mundo Augustus pacem peperit. *Hic Dicit.*] Divus Augustus. *Pacem intra moenia totam.*] Fuit libet veteres magis ex parte duo, *scilicet.* Medicus & verus

editio, poter intra moenia finit. Latet aliquid. Hicinius.

146. *Sparsit in orbe suum.*] Spargi vociteres libet. *Idem.*

148. *Et tutum non licet esse nocere.*] Tutum non potest scripti. Sed verum est, tutum mihi, quod verus editio cum Mediceo & Erfurtano libro agnoscunt. vide notis in Epistolam XIV. VI. 64. *Idem.*

151. *Idem.*] Sed loco nidatum avium, sine inhaerent. *Bifurco.*] Bifurco, bifurco, ut lapis hætere ibi possit.

153. *Admittâ.*] Committâ crimina.

154. *Et crimen vox est.*] *Nec est Veritas non male.* *vox est verus editio cum Ambrosiano.* Multi alii, *Crimen ut est vox.* Cogitari aliquando *Et crimen vox est inficiata suum.* ut notis pro quocunque notio possit. Hicinius.

155. *Notat.*] Illi, inquit, qui nobis injuriam inferunt, non possunt crimini negare, succo morum fructum, qui eorum manus inficit, prodente. *Notat.*] Inficit, colore. *Fusco.*] Sanguine.

156. *Idem.*

Cortice contactas inficiente manus.
 Ille cruor meus est: illo maculata cruore
 Non profecturâ dextra lavatur aquâ.
 O ego, cum longæ venerunt tædia vitæ,
 Optavi quoties arida facta mori ! 160
 Optavi quoties, aut cæco turbine verti,
 Aut valido missi fulminis igne peti !
 Atque utinam subitæ raperent mea poma procellæ:
 Vel possem fructus excutere ipsa meos.
 Sic, ubi detracta est à te tibi causa pericli , 165
 Quod superest, tutum, Pontice castor, habes.
 Quid mihi tunc animi est, cum sumit tela viator;
 Atque oculis plagæ destinat ante locum ?
 Nec vitare licet moto fera verbera trunco,
 Quem sub humo radix vinclaque firma tenent. 170
 Corpora præbemus plagis: ut sæpe sagittis,
 Cum

156. *Inficiente.*] Tingente.

157. *Ille.*] Scilicet succus.

158. *Non profectura aqua.*] Frustra enim manus illo succo infestæ, aqua lavantur.

161. *Turbine.*] Obscuro nimbo, qui non erumpit, nisi cum impetuosissimis procellis. *Verti.*] Evelli. *Dom.* *Optavi quoties, etc.*] Tragice sunt imprecationes: *Vel pater omnipotens adigas me fulmine ad umbras.* Turbo, qui nascitur ex variis ventis inter se concurrentibus, totas arbores aut evertit radicibus, aut rumpit medias. Ideo appellat *cacum*, quod infano tumultu ruat.

163. *Raperent.*] Diriperent. *Mea poma.*] Meos fructus, id est, nuces. Vel: aut ego ipsa possem amovere à me causam, ob quam peror, ut Fibri faciunt. Sunt autem *Fibri*, Canes Pontici, quorum testes *Cassorea* appellati, ad medicamenta expetuntur: unde, ubi se quæri sentiunt, eos sibi secant. De his Cicero: *Redimunt se*, inquit, *ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur.*

165. *Sic ubi detracta est.*] *Dejecta* verus editio & Medicus libet. Puto re-

jecta. Heinsius.

166. *Quod superest.*] Reliquum corpus. *Pontice.*] In Ponto enim regione maxima est horum animalium copia.

167. *Tela.*] Saxa, quæ in me contorqueat.

168. *Destinat.*] Designat. Miserum est providere vulnus, nec posse vitare. *Erasm.*

171. *Ut sæpe sagittis.*] Interpretes hic mihi non satisfaciunt. Nec ego versum obscurissimum capio. *Heinsius.*

173. *Utrique gravem patiens.*] *Pascens* octo scripti ex nostris, alii duo cum veteri editione, *pavida est.* quod & Ciofianus ac Fabricius ex suis probarunt. *Exsurtanus* codex satis antiquus *pandens.* Forte *candens vacca.* Victimæ enim albæ, ut ex antiquis auctoribus est compertum, nisi quæ diis inferis cedebantur. *Trist. iv. Eleg. 11.*

Candidaque adducta collum percussa securi
Victima purpureo sanguine tingat hu-
mem.

atque ita passim de victimis poëtæ. *Heinsius.*

Ecc 3

180. B

Cum populus manicas deposuisse vetat :
 Utve gravem candens ubi tolli vacca securim,
 Aut stringi cultros in sua colla videt.
 Sæpe meas vento frondes tremuisse putastis : 175
 Sed metus in nobis causa tremoris erat.
 Si merui, videorque nocens; imponite flammæ,
 Nostraque fumosis urite membra focus.
 Si merui, videorque nocens; excidite ferro :
 Et liceat miseræ dedecus esse semel. 180
 Si nec cur urar, nec cur excidar habetis;
 Parcite. sic cœptum perficiatis iter.

180. *Et liceat misera dedecus esse semel.*] Nihil sani est in hoc versu, aut quod Latini leporis gustum præ se ferat. Quare aut delendum hoc distichon, aut, quod præstiterit, totus locus sic erit constituendus,

Si merui, videorque nocens; imponite flammæ,

Nostraque fumosis urite membra focus.
Si merui, videorque nocens, excidite ferro;

Ut liceat misera dedoluisse semel.
Dedoluisse semel, ut Remedio Amoris,
Optimus illa fuit vindex laceratis postibus
Vincula qui rupit, dedoluisse semel.
Quomodo alibi etiam Ovidius, Hæmif.

A. S A B I N I
EPISTOLÆ TRES
T R I B U S
O V I D I I E P I S T O L I S
R E S P O N D E N T E S .

EPISTOLA PRIMA.

ULYSSES PENELOPÆ.

Andrus Sabinus, imperante Octavio, atque Ovidii temporibus claruit. Ad Trisenam amicam, Elegiarum librum dedit. Fastorum inchoatos reliquit. Scripsit etiam epistolas, quibus Ulysses Penelope, Hippolytus Phædra, Æneas Didoni, Demophoon Phyllidi, Jason Hypsipyla, Phæon Sapphoni respondens. Quæ omnes, præter has tres, quas nunc præ manibus habemus, seculorum ignorantia perierunt.

Pertulit ad miserum tandem tua casus Ulysses,
Penelope, chartis verba notata piis.
Agnovi caramque manum, gemmasque fideles.
Solamen longis illa fuere malis.

Arguis ut lentum: mallet quoque forsitan esse;
Quam tibi quæque tuli dicere, quæque feram.

Non

Nillos videre mihi contigit codices manu exaratos, in quibus hæ extarent epistolæ. In primis etiam editionibus desiderantur. nec satis constat, cui gloriam inventi huius thesauri debeamus. Suspicio tamen idem exemplar, quod Cydippes, ac Sapphus epistolam integram nobis servavit, & Paridis auctiorem, usus etiam hic publicis consultasse. Eustathius quidem Swarthius in Analeptis exemplar calamo descriptum epistolarum Sabini ad partes interdum vocat, quod Gasparis Barthii fuerit, ejusdemque ipse Barthius in Adversariis subinde mentionem facit. sed cum & hunc & illum, dum in vivis essent, per amicos rogatum, ut usum istius libri mihi præsta-

rent, atque alter me ad alterum ablegaret, facile intellexi, vanam à me spem foveri. nec tanti sane sunt quæ ex illo, si dis placet, vetusto codice ab iis promuntur, ut salivam nobis de ipso libro evolvendo excitare debeant. Primas itaque harum epistolarum editiones, alteram Venetiis An. MCCCCLXXXV. alteram Parmæ procuram An. MCCCCLXXXIX. adhibendas duxi. in cæteris divinando res à me gesta est. *Hicinus.*

3. *Gemmas fideles.*] Annulli signum integrum, intactum.

6. *Quam tibi quæque tuli dicere, quæque feram.*] Aut ferro corrigendum videtur, aut totus versus sic constituendus,

Quam tibi quæ tulerim dicere, quæque feram. *Hicinus.*

Ecc 4

7. *Ferox*

Non hoc objecit mihi Græcia: cum mea fictus

Detinuit patrio littore vela furor.

Sed thalamis nec velle tuis, nec posse carere:

Causaque fingendæ tu mihi mentis eras.

10

Nil tibi rescribam curæ est, properemque venire.

Dum propero, adversi vela tulere Noti.

Non me Troja tenet Grajis odiosa puellis;

Jam cinis, & tantum flebile Troja solum.

Deïphobusque jacet, jacet Asius, & jacet Hector: 15

Et quicumque tui causa timoris erat.

Evafi & Thracum cæso duce prælia Rheseo,

In mea captivis castra revectus equis:

Tutus & è mediâ Phrygiæ Tritonidos arce

Fatalis palmæ pignora capta tuli.

20

Nec timui commissus equo; malè sedula quamvis

Clamabat vates, Urite Troës equum:

Urite.

7. *Furor fictus.*] Ut declinasset ea simulatione militis munus. Quod in contentione armor. 13. Metamorphos. Ajax Ulyssii objicit *Æl.* 34.

An quod in arma prior; nulloque sub indice veni,

Arma neganda mihi, potiorque videretur ille,

Ultima qui cepit, detestativique furore

Militiam ficto, donec solertior isto,

Et sibi insimilis, timidi commenta retexit

Nampliades animi, utatque traxit ad arma?

11. *Nil tibi rescribam curas.*] Lege minima mutatione meo periculo, cura est. Curæ, inquit, mihi est, ut nil rescribam, utque properem venire. Respiciebat nempe illa Penelopes,

Nil mihi rescribas ut tamen ipse veni.

Non absimilis locus sequenti epistola,

Est animus reditus, sed pia causa tenet.

Swarthio placebat,

Nil mihi rescribam curæ vis?

Heinsius.

16. *Causa timoris erant.*] Erat primæ expeditiones. *Idem.*

17. *Evafi & Thracum cæso duce prælia*

Rhese.] Ita distingue. Evafi, inquit, Thracum gentis pugnacissimæ arma, dum necopini & sopiti cum duce Rhese à me opprimuntur. Aliud agebat Swarthius dum corrigi,

Evafi, ut Thracum ceciderint prælia Rhese. Idem.

20. *Fatalis palma.*] Palladii.

22. *Urite Troës equum.*] Virgil. 2. *Æneid.*

At Cæpi, & quorum melior sententia moniti,

Aut pelago Danaum infidias, suspensaque dona

Præcipitare jubent, subjactisque arere flammis.

Adi Home. Odyss. 9. ubi Demodocus cantor in convivio totam hanc fabulam decantat. Accius in Delphico inscriptionem hujus equi talem facit. MINERVA DONUM ARMIPOTENTI DANAL ARSIONTES DICANT. VOCATUS fuit hic equus DURATEUS. Lucret. 1.

Nec clam Durateus Troas Pergæa parum Inflammasset equus nocturno Grajagerrum.

Quod ex Ennio.

— 225

Urite. mendaci celantur robore Achivi:
 Et Phrygas in miseros ultima bella ferunt.
 Perdiderat tumuli supremum munus Achilles, 25.
 Sed Thetidi est humeris redditus ille meis.
 Nec laudem Danaï tanto renuere labori:
 Erepti pretium corporis arma tuli.
 Quid refert? pelago sunt obruta. non mihi classes;
 Non focii superant: omnia pontus habet. 30
 Solus adhuc mecum, qui me tot casibus unus
 Duravit, patiens ad mala perstat Amor.
 Illum non avidis canibus Niseia virgo

Fre-

— nam maximo saltu superabis
 Gravidus armatus equus
 Qui suo partu tollas ardua Pergama.
 Unde Virgil. 6.

Cum fatalis equus saltu super ardua venit
 Pergama, & armatum pedem graviter
 extulit alio.

Quò etiam alludit Plaut. Bacchid. 4. 9.
 v. 16. & seqq.

— Ego sum Ulysses, cujus consilio hac
 geruntur.

Tum quæ hic sunt scripta litera, hoc in
 equo sunt milites

Armati atque animati probè,
 & quæ seqq. Duræus autem dictus est
 equus, vel à materia; vel, quod ma-
 gis aridet, ab armato, milite, &
 hasta.

Θαυδὲς Ἐπειὸς, μηχανᾷσι Πάλλας
 Ἐγυῖμον ἵππον ταυχίαν ξυταγμένον,
 Πύργων ἱεροῖσι νηὶος ὀλίβρον βάρος.
 Ὅθεν ἀπὸς ἀνδρῶν ὕψιστον κλυθίσταται.
 Δάμνος ἵππος, κρυπλὸν ἀμπίσχειν δόρυ.
 Eurip. Troad. Non longe à princi-
 pio.

31. Qui me tot casibus unus Duravit.]
 Puto, unum duravit. Nam post Τὸ solus
 odiosa & superflua sit repetitio τῷ unius.
 Heinsius.

33. Illum non avidis canibus Nereia
 virgo.] De Scylla hand dubie agit, quam
 cur Nereiam appellet virginem, fateor
 me non videre. Ne quid te morer, resin-
 ge, Niseia virgo. Virgilius in Ciri,

Per mare caruleum trahitur Niseia
 virgo.

Recte, inquis. Agitur enim illic de Scyl-
 la Nisi. Sed quid hoc ad alteram à Glas-
 co amatam Phorci & Crætidis nym-
 phæ filiam (nam apud Servium in Ec-
 log. vi. Crætidis filia mendose dici-
 tur) sive, ut veteri Scholiastæ in Odyf-
 seam Homeri aliisque placet, ex Phorco
 & Hecate genitam, quam Sabinus nunc
 innuit? At confundunt promiscuè am-
 bas poetæ, quod ut liquidius appareat,
 exemplis evincetur. Noster ipse cum
 Metamorphoseon libro octavo, & de-
 cimo tertio ac quarto etiam manifeste di-
 stinguat, tamen in Remediis Amo-
 ris,

Præterita canis Niseide navita gaudet.
 & Fastorum iv.

Es vos Nisei naufraga turba canes.
 ubi Scyllæ canes perperam membræzæ
 complures reponunt: ut & Ripheide in
 superiori versu frustra. Artis Amatoriz
 libro primo,

Filix purpureos Niso furata capillos
 Puppæ cadens celsâ saltu refertur avis.
 Altera Scylla maris monstrum, medica-
 mineo Circe

Pube premis rabidas inguinibusque
 canes.

Ubi interpolatores strenuè grassati sunt,
 cum versus duo medii ab optimis ac
 veterrimis libris absint. idque recte.
 ut suo loco monuimus. Ne dubites, en

Ecc s

id

Fregit: non tumidis torta Charybdis aquis:
Non ferus Antiphates, nec in uno corpore diffors 35
Par.

id ipsum distichon Amorum lib. III.
Eleg. XII. paucis mutatis.

*Per nos Scylla patri canos furata capillos
Peda premis rabidos inguinibusque ca-*
nes.

Nec defuere codices, qui eos versus pari
modo interpolent, quo in Arte Ama-
torii est factum. Sic Philomelam ubi-
que Ilyli marem facit Ovidius, in Me-
tamorphosi Progen. Ibidem Oenei
filiam Deianiram, & Dexameni in Ibi-
de. Adeo rati sibi constant poetæ in
narrandis fabulis. Id enim velle nunc
probare, immensi voluminis foret ar-
gumentum. Virgilius Eclogæ VI.

*Quid referam aut Scyllam Nisi, quem
fama secuta est*

*Candida succinctam latrantibus inguina
monstris*

Enclitichis vexasse rates.

sic enim cum aliz membranz ex opti-
mis, tum codex Medicus longe præ-
stantissimus scriptum exhibent. Nam in
vulgatis nunc invenias, *aut quam fama
secuta est*. Agnoscat etiam dubiam Ser-
vius illic lectionem, sed incertus, quod
miseret, quantum amplectatur ex dua-
bus. Ipse quoque Virgilius in Ciri Scyl-
lam utramque à poetis confundi asseve-
rat. Versus non adscribam: jam enim
sum nimis. *Pleinsus.*

35. *Nec in uno corpore discors Parthe-*
nope.] *Diffors* reponendum. *diffors* quod
diversæ sortis est aut naturæ, cui oppo-
nitur *Tò consors* vox Ovidio usitata. sic &
aversi sine sorte ἀλλήροι. ita *exortum*
honorem apud Virgilium interpretatur
Servius. sic *compar*, *dispar* & *separ*. *sepa-*
rum unum dixit Val. Flaccus lib. V. quo-
modo & *separum dultum*. Prudentius
similiter *congrex* & *segrex*. Error hic fre-
quenter apud optimos auctores com-
missus, ut *discors* pro *diffors* legatur voce
parum notâ hædenu. Lucanus libro I.
V. 584.

*Monstra juba primæ, quæ nullo fœmine
diffors*

Protulerat Natura, rapi.

non *discors*. quod descriptos manu et
typis codices occupavit. Seneca Medea
Act. IV. in Choro,

*Tibi hæc Typhoeus membra quæ diffors
tulit.*

sic scribo. Typhoeum vocat diffortem,
quod corpori humano pedes anguineos
& centum brachia committeret. Nam
quod apud eundem Senecam Hercule
Furenti in membranis Mediceis scri-
ptum offendi, Act. III. Sc. I. de Stryge,

A fonte diffors manas hic primo latex.
si admittimus, diffors erit, ab aliis an-
nibus diversus. Illud vero certum, ean-
dem vocem esse reddendam Nasoni Me-
tamorph. VIII. de Paliphæe,

Quæ totum ligno decipis adhibere tan-
rum.

Diffortemque utero futurum tulit.

hoc est fortium sortis non humanæ. Mi-
notarum videlicet. qui Claudiano in
Epigrammatis, *dispariles monstro commif-*
sus in artus Cres pater. Lucretius libro V.

Aut rabidis canibus succinctas femi mar-
rimis

*Corporibus Scyllas, & cætera de genere
horum*

Inter se quarum diffortia membra vide-
mus.

Ita & ibi corrigendum. *validis præterea
canibus pro rapidis reponendum* puto:
quod ita de canibus Scyllis passim au-
ctores. Hinc *Scylla rabidum voracis in-*
guin Sidorio, Statio quoque Thebaid.
IX.

*Hec tibi fœmidæ monas tribuere parvulus,
Nec mortalis ævis? sic nostro in gurgis
regnas*

*Mitior heu misero diffors alienaque tellus,
Mitior undæ maris.*

de Crenæo agitur, Fœni, & Hymenidis
nymphæ filio, quem in Ilimeno ante
occisum mater deplangit. *diffortem ali-*
namque igitur tellorem vocat respectu
aëquarum, è quibus originem Crenæus
trahabat. Libri editi & scripti mira pec-
ti-

Parthenope, blandis infidiosa modis.
 Non quod Colchiacis Circe tentaverit herbis,
 Non quod solennes altera Diva toros.
 Utraque se nobis mortalia demere fila
 Spondebat: Stygias utraque possit vias. 40
 Te tamen hac etiam spretâ mercede petivi,
 Passurus terrâ tot mala, torque mari.
 Sed tu foemineo nunc forsan nomine tacta,
 Non secura leges cætera verba mea.
 Quæque mihi Circe, quæ sit mihi causa Calypso, 45
 Jamdudum ignoto sollicitere metu.
 Certe ego cum Antinoum, Polybumque, Medontaque
 legi;
 Heu toto sanguis corpore nullus erat!

Tot

tinacia utroque loco mendosi sunt. *Pe-
 tronius, Mirari equidem tam differtem
 libidinem capi, acque inter monstra nume-
 rare, quod ancilla haberet matrona super-
 biam, & matrona ancilla humilitatem. Pa-
 ri modo & illic est peccatum. Ovidius
 demum libro Amorum II. Eleg. VII.*

*At mea seposita est, & ab omni milite
 differt*

*Gloria; nec titulum muneris alter
 habet.*

sic enim manifeste scriptum exhibet
 optimus Puteanorum fratrum liber, cu-
 jus auctoritas mihi prævit, ad reliquos,
 quos modo produxi, locos in integram
 restituendos. Apud eundem Ovidium
 l. IV. Fast. similiter censeo corrigendum,

*At quia cunctarum contraria semina ve-
 rum*

*Sunt duo differtes ignis & unda dei.
 Paulinus eamque Sapphico ad Nicetam
 Episcopum,*

*Te parvam dicis plaga tota Bore:
 Ad tuas fasces Seythus mitigatur:
 Es sui differtis fura te magister
 Pestera ponis.*

Ita omnino scribo, licet veterimus
 Isaacii Vossii viri clarissimi codex à vul-
 garis libris nihil discedat. Non enim

sui discors, sed discors sibi Paulinus dixit-
 set; ut Latine loquentibus mos est. No-
 stes in Tristibus,

*Ipse sibi discors, tanquam manderetur ab
 illis;*

*Scinditur in partes æra favilla duas.
 Ipse Paulinus paulo post, Pascitur con-
 fors vinculis læti, ut quidam Vossianus
 liber. nam vulgati concors. Sed jam plus
 satis de hac voce. Idem.*

37. *Non quod Colchiacas artes tentaveris
 herbis.]* Arto prima editio. divide Te a
 in duas litteras, & habebis ei. Circe pro
 Circe. Emenda igitur locum turbatissi-
 mum levi mutatione,

*Non quod Colchiacis Circe tentaveris
 herbis.*

de Circe profecto hic agi ex sequentibus
 liquido apparet. Altera Diva est Ca-
 lypso. Idem.

39. *Mortalia demere fila.]* Calypso
 immortalia Ulyssi promittebat, si
 secum in æneibus ævum transigeret.
 Quod Cicero de Il. 2. tangit *liberum in
 æpervinnis sacis, tanquam mulum, as-
 picam, Ulysses immortalitati, quam Dea
 obtulit, anepesim.* Hom. Odyss. a. & c. p.

45. *Causa Calypso.]* Causa Swarthius
 ex veteri libro. nec obnoct. Heinss.

49. Tot

Tot juvenes inter, tot vincta licentia, semper
 (Hei mi! quo credam pignore?) casta manes? 50
 Curve placent ulli, si sunt in fletibus ora,
 Deperit & lacrymis non decor iste tibi?
 Pacta quoque es thalamo, nisi mendax tela moretur,
 Et coeptum revoques callida semper opus.
 Ars pia; sed quoties oculos frustrabere lanâ, 55
 Successum toties ars dabit ista tibi.
 Ah melius, Polypheme, tuo superatus in antro
 Finissem ingratos ad mala tanta, dies!
 Threicio melius cecidissem milite victus,
 Ismaron errantes cum tenuere rates: 60
 Crudelemve illo fatiassem tempore Ditem,
 Quo redii Stygiis fata moratus aquis.
 Vidi ubi (nequicquam quod me tua littera celat)
 Sospes digressos quæ mihi mater erat.
 Rettulit illa domus eadem mala: meque querentem 65
 Fugit, ab amplexu ter resoluta meo.
 Phyllaciden vidi. contemtis fortibus ille

Pri-

49. *Tot vincta licentia semper.*] Et si non ignorem *vincta licentia* Virgilio etiam bis dici *Æneid. v.* hoc tamen loco magis apposite *licentia* legatur. quod Barthio etiam Swarthioque est visum. *libera vincta* dixerat Horatius. sic *licentes Faunus* Statius Theb. iv. & *licentem Iudam* Theb. v. & in Sylvis. *licens Luperus* Propertio. noster ipse paulo post *vacantia vincta*, quo vacuæ & otiosæ mentes teneantur, dixit. *Idem.*

50. *Hei mihi! quid credam? pignore casta manes.*] Lege totum distichon hoc modo,

*Tot juvenes inter, tot vincta licentia, semper
 (Hei mihi! quo credam pignore?) casta manes.*

nec aliter Swarthius in *Analectis*, & in *Adversariis* Barthius, nisi quod distinctione præterea locum juvenimus. *Idem.*

51. *Curve placent ulli.*] *Malo places.* Heinzius.

54. *Et coeptum revoques pallida semper opus.*] Scribe, ut cum sequentibus hæc cohereant.

Et coeptum revoques callida semper opus. Tò *pallida* locum hic non habebat. Tangit dolum nocturnum retextæ telæ. *Idem.*

57. *Tuo superatus in antro.*] *At melius, Polypheme, tuo si præfusus in antro* ex veteri libro Swarthius. ego nil temere mutem, nisi *depressus* reponatur. *Idem.*

65. *Meque querentem.*] Deitius Commentatio in Tragedias Senecæ, terque querentem legit. sed nulla opus mutatione. *Idem.*

66. *Ab amplexu ter resoluta meo.*] *Ter resoluta prætulercim.* sic lib. x. *Metam.* de umbra Euridices, *revolutaque rursus eodem est.* Virgil. lib. vi.

Rursus et in ventrem fato revoluta figuram.

Idem.

68. *En*

Primus in Hectoreas intulit arma domos.
 Felix laudatâ cum conjuge! læta per umbras
 Illa suum fortes it comitata virum. 70
 Nec dum illi Lachesis dictos numeraverat annos:
 Sed juvat ante suum sic cecidisse diem.
 Vidi, nec lacrymas oculi tenuere cadentes,
 Deformem Atridem (hei mihi) cæde novâ.
 Illum Troja virum non læferat: ille furentem 75
 Nauplion, Euboïcos transferatque sinus.
 Quid refert? animam per vulnera mille profudit,
 Jam reduci solvens debita vota Jovi.
 Tyndaris has illi læso pro foedere pœnas
 Struxerat; externos ipsa secuta viros. 80
 Ah! mihi quid prodest (captivas Teucridas inter
 Cum staret conjux Hectoris atque soror)
 Defectis Hecuben potius legisse sub annis,
 Ne tibi suspectus pellicis esset amor?
 Prima meis omen metuendum puppibus illa 85
 Fecit: non membris ipsa reperta suis.
 Latratu miseras finivit mœsta querelas;

Et

68. In Hectoreas intulit arma domos.]
 Scripserat, puro, Sabinus, impulsit. ut
 Met. xii.

— immeritis urbes Elinque Pylonque
 Diruit, inque meos ferrum flammamque
 penates

Impulsit. Idem.

70. Illa suum forte sic comitata virum.]
 Fortes it. refer ad Tò umbras, quod præ-
 cessit. & hoc vidit Swarthius. Idem.

71. Necdum illi Lachesis dictos nume-
 raverat annos.] Præstiterit legi perneuerat
 ut apud Martialem libro i. Ep. lxxxix.

Cum multa supremos Lachesis perneuerit
 annos. Idem.

77. Animam per vulnera mille profu-
 dit.] Per adultera tela vetus liber Spar-
 thii. non inconcinne. Idem.

79. Lætas pro fadere pœnas.] Lætas
 dici opinatur Swarthius εἰσπορεύουσιν. sed
 non persuadet. Puro scribendum læsa

pro fadere, lecti scilicet. Ad Cassandra
 ab Agamemnone amatam refer. Idem.

80. Externos ipsa secuta viros.] Malim
 teros. hæc enim duo in Ovidianis codi-
 cibus frequenter confunduntur. sic se-
 quenti epistola Graios viros pro Graios te-
 ros. & epistola Herus Abydeno viro in
 vulgatis. Idem.

83. Defectis Hecubam potius.] Hecub-
 ben potius prima editio. Idem.

87. Latratu.] Hecuba in canem versa
 fingitur, propter rabiem. Eurip. Hecub.
 v. 1265.

Κύων γὰρ ὦν, πύρε' ἔχουσα δόρυμα-
 τα.

Quod Cicero. i. Tusculanar. explicat:
 Hecubam autem putant propter animi ra-
 biem & acerbitatem quandam fingi in ca-
 nem esse conversam. Plaut. Menech. 5. i.
 Non tu scis, Mulier, Hecubam quæpropter
 canem.

Graj-

814 U L Y S S E S P E N E L O P E A

Et stetit in rabidam protinus acta canem.
 Prodigio tali placidum Thetis abstulit æquor,
 Æolus infusus incubuitque Notis. 90
 Pervagus hinc toto non felix differor orbe;
 Et, quocunque vocat fluctus & aura, feror.
 Sed si Tiresias tam læti providus augur,
 Quam verax vates in mala nostra fuit;
 Et terra & pelago, quidquid mihi triste canebat, 95
 Emenfus fato jam meliore vagor.
 Jam mihi nescio quo comitem se in littore jungit
 Pallas, & hospitibus per loca tuta trahit.
 Nunc primum Pallas versæ post funera Trojæ
 Visa mihi: medium temporis ira tulit. 100
 Quicquid Oïlides commiserat, omnibus unus
 Peccavit: Danaïs omnibus ira nocens.
 Nec te, Tydide, cujus modo foverat arma,
 Eximit: errato tu quoque ab orbe venis.
 Non Telamone satum captâ de conjuge Teucrum: 105
 Non ipsum, pro quo mille fuere rates.
 Felix Plisthenide, quacunque in sorte fuisti
 Conjuge cum carâ: non gravis illa fuit.
 Seu venti fecere moras, siquæ æquora vobis;
 Ad nulla est vester damna retentus amor. 110
 Oscula nec venti certè tenuere, nec undæ:
 Promptaque in amplexus brachia semper erant.

Sic

Græci ista prædicant?

Omnia mala ingerbat, quonquam adpo-
nerat.

Illego adeo jure capta appellari est Canis.

— rictuque ad verba parat

Lætare comita loqui.

Metam. 13. v. 570. & multa alii. Sepulcrum ejus apud Abydum Cynossema appellatum.

90. *Æolus infusus incubuitque notis.*]
 Malim *effusus*. In Ibide,

Parque undam celi Zephyrus amittit &
Eurus, Hæmus.

103. *Cujus modo foverat arma.*] Scri-
 be, *foverat*. Ovidius Trist. l. 1. Eleg. 17.
Canis meus est molior, qui non contraria
sovi

Arma. Idem.

107. *Felix Plisthenides.*] Idem *Plis-*
thide. Mendaciam hæc spectant cum He-
 lena uxore ad paternos lares conser-
 dentem Trojâ jam captâ. Idem.

III. *Oscula nec venti certe tamen.*]
 Malim *certi*. sic *certus* Boreas & *certus* mo-
 ra Epistola Hæmus, ubi plus congesti-
 bus. Idem.

111. Te

Sic utinam errarem: faceres tu mollia, conjux,
 Æquora: te sociâ nil mihi triste foret.
 Nunc quoque, Telemacho tecum mihi sospite lecto, 115
 Omnia sunt animo jam leviora mala.
 Quem tamen infestas rursus queror ire per undas,
 Herculeam Sparten, Nectoreamque Pylon.
 Ingrata est pietas, cui tanta pericula subsunt:
 Nam male commissus fluctibus ipse fuit. 120
 Sed labor in fine est. occursum in littore vates
 Dixit. in amplexus, care, ferere tuos.
 Noscendus soli veniam tibi. tu preme solers
 Lætitiâ, & tacito gaudia conde sinu.
 Non vi certandum, nec aperta in bella ruendum. 125
 Sic cecinit laurus ille monere suas.
 Forsitan ante dapes, interque vacantia vina,
 Ultoris pharetris utile tempus erit.
 Et modo despectum subito mirentur Ulysses.
 Heu precor, ut properet ille venire dies! 130
 Antiqui renovet qui lætus foedera lecti:
 Et tandem incipias conjuge cara frui.

115. *Tecum mihi sospite lecto.*] *Lectio.* | 120. *Nam male commissus.*] *Item mala*
 atque ita Swarthius & ad Propertium | *puro.* *Idem.*
 Livianus. *Idem.*

E P I S T O L A . II.

D E M O P H O O N P H Y L L I D I .

Phyllidi Demophoon patria dimittit ab urbe:
 Et patriam meminit muneris esse tui.
 Nec face Demophoon aliâ, nec conjuge captus,
 Sed tam non felix, quam tibi notus erat.

The-

1. *Phyllide Demophoon patria dimittit*
ab urbe.] Videtur scribendum,
Phylli, hanc Demophoon patriâ tibi
mittit ab urbe.
 ut imitatio sit istius Ovidiani,
Hanc tua Penelope lento tibi mittit,

Ulysses. *Heinsius.*
 4. *Sed tam non felix.*] *Sed tamen fe-*
lix prima editio. Læet mendum. Forte,
Esset tam felix. Sensus certe tale quid
postulat, Idem.

5. *Qua*

Thesea, (quo socero nequicquam, Phylli, tumebas) §
 Impuleritque ignes forsitan ille tuos)
 Turpe pati nobis, regno ferus expulit hospes:
 Hunc illi finem longa senectū dedit.
 Qui modo peltiferas fudit Mæotidas armis,
 Alcidae magni, non minor ipse, comes. 10
 Qui socerum Minoa gravi sibi fecit ab hoste,
 Mirantem monstri cornua victa sui.
 Arguor exilii (quis credat?) causa fuisse:
 Nec tacitum frater me finit esse reum:
 Dum thalamos, inquit, dilectæ Phyllidos urges, 15
 Et tuus externo cessat in igne furor;
 Fluxere interea pede tempora lapsa fugaci;
 Prævenitque tuas flebilis hora moras.
 Forsitan aut nondum fractis occurrere rebus,
 Aut poteras fractis utilis esse tamen. 20
 Cur potiora tibi Rhodopeia regna fuere,
 Quæquæ magis regnis cara puella fuit?
 Intonat his Acamas: eadem mox objicit Æthra;
 Infe-

5. Quo socero nequicquam, Phylli, tumebas.] Tumebas reponc. nihil verius. sic sequenti epistola,

— quo me genitore superbium
 Argui. Idem.

10. Alcida magni non minor esse comes.] Imo,

Alcida magni, non minor ipse, comes.
 Paris Helenæ, — pulchra filia Leda
 Ibis in amplexus, pulchrior ipsa, tuas.
 Amor. lib. iii. Eleg. ii.

Dum sequitur fortes, fortior ipsa, seras.
 Martial. lib. xi. Ep. 51.

Silius Andina succurrere censuit umbra:
 Silius en vatem, non minor ipsa, colit.
 Ita versus contaminatissimos censeo scribendos, ex codicum vetustorum vestigiis. Idem.

13. Arguor auxilii, quem credis causa fuisse?] Prima editio, Arguor exilii qui credis. Scribo non audaci conjectura, & distinguo,

Arguor exilii, si credis, causa fuisse.
 vel quis credat, per parenthesis intro-

gatoriam. Idem.

14. Nec tacitum frater, nec finit esse reum.] Corrigendum, si quid video,

Nec tacitum frater me finit esse reum.
 tacitum non finit esse reum, quia palam & aperte accusat. Idem.

19. Forsitan aut nondum fractis occurrere rebus.] Reponendum tam hoc quam sequenti versu fractis pro factis, sic postulante sententia. Malim etiam fractis succurrere rebus, quam occurrere. Naso in Tristibus.

Quo magis o pauci lapsis succurrere rebus.
 fracta res, ut in illo Horatiano,

— postquam res mea lassum

Ad medium fracta est.

& fracta spes Tenebrum Virgilio. Idem.

21. Cum potiora tibi.] Imo Cum hic quam proximo versu. nisi illis quo malis. Præterea aridet, Cum potiora tui. ut Tò regnis subintelligatur. Idem.

23. Intonat his Athamas.] Lege Acamas. Is enim Thesei filius, Demophoontis frater, ex belli Troiani, cui

Infelix functæ jam prope sortis anus.

Et quod non condant nati sua lumina palmæ, 25

Fecisse hæc nostras arguit usque moras.

Non equidem inficior: multum clamavit uterque:

Staret Threiciis cum mihi puppis aquis.

Poscunt, Demophoon, (quid cessas?) carbasa venti:

Demophoon patrios respice dure Deos. 30

Respi-

interfuit, scriptoribus notus. Vide de ejus & Laodices amoribus Parthenium in Eroticis cap. xvi. Simile mendum infedit Virgilio codices vulgatos Æneidos lib. ii. ubi nonnullos ex iis recenset, qui equo duratæ fuerant inclusi,

Demissum lapsi per finem Acamasque Thoasque

Pelidesque Neoptolemus, primasque Machaon.

sic enim scribendum ex vetustissimis libris. In Mediceo venerandæ antiquitatis codice *Achamasque* inveni exaratum additâ aspiratione. unde proclivis error C in T mutato ex *Acamante* in *Athamantem*, ut vulgati libri nunc exhibent. Servius Fuldenſis ad illum locum *Athamas Demophoontis filius Perrechiæ nepos*. qui locus est mutilus. Scribendum enim, *Acamas Demophoontis frater, filius Theſei, Ægei & Æthiræ nepos*. Quod est verum. Auctor de Origine Romana. Itaque, *Primus*, ex ea quoque significatione est, è qua illud in secundo Æneidos, de circumnavigatione eorum qui equo Durio diredebantur. Nam *primus* nominasset Theſſandrum, Stenelum, Ulyſſem, Acamanta, Tisanta, Neoptolemm, post intulit, *Primusque Machaon*. Male & ille *Athamanta* scribitur. Cæterum Acamantem ac Demophoontem fratres equo Trojano cum aliis proceribus se credidisse testatur Quintus Smyrnæus, lib. xii.

Δημοφώντι καὶ Ἀμφίμαχῳ, χαρτερὶς Ἀγαπίῳ,

Σὺν δ' Ἀκίμας Μίγιστος κρατὲς φιλῳ υἱός.

Et Triphiodorus in eadem de equo narratione,

Δημοφώντι Ἀκίμας δούω Θεσῆς τέκνον.

ut de Virgiliani loci restitutione non sit dubitandum. Pausanias quoque in Atticis, ubi donaria Arcis describit, & inter illa equum Durium ex ære conflatum, καὶ Μενεσθεύς, inquit, καὶ Τεύκρος, ὑπερεῖπυσεν ἐξ αὐτῶ, προσέτι δὲ καὶ οἱ παῖδες οἱ Θεσίων. Virgilius tamen Demophoontem, ut plures alios, omisit. Apud Harpocratiōnem Sophoclis Acamas Tragedia citatur. ubi Athamantis nomen reponendum censet magnus Casaubonus. sed frustra. Acamantem enim scenis argumentum dedisse ex Luciani libello περὶ ἐρχήσεως apparet, inter alias enim leges, quas præcibit mimo, exactam fabularum cognitionem ab eo exigit, quarum plurimas postquam recensuit. ἴτα, inquit, ὁ Ἀκάμας καὶ ἡ φυλλίς, καὶ ὁ προτέρη δὲ τῆς Ἑλένης ἀρπαγὴ, καὶ ἡ στρατεία τῶν Διοτρεῶν ἐπὶ τῇ Πίλῳ καὶ τῷ Ἰππολύτῳ πάθος, καὶ Ἡρακλείδων κἀποδοθῶ, ubi Acamanti amores Phyllidis videtur vindicare, quomodo & Tzetzes Commentario in Lycophronem. Sed reliqui omnes de Demophoonte consentiunt. Ab hoc Acamante, qui regnum Athenis post Menestheum obtinuit, tribus Acamantia nomen est mutata, ex qua Pesticus fuit; & Acamantium seu Acamantis magnæ Phrygiæ oppidum. Videndus Stephanus in Ἀκαμάντιον. Idem.

26. Fecisse hic nostras.] Puto hæc. de Æthrâ enim est sermo, non de Acamante. Idem.

30. Respice jure Deos.] Scripserat Sabinus

Respice: & exemplum, qua gaudes, Phyllida fume.

Sic amat, ut terrâ nolit abire suâ.

Utque redire velis, non ut comitetur euntem,

Te rogat: & præfert barbara regna tuis.

Me tamen hæc inter tacitum convitia sæpe

35

Adversis memini vota tulisse Notis.

Sæpe abitura tuo ponentem brachia collo,

Gavifum in fluctus æquora mota truces.

Nec metuam hoc ipso coram genitore fateri:

Libertas meritis est mihi facta tuis.

40

Dicere, non duro dilectam Phyllida liqui

Pectore: nec præceps vela ferenda dedi.

Et flevi; & flentem solando sæpe, remansi,

Cum staret cursus jam mihi certa dies.

Denique Threïcia veni rate. non dare Phyllis

45

Quam potuit, jussit tardius ire ratem.

Ignosce & falso; memor es Minoïdos ipse.

Antiquus necdum pectore cessit amor.

Et quoties oculis circumdat sidera, dixit,

Quæ fulget coelo, nostra puella fuit.

50

Illum dilectâ Bacchus sibi cedere jussit

Conjuge: desertæ crimen at ille subit.

Exemploque patris perjurus dicor & ipse:

Nec quæris causas, Sithoni dura, moræ:

Nec satis ampla putas redituri pignora, si me

55

Non amor alterius, non amor ullus habet.

Nullane fama tibi turbatos, Phylli, penates

Theſeos,

bicus respice dare. nisi præfers itare. sed alterum præstat. Idem.

40. Libertas meritis est mihi facta tuis.] Placet reponi,

Libertas meritis hoc mihi parata tuis. Id.

41. Dices non dura.] Ut à superiori- bus hæc aptius dependant, legendum, Dicere. Idem.

49. Et quoties oculis circumdat sidera, dixit.] Opinor à Sabino relictum fuisse,

Et, quoties oculis circumstant sidera, dixit. ut perficeret Demophoon in incepto ad patrem sententia. ut, si propius insisteret vulgata lectio,

Et quoties oculis circumstant sidera, dixit.

sed tum paulo ante refingatur,

Ignosce falso: memor est Minoïdos ipse.

Idem,

67. Da

Theseos, & miseræ rettulit acta domûs?
 Non laqueos audis cari me flere parentis?
 Flebilior laqueis (hei mihi!) causa subest. 60
 Non fratrem Hippolytum: cecidit miserabilis ille
 Præceps attonitis per freta raptus equis.
 Non tamen excuso redivit. licet undique fata
 Accumulent causas; tempora parva peto.
 Thesea, quod superest, patrem tumulabimus ante: 65
 Succedat tumulo non sine honore decens.
 Da spatium veniamque, peto: non perfidus absum:
 Nec mihi jam terrâ tutior ulla tuâ est.
 Quidquid mite fuit post diruta Pergama, quidquid
 Aut bella, aut pelagi detinuere moræ; 70
 Sola fuit Thrace. patriâ quoque jactor in illâ:
 Auxilium superes casibus una meis.
 Si modo mens eadem. nec quod sit jam mihi dives
 Regia, Cecropiâ non minor arce, movet:
 Nec patris offendunt casus; nec crimina matris; 75
 Nec jam non felix omine Demophoon.
 Quid si Phœbeam peterem te conjuge Trojam,
 Perque annos sequerer bella gerenda decem?
 Penelopen audis: tota laudatur in orbe
 Exemplum fidi non leve facta tori. 80
 Illa piæ (sic rumor ait) mendacia telæ
 Struxit, & instantes distulit arte procos:

Cum

67. *Da spatium.*] Lege, *Des spatium*
veniamque, peto. Idem.

71. *Patria quoque jactor in illa.*] In
 ipsa scribendum. De turbata Thesei do-
 mo jam fufe supra à Demophoonte est
 actum. Idem.

72. *Auxilium superes.*] *Superes* probò
 prima editio. Idem.

79. *Tota laudatur in orbe.*] Mâlo,
Penelopen audis, tota laudatur in orbe.
 quomodo in Tristibus Nâso,
Cernis, ut Admeti laudetur, & Hecle-
ris uxor. Idem.

81. *Ille piæ.*] *Piæ talis.* Idem.

82. *Instantes distulit artotores.*] Dicitur,
 quod procos corrigendum vidi. confirmat
 id prima editio L. III. Pont. Eleg. 1.

Emula Penelope fores, si fraude pu-
dica

Instantes velles fallere nuptas procas.
 Metamorph. lib. x.

— *instantium turbam violenta pro-*
corum

Conditione fugat.
 sic enim rectius legas, quam *instantem*
turbam. *Μετανοε* five *proci Penelope*
 F f f 2 in

Cum properata palam revocaret flamina noctis,

Atque iterum in lanas omne rediret opus.

At tua ne fugiant sprete connubia Thraces,

Phylli, times. ulli nubere, dura, potes?

Estque tibi pectus cujusque accedere tædæ?

Obstat perfidiæ nec metus iste tuæ?

Ah tibi quantus erit facti rubor! ah tibi quantus

Tum dolor, aspicias cum mea vela procul!

Damnabisque tuos serò temeraria questus?

Demophoon, dices, hei mihi, fidus erat!

Demophoon rediit, & sævos forsitan Euros

Passus, & hibernas dum quoque currit aquas.

Ah cur nescio quam properavimus (hei mihi!) culpam?

Rupi, quam ruptam sum mihi quæsta, fidem.

Sic tamen ah potius, sic perstes; quam mihi de te

Uterior tangat pectora, Phylli, dolor!

Quos tibi (me miserum!) laqueos, quæ fata minaris?

Et nimis audaces gens habet ista Deos.

Parce, precor: famamque domûs mihi crimen habentis

Perfidiæ, gemina ne preme, dura, notâ.

EXCU-

in proverbium abierunt. Nâso Trist. lib. II.

Aut quid Odyssa est, nisi flamina propter amorem,

Dum vir abest, multis una patina precis?

ita rectè veteres libri, non multis viris. Propertii lib. II. Eleg. IX. illa respexit.

Penelope poterat bis denos saluta per annos Vivere tam multis flamina digna precis.

Claudianus laude Sereuz, *Penelope trahat arte proci.* Aufonius Epistola XIII.

Qualem Penelope nobilissimam mensa precorum

Alcinouque habuit.

Nec aliter passim idem Aufonius, Horatius, Virgilius in Calice, Statius in Sylvis, Ovidius, alii, quoties de Penelope sermo instituitur. *Idem.*

83. *Revocaret flamina noctis.*] Scribe, *Cum properata palam revocaret flamina noctis.* *Idem.*

87. *Estque tibi pectus.*] Puto.

Estne tibi pectus cujusquam accedere tædæ.

vel, *accendere tædas.* *Idem.*

92. *Demophoon dices.*] *Dicens.* *Idem.*

93. *Demophoon rediit huc.*] *Rediit* rectè prima editio. Producit enim ultimam syllabam in *rediit*, *adiit*, *abiiit*, *subiit*, *inuit*, Ovidius, nec sine aliorum poetarum exemplo, quamquam locis ab interpolatrici manu plenius male acceptis, quod de re jam copiose egimus Notis ad Epistolam VI.

94. *Et hibernas dum quoque currit aquas.*] *Prima editio dicitur quoque currit aquas.*] Ego ex hoc & sequenti verû sensum commodum non elicio. *Idem.*

103. EX-

Excuset patrem fatis in parte relicta

Gnossis: non merui, cur ferar ipse nocens.

Nunc venti mea verba ferant, qui vela tulerunt. 105

Est animus reditûs: sed pia causa tenet.

103. *Excuset patrem fatis in parte relicta.* Versus mendosus. Videtur corrigendum,

Accuset patrem fatis si forte relicta

Gnossis; non merui cur ferar ipse nocens.

Viderint acutiores. Non enim est unius tot navis metedi. *Idem.*

EPISTOLA III.

PARIS OENONÆ.

QUÆ fatis apta tibi tam justè, Nympha, querenti
Rescribam, fateor quærere verba manum.

Quærit nec subeunt. sentit sua crimina tantum:

Solvere, quæ sentit, non finit alter amor.

Si levat hic iras, ipso me iudice damnor. 5

Quid refert? causâ tu meliore cales.

Damnatumque tibi me sub sua jura Cupido

Retrahit. alterius sic quoque præda sumus.

Prima meis tu pacta toris: falsusque juventam

Te primum acceptâ est conjuge noster amor. 10

Nondum tantus eram. quo me genitore superbum

Arguis; hoc dominus tunc retinendus eram:

Non ego Deïphobum sperabam, aut Hectora fratrem,
Cum

5. *Si levat hic iras.* Si levat hoc doctissimus Gronovius. nec dubium quin recte. *Heinsius.*

6. *Quid refert? causâ tu meliore cales.* Sensus requirit, ut cales pro cares substituat. nisi præferendum, *cales*, vel *cadis*. Quid refert, inquit, causam meam à me ipso damnari, si tu causâ meliore nihilominus cadis. hoc est, si alios amores tuis præfero. ad Helenam refer. *Idem.*

7. *Damnatumque sibi me sub sua jura Cupido.* Non sub sua jura primæ editiones. Legendum videlicet, non

sub tua jura. Idem.

12. *Hoc dominus tunc retinendus eram.* Hoc domino Gronovius. Putavi quondam, huic domino tunc retinendus eram. habeo & alias conjecturas in promptu. sed in quibus mihi non satisfaciam. Tò eram in fine versus repeti non placet. pro quo *erum* fortassis aut *era* scriptum fuerit, omiſſâ, ut solet, aspiratione. Sensus erit non incongruus, si legas,

— quo me genitore superbum
Arguis, hoc domino, te retinendus herâ.
vel, quid simile. *Idem.*

Fff 3

15. Re-

Cum pastos agerem te comitante greges:
 Reginamque Hecuben nisi matris nomine noram: 15
 Et fueras illi digna manere nurus.
 Sed non est rationis amor. te consule, Nympha.
 Læsa es: sed læsam scribis amare tamen.
 Cumque petant Satyri connubia, cum tua Panes;
 Rejēctæ memor es tu tamen usque facis. 20
 Adde, quod hic fatis amor est adjutus, & illum
 Præscia venturi viderat ante foror.
 Nondum Tyndaridos nomen mihi federat aure,
 Nec cecinit Grajos illa vocare viros.
 Omnia vera vides. superant mea vulnera tantum. 25
 Utque tuam supplex poscere cogar opem.
 Te penes arbitrium nostræ vitæque necisque:
 Victuri jam nunc pectora sume tibi.
 Flevisti; memini, tamen hac in voce canentis:
 Et, Mala, dixisti, sint precor ista procul. 30
 Nec sic fata ferant, tulerint sic cætera quamvis,
 Ut possim Oenone perdere læsa Parin.
 Tot superare metus, qui me, nec credere cogit,
 (Igno-

15. *Reginamque Hecuben nisi matris nomine noram.*] Scribendum, ni fallor.

Reginamque Hecuben non matris nomine noram. Idem.

18. *Læsa es & læsam.*] Ut vestui consilatus, scribe,

Læderis, & læsam scribis amare tamen,
 nam prima editio *Laderis.* Idem.

20. *Rejēctæ memor es tu tamen usque facis.*] Emenda *Rejēctæ facis.* Byblis lib. ix. *Metamorph.*

Ergo ego, quæ fueram non rejectura poteram,

Ipsa petam?
 non neglectura, quod est in aliis. ibidem paulo post,

Es, si rejicerer, potui mortura videri.
 Rejici idem quod repelli in re amatoria. Horatius lib. iii. Od. ix.

Si flava cecinitur Chloë,

Rejēctæque patet jamna Lydia. Idem.

24. *Nec cecinit Grajos illa vocare viros.*] Hæc & sequentia misce perplexa sunt. Fonte,

Et cecinit Grajos illa vocare viros,
vocare scilicet, me. vel,

Hanc cecinit Grajos illa vocare viros.
 hoc est, post se trahere. Gronov. tamen
Hanc cecinit Grajos illa vocare viros. Id.

26. *Utque tuam supplex poscere cogar opem.*] *Cogar lege.* Reliqua, inquit, quæ foror prædixerat, jam apparuerunt veri: unum superest, de vulneribus meis, et cogar tuam opem exposcere. Idem.

28. *Victuri jam nunc pectora sume tibi.*] Hæc quoque foede corrupta sunt, nec libet conjecturis minime certis indulgere, ne abutamur ocio. Prima editio,
Victura jam nunc pectore. Idem.

35. *Impe-*

(Ignoscas) idem te quoque fallit Amor.
 Imperat ille Deis: cum vult, in cornua tauri, 35
 Cum vult, in pennas destruit ille Jovem.
 * Non foret in terris tanto miranda decore
 Tyndaris; (heu flammis nata puella mēis!)
 Si sua non cycno mutasset Jupiter ora.
 Fluxerat in Danaës aureus ante sinus: 40
 Piniferamque Iden falsus lustraverat ales:
 Inter Agenoreas constiteratque boves.
 Victorem Alciden dominæ quis pensa tenere
 Crederet? at lanas nere coëgit Amor.
 Dicitur & Coæ sedisse in veste puellæ. 45
 Illa Cleonæo tecta leone fuit.
 Te memini Phœbum, Oenone, (mea crimina dico)
 Fugisse, & nostros præposuisse toros.
 Non ego præstabam Phœbo: sed tela Cupido
 His in te voluit legibus ire sua. 50
 Consolare tamen dignâ tua pellice damna:
 Quam tibi prætulimus, nata puella Jove est.
 Sed quod nata Jove est, minimum me tangit in illa:
 Quod non est facies pulcrior ulla, nocet.
 Atque utinam formæ iudex incallidus essem 55
 Credi-

35. Imperat ille Deus.] Deis scribendum, hinc *ἑὸν δυνάμει* Anacreonti Cupido dictus. Epistola Phædræ,

Regnas & in dominos jus habet ille Deus.

Plena sunt scripta veterum amatorum hifce deliciis, quæ nunc non vacat compilare. *Idem.*

41. Piniferamque Iden.] Piniferamque, quo epitheto de Ida etiam usus Statius in Sylvis coma Earini,

Pinifera multum felicior Ida.

Virgilius lib. v.

Aut Ida in magna radicibus ornata pinus.

sic & *Pinifer Simois* Statius dictus Theb. XII. est enim Phrygia pinis sylvis instr-

atissima. unde & Idææ Matti hæc arbor sacra. *Idem.*

45. Dicitur & Coæ sedisse in veste puellæ.] Lege *Coæ in veste*. Omphale enim Lyda, non Coa. Propertius lib. I. Eleg. 11.

Quid juvat ornato procedere, vitæ, capillo,

Et tenuis Coæ veste movere sinus.

Et lib. II. Eleg. 1.

Hoc totum è Coæ veste volamen erit.

Tibullus Eleg. IV. lib. II.

Hic dat avaritia causas & Coæ puellis Vestis. Idem.

51. Consolare tamen digna tua pellice damna.] Consolare vel Consolere reponendum. *Idem.*

F ff 4

61. Di-

Creditus Idæis, Pegasi Nympha, jugis!
 Non mihi Junonis, nec obesset Pallados ira;
 Laudata est oculis quod Cytherêa meis.
 Dividit hæc aliis flammæ celeresque paresque:
 Ut libitum est, nati temperat ipsa faces. 60
 Non tamen evaluit vitare domestica tela.
 Quos aliis arcus & sibi dura tulit.
 Deprensam conjux illam in Mavorte dolebat.
 Testibus hic Divis cum Jove questus erat.
 Jam dolet & Mavors, terras ultroque reliquit: 65
 Prætulit Anchisen huic habitura suum.
 Anchisen propter voluit formosa videri:
 Visaque post latam jacuit ulta deam.
 Quid mirum est potuisse Parin succumbere Amori,
 Immunis sub quo non fuit ipsa parens? 70
 Quam læsus Menelaus amat, non læsus amavi.
 Adjice, non læso quod comes ipsa fuit.
 Et magnos (video) cogit mihi rapta tumultus:
 Armatæque petunt Pergama mille rates.
 Non vereor belli ne non sit causa probanda: 75
 Est

63. *Deprensa conjux illa.*] *Deprensam illam* prima editio. *Idem.*

66. *Prætulit Anchisen huic habitura suum.*] Prima editio *habitura*. Gryphiana, hinc *abitura*. Lego *huic habitura*. *Idem.*

68. *Visaque post latam jacuit ulta Deam.*] *Locus foedissime depravatus.* *Idem.*

69. *Quid mirum est potuisse pari succurrere amori.*

Immunis sub quo non fuit ipse Paris.

Nihil etiam hic tani apparet. Erunt tamen omnia perspicua, si reponas,

Quid mirum est potuisse Parin succumbere Amori,

Immunis sub quo non fuit ipsa parens?

Præcedentia abunde confirmant hanc lectionem. *Idem.*

73. *Cogit mihi rapta tumultus.*] *Cogit*

lege. pro rapta etiam Sparta malim, ut versus sic constitutus,

Et magnos (video) cogit mihi Sparta tumultus.

militem à Græcis jam cogi subindicare. *parta* pro *Sparta* scriptum primo fuerat. hinc transpositis syllabis *rapta* est natum. Simile mendum Bacchus ex Semele prognatus intelligitur. *Idem.*

Indoluit Juno raptem quod pellice natum

Edueat. ac sanguis ille sororis erat.

Cum Ovidius scriptum hand dubie reliquerit, *partum* quod pellice natum. per *partum* autem Bacchus ex Semele prognatus intelligitur. *Idem.*

75. *Belli ne non sic causa probanda.*] Propertii illa respexit, ut ex veteri libro sunt emendanda,

Digne

Est illi facies digna movere duces:

Si mihi nulla fides; armatos respice Atridas.

Quam sibi sic repetunt, sic metuenda mihi est.

Quod si vertendæ spem mentis concipis hujus;

Cur cessant herbæ, carmina curve tua?

80

Nam te nec Phœbi sollertior artibus ulla est;

Phæbeæque Hecates somnia vera vides.

Te cum fideribus, te cum deducere Lunam

Nubibus, & memini surripuisse diem.

Passcebam tauros: interque armenta leones

85

Obstupui placidos vocibus ire tuis.

Quid retro Xanthum, retro Simoënta vocatum

Adjiciam cursus non tenuisse suos?

Ipse pater Cebren, natæ male tutus ab ore,

Cantatas quoties restitit inter aquas:

90

Nunc locus Oenonæ est, nunc illam ostende: parabis

Sive tuos ignes pellere, sive meos.

Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles,

Vel Priamo belli causa probanda fuit.

Idem.

78. *Sic metuenda mihi est.*] Lege,
Quam sibi sic repetunt, sic resonanda mihi est.

mihi, scilicet armato. Idem.

81. *Cum te nec Phœbi.*] Scribe, ut Latinitatis ratio habeatur, *Nam te.* Idem.

82. *Phæbeæque Hecates somnia vera vides.*] *Omina vera* Passeratius legit ad Propertium lib. iv. Eleg. iv. quomodo Propertius ipse *omina læna* illic dixit. vide quæ notamus ad Epist. ix. v. 40. apud Corippum Africanum *Pietas* Justino in somnis apparens,

Hac ne vana potes aut credas omina fingi,

Accelera, manifesta loquar,
non omnia. ut nunc legitur. ipse *visionem* mox vocat, & *ostensa*,

Atque ostensa sibi cara reserebat amanti. Idem.

83. *Te cum fideribus tecum deducere*

lunam, Nubibus &c.] *Cælo deducere Lunam* olim refigendum videbatur, quod & Scaligero placuisse animadverto, ut ad imitationem illorum hæc dicta sint.

Carmina vel cælo possunt deducere Lunam.

Certe *Lunæ* deductio in magicis notissima, qua arte sagæ Theslaiz inprimis nobiles. Cæterum quod *deducere* est optimis auctoribus, de quo verbo satis obvio in veterum commentariis nos alibi plura concessimus, id *deripere Lunam cælo* & *devocare* est Horatio in Epodis. Hunc vero Sabini locum quod spectat, cum quo diligentius perpendo, eo certius adducor, ut pro *tecum* non *cælo*, quomodo prius, sed *seclum* opiner reponendum: sic denique verbum emendandum ac distinguam,

Te cum fideribus seclum deducere Lunam

Nubibus, & memini surripuisse diem.

Idem.

89. *Ipse pater seu rem nata male tutus haberet.*] Diu me exercuit hic locus, & quidem frustra. nec tamen defuit successus

Fff 5

cessus post longam meditationem, dum alia ex aliis, ut sit, sese offerunt. Scriptum fuerat primo à libraris *Ipse pater cen rem*, unde seu rem postea factum, eum nil mutari debuerit. promiscue enim due istæ litteræ *n* & *t* inter se confunduntur. *cen rem* igitur pro *Cebren*. quomodo OEnones pater dictus. Deinde pro *haberes* suspicor *habere* vel *haberes* exaratum fuisse, addita temere asperitatione. Quare omnia jam sine perpensa, si resingis versum hanc modo,

Ipse pater, Cebren nata mole nostra ab ore

Cantatas quoties reficit inter aquas!
Parthenius in *Eroticis* cap. IV. Α'λ'ε'ν'ον'ος ὁ Π'α'ρ'ι'ος, β'υ'κ'α'λ'ον' κ'α'τ'α' τ'ὴν ἰ'δ'ε'α, ἰ'δ'ε'α δ'α' τ'ῆς Κ'ε'β'ρ'ος Ὀ'ν'ον'ος Ο'ιν'ον'ος. Apollodorus lib. III. Α'λ'ε'ν'ον'ος ὁ Ο'ιν'ον'ος τ'ὴν Κ'ε'β'ρ'ος τ'ὴν π'ο'τα'μ'ον Ὀ'ν'ον'ος γ'α'μ'ῶν. Lycophronis Scholastica. Ο'ιν'ον'ος Ὀ'ν'ον'ος ὁ Κ'ε'β'ρ'ος, ὁ Ο'ιν'ον'ος. Est & Κ'ί'β'ρ'ος Æoliz civitas apud Scythiam. Addeatur etiam Stephanus Byzantinus de Urbibus in Κ'ε'β'ρ'ος. Idem.

91. Nunc locus OEnone est: nunc illas tande, paravit.] Ne suspensum te teneam, Lector, locus mendosissimus hoc modo est constituendus,

Nunc locus OEnone est: nunc illam ostende: parabis

Sive tuas ignes pelleres, sive meas.

Nunc tibi locus est, nunc ostende illam OEnonem, quam modo dixi. illam ostende, ut apud Auctorem Heraculis OEtzi Act. 12. *Conjungen ostende Herculis. illas tande pro illam ostende.* sic supra epistolâ Ulyssis curas pro cura est. Epistola Didus initio *merita famam pro merita & famam* saepe per hæc editiones à libraris peccatum: quod quatuor aut quinque nunc exemplis confirmabo, cum pluribus possum. Valerius Flaccus lib. I. v. 70.

— nunc atri plantaria velles

Perfoses, aut curru servos frenasse dracones.

Credita ne ignaras Ceteris qui venere terras

Induis, & flava quercum domos arista.

Ita locus venustissimus constituendus, qui de Triptolemo agit. pro *Credita* n scripserat libraris, *Credita*. unde *Credita* deinde factum. Notum illud nostri, Artis lib. I.

Nec semper credenda Ceres fallacibus arvis.

& Artis II.

Credita nec semper sulci cum fœnore reddunt.

hinc etiam *fœmina credere terra aut sulcis*, & *fœmina* possum apud poetâ Tibullus,

— pax sulcis credis arvis

Semina, quæ multo fœnore reddas ager.
Variis conjecturis locus hic Valerii tentatus est, sed quæ omnes à vulgata scriptura longius recedunt. apud eundem Valerium lib. IV. v. 41.

Si non ira Deum cælo implacabilis arget,

scribendum esse *Notis* ad lib. X. Met. v. 399. pluribus adduximus. cum sine ullo sensu, vel si placidius verget nunc legatur. apud eundem lib. VI. v. 353.

— magno veluti cum turbine sese

Ipsum Æolia frangens in limine ventus.
sic ex vetusto Carrionis codice nunc circumfertur, cum antea legeretur *Ipsum Eubœia*. Scribendum autem *Æolis ubi Æolia*. quod Juvenalis initio Satyræ I. *Æolis inclusum rapidus æthereum dixit. Locum sacrum Æoliam*. Nunc de duobus Sili Italici locis videamus, quorum alter existit lib. III. non longe ab initio, ubi de laboribus Herculis agitur,

Nec levior vinci Labyca telluris ædemonis

Marte super, stratiq; genus deformis bimembres

Centauro, fronteque times minor armis Acarnan.

postremus versus subobscurus est. Nam quod *Danquejus* de Abantibus olim comatis, postea crimem non identibus, ex Eustadio interpretatur, ad labores Herculis, qui à Silio recensentur, non facit. In veteri Puteaporum fratrum codice, *frontemque times nunc omnis Acarnan*.

cornu. In Oronicensi, & Colonicensi longe praestantissimo, frontemque minor nunc omnis *Acarnan*. Scribe frontemque minor truncum amnis *Acarnan*. truncataram primo fuerat, pro *truncum*. cum T^{is} am geminare libentius neglexisset. inde nunc postea factum. Intelligendum autem de Ascheloo *Acarnaniz* *Avio*, qui cum Hercule congressus singulari certamine, ab eo devictus, & absciso cornu à fronte revulso truncatus est. Idem Silius lib. VIII. ubi congressum Andæ & Aocæ describit,

*Tam sic Andæ dulcis repetitus amore,
Tollurum hanc juvo.*

Ita ridicule circumfertur & nullo sensu. *Repetitus* nimirum expectantem libenter pro dulci *invenitus*. hanc *repetitus* insulse factum. sic multo frons *irrevocata* capite apud Calpurnium Eclogæ VI. *obrevata* & *circumvoluta* apud Lucrolium occurrunt. In Priapeis quoque pari modo non semel peccatum. ut Epigrammate XI.

*Quadam senior Hæstoris parente,
Cumq; soror, ut puto, Sibylla.*

Ita refinxit Scaliger, cum *senior* ante legeretur contra legem metricam. Sed istam castigationem Latini sermonis usus vix admittit. Putabam aliquando *Quadam annoior*. ac cum in quinque libris scriptis, quorum unus sætis antiquus, legatur *Quadam junior*; non dubito carminis auctorem scripsisse, *Quadam* haud junior Hæstoris parente, qua voce Horatius ter quaterque est usus. Epigrammate LXVII. locus est depositus ac conclamatus, quem non infelicitur, ut puto, restituiamus.

Sed rudis hic dominum toties audire loquentem

Constituque meras edidicique notas. ita editi. unus ex scriptis duobus qui penes me exstant secundo versu *Chorus meracas*. alter *Corpsi meracas*. unus Medicus *Choris meracas*. Romanus ceteris vetustior *Corismeracas*. Repone meo periculo,

Sed rudis hic dominum toties audire loquentem

Cogor, Homeriacas edidicique notas.

Pro eo quod sequitur,

Psolom ille vocat, quod nos psoloma vocamus:

Id quod nos anison, catem ille vocat. alter meus pro vulgata lectione sita, alter praestantioris notæ; quod *psoloma* *catem*. Modicus *psoloma* *catem*. Romanus. *catem*. nimirum à poetæ manu erat *ψολόντα παρανόν*. qui Homeri illa *Οδυσσεύς* α. respexit.

Καὶ τῶδ' αἰ Κριόιδης ἀφ' οὗ ψολόντα παρανόν.

Sed nondum integer est versus. Quid enim sibi volumus illa, *ψολόν* ille vocat. nam το *ψολόν* in Homero nusquam occurrat. Cum astutarem, oportune me admonuit felicissimus horum studiorum Gronovius corrigendum sibi videri,

Ille vocat, quod nos psolom, ψολόντα παρανόν.

ψολόν enim verbum. cui conjectura accedo. posset & *psolom* legi. Caterum *anison* vocem cui & *καλόν* (nam *καλόν* scribendum, quod Scaligero jam monitum) respicit illa Iliados A. Α' *ψ' δ' ἐς καλόν ὄρε μίγα ξίφ'.* de Achille Agamemnoni manus intentante, aut etiam illa de Menelao & Paride dimicantis Iliados Γ.

Α' τευίδης δ' ἱρυσσάμεν' χερσὶ μετὰ χαιραν,

Ἢ οἱ πάς ἔχρη' μίγα καλόν αἶν' ἀρετό.

qui versus libro T. denuo occurrunt. quod vero subjungit, ita sciendum,

Σμερδαλέον certe nesi res non munda vocatur.

nam libri scripti *Merdalem*. ea vox Homero est familiaris. illud tamen *res non munda* vix satis explicat Priapi mentem. quare minimum abest, quin opiner debere reponi,

Σμερδαλέον certe merda huic immunda vocatur.

ut & hoc loco ex elisione concurrentium vocalium sit peccatum, dum *res non munda* substituitur pro *merda immunda*. sic Priapus apud Horatium in Satyris, *merdis caput inquinat albis*. Sed

agc.

age, quoniam manum admovere copiamus elegantissimis verbis, quamquam sic satis oblectentis, eos porro expurgemus. Sequens igitur epigramma, cuius initium, *Quid nisi Tamaris*, huic ipsi, in quo castigando sudavimus, est annexendum, ut unam ex duobus fiat, scribendumque, *Qui, nisi Tamaris*. *Qui*, Homerum subintellige, de quo præcedentes versus egerant, mox pro *Tantalida bene si non nota fuisset*, reponendum, *bene si non nota fuisset*. Tò *tena* in simili significatione passim apud auctorem Præpiterum occurrit. Vulgatum à Priapi mente & simplicitate prorsus alienum est paulo post pro *fallentis Ulyssis* malo *fallacis Ulyssis*. & pro *Hinc legatur* & *Hinc legimus*, utroque loco *Hic*, in Odyssæa videlicet. atque ita præstantiores scripti. pro *Grandis Dindichi iussa tulisse viri*, duo ex præstantioribus codicibus *vasa tulisse*, quod magis ardet, quam *vasa tulisse*, quod in aliis nonnullis invenit, quodque Lipsio

Schioppioque probabatur. per *vasa* quæ intelligit, non est ut moncam. pro *convivia vasa*, codex Romanus veterum Vincentii Ubaldini, *convivia quæras*. si quanto rectius. pro *sen fuit artis opus*, idem cum Mediceo satis probè notæ, *fuit erat artis opus*. Puro, *Sive illud laterrum*, *fuit erat artis opus*. pro *modo vos intendite*, Ubaldinianus *vos nunc attendite*. tres alii *vos nunc intendite*. Puro *vos nunc contendite*. *contendere* arcam familiare optimis scriptoribus. Libuit panem exspatari, ut erudito Lectori castigationes nostras in Nasonem si minus quandoque probavimus, eorum loco in aliis scriptoribus quæ à nobis restituta sunt, probemus. Atque hæc sunt, quæ modèlam qualemcumque huius A. Sabini epistolis, quæ tres ex pluribus supersunt, allatura credidi. Si quis post me manum secundam iis castigandis pari sedulitate admoxit, fore auguror, ut pristino nitori maximâ sui ex parte restituta mox legantur.



FRAG-

F R A G M E N T A
P. O V I D I I N A S O N I S
E X M E D E A.

Quintil. lib. viii. cap. v. Nam cum sit rectum, Nocere facile est, prodesse difficile, vehementius apud Ovidium Medea dicit,

Servare potui. perdere an possim rogas?

Item,

Feror huc illuc, ut plena Deo.

Sen. Suafor. iii.

E X E P I G R A M M A T I S.

Cur ego non dicam, Furia, te furiam?

Eab.

Item,

Ride, si sapis, ô puella, ride.

Mart. lib. ii. Epig. xli.

Item,

Larte ferox casô Cossus opima tulit.

Prisc. lib. v.

E X P H Æ N O M E N I S.

Tot numero, talique Deus simulacra figurâ

Imposuit cælo: perque altas sparsa tenebras

Clara pruinose jussit dare lumina nocti.

Lactant. lib. ii. De Orig. Err. cap. v.

Pleiades ante genu septem radiare feruntur

Sex tantum apparent: sub opacâ septima nube est.

Probus in Georgica Virgilii, in cujus vulgatis libris
hi versus depravatiissimi leguntur.

In Priapejis quædam Ovidii extare, cruditi arbitrantur.

tantur. Ex illo certe, cujus initium, *Obscure poteram tibi dicere*, Seneca Pater lib. I. Controvers. II. hunc versum adducit,

Dum timet aliterius viduus inepta loci.

Servius in IV. Georg. ubi agit de Eurydice, citat ex Ovidio, Bis rapitur, vixitque semel. quod in auctore nostro nunc nusquam compares.

Scholiastes vetus Horatii ad lib. II. od. V. Gyges nomen pueri ex insulâ Gnido Veneri sacrâ. hujus autem pueri pulcritudinem laudat etiam Ovidius. Atqui in iis, quæ extant, laudat nullibi.

Quintilianus lib. XII. cap. X. Sed evanescent hæc atque emoriuntur comparatione meliorum. ut lana tincta fuco citra purpuram placet. at si contuleris etiam lacernæ, conspectu melioris obruatur, ut Ovidius ait. *Quæ nullo negotio in metrum redacta Jambum tragicum efficiens & duos hendecasyllabos,*

Ut lana tincta purpuram citra placet.

At si contuleris eam lacernæ,

Conspectu melioris obruatur.

In Notis enim ad Epist. VII. communem esse ultimam in contuleris, dederis, credideris, & similibus syllabam monemus.

Seneca Controvers. X. Ex Declamatione Ovidii quædam hæc producit. Quicquid laboris est, in hoc est, ut uxori virum, & viro uxorem diligere concedas. Necesse est deinde, jurare permittas, si amare permiseris. Quod habuisse nos jusjurandum putas? Tu nobis religiosum nomen fuisti. Si mentiremur, illa sibi iratum patrem invocavit, ego socerum. Parce pater, parce socer: non pejeravimus. Ecce objurgator noster, quam effrænato amore fertur. quanquam esse filiam prece-
ris. carum quidem, quod illum ab indulgentiâ suâ avocet. Di boni, quomodo hic amavit uxorem? amat filiam, & abdicat. dolet periclitatam esse, & ab eo ab-
ducit

ducit, sine quo negat se posse vivere: quæritur periculum ejus, qua pœne caruit hic qui amare caute jubet. Facilius in amore finem impetres, quam modum. tum hos ponis terminos, ut nihil faciant, nisi considerate, nihil promittant, nisi ut jus facturi; omnia verba ratione & fide ponderent. Senes sic amant. Pauca nosti, pater, crimina: & litigavimus aliquando, & cecidimus; & fortasse, quod non putas, pejeravimus. Quid ad patres pertinet, quod amantes jurent? si vis credere, nec ad Deos pertinet. Non est quod tibi placeas, uxor, tanquam prima peccaveris. periit aliqua cum viro, periit aliqua pro viro! illas tamen omnis ætas honorabit, omne celebrabit ingenium. Fer, socer, felicitatem tuam. magnum tibi quam parvo constat exemplum! in reliquum diligentiores facti sumus: errorem nostrum confitemur: exciderat jurantibus: esse tertium qui magis amaret: sic, Dî, sit semper. Persevera, socer, recipe filiam: ego, qui peccavi, poenâ dignus sum. quare uxore necatâ, socero causa sum orbitatis? Discedam è civitate: fugiam: exulabo: utcunque poterò, desiderium miserâ & crudeli patientiâ perferam. Morerer, si solus moriturus essem.

In codice poematiarum veterum longe antiquissimo, quem apud V. C. Petrum Scriverium vidi; Ovidio hoc epigramma ineditum adscribebatur,

Jam nitidum liquidis Phœbus jubar intulit undis;
Emeritam renovans Tethyos amne facem.
Astra subit niveis Phœbe subvecta juvenis,
Mitis & ætherio labitur axe sopor.
Alludunt teneri tremulis cum matribus agni,
Lacteolasque animas lacteus humor alit.

In eodem codice Argumenta librorum Virgilianorum nostro etiam adscribebantur, ut & in multis aliis exemplaribus vetustis, quæ vidi. Sed perperam. Denique in antiquo

in quo libro Georgii Fabricii, hoc epigramma de Lucretia Nasonis nomen ostentabat,

Cum foderet ferro castum Lucretia pectus,
Sanguinis & torrens egrederetur, ait;
Procedant testes me non placuisse tyranno,
Ante virum sanguis, spiritus ante Deos.

Sed jam satis. Namillas ineptissimorum hominum de Pulice, Phylomela, & his similes nugas quis Ovidio adscribi patienter aut equo animo ferat? Carmen etiam Panegyricum ad Pisonem ad alia jam castra jure optimo transiit.

F I N I S.



INDEX

I N D E X

Accuratissimus cum rerum præcipuarum, tum exquisitissimarum dictionum : prior numerus paginam, posterior versum commonstrat.

| | |
|--|-----------------|
| A. | |
| A Best nobis. | 243. 179 |
| Ab Jove melius, quam à Jove. | 108 |
| 48. | |
| Ablatus cervus. | 201. 139 |
| Ab syri membra sparsa. | 82. 129 |
| Ab syrus. | 159. 113 |
| Abydeno iero. | 272. 100 |
| Abydos in speculū. | 252. 12 |
| Achaiadas. | 34. 71 |
| Achelous. | 126. 139 |
| Acheloia cornua. | 225. 265 |
| Achillū majores. | 34. 74 |
| Achilles undis maris ferocior. | 38. 133 |
| Achillides. | 104. 3 |
| Achilles à Paride interemtus. | 111. 83 |
| Achilles dextra, Nestor pectore. | 622. 736 |
| Achilles populator urbium. | 789. 433 |
| Acontius. | 280. 1 |
| Alban. | 286. 103 |
| Alba, pro factis. | 107. 44 |
| Addita Juno Teucris. | 32. 43 |
| Adonis, Cinyra filius. | 50. 97 |
| Adonis interemtus. | 489. 16 |
| Adducta fronte, pro deducta. | 304. 165 |
| Adjuro, pro juro. | 289. 159 |
| Adverttere puppim. | 152. 23 |
| Æacides dextra, Nestor pectore. | 622. 736 |
| Æacides. | 6. 35. 104. 7 |
| Æacus, à Jove. | 24. 73 |
| Æacida pro Æacide. | 35. 87 |
| Ææa carmina. | 339. 5. 427. 10 |
| Ætine. | 80. 103 |
| Ægides perfidus. | 64. 95 |
| Æquus amor. | 591. 310 |
| Affectare. | 312. 14 |
| Afferre vim, pro inferre. | 233. 21 |
| Agamemnon quanta munera Achilli offerat. | 31. 34 |
| Agamemnon dux ducum. | 107. 46 |
| Agamemnon cæsus ut victima. | 537. 334 |
| Agrios. | 128. 153 |
| Atemipedes tauri. | 74. 32. 157. 93 |

| | |
|--|------------------|
| Ajax Telam. | 30. 27 |
| Alcestes. | 624. 19 |
| Alcæus, poeta lyricus. | 194. 29 |
| Alexander, cur Paris. | 211. 51 |
| Alcinoi hortii. | 357. 56 |
| Altum & profundum promiscue. | 474. 69 |
| Alcimedæ. | 80. 105 |
| Alcmaon. | 357. 52 |
| Alcyone. | 36. 97 |
| Alcyone lucida. | 274. 133 |
| Althea. | 35. 94 |
| Alpheus sturvius. | 470. 29 |
| Amantes fidi saltantur. | 548. 501 |
| Amator sapiens. | 485. 3 |
| Amalthea, Olenium pecus. | 264. 188 |
| Amantibus quævis longa mora est. | 266. 3 |
| Amas nemo secure. | 273. 109 |
| Amantes ferunt servitium. | 315. 18 |
| Ambracia terra, ut via Appias, Africa terra. | 203. 164 |
| Ambage remissa. | 100. 149 |
| Annus vitro splendidior. | 202. 157 |
| Amor quo loco gratissimus. | 601. 464 |
| Amori non nimium indulgendum. | 601. 464. |
| Apor jus habet in superos. | 41. 12 |
| Amor similis vento. | 272. 96 |
| Amor pugnans. | 277. 173 |
| in Amore bellum, pax rursum. | 346. 80 |
| Amor lethæus. | 721. 551 |
| Amor per molles gradus amovendus. | 727. 654. |
| Amphyon. | 502. 40 |
| Amphymachus. | 3. 15 |
| Amphitryon. | 117. 44 |
| Amymane. | 274. 131. 354. 5 |
| Anchysa mater Capys. | 221. 201 |
| Andromeda, Cepheia. | 195. 35 |
| Andromeda fusca. | 613. 643 |
| Andromache. | 66. 107 |
| Androgeos. | 137. 99 |
| Andromache fidelissima conjux. | 661. 519 |
| Andromache gravis. | 709. 383 |
| Anile studium. | 142. 33 |
| Ggg | |
| Ani- | |

I N D E X.

| | | | |
|---|------------------|------------------------------------|-------------------|
| <i>Calami lenti.</i> | 755. 86 | <i>Clandere oculos morientium.</i> | 15. 11 |
| <i>Cantus, pro incantatione.</i> | 163. 167 | <i>Clypei septemplex dominus.</i> | 334. 7 |
| <i>Canopus.</i> | 420. 7 | <i>Clamore satentes animum.</i> | 520. 115 |
| <i>Canicula stella.</i> | 429. 4 | <i>Cognita, pro imita.</i> | 75. 43 |
| <i>Cantharus piscis.</i> | 756. 103 | <i>Colchi.</i> | 31. 106 |
| <i>Calypso immortalitatem promittit Ulyssi.</i> | 811. 39. | <i>Colchis respersa sanguine.</i> | 425. 29 |
| <i>Causari, pro causa haberi.</i> | 803. 124 | <i>Coiré, pro convenire.</i> | 98. 123 |
| <i>in Caput, id est, fontem aquarum.</i> | 339. 6 | <i>Cogitare male.</i> | 90. 29 |
| <i>Caprotina. Festum ancillarum.</i> | 588. 257 | <i>Coma tensa in funere.</i> | 148. 116 |
| <i>Capaneus.</i> | 782. 322 | <i>Columba sociant aquilam.</i> | 520. 115 |
| <i>Carmen etiam duorum versuum.</i> | 103. 194 | <i>Coma adoptiva.</i> | 373. 47 |
| <i>Carminibus cedunt reges.</i> | 377. 33 | <i>Color bonus.</i> | 402. 9 |
| <i>Carcer Eleus.</i> | 262. 166 | <i>Coma pro frondibus.</i> | 183. 40. 695. 196 |
| <i>Carmina jungere nervis.</i> | 193. 13 | 432. 36. | |
| <i>Cardine verso, meta.</i> | 328. 2. 331. 49 | <i>Considerare cum ablat.</i> | 123. 99 |
| <i>Carcer pro carceribus.</i> | 262. 166 | <i>Conciliare.</i> | 281. 24 |
| <i>Cassandra diffusis comis.</i> | 68. 114. 216 | <i>Comas cadere in funere.</i> | 769. 98 |
| 119. 404. 12. 335. 17. | | <i>Consueti verba.</i> | 547. 467 |
| <i>Casti est quam nemo rogavit.</i> | 342. 43 | <i>Cornu pro arcu.</i> | 44. 39 |
| <i>Castor & Pollux.</i> | 415. 29. 430. 12 | <i>Consummeris terrae.</i> | 86. 161 |
| <i>Cassiopea.</i> | 459. 17 | <i>Corpus inane.</i> | 200. 116 |
| <i>Causam superant pericula.</i> | 272. 97 | <i>Cornua varia.</i> | 321. 24 |
| <i>Carulea navis: caruleus imber.</i> | 95. 94 | <i>Corpus tenue.</i> | 328. 6 |
| <i>Cede bonus.</i> | 124. 110 | <i>Corpora caelestia.</i> | 240. 119 |
| <i>Cedrus.</i> | 369. 12 | <i>Corona in corruvis.</i> | 553. 582 |
| <i>Cea.</i> | 293. 222 | <i>Componere pro conferere.</i> | 275. 138 |
| <i>Celana.</i> | 274. 135 | <i>Crescite.</i> | 60. 24 |
| <i>Celeres kalenda.</i> | 722. 561 | <i>Creta.</i> | 57. 163. 135. 68 |
| <i>Censeri pro estimari.</i> | 91. 45 | <i>Creon.</i> | 154. 54. 166. 204 |
| <i>Celebrare, pro frequentare.</i> | 192. 11 | <i>Crensa.</i> | 152. 25 |
| <i>Census.</i> | 423. 9 | <i>Crescere maiore alterius.</i> | 200. 117 |
| <i>Centauri.</i> | 322. 8 | <i>Crescit in ore cibis.</i> | 223. 226 |
| <i>Cera qua referat vultus.</i> | 178. 155 | <i>Crescunt flamma.</i> | 315. 11 |
| <i>Cereris sacra.</i> | 18. 42 | <i>Crepusculum.</i> | 326. 5 |
| <i>Cereali Eleusis.</i> | 47. 67 | <i>Cras quoque fiet idem.</i> | 688. 105 |
| <i>Cerata navis.</i> | 61. 42 | <i>Crocum.</i> | 519. 104 |
| <i>Ceraonia.</i> | 414. 19 | <i>Crimen omnisque.</i> | 46. 58. 145. 65 |
| <i>Cereris sacra non vulganda.</i> | 609. 601 | <i>Culpam nomine velare.</i> | 69. 131 |
| <i>Cestus, vel cingulum Veneris.</i> | 317. 35 | <i>Currere sine ordine.</i> | 131. 19 |
| <i>Charybdis.</i> | 160. 124 | <i>Currere sursum, deorsum.</i> | ibid. |
| <i>Cholys unde dicta.</i> | 205. 181 | <i>Cui me deseris.</i> | 101. 167 |
| <i>Chalciopé.</i> | 155. 65 | <i>Cura pro amore.</i> | 90. 34 |
| <i>Chaonum ales.</i> | 580. 150 | <i>Cupidinis potentia regna.</i> | 312. 13. |
| <i>Chiron.</i> | 512. 18. & V. 17 | <i>vox in cursu.</i> | 68. 121 |
| <i>Circe.</i> | 10. 76 | <i>gaudia in cursu.</i> | 245. 203 |
| <i>Circinnus.</i> | 371. 26 | <i>Cygni Apollinis dicati.</i> | 87. 2 |
| <i>Circumferre se, pro jactare.</i> | 436. 29 | <i>Cyclops, τυφλοὶ δὲ αἶψα.</i> | 275. |
| <i>Circenses ludi.</i> | 456. 78 | 148. | |
| <i>Cista in Cereris sacris.</i> | 610. 609 | <i>Cydicpe.</i> | 280. 1 |
| <i>Clivus aqua, mons aqua.</i> | 259. 122 | <i>Cythra.</i> | 434. 4 |

I N D E X.

D.

| | |
|---|------------------|
| D <i>Edalus.</i> | 245. 49. 568. 21 |
| <i>Danae puella unde dilia.</i> | 2. 3 |
| <i>Danaides impia.</i> | 180. 2 |
| <i>Danaidum nefandum facinus.</i> | 181. 16 |
| <i>Danaus pater latius tradit ferrum filiabus suis.</i> | 180. 11 |
| <i>Danaus à quibus majoribus.</i> | 181. 23 |
| <i>Δάμω pro δάμνω.</i> | 75. 113 |
| <i>Danae turri clausa.</i> | 442. 27. 462. 21 |
| <i>Dare ē accipere oscula.</i> | 176. 120 |
| <i>Dare bibere.</i> | 384. 21 |
| <i>Dardanides pro Dardania.</i> | 246. 212 |
| <i>Dare, amatorum.</i> | 218. 161 |
| <i>Damias ales.</i> | 202. 154 |
| <i>Decolor. -</i> | 114. 4 |
| <i>Defendere frigus.</i> | 59. 16 |
| <i>Deficior.</i> | 70. 150 |
| <i>Deficiet te, non tibi.</i> | 347. 93 |
| <i>Debitus conjux.</i> | 180. 8 |
| <i>Deducere vestes humero ad pectora.</i> | 337. 47 |
| <i>Deianira.</i> | 114. 1. 126. 131 |
| <i>Dei tetrici.</i> | 461. 46 |
| <i>Deiphobus ab Helena proditus.</i> | 246. 214 |
| <i>Dentes serpentis seminati.</i> | 72. 11. 154. 45 |
| <i>Dena luna, an recte dicatur.</i> | 143. 46 |
| <i>Deos pictos in pappi habere.</i> | 215. 112 |
| <i>Deprendi.</i> | 93. 66 |
| <i>Delphines, hominibus amici.</i> | 279. 199 |
| <i>Delos candida.</i> | 292. 82 |
| <i>Dolos revincta Gyro.</i> | 300. 84 |
| <i>Depudais.</i> | 56. 155 |
| <i>Deripere pro diripere.</i> | 327. 13 |
| <i>Despoliti Thraeces.</i> | 22. 81 |
| <i>Desinere amantem. desinere telum.</i> | 621. 725. |
| <i>Desultor.</i> | 320. 15 |
| <i>Desistere pro deserre.</i> | 245. 196 |
| <i>quid me mihi Detrahis.</i> | 721. 545 |
| <i>eni me Deseris.</i> | 33. 61 |
| <i>Deus audis bonos.</i> | 182. 26 |
| <i>ad Deum noscendum non omnium oculi apti sunt.</i> | 603. 443 |
| <i>Deum testem facit quem perjuravit.</i> | 657. 458. |
| <i>Devia avis.</i> | 25. 118 |
| <i>Dexteras tendere inertes.</i> | 317. 33 |
| <i>Diana triplex.</i> | 156. 79 |
| <i>Diana sequestum.</i> | 294. 234 |

| | |
|--|-------------------|
| <i>Diana ara de cornibus.</i> | 300. 99 |
| <i>Diana virgo phaeetrata.</i> | 311. 10 |
| <i>Dido nunquam vidit Aeneam.</i> | 94. 61. 34 |
| 73. | |
| <i>Dies non grata.</i> | 163. 169 |
| <i>Diomedes ab Hercule interfectus.</i> | 119. 68 |
| <i>Diomedis equi.</i> | 119. 67 |
| <i>Diitio pro oraculo.</i> | 60. 33 |
| <i>Diomedes Venetrem vulnerat.</i> | 335. 31 |
| 681. 5. | |
| <i>Dimota corpore aqua.</i> | 257. 80 |
| <i>De Dis non tristibus.</i> | 608. 585 |
| <i>Diphas, luna.</i> | 334. 2 |
| <i>Dispensare.</i> | 150. 3 |
| <i>Dis auspiciis.</i> | 216. 128 |
| <i>Distincta pectora, leviter vulnerata.</i> | 225. 275. |
| <i>Discincta oia.</i> | 353. 41 |
| <i>Distina.</i> | 109. 60 |
| <i>Divitiore oppida.</i> | 210. 34 |
| <i>Dissers.</i> | 418. 11 |
| <i>Disciplina amatorum.</i> | 538. 351 |
| <i>Dubytamens unde dictus.</i> | 460. 40 |
| <i>Dominus torus.</i> | 36. 100 |
| <i>Doceat fortuna dolere.</i> | 102. 180 |
| <i>Dodona querens.</i> | 493. 9. 606. 541 |
| <i>Dolom.</i> | 7. 39. 579. 135 |
| <i>Δόλον® ἀγρεύει®.</i> | 579. 136 |
| <i>Dolens oculi.</i> | 223. 233 |
| <i>Dolos neclere.</i> | 409. 45 |
| <i>Dolens nemo in alterius luctu.</i> | 762. 10 |
| <i>Draco peruvigil.</i> | 154. 49. 158. 101 |
| <i>Draco torto pectore.</i> | 158. 102 |
| <i>Dulce risu.</i> | 213. 83 |
| <i>in Dubio, in litore.</i> | 243. 178 |
| <i>Duplici spe niti.</i> | 713. 449 |
| <i>ubi Dulce morari.</i> | 601. 464 |
| <i>Duratus equus.</i> | 809. 22 |

E.

| | |
|---|----------|
| E <i>Brietas, ignis in igne.</i> | 223. 230 |
| <i>Ebrietas fugienda.</i> | 554. 590 |
| <i>Egeria.</i> | 435. 18 |
| <i>Endymion.</i> | 256. 63 |
| <i>Eleleides.</i> | 45. 47 |
| <i>Electus pro delectu.</i> | 27. 144 |
| <i>Ephyre.</i> | 152. 27 |
| <i>Elops preciosus.</i> | 756. 96 |
| <i>Elissa Dido.</i> | 87. 1 |
| <i>Epigramma, etiam doctum vers.</i> | 103. 194 |
| <i>Eneam.</i> | |

I N D E X.

| | |
|--|--------------------|
| <i>Ennius Rudeus.</i> | 375. 19 |
| <i>Ennis laps & supremus bonus.</i> | 654. 410 |
| <i>Equi trepidi, pavidi.</i> | 6. 36 |
| <i>Equi admissi.</i> | ibid. |
| <i>Equi sequaces.</i> | 45. 46. 266. 12 |
| <i>Equorum colla luctantia.</i> | 49. 79 |
| <i>Equus Trojanus mrendus.</i> | 808. 22 |
| <i>Equa amantis virus.</i> | 33. 8. 575. 100 |
| <i>Equi Achillis.</i> | 579. 136 |
| <i>Erimanthus.</i> | 121. 87 |
| <i>Erichio furialis.</i> | 201. 139 |
| <i>Erechtis.</i> | 229. 343 |
| <i>Ergo, vox indignantis.</i> | 334. 11 |
| <i>Erycina Venus.</i> | 410. 11 |
| <i>Esseda Britannorum.</i> | 433. 49 |
| <i>Eurylia.</i> | 14. 103 |
| <i>Euri indomiti.</i> | 192. 9 |
| <i>Euseus.</i> | 14. 104 |
| <i>Eurybates.</i> | 29. 9 |
| <i>Eurystheus, Sthenelus hostis.</i> | 115. 25 |
| <i>Europe.</i> | 321. 23 |
| <i>Eurotas.</i> | 436. 31 |
| <i>Evenus amnis.</i> | 127. 141 |
| <i>Everfas cervices.</i> | 772. 142 |
| <i>Exuvia dulces.</i> | 133. 55 |
| <i>Exhibere, exponere.</i> | 239. 116 |
| <i>non Exhibitis toris, pro illegitimis.</i> | 245. 194. |
| <i>Exhibet nox sidera.</i> | 268. 34 |
| <i>Exiit illa metn.</i> | 550. 539. 600. 450 |

F.

| | |
|--|----------|
| F <i>Abula, pro sermone.</i> | 447. 21 |
| <i>Fabula narratur.</i> | 607. 561 |
| <i>Facere alicui, pro ad aliquem.</i> | 18. 39 |
| <i>Facere somnos.</i> | 612. 636 |
| <i>Faces insensita.</i> | 75. 46 |
| <i>Faces atra.</i> | 147. 103 |
| <i>Facere lanam, unde lanificium.</i> | 269. 49 |
| <i>Facere telam, pro lanam trahere.</i> | ibid. |
| <i>Facere sacra.</i> | 295. 7 |
| <i>Facere contricia remis.</i> | 299. 79 |
| <i>Facere tantum corporis, pro obscum fieri.</i> | 186. 82. |
| <i>Facies dissidet à verbis.</i> | 249. 251 |
| <i>Falcatus in arcum.</i> | 26. 131 |
| <i>Fallere noctem.</i> | 3. 9. |
| <i>Falx cantata.</i> | 78. 84 |
| <i>Fama melior post mortem.</i> | 378. 40 |
| <i>Falx Saturnia.</i> | 397. 63 |

| | |
|--|---------------------------|
| <i>Fama maligna.</i> | 217. 144 |
| <i>Fama susurras.</i> | 308. 233 |
| <i>Famosa macha.</i> | 120. 78 |
| <i>Fasfidis plenus.</i> | 214. 97 |
| <i>Fassa da veniam.</i> | 266. 9 |
| <i>Fassa.</i> | 308. 241 |
| <i>Fassus amor.</i> | 208. 9 |
| <i>Fascor.</i> | 174. 85. 315. 19. 336. 33 |
| <i>Fatentur.</i> | 315. 18 |
| <i>Fauni bicornes.</i> | 45. 49 |
| <i>Fatus arboris.</i> | 280. 9 |
| <i>Fax sepulcralis.</i> | 26. 120 |
| <i>Fetus pro equo.</i> | 124. 114 |
| <i>Fessa, desecta viribus.</i> | 296. 14 |
| <i>Ferrum in pectore.</i> | 358. 9 |
| <i>Femina artes reperit.</i> | 543. 429 |
| <i>Fenestra, quodlibet foramen.</i> | 587. 245 |
| <i>Fiet mihi, me, & de me.</i> | 550. 536 |
| <i>Finem statuere orationi.</i> | 555. 609 |
| <i>Fides praestanda.</i> | 290. 182 |
| <i>Findere vias.</i> | 279. 208 |
| <i>Fingere membra Pallade, pro tingere oleo.</i> | 268. 41. 288. 134. |
| <i>Fingere, effingere manus, pro demulcere.</i> | 288. 134. |
| <i>Fiducia forma.</i> | 391. 37 |
| <i>Findere fretum.</i> | 210. 32 |
| <i>Fixiones magica.</i> | 79. 91 |
| <i>Flendo desfundere iram.</i> | 109. 61 |
| <i>Flatus infundere vulneribus.</i> | 149. 125 |
| <i>Flabellum, tabella.</i> | 423. 161 |
| <i>Flamma absistens.</i> | 340. 16 |
| <i>Flatus tumidi.</i> | 562. 715 |
| <i>Fodere vel vellere latas.</i> | 555. 606 |
| <i>Fores conserva.</i> | 333. 74 |
| <i>Forma cum pudicitia raro convenit.</i> | 226. 288. |
| <i>Foribus incidebant literas non admissi amantes.</i> | 449. 53 |
| <i>Forma tam bona non facit ad mores.</i> | 498. 42 |
| <i>Formica.</i> | 518. 93 |
| <i>Fortuna Domina, potens hera.</i> | 786. 376 |
| <i>Fovere famam, castra, hyemem.</i> | 42. 15 |
| <i>Fraxina virga.</i> | 145. 76 |
| <i>Frater pro patruale.</i> | 106. 28 |
| <i>Frangere gradum.</i> | 391. 23 |
| <i>Fraudis suspitione amota.</i> | 280. 1 |
| <i>Fuisse pia, pro piam.</i> | 180. 5. 185. 64 |
| <i>Fucata.</i> | 739. 13 |
| <i>Fulminis aper.</i> | 595. 374 |
| <i>Te, tua Fudera.</i> | 40. 149 |
| G g g 3 | Funda- |

I N D E X.

| | |
|---------------------------------|----------|
| <i>Fundamenta robora navis.</i> | 215. 109 |
| <i>Furtim adfucere.</i> | 29. 11. |
| <i>Furtim cognita.</i> | 75. 43 |
| <i>Furtivum onus.</i> | 143. 38 |
| <i>Furtum Veneris.</i> | 241. 141 |
| <i>Furti primi tempora.</i> | 255. 24 |

G.

| | |
|---|-------------------|
| G <i>Anymedes Phryx.</i> | 221. 197. & 198 |
| <i>Gargera.</i> | 515. 57. 215. 107 |
| <i>Gemelli, Castor & Pollux.</i> | 172. 61 |
| <i>Genius loci.</i> | 445. 2 |
| <i>Genius, natura.</i> | 266. 9 |
| <i>Gemiale rus.</i> | 266. 9. 420. 7 |
| <i>Geryanus, & 105. 9. Prodigium triplex.</i> | |
| | 221. 91. |
| <i>Gigantomachia.</i> | 380. 13 |
| <i>Glaucum reddidit herba Deum.</i> | 262. 160 |
| <i>Glires somno pingui.</i> | 164. 170 |
| <i>Gnosia tellus.</i> | 58. 68 |
| <i>Gnosus.</i> | 194. 25 |
| <i>Gratari & gratulari.</i> | 764. 31 |
| <i>Gypsai pedis crimen, ubi & de manibus</i> | |
| <i>gypsaissimis.</i> | 344. 64 |

H.

| | |
|---|-----------------|
| H <i>Abendum tradere.</i> | 89. 15 |
| <i>Habere jus in aliquem, pro in aliquo.</i> | |
| | 310. 1 |
| <i>Habes vulnus.</i> | 524. 166 |
| <i>Hamonia.</i> | 37. 23 |
| <i>Hamata tela.</i> | 406. 13 |
| <i>Habri vada.</i> | 16. 15. 25. 114 |
| <i>Hector. 6. 36. Timendus. 173. 65. Pretio</i> | |
| <i>redemptus. 545. 441. Raptus equis. 382.</i> | |
| <i>32. Cinis. 400. 42. Redemptus ad ignes.</i> | |
| | 789. 431. |
| <i>Hecuba canis. 813. 87. Faciem parit. 211.</i> | |
| | 46. |
| <i>Helena præbuit se rapi. 69. 137. Raptam</i> | |
| <i>à Theſeo Caſtor & Pollux fratres reci-</i> | |
| <i>piunt. 110. 71. Marita Tanaria. 171.</i> | |
| <i>45. Filia Leda. 208. 2. Tyndaris. 214.</i> | |
| <i>98. Forma ejus laudatur. 217. 141.</i> | |
| <i>Adultera. 439. 37. Ejus fidus. 415. 29</i> | |
| <i>Helice.</i> | 261. 149 |
| <i>Helleſponto morſa.</i> | 260. 151 |
| <i>Helleſpontica aqua.</i> | 268. 32 |
| <i>Hercia ara.</i> | 97. 113 |

| | |
|---|-------------------|
| <i>Hercens Jupiter.</i> | ^{bid} |
| <i>Hercules, Deianira maritus, ſed vir al-</i> | |
| <i>rimus. 116. 27. Pro Atlante cartum ſa-</i> | |
| <i>ſtenuit. 115. 18. Infantis angues. 115.</i> | |
| <i>21. Non concipi potuit una nocte. 114.</i> | |
| <i>9. 367. 46. Penſa trahit. 120. 78</i> | |
| <i>Hercules veſtes leonis pellis. 124. 112. Ta-</i> | |
| <i>be venenata perit. 127. 144. Bis pu-</i> | |
| <i>gnavit pro Deianira. 126. 138. Ejus la-</i> | |
| <i>bores. 585. 217. Laborioſo ſanctus ſata.</i> | |
| | 585. 217. |
| <i>Hero, Seſſias.</i> | 251. 2 |
| <i>Heraides.</i> | 1. 1 |
| <i>Heroidum prima gloria debetur Ovidio.</i> | 1. 1 |
| <i>Hefione Telamoni data.</i> | 284. 69 |
| <i>Hippolytus, vir Amazonicus. 41. 2. 295. 10</i> | |
| <i>Hippolita Baltheus.</i> | 301. 119 |
| <i>Hippomanes.</i> | 224. 263. 742. 38 |
| <i>Talis in Hippolyto, non eſt archaiſmus.</i> | |
| | 295. 10. |
| <i>Hippodamia.</i> | 109. 69 |
| <i>Hiſta terra.</i> | 84. 144 |
| <i>Hippii celeres.</i> | 756. 95 |
| <i>Hospita ſaltem dicar.</i> | 101. 167 |
| <i>Hospitium violare.</i> | 232. 3 |
| <i>Hybla.</i> | 604. 517 |
| <i>Hyems amoris.</i> | 61. 34 |
| <i>Hydra ſucunda vulnere.</i> | 122. 95 |
| <i>Hyems, pro tempeſtate. 263. 184. 265. 206.</i> | |
| <i>210. 29. Hyems fuga.</i> | 182. 27 |
| <i>Hyllas.</i> | 117. 44 |
| <i>Hylas.</i> | 577. 110 |
| <i>Hymen ſameſus.</i> | 126. 134 |
| <i>Hymenæus Græci inclamant.</i> | 161. 143 |
| <i>Hypſipile, Filia Thoantis. 86. 163. 72. 1</i> | |
| <i>Hypermeſtra. 180. 1. 180. 14. Eius pre-</i> | |
| <i>tas.</i> | 187. 84 |

I.

| | |
|---|----------------|
| I <i>Arbas.</i> | 98. 121. & 125 |
| <i>facere, pro ſerere.</i> | 151. 17 |
| <i>Jardanis Nympha, Omphale. 123. 103</i> | |
| <i>Iaſon, Aſſonius juvenis. 155. 66 Pæ-</i> | |
| <i>ſaus.</i> | 229. 34 |
| <i>ſuſtare, pro inaniter loqui.</i> | 476. 102 |
| <i>Janna una non frangitur ab amatoribus.</i> | |
| | 629. 71. |
| <i>Icarus.</i> | 11. 87 |
| <i>Idæus collis.</i> | 45. 48 |
| <i>Ida ſacta.</i> | 64. 73 |
| | ^{Idæ} |

I N D E X.

| | |
|--|--|
| <i>Ida Euryis.</i> | 126. 133 |
| <i>Idomeneus in quo illudas.</i> | 234. 43 |
| <i>Ida, mater Medea.</i> | 247. 232 |
| <i>Ignis & aqua in nuptiis adbibebantur.</i> | 609. 598. |
| <i>Ignis alimenta sumit.</i> | 778. 255 |
| <i>Ilium</i> | 172. 53 |
| <i>Ilium in Tyriam transferre.</i> | 100. 151 |
| <i>Ilios, unde dicta.</i> | 8. 47. 248. 250 |
| <i>Ilia, virgo Vestalis.</i> | 424. 15 |
| <i>Ilihya.</i> | 423. 21 |
| <i>Implere verba lacrymis: fingulium loqui.</i> | 76. 58. |
| <i>Imb imagine falsa.</i> | 234. 45 |
| <i>Imago luna reperienda.</i> | 257. 77 |
| <i>Improbis: media significationis.</i> | 237. 75 |
| <i>Imponere nodos.</i> | 282. 39 |
| <i>Impar congressus Achilli.</i> | 460. 27 |
| <i>Inferia, τὰ πρόσφορα.</i> | 73. 17 |
| <i>Inachides.</i> | 181. 23 |
| <i>Inachis.</i> | 189. 105 |
| <i>Il nunc, per irrisum.</i> | 123. 105. 235. 57 |
| <i>Infantium blanditia.</i> | 111. 91 |
| <i>Injicere manus.</i> | 163. 157. 105. 16 |
| <i>I, sequere Italiam.</i> | 88. 10 |
| <i>Iniacia.</i> | 233. 31 |
| <i>Inferia.</i> | 163. 160 |
| <i>Intumescere.</i> | 27. 136 |
| <i>Inachus flavus.</i> | 469. 25 |
| <i>non indebita posco.</i> | 209. 19 |
| <i>Indagine cingere saltem.</i> | 283. 45 |
| <i>Inepte: blandum convicium.</i> | 371. 36 |
| <i>Interior rota.</i> | 551. 12. 456. 70. & 72 |
| <i>In, propositio, modo negativus, modo inter-</i> | |
| <i>frua.</i> | 409. 52 |
| <i>Infidias pati.</i> | 609. 594 |
| <i>Infraita.</i> | ibid. |
| <i>Institueret, pro incipere.</i> | 423. 5 |
| <i>In jecore amor.</i> | 479. 30 |
| <i>Infantum fretum.</i> | 253. 28 |
| <i>Inferta sera positi.</i> | 282. 27 |
| <i>Ioniades.</i> | 119. 73 |
| <i>Io, vox militum in triumpho.</i> | 336. 38 |
| <i>Io, Inachi filia.</i> | 321. 21 |
| <i>Iphias in medio deflavit ignes.</i> | 625. 22 |
| <i>Ira morata: μῆτις.</i> | 346. 82 |
| <i>Irus.</i> | 12. 95 |
| <i>Irruamentum Veneris.</i> | 129. 162 |
| <i>Isti.</i> | 517. 77. Nili gena. 385. 25. bos. 187. 86. |
| <i>Isthmos.</i> | 51. 105. 195. 104. |
| <i>Isthmi duo.</i> | 109. 69 |

| | |
|---|------------------|
| <i>Italia fugiens.</i> | 100. 147 |
| <i>Ilys.</i> | 202. 154 |
| <i>Is hora, it dies.</i> | 329. 24 |
| <i>Judicium Paridis.</i> | 61. 36 |
| <i>Juga longa navium.</i> | 59. 20 |
| <i>Juno semper Herculi infesta. 114. 5. pra-</i> | |
| <i>est nobiscum. 157. 87. defessa est juben-</i> | |
| <i>do.</i> | 585. 217 |
| <i>Jupiter Europen abducit. 46. 55. in pluvias.</i> | |
| <i>109. 68. aurum, cygnus, &c. 485. 33.</i> | |
| <i>amans.</i> | 442. 28. 384. 8 |
| <i>Jurare per caput alterius.</i> | 37. 108 |
| <i>Jurgia mittere.</i> | 409. 45 |
| <i>Jurare per Venerem. 403. 27. ex animi</i> | |
| <i>sententia.</i> | 302. 137 |
| <i>Juventa Graja, Helena.</i> | 68. 18 |
| <i>Jurati Graci.</i> | 436. 2. 560. 687 |
| <i>Juvenilibus inceptis.</i> | 253. 35 |
| <i>Juventa purpureum lumen.</i> | 287. 20. 307 |
| | 217. |

L.

| | |
|---|------------------|
| L <i>Abyrinthus.</i> | 47. 59. 139. 128 |
| <i>Lacedaemon unde dicta.</i> | 2. 5. |
| <i>Lacena virgines cum viris ludunt.</i> | 217 |
| | 150. |
| <i>Lacrymas combibere.</i> | 144. 54 |
| <i>Lacryma dolosa. 157. 91. lacr. coacta.</i> | |
| | 346. 88. |
| <i>Lacrymas togere.</i> | 162. 145 |
| <i>Lais.</i> | 326. 12 |
| <i>Lana & colus puellarum.</i> | 186. 66 |
| <i>Lactes.</i> | 13. 98 |
| <i>Laodamia, Aenonis.</i> | 167. 2 |
| <i>Laodicea, Laodamia mater.</i> | 169. 26 |
| <i>Lapsus verbo.</i> | 404. 7 |
| <i>Latonia saxa.</i> | 256. 62 |
| <i>Laodice.</i> | 274. 135 |
| <i>Latona pariens de arbore.</i> | 300. 100 |
| <i>Latius obliquum.</i> | 328. 4 |
| <i>Latroas tabella.</i> | 360. 25 |
| <i>Lavinia. 419. 21. Laurus & vieta. 597.</i> | |
| | 401. |
| <i>Leander Abydenus.</i> | 251. 1 |
| <i>Leda confors.</i> | 172. 61 |
| <i>Ledule dulcis.</i> | 133. 55 |
| <i>Leda.</i> | III. 78. 321. 22 |
| <i>Leger capillos.</i> | 618. 666 |
| <i>Lentescunt tempore cura.</i> | 595. 357 |
| <i>Lenti oculi.</i> | 780. 279 |
| | Lenonis |

I N D E X.

| | | | |
|---|----------|---|---|
| <i>Lentius laudes.</i> | 355. 23 | <i>Magici soni.</i> | 575. 102 |
| <i>Lentare remos, arcum.</i> | 255. 58 | <i>Magnus passibus ire.</i> | 646. 304 |
| <i>Lentus ira.</i> | 204. 169 | <i>Manifesto in lumine.</i> | 242. 157 |
| <i>Leo Nemoius.</i> | 118. 61 | <i>Mamms confecta.</i> | 250. 260 |
| <i>Lex dicta.</i> | 153. 39 | <i>Mamms luciferas offerre.</i> | 291. 192 |
| <i>Libertatis amor.</i> | 509. 9 | <i>Melca curva.</i> | 414. 20. 431. 24 |
| <i>Libum natali die appositum.</i> | 348. 94 | <i>Manifestus Apollo.</i> | 603. 491 |
| <i>Lingua mali omnis.</i> | 174. 86 | <i>Mare, carulea via.</i> | 215. 104 |
| <i>Lingua incidere, rumpere vincula.</i> | 252. 18 | <i>Mare sollicitum servat.</i> | 252. 26 |
| <i>Lingua spodeia.</i> | 269. 63 | <i>Mariis una forma.</i> | 413. 12 |
| <i>Lingui animo.</i> | 26. 130 | <i>Mariis incommoda.</i> | 454. 48 |
| <i>Linna parca.</i> | 299. 80 | <i>Mars & Venus deponsi.</i> | 607. 561 |
| <i>Littus flucifragum.</i> | 102. 169 | <i>Marita cades, maritus torus.</i> | 181. 19 |
| <i>Litura caca.</i> | 141. 1 | <i>Materia conveniens.</i> | 810. 2. 313. 19 |
| <i>Littus arandum.</i> | 241. 140 | <i>Materiam in carmina probe.</i> | 320. 19 |
| <i>Livida facta, candida facta.</i> | 285. 82 | <i>Mamms jallare in nummum.</i> | 705. 334 |
| <i>Lora flumina.</i> | 599. 433 | <i>Medea Creontem, & Creusam igne absumit.</i> | 163. 211. 73. 19. Sequitur, quod ira fert. 167. 209. Medea Medea forem. 85. 151. Dracombus fugia oblata. 86. 161. |
| <i>Lutophagi pro amoribus.</i> | 736. 789 | <i>Medusa.</i> | 274. 134 |
| <i>Lutes aquatica.</i> | 203. 159 | <i>Medon.</i> | 12. 91 |
| <i>Luce frui suave est.</i> | 129. 167 | <i>Melaninus.</i> | 12. 99 |
| <i>Ludas latrocinii.</i> | 584. 207 | <i>Me legas, pro, mea.</i> | 195. 41 |
| <i>Lucet ore.</i> | 458. 6 | <i>Nil habet ille Mei.</i> | 218. 157 |
| <i>Ludite formosa.</i> | 342. 43 | <i>Meleager.</i> | 82. 135 |
| <i>Ludere, depositum.</i> | 233. 16 | <i>Memphis.</i> | 421. 8 |
| <i>Lumina vigilans.</i> | 253. 31 | <i>Mennon niger.</i> | 338. 3 |
| <i>Lumina amantia.</i> | 267. 25 | <i>Mensura rerum.</i> | 124. 109 |
| <i>Lumina prima ducum.</i> | 319. 8 | <i>Menelaus flebilis alior. 171. 48. invitas peccare.</i> | 244. 183 |
| <i>Lumen ab orbe micat.</i> | 340. 16 | <i>Mendacium.</i> | 497. 21 |
| <i>Luna fuit. 131. 17. Sanguinea ejus argenteus curvus. 198. 91. dea candida. 256. 61. radii argentea puris. 256. 71.</i> | 381. 23. | <i>Menelaus non lentus in ira.</i> | 248. 249 |
| <i>Lunare arcum.</i> | 313. 23 | <i>Mercurio similes.</i> | 58. 76 |
| <i>Lupatis duris.</i> | 315. 15 | <i>Mercurius, Maja filius. 212. 62. Ejus virga. 212. 64. Talaria.</i> | 212. 68 |
| <i>Lux dubia.</i> | 130. 7 | <i>Meta interior.</i> | 599. 426 |
| <i>Lux alta.</i> | 268. 33 | <i>Metiri oculis.</i> | 132. 28 |
| <i>Lyans.</i> | 417. 49 | <i>Mero dubii.</i> | 182. 29 |
| <i>Lycurgus.</i> | 25. 3 | <i>Maroticum gloria.</i> | 347. 91 |
| <i>Lyncus, nepos Beli.</i> | 186. 73 | <i>Mirationes pedum.</i> | 520. 112 |
| <i>Lyncus, non Linus Hypermyestra marinus. 190. 123.</i> | 205. 183 | <i>Micnere sonus. 8. 45. 61. 37. 277. 173</i> | 90. 32 |
| <i>Lyra, in caelum relata.</i> | 206. 200 | <i>Militas aonans.</i> | 133. 48. |
| <i>Lyra Aolia.</i> | | <i>Mimallones, Mimallomides. 550. 541.</i> | |
| M. | | <i>Minutarius.</i> | 21. 70. 137. 106 |
| <i>Macula, nodi in vetibus.</i> | 59. 19. | <i>Minora.</i> | 47. 61 |
| <i>Maander flexuosus. 87. 2. 117. 55</i> | 334. 14 | <i>Missilibus telis.</i> | 211. 40 |
| <i>Manalius, Arcadins.</i> | 10. 67 | <i>Mis voluptas, pro mea.</i> | 267. 26 |
| <i>Mania Phabi: pro Troja.</i> | 150. 9 | <i>Modus sic damnis.</i> | 101. 164 |
| <i>Magnesia, regio Thessalia.</i> | | | |

I N D E X.

| | |
|---|----------|
| <i>Monilia.</i> | 118. 57 |
| <i>Mopſopia.</i> | 110. 72 |
| <i>Mora præſium & perfidia.</i> | 84. 146 |
| <i>ſub dulce Morari.</i> | 601. 464 |
| <i>Molliter incedere, ſarminco gradu.</i> | 646. |
| 298. 391. 23. | |
| <i>Moderatus, pro moderantius.</i> | 245. 45 |
| <i>Movere iter e portu.</i> | 252. 10 |
| <i>Mulier audacter jurat.</i> | 347. 85 |
| <i>Multa pro magna.</i> | 391. 34 |
| <i>Murmura exiguo dicere.</i> | 238. 85 |
| <i>Murmura mala, pro rumore Lavo.</i> | 241. 149 |
| <i>Mauus amor.</i> | 591. 310 |
| <i>Mycena.</i> | 58. 2 |
| <i>Mygdonia.</i> | 202. 142 |
| <i>Myria.</i> | 75. 47 |
| <i>Mycones, non Mycone.</i> | 299. 81 |
| <i>Myrtus Veneri ſacra.</i> | 314. 29 |
| <i>Myrrha vultus legis cortice.</i> | 688. 100 |
| <i>Myrtos aqua.</i> | 222. 208 |

N.

| | |
|--|-------------------|
| N <i>Atare, dimovere corpore aquas.</i> | 257. |
| 80. | |
| <i>Nauplius, pater Palamedis.</i> | 274. 131 |
| <i>Navis prima.</i> | 412. 1. |
| <i>Navalis Agrippa boher.</i> | 652. 392 |
| <i>Nemus atrium.</i> | 155. 67 |
| <i>Neptunus in Enipeum verſus.</i> | 274. 131 |
| <i>Nereides.</i> | 63. 57. 416. 36 |
| <i>Nefus ſemivir.</i> | 127. 141 |
| <i>Nefcare malum ſuum jurat.</i> | 162. 147 |
| <i>Neflor pectore, Eacides dextra.</i> | 622. 726 |
| 7. 3. 9. 36. | |
| <i>Nili patria ignota.</i> | 471. 40 |
| <i>Nireus pulcherrimus Trojanorum.</i> | 577. 109 |
| <i>Niſades.</i> | 196. 54 |
| <i>Nili ſeptem portus.</i> | 421. 10 |
| <i>Nilus.</i> | 189. 106 |
| <i>Nives recentes.</i> | 465. 11 |
| <i>Nive candidior.</i> | ibid. |
| <i>de Nive manas aqua.</i> | 337. 58 |
| <i>in Nix liquitur.</i> | 770. 101 |
| <i>Nobis injuria venit, pro ad nos.</i> | 52. 113 |
| <i>Noctes vigilantur.</i> | 163. 169 |
| <i>Nocturna imago, pro ſomnis.</i> | 466. 31 |
| <i>Noctem negare.</i> | 345. 73. 441. 11. |
| <i>Nomen & genus.</i> | 19. 50 |
| <i>Noſſin', eleganter.</i> | 155. 71 |
| <i>Navare ſiſſa membra.</i> | 49. 90 |

| | |
|---|-----------------------------|
| <i>Nova pralia.</i> | 157. 13 |
| <i>Nomen, pro gente.</i> | 235. 60 |
| <i>Nova aſtas, pro vere.</i> | 255. 55 |
| <i>Nova hiems, pro autumno.</i> | 673. 704 |
| <i>Nox in lacrymis acta.</i> | 154. 58 |
| <i>Nox quam longa.</i> | ibid. |
| <i>Nox perennis, mors.</i> | 186. 74 |
| <i>Nox ſilens.</i> | 202. 156. 257. 79. 331. 55. |
| 443. 40. | |
| <i>Nox una amantium lites componit.</i> | 598. |
| 413. | |
| <i>Numeri militares, ſtraiſpal.</i> | 106. 24 |
| <i>Numeris impleri.</i> | 399. 40 |
| <i>Nomen inſeſſe loco.</i> | 445. 2 |
| <i>Nuptia innupta.</i> | 66. 98 |
| <i>ad Nuptias Parca, pro Nymphis.</i> | 297. 46 |
| <i>Natrix conſcia.</i> | 267. 26 |
| <i>Nympha, pro nuptiis.</i> | 5. 27 |

O.

| | |
|--|-------------------|
| O <i>Beunda maria ratibus.</i> | 252. 8 |
| <i>Obſcena puppes.</i> | 68. 119 |
| <i>Obſidere animum alicujus precibus.</i> | 351. |
| 20. | |
| <i>Obumbrare, præſecare.</i> | 235. 48. |
| <i>Oculi Helena.</i> | 153. 36 |
| <i>Oculi iſtantes.</i> | 237. 78 |
| <i>Oculi iſticioſi hominis.</i> | 387. 58 |
| <i>Oculi natantes morte.</i> | 768. 93 |
| <i>non omnium Oculi ſunt idonei ad noſcende</i> | |
| <i>dum Deum.</i> | 603. 493 |
| <i>in Ocellis hilaritudo.</i> | 153. 36 |
| <i>Oculis fatentibus ignem.</i> | 553. 573 |
| <i>Oebalis Nympha.</i> | 216. 26 |
| <i>Orchalia, urbs Eubæa.</i> | 114. 1 |
| <i>Oenomaus.</i> | 567. 7. |
| <i>Oenone, de flumine edita.</i> | 59. 10 |
| <i>Oeta mons.</i> | 128. 147 |
| <i>Officium facere.</i> | 73. 17. 619. 687 |
| <i>Olea in ſtrela Palladis.</i> | 269. 44 |
| <i>Omphale.</i> | 117. 53 |
| <i>Omen abeſto.</i> | 177. 135. 426. 42 |
| <i>Ominibus parcere.</i> | 174. 86 |
| <i>Operari ſacris.</i> | 403. 23. 422. 17 |
| <i>Opportunitas.</i> | 540. 373 |
| <i>Operata.</i> | 116. 35 |
| <i>Oppoſita fores.</i> | 232. 8 |
| <i>Oreſtes, Oreſta. 105. 2. ejus pietas in pa-</i> | |
| <i>trêm. 108. 50. cum Pylade amicitia.</i> | |
| <i>397. 15. malus uſtor.</i> | 334. 3 |
| Ggg 5 | Orum |

I N D E X.

| | |
|--|--|
| <i>Oris effiger.</i> | 572. 56 |
| <i>scis Oris.</i> | 380. 12 |
| <i>Oris amicosi, pro sermone.</i> | 375. 19 |
| <i>minim Oris</i> | 238. 102 |
| <i>Ora cambiata, missa rubore.</i> | 307. 217 |
| <i>Ornamenta.</i> | 30. 28 |
| <i>Ornare membra vertis.</i> | 31. 30 |
| <i>Ornari modico sine.</i> | 58. 76 |
| <i>Ornata verge speciosa his placet.</i> | 391. 37 |
| <i>Ornatix, -liac.</i> | 369. 16 |
| <i>Oscula non dant.</i> | 559. 668 |
| <i>Ofris.</i> | 424. 12. 422. 18 |
| <i>Ossa legere, pro ferre.</i> | 140. 150 |
| <i>Ossa laeta.</i> | 169. 62 |
| <i>Oscula summa, prima, extrema.</i> | 199. 101 |
| <i>Ostrum Tyrrenum.</i> | 165. 179 |
| <i>Otiuum, juncundum malum.</i> | 690. 138 |
| <i>Ovidius sumis nititur exordio ad lib. 1. A-</i> <i>mor. quo Anacron eis λόγος, epigr. 1.</i> | 313. 21. finit equesstri ordine. 319. 8. |
| <i>ejus flammam ingenui.</i> | 437. 14 |

P.

| | |
|---|---|
| <i>P. Ean.</i> | 567. 1 |
| <i>Pallas Achillem arrepto capillo vocat</i> <i>ab irato animo.</i> | 39. 147 |
| <i>Palaestra duna.</i> | 266. 11 |
| <i>Pallor amantium.</i> | 287. 120 |
| <i>Pallia decidunt pra stupore.</i> | 292. 208 |
| <i>Palla cruce splendida.</i> | 303. 162. 344. 59 |
| <i>Palla ex cothurni.</i> | 437. 15 |
| <i>Panoptia Pallados.</i> | 61. 35 |
| <i>Paris forma damnosus. 171. 43. Disparis.</i> | 171. 43. 208. 1. Judex formatorum. 213. |
| <i>69. agnoscitur regias puer. 214. 90. ab</i> <i>Omne amatur. 214. 96. De Paridis</i> <i>Judicio etiam Homerus, quod Plutar-</i> <i>chus negat.</i> | 218. 164. |
| <i>Paridis miseros. 219. 173. unde dictus</i> <i>Alexander.</i> | 230. 358 |
| <i>Paris semper ama.</i> | 249. 254 |
| <i>Paratonium.</i> | 420. 7 |
| <i>Parcerem sile.</i> | 198. 82 |
| <i>Parca queri.</i> | 265. 203 |
| <i>Par opus sibi.</i> | 284. 62 |
| <i>Paras exiguissima.</i> | 190. 115 |
| <i>ad Partem venire.</i> | 347. 87 |
| <i>Partibus fugiens pognat.</i> | 528. 211 |
| <i>Paspheae.</i> | 57. 156 |
| <i>Patrit astis.</i> | 107. 43 |

| | |
|---|------------------|
| <i>Patroclos ab Hectoris occisus.</i> | 4. 17 |
| <i>Pato, Juvonis avis.</i> | 400. 53 |
| <i>Pegasus.</i> | 58. 1 |
| <i>Pexofides.</i> | 194. 27 |
| <i>Pelias arbor. 150. 8. 406. 7. 561. 696. 38.</i> <i>126.</i> | |
| <i>Pelagrus.</i> | 182. 2 |
| <i>Pelops, avus Minelae.</i> | 222. 207 |
| <i>Pelta lunata.</i> | 301. 117. 423. 2 |
| <i>Penna Euri.</i> | 141. 14 |
| <i>Pendentia astra.</i> | 202. 141 |
| <i>Pendet corpus apertis.</i> | 276. 150 |
| <i>Pendat aqua.</i> | 255. 52 |
| <i>Pendulum de rupe capellam.</i> | ibid. |
| <i>Penelope sancte exspectat Ulysses.</i> | 263. 67 |
| <i>Juvencum vires tentat arca.</i> | 342. 47 |
| <i>Pensa trahere ferre manu.</i> | 136. 90 |
| <i>Penthesilea.</i> | 301. 118 |
| <i>Perfrui mandatis.</i> | 149. 128 |
| <i>Per facinus.</i> | 130. 6 |
| <i>Perflare.</i> | 265. 206 |
| <i>Perjuri non latent.</i> | 290. 182 |
| <i>Persephone pulsas fores.</i> | 297. 46 |
| <i>Perfer et obdura.</i> | 582. 178 |
| <i>Perseus, Danaos heres.</i> | 469. 13 |
| <i>Pes natus in cathurno.</i> | 446. 14 |
| | 421. 8 |
| <i>Phalaris.</i> | 558. 653 |
| <i>Phaeaces.</i> | 81. 108 |
| <i>Phaeacum bibistis aquam.</i> | 99. 145 |
| <i>Phalix.</i> | 34. 65 |
| <i>Phalargae.</i> | 209. 22 |
| <i>Phaon.</i> | 292. 11 |
| <i>Phadra, Cressa puella. 40. 2. Nepis Salis.</i> <i>55. 149. Procons ejus Jupiter. 56.</i> <i>158.</i> | |
| <i>Phanix.</i> | 30. 27 |
| <i>Phabus, medica artis repertor.</i> | 71. 151. |
| | 312. 11. |
| <i>Phabo, soror Helena.</i> | 110. 77 |
| <i>Philostratus.</i> | 688. 111 |
| <i>Phonius.</i> | 481. 61 |
| <i>Phoca.</i> | 135. 87 |
| <i>Phryxus ovis. 150. 8. 260. 145. 267.</i> <i>163.</i> | |
| <i>Phstius, Pletistis.</i> | 101. 165 |
| <i>Phyllis Rhodopeia.</i> | 15. 1 |
| <i>Phylacides, Proteflans.</i> | 170. 35 |
| <i>Phyllus, Thessalia nris.</i> | 170. 35 |
| <i>Pirithus ora.</i> | 51. 110 |
| <i>Pisander.</i> | 12. 91 |
| | Par |

I N D E X.

| | |
|---|----------------------------|
| <i>Pinguia culta.</i> | 134. 59 |
| <i>Pinguis amor.</i> | 441. 25 |
| <i>Pierides.</i> | 311. 6 |
| <i>Plexippus.</i> | 35. 93 |
| <i>Placium, pro placido.</i> | 279. 208 |
| <i>Placides, unde ducta.</i> | 219. 173. 264. 188. |
| <i>Plisibenus vir.</i> | 736. 771 |
| <i>Plumosa aves Diomedis.</i> | 770. 109 |
| <i>Poetarum fama.</i> | 374. 7 |
| <i>Poeta mali sua pena.</i> | 310. 4. |
| <i>Poeta nomen habent.</i> | 489. 18 |
| <i>Polydamas.</i> | 66. 94 |
| <i>Pompa.</i> | 120. 83. 316. 28. 454. 44. |
| <i>Pompa nuptialis.</i> | 162. 151 |
| <i>Ponens pignus.</i> | 524. 168 |
| <i>Pollicitis addere fidem.</i> | 433. 45 |
| <i>Populus ventorum.</i> | 141. 11 |
| <i>Portus & ara</i> | 14. 110 |
| <i>Populus mulierum.</i> | 409. 54 |
| <i>Possessa pectora.</i> | 314. 8 |
| <i>Præmedicatus.</i> | 151. 15 |
| <i>Præsignis.</i> | 58. 125 |
| <i>Prætaxas, obnubret.</i> | 235. 58 |
| <i>Præcepta gaudia.</i> | 239. 107 |
| <i>Præcidere messes.</i> | 289. 143. |
| <i>Priamus pro sene.</i> | 6. 34 |
| <i>Prior ordine plus potest.</i> | 107. 34 |
| <i>Premere aprum clamore.</i> | 44. 41 |
| <i>Præterdæ culpa splendida nomina.</i> | 697 |
| 240. | |
| <i>Procrustes.</i> | 21. 69 |
| <i>Prodere.</i> | 297. 38 |
| <i>Prona maria.</i> | 259. 121 |
| <i>Proterve Ewre.</i> | 141. 14 |
| <i>Prosequar, pro persequar.</i> | 265. 218 |
| <i>Prostare.</i> | 355. 17 |
| <i>Proetus.</i> | 427. 10. 565. 761 |
| <i>Protesilaus.</i> | 439. 38 |
| <i>Producere finus.</i> | 490. 30 |
| <i>Prohibere aquis, non aquas.</i> | 593. 335 |
| <i>Prometheus.</i> | 433. 40 |
| <i>Psittacus.</i> | 396. 1 |
| <i>Publica verba.</i> | 477. 12 |
| <i>Pudor extinctus.</i> | 20. 57 |
| <i>Pudor dejicit ocellos.</i> | 142. 35 |
| <i>Pudoris nihil habent fata tua.</i> | 292. 202 |
| <i>Ne Pudeat fecisse.</i> | ibid. |
| <i>Puella subita Veneris rapina gaudet.</i> | 559. |
| 667 | |
| <i>Puella lasciva.</i> | 740. 17 |
| <i>Pugnare, & se culpa submittere.</i> | 55. 151 |

| | |
|---|----------|
| <i>Pugnare, repugnare.</i> | 327. 14 |
| <i>Pugnare alicui.</i> | 461. 27 |
| <i>Pulvinar, & pulvinus.</i> | 523. 160 |
| <i>Puppi ignava.</i> | 299. 74 |
| <i>Puceal.</i> | 722. 561 |
| <i>Pura manus.</i> | 361. 16 |
| <i>Purum pro clavo & patente: sic Græci,</i> <i>καθαρόν σίλας.</i> | 256. 71 |
| <i>Pura fide.</i> | 319. 6. |
| <i>Purus sacerdos, pura loca.</i> | 484. 23 |
| <i>Purum litus.</i> | 755. 87. |
| <i>Pylis tres.</i> | 9. 63 |
| <i>Pygmalionis scelus.</i> | 97. 113 |
| <i>Pyladen semper habet qui caret Oresten.</i> | 723. |
| 589. | |
| <i>Pyrrhus instat vi patria.</i> | 104. 3. |
| <i>Æacides, & superbus patrii alitis.</i> | 107. 43. |
| <i>ab Achille natus nondum viro.</i> | 113. 112 |
| <i>Pyrrha.</i> | 204. 169 |

Q.

| | |
|--|----------------|
| <i>Quærit se, nec invenit.</i> | 200. 113 |
| <i>Quamlibet.</i> | 5. 98. 83. 140 |
| <i>Qua possum.</i> | 133. 53 |
| <i>Quid prohibet, pro quis prohibet.</i> | 136. 88 |
| <i>Qui stupor, pro quis stupor.</i> | 594. 361 |
| <i>Quo mihi, pro cui usui.</i> | 19. 53 |
| <i>Quondam eleganter pro quandoque.</i> | 236. 71 |
| <i>Quotacunque patris.</i> | 172. 60 |

R.

| | |
|--|-----------------|
| <i>Rapta via pro capta celeriter.</i> | 270. 74 |
| <i>Recidit. prim. syll. communis.</i> | 183. 46 |
| <i>Receptus toto corde.</i> | 267. 156 |
| <i>Recincta tunica.</i> | 326. 9. |
| <i>Recinctus.</i> | 446. 51 |
| <i>Regis potestas.</i> | 716. 478 |
| <i>Reget in universi conspectu orbis vivunt.</i> | |
| 784. 351. | |
| <i>Rhesus interfectus.</i> | 7. 39. 579. 130 |
| <i>Reducto, excusso.</i> | 44. 45 |
| <i>Recondere humo nuda.</i> | 188. 100 |
| <i>Regibus longa manus.</i> | 142. 166 |
| <i>Rejicere, pro ejicere manus.</i> | 305. 200 |
| <i>Relegat tibi, Diva, causas.</i> | 346. 74 |
| <i>Remigis addas opem.</i> | 539. 368 |
| <i>Remigium alarum.</i> | 571. 45 |
| <i>Remis adjicere vela.</i> | 736. 790 |
| <i>Reperta imago luna.</i> | 257. 77 |
| Repu- | |

I N D E X.

| | |
|--|--------------------|
| <i>Regnum amare, pro recuso.</i> | 241. 136 |
| <i>Res tuas agito; Res tuas tibi habeto.</i> | 580 |
| 154. | |
| <i>Reus agor.</i> | 228. 325 |
| <i>Revocamen.</i> | 177. 135 |
| <i>de Robore dolatus.</i> | 90. 38 |
| <i>Res Sabana. Res Arabum.</i> | 197. 76 |
| <i>Rego de te.</i> | 268. 29 |
| <i>Regere noctem.</i> | 383. 5 |
| <i>Regnum celebrant armata cohortes.</i> | 776. 217 |
| <i>Roma potens.</i> | 376. 26 |
| <i>Roma olim stramineis usa casis.</i> | 407. 18 |
| 519. 107. | |
| <i>Roma an Roma dicenda.</i> | 778. 241 |
| <i>Ros maris.</i> | 671. 690 |
| <i>Rorde pectus.</i> | 43. 23. 227. 305 |
| <i>Rumor latens, mala murmura.</i> | 241. 137 |
| <i>Rumpere iter, vocem.</i> | 536. 329. 604. 505 |
| <i>Rude genus hominum.</i> | 602. 473 |
| <i>Rustica puella. Rustica Phidile.</i> | 342. 44 |

S.

| | | |
|---|-----------------------------|----------|
| S <i>Abina servata.</i> | 541. 39. 390. 15. Re- | |
| <i>pra.</i> | 519. 102. <i>Sacra via.</i> | 588. 266 |
| <i>Sagitta longe fallens.</i> | 306. 210. <i>certa Cu-</i> | |
| <i>pidinis.</i> | 313. 25 | |
| <i>Sabinus poeta.</i> | 439. 27 | |
| <i>Saltare.</i> | 520. 112 | |
| <i>Samos.</i> | 11. 87 | |
| <i>Sancti surgere è lecto.</i> | 478. 21 | |
| <i>Sanguinea luna.</i> | 381. 23 | |
| <i>Sappho, Lesbis.</i> | 438. 26 | |
| <i>Sarpedon, Lycia rex.</i> | 4. 19 | |
| <i>Saturus rustica regna.</i> | 54. 132 | |
| <i>Saxyi, turba proterva.</i> | 70. 136 | |
| <i>Saxis genitus, et feris.</i> | 139. 131 | |
| <i>Scindi capillo.</i> | 34. 79 | |
| <i>Scylla.</i> | 160. 123 | |
| <i>Scyria membra.</i> | 113. 112 | |
| <i>Scyren.</i> | 21. 69 | |
| <i>Scythia nigra.</i> | 152. 27 | |
| <i>Secta via.</i> | 446. 18 | |
| <i>Secare viam.</i> | 430. 16 | |
| <i>Secunda verba.</i> | 553. 584. | |
| <i>Sed quid ego hac ? invidiose.</i> | 206. 207 | |
| <i>Seducitur, pro, in diversum ducit.</i> | 275. 142 | |
| <i>Segetes vitiorum.</i> | 72. 11 | |
| <i>Semisupinus.</i> | 131. 10 | |
| <i>Semiramis, famosa.</i> | 326. 11 | |
| <i>Sensum gravis.</i> | 478. 17 | |

| | | |
|--|-----------------------------------|-----------|
| <i>Senes prudentes.</i> | 253. 35 | |
| <i>Septentrio, polus gelidus.</i> | 261. 152 | |
| <i>ad Septem alterius iter ferre.</i> | 289. 144 | |
| <i>Servo, pro observe.</i> | 262. 188 | |
| <i>Servare fidera, de casto.</i> | 364. 11. | |
| <i>Servus aqua bibitur.</i> | 330. 26. | |
| <i>Sequi oculis.</i> | 169. 18 | |
| <i>Sic : obtestantia.</i> | 57. 168 | |
| <i>Sicis eras.</i> | 281. 19 | |
| <i>Sigasmo.</i> | 6. 33 | |
| <i>Signa flantia, statua.</i> | 300. 98 | |
| <i>Sicani montes.</i> | 196. 57 | |
| <i>Silensium noctis.</i> | 182. 34. 257. 79. 202. | |
| 156. <i>Silenus.</i> | 550. 543 | |
| <i>Sim. concedentis.</i> | 232. 13 | |
| <i>Simois.</i> | 6. 33 | |
| <i>Sinis.</i> | 21. 70 | |
| <i>Sinus madent lacrymis.</i> | 77. 70 | |
| <i>Singulum loqui : implere verba lacrymis.</i> | 76. 58. | |
| <i>Sirenes.</i> | 647. 311 | |
| <i>Silentia rebus praestare.</i> | 610. 603 | |
| <i>Sistrum.</i> | 421. 11 | |
| <i>Sicu pigra.</i> | 600. 443 | |
| <i>Socii anni, socius sanguis.</i> | 17. 33 | |
| <i>Socii Dei.</i> | 69. 126 | |
| <i>Socius torus, socialia jura.</i> | 349. 6 | |
| <i>Sol cuncta videt.</i> | 156. 78 | |
| <i>quis Solem fallere possit.</i> | 608. 573 | |
| <i>Solis equi.</i> | 381. 24 | |
| <i>Solicitare foras arcus.</i> | 334. 14 | |
| <i>Solicitata.</i> | 272. 108. 213. 80 | |
| <i>Solicitare forum.</i> | 449. 50 | |
| <i>Somnus obesus.</i> | 164. 70 | |
| <i>Somnus alis pectora.</i> | 164. 170. <i>imago mor-</i> | |
| <i>tis.</i> | 408. 41. <i>submitit ocellos.</i> | 464. 1. |
| <i>malè se prebet amanti.</i> | 339. 51. <i>mo-</i> | |
| <i>vet anile caput.</i> | 269. 46. <i>Somni porta.</i> | 278. 196. |
| <i>Somnia vera.</i> | 278. 196 | |
| <i>Sororia oscula.</i> | 142. 23 | |
| <i>Spes, vigilantis summum.</i> | 461. 44 | |
| <i>Sparta parca.</i> | 220. 189 | |
| <i>Non potui mihi debere Spem longius istam.</i> | 215. 103. | |
| <i>Spes fallitur.</i> | 247. 232 | |
| <i>Spe duplici mihi.</i> | 713. 444 | |
| <i>Styga jurata.</i> | 557. 635 | |
| <i>Sternit lumen, amor sternit.</i> | 276. 152 | |
| <i>Stamina decidere de digitis.</i> | 278. 197 | |
| <i>Subducitur randa.</i> | 77. 76 | |

Sub-

I N D E X.

| | |
|---|------------------------------|
| <i>Sublimis.</i> | 85. 153 |
| <i>Sub suo Domino.</i> | 105. 8 |
| <i>Sublime ferre. volare. pro in sublime.</i> | 125. 129. |
| <i>Subremigare.</i> | 339. 368 |
| <i>Sudare in imo clivis.</i> | 282. 41 |
| <i>Succinctus pharetra. ἱεμπηκὺς τοξοῖσι.</i> | 306. 210. 453. 31. 561. 695. |
| <i>Succinctus viribus.</i> | ibid. |
| <i>Sulphur, καὶὸν αὐτῷ.</i> | 592. 330 |
| <i>Sumere pro conjuge bellum.</i> | 231. 371 |
| <i>Supercilio loquente.</i> | 237. 82. 296. 24. 323. 19. |
| <i>Susurrare, pro demisse loqui.</i> | 267. 19 |
| <i>Susurras fama.</i> | 308. 233 |
| <i>Suspendium impurum mortis genus.</i> | 682. 18 |
| <i>Symplegades.</i> | 160. 121. 412. 3 |
| <i>Syrtes.</i> | 414. 20 |

T.

| | |
|---|-------------------|
| T <i>Acere virtus est.</i> | 610. 603 |
| <i>Tenaria, Laconica.</i> | 225. 374 |
| <i>Tenaris terra, Lucania.</i> | 210. 30 |
| <i>Talentum.</i> | 31. 33 |
| <i>Talaria induere, profugere.</i> | 212. 68. 613. 644 |
| <i>Talhythbins.</i> | 29. 9 |
| <i>Tarpeja Vestalis Romana marcem Sabinis prodit.</i> | 356. 49 |
| <i>Tanri ignem spirantes.</i> | 151. 15 |
| <i>Tantalides.</i> | 109. 45 |
| <i>Tanri pugnantes pro armento.</i> | 119. 25 |
| <i>Tanais.</i> | 18. 107 |
| <i>Tangere pro tentare.</i> | 213. 83 |
| <i>Tempore abesse.</i> | 51. 109 |
| <i>Tempus cito pede labitur.</i> | 343. 49 |
| <i>Tempe Heliconia.</i> | 312. 15 |
| <i>Tempora pro commoditate, opportunitate.</i> | 208. 5. |
| <i>Tela Penelopes.</i> | 3. 9. 490. 30 |
| <i>Telemachus quarit patrem.</i> | 7. 37 |
| <i>Tenor fatis.</i> | 97. 112 |
| <i>Tenor vita.</i> | 232. 14 |
| <i>Tenedos.</i> | 172. 53 |
| <i>Ter conata loqui.</i> | 41. 7 |
| <i>Terra meos vultus obtruat.</i> | 246. 220 |
| <i>Testes sidera.</i> | 291. 112 |
| <i>Texum clypei.</i> | 247. 223 |
| <i>Texere, detexere.</i> | 490. 30 |
| <i>Thalassio Romanus.</i> | 161. 143 |

| | |
|---|-------------------------|
| <i>Theba dormita.</i> | 21. 78 |
| <i>Theseus & Pirithous.</i> | 131. 10 |
| <i>Theseus heros Neptunius.</i> | 51. 109. Hel- |
| <i>nam rapuit.</i> | 69. 127. 233. 21. omnia |
| <i>novit.</i> | 217. 147. |
| <i>Thetidos pedes.</i> | 283. 60 |
| <i>Therapia, Laconia oppidum.</i> | 221. 196 |
| <i>Thebantia turba.</i> | 117. 51 |
| <i>Thoas Minous.</i> | 81. 114 |
| <i>Threccus: Thracus.</i> | 267. 26 |
| <i>Thressa.</i> | 272. 100 |
| <i>Thyestes, a.</i> | 105. 9. |
| <i>Thyrus.</i> | 169. 33. 447. 23 |
| <i>Thummi.</i> | 756. 98 |
| <i>Tibia in nuptiis, sacris, & triumphis.</i> | 161. 139. |
| <i>Tibur.</i> | 472. 46. |
| <i>Tibris leni agmine fluit.</i> | 652. 386. musco- |
| <i>crine.</i> | 777. 223 |
| <i>Timor eat in ventos.</i> | 175. 92 |
| <i>Timidus fama, temperans fama.</i> | 277. 172. |
| <i>Timor cacus, ut caca infidia.</i> | 324. 42 |
| <i>Tisiphone.</i> | 25. 117 |
| <i>Titulis pro laudibus.</i> | 114. 1 |
| <i>Tithonus.</i> | 50. 96 |
| <i>Turbare lingua.</i> | 404. 7 |
| <i>Tiphus.</i> | 512. 8 |
| <i>Tlepolemus.</i> | 4. 19 |
| <i>Togis jactatis signum dars.</i> | 456. 74 |
| <i>Troasiam gladio.</i> | 27. 140 |
| <i>Tratrene.</i> | 51. 10 |
| <i>Tragadia ingenti passu venit.</i> | 446. 11 |
| <i>Triton.</i> | 92. 50 |
| <i>Trinacria.</i> | 160. 126 |
| <i>Troja, unde dicta. 2. 3. ejus conditores.</i> | 70. 190. 40. 151. |
| <i>Troica, Troia, Troa agmina.</i> | 5. 28 |
| <i>Troja arata. 9. 52. ejus fata.</i> | 689. 114. |
| <i>nova resurgit.</i> | 701. 281 |
| <i>Troius ensis.</i> | 102. 184 |
| <i>Troasus, Heroisus, &c.</i> | 177. 137 |
| <i>Troja ad Phauli tyram extructa.</i> | 220. 180 |
| <i>Trojani, Sigai.</i> | 225. 273 |
| <i>Tropaeum.</i> | 691. 158. 307. 214 |
| <i>Tuba in funeribus.</i> | 161. 139. |
| <i>Turdi sermonem humanum imitantur.</i> | 589. 269. |
| <i>Turpis militia Troja</i> | 177. 133 |
| <i>Tydeus exulas.</i> | 128. 155 |
| <i>Typhis.</i> | 76. 48 |
| | V. Vacuo |

I N D E X.

V.

| | |
|--|---|
| V Acuus in pectore amor regnat. | 314.8 |
| Valere, apogite. | 313.28 |
| Vallatus radiis. | 56.159 |
| Vanescere in auras. | 11.79 |
| Vapor. | 318.46 |
| Velamina, vestes. | 269.61 |
| Velis hoc. | 114.7 |
| Vellus aurata ovis. | 72.2 |
| Venus nata aquis. | 93.60.209.24 |
| Venerem non decent arma Minerva. | 311. |
| 7. Deprensa, & tributa petens. | 46.45 |
| Ventosa potentia Neptuni. | 431.27 |
| Veneris de furto gaudet puella. | 557.676 |
| Venus & Mars deprensi. | 561 |
| Venire, verbum nuptiale. | 568.11 |
| Ventus aptus. | 168.11 |
| Venti ponent. | 92.49 |
| Venti inclusi utribus. | 501.29 |
| Vena silium. | 358.9 |
| Veniunt in idem. | 200.121 |
| Venturi praelia venti. | 270.73 |
| Venti lenta sonantes. | 271.81 |
| Venulare facis. | 311.8 |
| Venis amor. | 329.13 |
| Verba precantia. | 145.69 |
| Verba petulantia. | 224.245 |
| Verbera tibi adsum. | 388.61 |
| Verba notata mero. | 238.88 |
| Vo'les murice saturata. | 170.37 |
| Vespera, nox incipiens. | 255.55 |
| Vesta superjecta. | 222.222.611.613 |
| Vestalis virgo. | 474.75 |
| Vestimentum. | 324.48. ubi πάλιν μάλιν αχαιο χλαῖναν. ibid. |
| Viduum cubile. | 410.17 |
| Vicit vinum. | 182.29 |
| Vicem reddere, paria facere. | 276.18 |
| Vices colloqui. | 296.18 |
| Victor aquarum, evicta aquora. | 276.155 |
| Victima. | 504.16 |
| Vicem reddere meritis. | 329.23 |
| Vino pingitur mensa. | 6.32 |
| Vinum in sacris cum lacte & sanguine. | 175 |
| 114. | |
| Vides aut videre putas. | 253.32 |
| Vinuntur aquore puppes. | 278.183 |
| Vinum facit immodestos. | 332.59 |
| Vinum molis curas. | 332.60 |

| | |
|---|----------------|
| Vino tempora percussa. | 65 |
| Viscera, opes delamiantur. | |
| Vitam degere morte scire. | 103 |
| Vita. | 145.68.597.4-1 |
| Vitis & laurus. | ibid. |
| Vino compositus, depositus. | 325.53 |
| Virtus mactanda. | 271.88 |
| Virgo nativa miis. | 184.55 |
| Violaria vidi, qui canent frutices. | 628.67 |
| Volubile pomum. | 293.209 |
| Volare, librare in aere cursus. | 397.11 |
| Vox in cursu. | 68.122. |
| Urfa Parrhasis. | 261.151 |
| Uncus. | 329.25 |
| Umbra ab orco nunquam rediens. | 789 |
| 432. | |
| Umbra sentit. | 792.469 |
| Ulyssis furor sceleris. | 808.7 |
| in Unum conducere. | 729.673 |
| Vulnus cecum. | 422.20 |
| Vulnus ad ossa descendit. | 225.276 |
| Vulcanus claudus. | 435.19. |
| Vultus loquax. | 296.24.323.17 |
| Vultus sine sanguine. | 337.51 |
| Ut peream, pro, sic peream. | 245.183 |
| Ut nunc est. | 273.127 |
| Uulare. sermo medius. | 25.117 |
| Urbs aratro designata. 21.67. Urbs vidua. | |
| a 76.55. | |
| Ulysses, an Ulyxus? | 11.275.148 |
| Ultima, pro primis. | 189.109 |
| Uisuntur somnis maritorum amantes. | 351. |
| 25. | |
| Ut, pro dum. | 262.26 |
| Ut vidi, ut perii. | 152.33 |
| Ut vidi, ut gemui. | 174.89 |
| Uxorem socrum hic conclusam habeo, etiam nunc concede ab leonino cavo. | 325.61 |
| Uvere, nudus. | 465.6 |


X.


| | |
|--------------------|--------|
| X anthus. | 172.53 |
| Xanthi aqua versa. | 60.30 |

Z.

| | |
|-------------------------------|--------|
| Z Acynthus. | 11.87 |
| Zeni Zephyro vibratur armato. | 183.39 |
| Zona casta. | 25.116 |
| Zona Maonia. | 119.65 |

F I N I S.





**This book should be returned to
the Library on or before the last date
stamped below.**

**A fine of five cents a day is incurred
by retaining it beyond the specified
time.**

Please return promptly.

L 10.11.8



Harvard College Library

FROM

Endicott Mearns

Cambridge

